MARCI TVLLII CICERONIS

DE OFFICIIS LIBRI III.
LAELIVS, SEV DE AMICITIA.
CATO MAIOR, VEL DE SENECTVTE.
PARADOXA STOICORVM.
DE SOMNIO SCIPIONIS, EX LIBRO VI. DE REPVBLICA.

Ex optimis quibusq; exemplaribus accuratissime emendata,
Varijs lectionibus in margine appositis, atq; alijs quibusdam annotatiunculis.

Cum commentarijs longe eruditissimis iam denuo in lucem editis uirorum doctiss. Xysti Betuleij Augustani, & Viti Amerbachij; atque etiam uocibus aliquot annotatis per D. Erasmum Roterodamum, nonnullisq; alijs per Philippum Melanchthonem. Insunt praeterea Francisci Sylvij Ambiani in Paradoxa commentarij; nec non Petri Ioannis Olivarij in Somnium Scipionis, scholia; ac Vigilia quedam in idem Somnium, Ioannis Lodouici Viuis.

His postremo accesserunt Disquisitiones XXV. Cælij Calcagnini in libros de Officijs, cũ Decisionibus XXV. M. Antonij Maioragij, quibus M. Tullium Ciceronem ab omnibus Cælij Calcagnini criminationibus liberat.

Atque in his omnibus edendis quantum studium adhibitum sit, hoc qui leget facile iudicabit.



Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M D X L V.

QVID CONFERAT LECTIO LIBRORVM DE OFFICIIS, PHILIPPI MELANCHTHONIS.

QVEMADMODVM Vetant in exercendo sterili solo aut sumptus facere, aut sumere laborem; ita lecturis scriptorem aliquem, in primis uidendum est, quid doceat, & quam inde accessionem ad studia nostra facere possimus. Porro uix pauci in relegendis scriptoribus secum ipsi deliberant, ecquod operæpretium facturi sint. & bona pars discentium in uniuersum nescit ad quem scopum studia omnia dirigenda sint. Proinde initio huius libelli & argumentum operis indicandum est, & quid conferat studijs nostris. Ea demum est solida, eruditio, de rebus moribusq́; recte iudicare posse; deinde, quæ animo comprehenderis, perspicere & commode explicare atque eloqui. Rerum cognitio ad iudicandum & ad parandam prudentiam est necessaria. Magna in primis optimorum uerborum copia requiritur ad dicendum: uoco autem rerum scientiam, physiologiam, mathemata, præcepta de ciuilibus moribus. nam de religione hic nihil dicimus. Estq́; ad communem uitam in primus utile, ea tenere, quæ de moribus, deq́; ciuili uitæ consuetudine tradita sunt. Beluam dicas, non hominem, quisquis non est excultus hoc doctrinæ genere, & ad humanitatem & ciuilia officia adsuefactus. Nam uirtutis incunabula atque rudimenta sunt, hæ literæ, quibus ad honestatem teneri animi aluntur, & incitantur. Porro non alius extat libellus de moribus absolutiòr Officijs Ciceronis. Diligentissime enim præcepit de omnibus uitæ partibus, quid deceat quamlibet ætatem. Accedit hoc etiam, quòd iusto ordine formas uirtutum proposuit, ut extarent ob oculos lectoribus, tanquam regulæ omnium consiliorum & factorum. Fecit enim quatuor uirtutis membra, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. quæ tanquam locos communes proponant sibi adolescentes, ut eò referant omnia de moribus consilia, & quos iudicaturi, quid deceat, ceu Thesеum filium sequantur. Nam ut Zeusis, cum Helenam Crotoniatis pingeret, inclusam habebat in animo pulcherrimam quandam mulieris speciem, seu ut Græci dicunt, ἰδέαν collectam ex optimis exemplis: ita iudicaturos de moribus, oportet animo tenere tanquam formas quasdam, uirtutum descriptiones, quas consulant, quas intueantur, in quas defigant oculos, quoties de honestate deliberant, neque ego hic de religione dico, quæ ex sacris libris petenda est. Ciuilis uitæ consuetudo à Cicerone describitur, cum qua religio nihil pugnat. Scripsit de Officijs etiam Diuus Ambrosius, credo ut pueris inculcaret religionem, de qua uidebat in Ciceronianis nihil præcipi. Verum ego religionem ex diuinis literis censeo hauriendam esse. De ciuilibus moribus malim audire Ciceronem, qui maximis rebus gestis, uersatus in Republica, principe orbis terrarum, usu pleraque comperit, pleraque ex Græcorum scriptis, qui maximas ciuitates gubernarunt, uertit. Habes itaque quid hic libellus ad iudicandum conferat. Est enim uel prima prudentiæ pars, tenere præcepta de moribus. Est autem Cicero res partitus, in honesta & utilia. Honestatis partes in primo libro tractat, ubi primum uirtutes definit dialectica quadam consuetudine: deinde congerit multa præcepta de moribus uelut in aceruum. In secundo libro res omnes enumerat, quas natura ad utilitatem, seu usum hominum condidit; docetq́; quem ex quaque re usum, percipere debeamus. In tertio confert cum honestate utilitatem.

DIALOGVS, IN QVO LAELIVS REDDIT RATIONEM, CVR PLEROSQVE LOCOS IN CICERONE MVTAVERIT;

VVOLFGANGO ANEMOECIO AVTHORE.

LAELIVS, BRVTVS.

SAEPENVMERO BRVTE MIrari soleo, qui acciderit, ut ij Ciceronis nostri quidem familiaris libri, quos de officijs docte & eleganter scripsit, tot ac tantorum sint errorum pleni. BRV. Adeon' me delirare obsecro censes, ut id quod dicis, uerum esse credam? Nam ut sæpissime ex eo ipso accepi, nullum tam exquisita diligentia edidit, quàm est illud de Officijs opus. LAE. Quantum tu quidem delires nescio, illud autem scio, ita esse hoc, quod iam dixi. BRV. Præterea ab ea usq; ætate, in qua scriptus est hic liber, semper in doctorum hominum manibus, ut dignum erat, uersabatur, omnes eum amplexabantur, omnes fouebant, atq; osculabantur. Num tu eos tam stupidos fuisse censes, ut errores, si quos haberet hoc opus, non potuissent deprehendere? LAE. Non censeo. Sed ut tibi rem plenius exponam, habeto sic. Errores quidem, quos ego errores uoco, nam sæpius hoc uocabulo utor, non doctorum hominum culpa, sed potius librariorum negligentia acciderunt. Deinde quæ illorum hominum ignauia fuit, librarios puto, indies succreuerunt. Docti uero, in quorum manus corrupta exemplaria uenerunt, propter rixosa quorundam inuidorum hominum ingenia, quibus in hunc usq; diem uitia placent, nihil ausi sunt mutare. Præterea nemo ex doctioribus hoc scribendi genus unquam aggressus est, ob eam, ut puto causam, quòd se uera nunquam obtulerint exemplaria, tanquam certi & fidi eorum conatuum testes. Ex hac igitur causa tot errores, ut antea dixi, irrepserunt. BRV. Quòd si in ea es opinione, ut nullam culpam in doctos reijcias, facile tibi assentiar. LAE. Nullam prorsus. Nam in hac sententia, quam iam professus sum, semper manebo. BRV. Depromeitaq; si quid habes quod emendatum à te esse uelis. LAE. Depromã, sed ut Medici, qui à principio, cũ ægrotos suscipiunt curandos, leuibus remedijs leuia tollunt uitia, donec ægrotorũ corpora pharmacis assuefecerint, ne remediorũ aut nouitate, aut acerbitate statim deterreantur; deinde paulatim & maiora et efficaciora adhibent: sic ego à principio leuiores tibi proponam errores, sic enim appello, ut rei asperitatem errorum lenitate mitigatam uideas, ne mox deterrearis. BRV. Places, age incipe. Ea tamen lege tibi auscultandi operam polliceor, ut interpellandi etiam copiam, si quid displicuerit, facias. LAE. Quid ni? ob eam enim causam tecũ confero: & ut ab eo exordiar, quod de gerendis bellis docet; sic accipe. Vt enim, ait, cum ciue aliter contendimus, si est inimicus, aliter si est competitor, cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ. Quid tibi hæc uerba uidentur, non'ne satis clara? BRV. Satis: Sed quid est in ijs quod emendasti? LAE. In omnibus exemplaribus, quæ in nostras quidem manus uenerunt, pro eo quod est, cum ciue aliter contendimus, legitur cum ciuiliter contendimus. Sed opinor nostros homines Græca apostropho, qua etiam antiquiores Latini usi sunt, esse deceptos, qui ciuiliter, pro cui' aliter legerunt. BRV. Facilis est error, neq; tanti faciendus, ut nobis amplius aliquid negotij facessat. LAE. Facilis quidem ut ais, sed tamen tantus, ut totam immutet sententiã. BRV. Illud uero multo magis miror, te illud quod de secundo Punico bello habetur, quoniam à bellica re exorsus es, hic adiunxisse, cum tamen in nullo alio codice, quem ego sanè uidi, reperiatur scriptum. Præterea magis superfluum esse iudico, quàm ut hic recenseatur, quoniam utranq; historiam libro tertio retractat. LAE. Recte quidem: nam illius mones me, quod maxime uolo. An non hæc uerba Ciceronis esse putas? BRV. Nescio me Hercle: quantum uero mea fert opinio, Liuij potius quàm Ciceronis esse credo. Quòd si omnes Liuij libri nobis extarent, non dubito quin hæc ipsa uerba, in eo reperirentur. LAE. Demiror autem quidnam dubites, Ciceronis ne phrasin non agnoscis? Sed quod putas hic superfluum esse nõ uideo. Si id superfluum esse uis, quod bis à Cicerone tractatur, quid opus erit M. Attilij Reguli historiam, quæ præcedit, uelut in hoc loco germanam amplius perpeti? Nam eandem etiam Cicero libro tertio tractat. BRV. Scio equidem, sed alia ratione. LAE. Ita & reliquas duas alia retractat ratione. BRV. Fateor. Quoniam uero progressio facta est, pergamus ad reliqua. LAE. Pergamus. Sed commode occurrit ille locus, qui ad ciuilem uirtutis imaginem pertinet: Sic enim ait Cicero: Quoniam autem uiuitur non cum perfectis hominibus, planeq; sapientibus, sed cum ijs, in quibus præclare agitur, si sunt simulachra uirtutis, etiam hoc intelligendum puto neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio uirtutis appareat. Omnes, me hercle, præter Aldum nostrum, uirum sanè quàm optimum sic legebant, in quibus non præclare agitur. Ignorarunt profecto illi homines, quid sit in eis præclare agi, cum negationem præposuerint. Quomodo enim illi possunt uirtutis simulachra esse, in quibus non præclare agitur, hoc est, in quibus nulla uirtutis sigñatio apparet? BRV. Ausculto lubens. Sed illud te rogo, tuum ne exẽplar cum Aldino conueniat. LAE. Maxima ex parte. Deinde ut aliud adhuc aliquid, ad hunc adderetur errorem, supposuerunt, sed, pro si: cum dixerunt, sed sunt simulachra uirtutis, quasi etiã scelerati & pessimi homines; nam ij sunt illi, in quibus non præclare agitur: uirtutum essent imagines. BRV. Nequaquam: Cicero.n. quantum ego quidem intelligo, aduersus Stoicos loquitur, qui ex omni parte perfectam in hominibus esse sapientiam uoluerunt. Id quod noster amicus, recte quidem nostrum uoco, fuit enim utrique familiarissimus, confutat, cum ait impossibile esse, ut homines iuxta Stoicam rationem sint perfecti: neq; exigit, dummodo præclare agant, et sint uirtutũ studiosi, hoc est, omnibus uiribus eis studeant. LAE. Recte intelligis. Sed nõ multo post, similem inuenies errorem, nempe ubi docet delectum tum accipiendorum, tum collocandorũ etiam beneficiorum esse habendum. Sic uero inquit: Multi enim multa faciunt temeritate quadam sine iudicio, uel modo in omnes, uel repentino quodam, quasi uento, impetu animi incitati. Meus codex morbo pro modo habet. BRV. Sed qua ratione? LAE. Dicam, si modo

audire

audire poteris. BRV. Potero. LAE. Morbum hic noster familiaris, pro insanitate, et animi ægritudine accepit, quam Latini etiã Philosophi communi uocabulo insaniam appellant. Quemadmodũ enim corruptus sanguis facile corporis morbum gignit, ita etiam prauarum opinionum perturbatio animum sanitate spoliat, morboq; perturbat. Hinc accidit, ut stulti omnia omnibus sine iudicio donent: Ex quo illud præclarum Horatij:

Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit,
Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis.

Recte uero subiungit:

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum,
Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.

Hanc uero aut stultitiam, aut si mauis insaniam hic appellat morbum, non corporis quidem, sed animi. BRV. Quoniam autem tanti facis unius uocis mutationem, non possum præire, quin & alterius cuiusdam potius immutationem obijciam. Quid enim tibi in mentem uenit, qui pro docendo, substitueris dicendo? LAE. Nihil nisi quia præcedunt ratio & oratio, ut utrunq; haberet duo uocabula sibi subiuncta. Nam oratio, ut scis, dicendo fit & communicando; ratio uero disceptando & iudicando cernitur. BRV. Aldus tamen habet docendo & discendo. LAE. Habet quidem, sed rationem tibi dedi. BRV. Tu autem superius affirmasti tuum exemplare cum Aldino ex maxima parte conuenire. LAE. Ita est ut dicis: Ex maxima quidem, illius codex cum meo, sed non ex omni parte conuenit. Nam quid tandem mihi opus esset, hos sumere labores, si nos Aldus sua industria omnino præuenisset? Deinde sequitur non minor error, quem nostrum exemplare facile tollit. Cicero enim sic ait, Facillime autem ad res iniustas impellitur, ut quisq; est altissimo animo & gloria & cupiditate. Quod reliqui omnes, & gloriæ cupido legunt. Hæc uero lectio magis apta uidetur. BRV. Quamobrem? LAE. Nam quo altior est animus gloria quidem & cupiditate, eo facilior est ad iniurias. Gloriæ autem cupidus animus, & si semper sit turpis, minus tamen nocet. Ciuiliter enim contendant, & animi gloriæ cupidi sint in Repub. necesse est. id quod uetustus poeta Hesiodus ad hunc modum concedit. Latine uero tibi ex tempore dicam: non enim externa lingua multum delectaris.

Aemulatur uicinum uicinus,
Qui ad diuitias properat, Hæc autem contentio
Bona est hominibus.

Præterea nostra historia plena est huiusmodi exemplorum. Quis enim uitam suam pro salute patriæ profunderet, nisi etiã suam gloriam ad posteritatem peruenturam speraret? Is uero, qui altissimum habet animum gloria & cupiditate, longe turpior est, multoq; facilior ad iniustas res impellitur, quàm qui gloriæ cupidum habet. Nam cupiditas summũ animi uitium est. BRV. Probe ais. LAE. Quoniam uero iam me probe dixisse ais, multum mihi inde assumo, ita ut maiorem progrediendi animũ addideris. BRV. Progredere igitur, si lubet. LAE. Lubet quidem. Quid tibi autem uidetur de eo, in quo domesticas res bellicis præfert, atq; Lycurgi leges pluris facit, quàm Themistoclis, aut Pausaniæ, siue Lysandri res fortiter gestas? Leges quidem, inquit, causæ fuerunt, ut illi imperatores exercitus & parentiores & fortiores habuerint. Omnes profecto paratiores legunt: nos uero parentiores habemus, id est, magis obedientes, propter pœnam uidelicet legum. Leges enim exercitum non paratiorem, hoc est, instructiorem, sed parentiorem reddunt. BRV. Imo reddunt non modo parentiorem, sed paratiorem. Nam qui exercitus est parentior, idem erit etiam paratior, id est, ut ais, instructior, & promptior. LAE. Male cohærent. Leges enim ut obedientia sequatur necesse est, promptitudinem uero eas sequi, necesse nõ est. Sed quid dices de hoc quod modo putam. Nunc enim ita legitur: Illud autem sic est iudicandum maximas geri res, & maxime ab his, qui Respublicas regant, quod earum administratio latissime pateat. Vides iam quòd nostri labores non omnino sine fructu sint perituri? Omnes enim codices, quos hactenus unquam uidi, ita habent, & maximi animi ab his, & cætera. Quid sibi hæc uerba uolunt? BRV. Nescio hercle, nisi quia non intelligo, quid ad hunc locum faciant. LAE. Credo, quoniam totam sententiam reddunt obscuriorem, quæ iam nostra opera satis est illustrata. Deinde legunt Rempublicam cum ego plurali utar numero, atq; Respublicas substituam, ob nullam aliam causam, nisi quòd, earum, sequatur, pro qua uoce reliqui codices eorum habent, quasi administrantium ratio plus pateat, quàm Rerumpublicarum administratio. BRV. Nequaquam, esset enim maxime absurdum istud credere. LAE. Recte sentis, sed pergamus: Male & deprauate legitur, cum Cicero noster nobilis certe philosophus de naturarum differentia differit, ad hunc modum: Atque hæc differentia naturarum tantam habet uim, ut nonnunquam mortem sibi ipse aliquis consciscere debeat. Dic obsecro, quæ hæc est differentia naturæ, si quis sibi mortem consciscat? BRV. Nescio: ex te tamen audire cupio. LAE. Sic igitur est legendum: Atque hæc differentia naturarum tantam habet uim, ut nonnunquã mortem sibi ipse consciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat. Hoc modo differentiam naturarum intelliges. BRV. Ita est profecto, ut dicis. Ita semper firmis rationibus me adducis in tuam sententiam, ut post hac à te dissentire mihi impium habeatur. LAE. Alium iam tibi enarrabo locum, quem Cicero iuxta Aristotelis sententiam tractat, cum monet nos, ut nostræ naturæ rationem recte habeamus, ne cum aliud moliamur, alio nos impetus naturæ rapiat, atq; merito tandem rideamur, quando inuita, ut aiunt, Minerua rem aggressi fuerimus. BRV. Illud autem ipsum est, quod maxime ex te audire cupio. LAE. Audies: Suadet nobis Cicero, prudens profecto cõsiliarius, ut si necessitas, quæ à poeta Euripide recte στιῤῥὰ uocatur (nam eo libentius utor huius poetæ authoritate, quòd etiam à nostro Cicerone plurimis solebat fieri) nos ad ea detruserit, ut ea quæ nostri ingenij non erunt, omnem curã, meditationem, diligentiam esse adhibendam, ut ea si non optime, at non indecore facere possimus. BRV. Sed quid tibi uidetur de sententia, quæ statim subsequitur. Nam Aldus præter omnium opinionem ita legit: Nec tam est enitendum, ut bona quæ nobis data non sint, sequamur, quàm ut uitia fugiamus. LAE. Ita mediusfidius meus etiã codex legit, nisi quòd una uoce dissentiat: nam consequamur pro sequamur habet. quod tamen aphæresis, qua etiam nonnunquam oratores utuntur, facile excusabit. BRV. Nunc mihi recte perspexisse uideor te non multum ab Aldo dissentire. LAE. Quantum mea fides patitur, semper cum eo consentio: inter omneis enim eos, qui libros unquam nobis procudebant, nemo fuit aut Aldo doctior, aut diligentior. accidit tamen ut aliquando non solum ab hoc, sed ab omnibus dissentire cogamur. est enim nostri codicis antiquitati aliquid attribuendũ, præcipue cũ magna & fide & diligentia sit conscriptus: quemadmodum in hoc etiam loco, quem de uirorum dignitate tractat, fideliter deprehendimus. Nos ita legimus: Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus inepti non uacant offensione. Voce, offensione, omnia exemplaria carent. BRV. Commode autem, ut mihi uidetur, adest hæc uox, alioqui sententia non

esset integra. LAE. *Verũ ut ea uideretur illis integra, si dijs placet, dixerunt ineptijs pro inepti.* Non longe autem post, *ubi docet sermonem esse oportere lenem, minimeq́; pertinacem, sic subiungit: Nec uero tanquam in possessionem uenerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, tum etiam in sermone communi uicissitudinem non iniquam putet. Ita meus codex habet, atque iste modus non plebeius, sed Ciceroni admodum familiaris esse uidetur.* BRV. Videtur quidem. Sed priora uerba non multum aberunt à uera sententia. LAE. Ita est, ut ais: Hæc tamen lectio est & grauior & familiarior. Sic tu fortasse nulla alia ratione mutatum illud putabis, quàm ut nunc putasti, quod est trium præceptorum in omni actione seruandorum tertium: sic enim inquit Cicero: *Tertium est, ut caueamus, ut ea quæ pertinent ad liberalitatem, specie & dignitate moderata sint.* BRV. Non putabo. Longe enim aliud est, ut ea sint moderata, quæ pertinent ad liberalitatem, specie & dignitate, quàm quæ ad liberalem speciem pertinent & dignitatem. Nam docet, ut omnia & specie & dignitate moderentur, quæ sunt liberalitatis. LAE. Probe intelligis. Superest tamen adhuc, quod emendandum se offert, ferè in fine huius primi libri: *Quando plures credebant idcirco initam esse cum hominibus communitatem & societatem, quòd ea, quæ natura desideraret, consequi sine alijs, atque efficere non possemus.* Quam sententiam acerrime oppugnat. Passim autem pro initam, istam, legunt. Cum tamen hæc loquendi formula apud nostrum Ciceronem admodum sit usitata: ut inire gratiam, amicitiam, sic etiam inire societatem, communitatem dicere possumus. Præterea magis ad hunc locum, initam, quàm istam, quadrat, id quod tum ex superioribus tum etiam sequentibus uerbis facile colligere licebit. BRV. Sic mihi uidetur. Iam uero, quando enim nihil amplius habes, quod emendes, ad secundum librum te accingas.

CASTIGATIONES SECVNDI LIBRI.

LAELIVS, BRVTVS.

COgitanti mihi quàm difficile esset, diutius in hac castigandi molestia et negotio uersari, quod profecto quamplurimis, ut scio, ingratum est futurum, tandem occurrit, quod recte omnem molestiam eximet. Est autẽ illud, quod ab ineunte ætate semper Ciceronis ingenium, studia, industriam, moresq́; amauerim. Miserebat enim me nostrum familiarem iniqua temporis uetustate toties esse deprauatum. Hæc itaque prima causa erat, quæ me mouit, ut alacrius quicquid esset, sim agressus. Nihil autem attentaui, quod non mei codicis authoritate testari potuerim. BRV. Mirabar profecto, cur in instituto labore ita cessares. LAE. Causam iam dixi. Sed tanti non æstimanda, ut mihi amplius sit aut moræ, aut impedimento. Ausculta itaque: paucis enim absoluam hunc secundum librum: nam singula persequi quæ uel mutata, uel emendata sint, non est nostri instituti: more autem meo à leuioribus, ut antea dixi, semper exordiar, & paulatim ad maiora progrediar. Illud est quod te admoneri uolo, ita recte legenda esse hæc uerba: *Maximis igitur in malis, hoc tamen boni assecuti uideamur, ut ea literis mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, & erant cognitione dignissima.* Omnes legunt tantum, pro tamen: quod absurdum est. Cicero enim sic ait: etiamsi iam simus in maximis malis, tamen hoc boni consecuti uidemur. Nam hæc uox, tamen, est aduersatiua, neque ullam significat quantitatem. Præterea quis speraret se aliquid boni, ne dum tantum ex maximis malis posse consequi? BRV. Recte colligis. LAE. Sic etiam solius exemplaris mei antiquitate fretus, ad hunc modum sequentia uerba lego: *In quo lapsa consuetudo deflexit à uia, sensimq́; eo deducta est, ut honestatem ab utilitate secernens constitueret esse honestum aliquod, quod utile non esset, utile quod non honestum.* Reliqui codices habent: In quo uerbo. Meus uero codex tanquam superfluum respuit: deinde pro eo quod est honestatem ab utilitate, habent ab honesto utile. BRV. Paruum discriminis est. LAE. Est quidem, aliquid tamen uenerandæ mei codicis uetustati concedendum putam, cum magnam ubique in eo fidem experiar. BRV. Credo. Illud uero non magna fide mihi mutasse uideris, quod tradit de medicinæ beneficio ijs uerbis: *Quibus rebus exculta hominum uita tantum distat à uictu & cultu bestiarum.* dic cur legis distat? LAE. Dicam: An non hominum uita excultior est, quàm bestiarum? BRV. Est quidem. LAE. Non ergo distat, hoc est, differt, & magno quidem discrimine? BRV. Fateor. Dic autem an non etiam destiterit, quod est decesserit & se à brutorum uictu remouerit? LAE. Quòd si id uerum uelis, non uideo quin & re & nomine sis Brutus. Non enim potes desistere, id est, desinere, nisi olim cum bestijs cibum ceperis, atque uixeris. BRV. Stomachum tibi moui. LAE. Si distitit legeres, facile concederem. Nanque non de temporis ratione, sed de uocis significatione tecum contendo. BRV. Perge. LAE. Simili ratione sum adductus, ut illum locum, quem de captanda multitudinis gloria habes, mutarem: Hæc enim sunt Ciceronis uerba: *Hæc autem, sicut est simpliciter breuiterq́; dicendum, quibus rebus parantur a singulis, eisdem ferè à multitudine.* Hactenus legebant uulgo, si pro sicut, & pariuntur pro parantur. De priore quidem uoce nihil est quod sit disputandum, sed quòd pariuntur legant, figuratum esse uideo, atque id satis durum. Vnde recte substituendum esse puto, quemadmodum meus codex testatur, parantur: sic est significantius uocabulum, nempe sine figura. Deinde longe quidem, post diuersa etiam sequatur lectio, uidelicet in epistola Philippi Macedonum regis, quam ad suum filium Alexandrum scripsit, in qua prudens pater stultum filium à populari largitione dehortatur, ne sibi posthac pecunia sua amicos emat. Ita uero ego emendaui: *An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum & præbitorem sperent fore?* Iam hæc clausula Ciceronis est. Bene ministrum & præbitorem, quia sordidum regi. Est enim Ciceroni nostro admodum familiare, suas clausulas alienis attexere, siue subiungere uerbis: quemadmodum statim subdit: *Melius etiam quòd largitionem corruptelam esse dixit.* BRV. Iam intelligo, quasi non dixisset, melius, nisi, bene, præcederet. LAE. Rem ipsam putas. BRV. Deinde legis cæteris pro certis, nescio tamen qua id ratione fiat. LAE. Dicam tibi. Cicero iubet, ut eos quos inuiti offendimus, cæteris officijs nobis reconciliemus. Tum enim inuiti amicos offendimus, si propinquus à nostro aliquo amico in ius fuerit uocatus, atque nos propinquo, cui in hoc officio plus quàm alteri debemus, fuerimus aduocati. Vnde iubet reliquis operis & officijs compensandum esse id quod uiolatum uidebitur. BRV. Recte intelligis. LAE. Si uero certis legeris, quid aliud erit, nisi ut te certa conditione redimas prius ab amicis, quàm

propinquum

propinquum in lite inueris? BRV. Satis absurdum esse uideretur. LAE. Ita sanè puto. Sed pollicitus sum tibi me breuiorem quàm antea futurum. Quare si quid erit, quod te dignum fuerit, in ipso Cicerone emendatum reperies. Nolo enim ut mea collocutione diutius ab huius authoris lectione detinearis.

CASTIGATIONES LIBRI TERTII.

LAELIVS, BRVTVS.

NEscio quomodo accidat Brute, ut quanto magis in hac re progrediar, tanto minus propositum finem consequar. Ita enim se hoc negotium aperit, quasi nullum terminum sit habiturum, in quo desinat. BRV. Illud te hortor, ne in medio cursu, ut aiunt, desinas. Quemadmodum enim Appelles pictor, qui Veneris, caput & pectus politissima arte perfecerat, sed reliquam corporis partem inchoatam reliquerat, maiorem inde reportasset laudem, totam absoluisset effigiem. Ita tu etiam si in medio hoc negotio, quod non sine laude exorsus es, cessaueris, parum gloriae aut dignitatis ad te accedet. LAE. Recte uero hortaris. Verum ut ad institutum redeamus laborem, breui accipe. Male legunt non longe à principio ad hunc modum: Quamobrem de iudicio Panetij dubitari potest. Recte'ne autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus: de eo fortassis dubitari potest. Meus codex pro extremo, dubitari, legit disputari, probe quidem & prudenter. Cicero enim statim ingreditur in disputationem, in qua omnem tollit dubitationem. BRV. Verum est profecto, quod ais: licet prius non planè perspexerim. LAE. Deinde eodem modo corrupte legitur non longe inferius ijs uerbis: Cum autem aliquid actum est, in quo media officia comparantur, id cumulate uidetur esse perfectum Nihil autem Cicero de eo loquitur, quo media officia comparari possent, sed in quo tantum cernantur. Quamobrem meus codex hunc locum ita emendat, legit enim pro comparantur compareant. BRV. Ausculto sedulo. LAE. Deinde etiam sic legendum esse puto, mei quidem codicis authoritate commonitus: Quocirca nec id quod uere honestum est, fas est, cum utilitatis repugnantia comparari. BRV. Quomodo Aldus legit? LAE. Is est, qui omnium proxime accedit ad hanc sententiam, nisi quòd utilis pro utilitatis habeat. Reliqui uero subiungunt causalem, uel similitudinis particulam, ut, quod stultum esse uidetur. BRV. Haec leuia uidentur esse, grauius tibi afferam. LAE. Affer si potes. BRV. Possum. Quid enim ad ea respondebis, quae iam adduco: Sed si cum animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam ei rei, quae speciem utilitatis attulerit, tunc utilitas non requirenda est. LAE. Dic uero mi Brute, quomodo haec uerba cohaereant. Qua enim ratione utilitas non requirenda est, ubi nulla sit utilitas? Dicit enim Cicero nihil esse utile, quod non sit honestum. Ergo nulla utilitas requirenda est, ubi non erit honestas. Meus uero codex habet, tunc utilitas non est relinquenda. Quasi dicat: si existimes tibi relinquendam esse utilitatem, ut uulgus putat, sine honestate, sic habeto, quòd nulla sit utilitas, quae sit inhonesta. Magis igitur turpitudinem, quàm utilitatem relinques. BRV. De neutro tecum contendam: nam utrunque ferè est idem. LAE. Neque ego longius de hac re tecum rixabor, meus tamen codex in hoc loco reliquis est integrior. Pauca adhuc habeo, quae tecum conferam. Nos ita legimus & intelligimus. In eisdem uersabimur, cum docebimus ea quae uidentur esse utilia, neque sint uirtuti inimica, hoc est, quando ea declarabimus, quae & utilia & honesta sint. Qui aliter legit, id quod iurare possum, nunquam intelliget. BRV. Serio autem affirmas, ut uideo. LAE. Hoc uero quasi extremam adhibuerim manum, tibi subiungam. Vna enim uox meo quidem iudicio diuersam nobis parit sententiam. Haec uero uerba sunt Ciceronis: Dicunt enim uoluptatis magnitudinem doloris detractione fieri. Meus codex habet finiri, ut sint sensus, quantum detraxeris dolori, quo Epicurus mala terminant, tantum etiam detrahes magnitudini uoluptatis, in qua idem Epicurus bona posuit, atque hoc modo unum cum altero corruet. Si enim Epicureis dolor stare non poterit, neque uoluptas stabit, qui hac summa bona, illo uero summa mala metiuntur. BRV. Non puto tamen adeo absurdum esse, si etiam fieri legatur. LAE. Nescio profecto quàm sit absurdum: illud uero scio diuersam esse sententiam, si fieri legeris. BRV. An non staret haec sententia? Quantum dolori detraxeris, tantum accedet ad uoluptatis magnitudinem. LAE. Mihi non uidetur. Ego autem ob eam causam, hanc suscepi disputationem, ut tibi morem gererem, atque nostrum familiarem Ciceronem à plerisque erroribus uindicarem. Tibi iam pro mea quidem parte satisfecisse mihi uideor, Ciceroni uero non uideor, etiamsi maxime uellem. Dignus enim est, in cuius laude omnia mea studia, omnem operam, omnem industriam, & cogitationem figam atque collocem.

FINIS.

EORVM QVAE IN OFFICIIS POTISSI-MVM TRACTANTVR,

INDEX.

QVAE IN LIBRO PRIMO.

IN SECVNDO.

IN TERTIO.

FINIS.

XYXTI BETVLEI SCHOLIA IN Ciceronis libros de Officijs.

QVANQVAM} Suasorij generis prologus est, quo filiũ hortatur, ut oratoriæ ac philosophiæ iuxta studeat, idq; utraq; pariter lingua. Capita sũt, honestũ, utile, facile: quæ singula suo ipsius exẽplo edocet. Orditur occupatiõe, quæ exordijs, maxime cũ utimur insinuatione, familiaris est. Et in his utimur hisce ferè particulis: & si, quanq̃, quãuis, licet. quæ dũ eiusdẽ significationis sunt, aliquid in utẽdo discriminis hñt. nisi q̃ maior quædã dignitas data ẽ primis duobus, quæ semper asciscũt sibi indicatiuũ, duntaxat in principio statim orationum, ep̃larũ, librorũ. Alia duo in hoc loco raro, in cæteris oĩa indifferẽter. Hæc ãnotauit Valla li. 2. c. 23 ¶ Annũ.} Annuũ tempus post Cal. Aprilis. cõficiebatur, ut ex lib. 15. ad Attic liquet. Obserua amplificationẽ à loco, tpe, & p̃sona, ex categorijs relationis, qñ, et ubi. ¶ Audiẽtẽ Cratipp.} Cic. nõ ignorat, quantũ momẽtũ ad pueri profectũ adferat, si parẽs magnifice de præceptore sentiat. Ab eo siquidẽ libẽtius discimus, quẽ magni facimus. Fuit aũt Cratippus Mitylenæus Peripateticus, p̃ quo Cic. pater apud Cæsarẽ egit, postquã rerũ potitus esset, ut ciuis Romanus adscriberetur, p̃suasitq; Areopagitarũ apud Atheniẽses senatui, ut iuuẽtuti illic instituendæ præficeretur. Exemplũ dignũ q̃, oẽs Rerũpubl. præsides, si mõ florentẽ ciuitatis statũ uolẽt, imitentur. Cæterũ quibus studijs Cicero filius operã dederit, q̃q; Cratippũ audiuerit, ad Tyronẽ ipse sic scribit: Cratippo me scito, nõ ut discipulũ, sed ut filiũ esse cõiunctissimum. Nã cũ et audio illũ libẽter, tũ etiã eius propriã suauitatẽ uehemẽter amplector. Sũ totos dies cum eo, noctisq; sæpenumero partem. exoro. n. ut mecum q̃ sæpissime cœnet. Hac introducta cõsuetudine, sæpe inscientibus nobis, & cœnantibus obrepit, sublataq; seueritate philosophiæ, humanissime nobiscũ iocatur. Itẽ paulo inferius. Præterea declamitare græce apud Cassium institui, latine aũt apud Brutũ exerceri uolo. Vtor familiaribus & quotidianis cõuictoribus, quos secũ Mitylenis Cratippus adduxit, hoĩbus & doctis, & illi probatissimis. Multũ etiam mecũ est Epicrates princeps Atheniẽsium, et Leonides, & horũ cæteri similes. τὰ μὲν οὖν καθ' ὑμᾶς. Hic Cratippus Pompeium è Pharsalica clade aufugientem, apud Mitylenẽ occurrens, ultro solatus ẽ uerbis philosophicis. ad spemq; hortatus, cũ quædã de p̃uidẽtia disseruisset, res Romanas tãdẽ labi necesse esse affirmabat. ¶ Idq; Athenis.} Quæ urbs Platoni φιλόλογος καὶ πολύνοια dicitur: unde, ut ipse Cice. pro L. Flacco testatur, humanitas, doctrina, fruges, iura, leges ortæ, atq; ĩ oẽs terras distributæ putantur de qbus singulis fusius Xenophõ in dictis & factis Socratis, Isocrates ĩ Panegyrico, Iusti. li. 2. Flor. lib. 3. c. 5. Cic. de Fato. itẽ de Leg. 2. et in Orat. Plutar. in uita Cimonis, Pausan. in Attic. Libera hæc ciuitas, inquit Plin. nec indiga ullius præconij amplius, tãta claritas supfluit. ¶ Præceptis institutisq; philosophiæ.} Patere Ciceroniane lector, ut institutũ p̃ instĩone tãtisper accipiã, dum tu uero eductus idẽ mecũ facias. Quæstio cõtrouertitur, Vtrum animus producet, an ager: sed nec ager, quãtũuis generosa gleba sit, nisi cultæ illi semina mãdaueris, fructũ producet unquã. Eadem ingeniorũ rõ est, quorũ alia tarda nascuntur, et intractabilia ferè: alia rursus, quibus honesti quædã & pulchri semina innata, paulatim sua spõte se xerunt: sed felicius, si educantium docentiumq; opera & cura formentur. Eam partẽ instituta hic uocat, ab instituẽdo. Deinde, quia ut satis non est plantam bonis natalibus generosam diligenti cura insitam esse, nisi reliquæ hortulani operæ accesserint: ita nõ sufficiet, mentem honestati natam, quæque pulchri characterem ab ipso Deo creatore impressam habet uirtutum Deiq; opinione per institutionem imbui, nisi ad officia, quotidianis præceptis, uitiorum offendiculis, quibus hic orbis plenus est, impedita, quasi stimulo quodam excitetur Hanc philosophiæ partẽ Aristo Stoicus tanquam superfluam reijcit:

Vide Disqui tionum prin Cælij Calca gnini

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS LIBER PRIMVS, ad Marcum filium.



ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Ciceronem filium suo hortatur exemplo, ne simplici cuipiam studio sese addicat, sed Græca cum Latinis, & orationis uirtutem cum philosophiæ scientia coniungat. Deinde quo eum reddat attentiorem, hanc, quæ de officijs est, philosophiæ partem, duobus potissimum nominibus commendat, uel quod usus eius ad omnem uitæ rationem latissime patet, uel quod hæc una sit philosophis omnibus inter se communis. Postremo testatur se in hac disputatione Stoicos potissimum sequi, quod hi recte optime boni finem, ad quem officia omnia referuntur, constituerint, cum Epicurus uoluptate metiens summum bonum, atque Aristo, Pyrrho, & Herillus tollentes rerum delectum, officij quoque naturam subuerterint.

QVANQVAM te Marce fili annũ iã audientem Cratippũ, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, institutisque philosophiæ, p̃pter summã & doctoris autoritatẽ, & urbis; quorum alter te scientia augere põt, altera exẽplis: tñ, ut ipse ad meã utilitatẽ semp̃ cũ Græcis Latina cõiunxi, neq; id in p̃hia solũ, sed ẽt in dicẽdi exercitatione feci; idẽ tibi cẽseo faciendũ: ut par sis in utriusq; orationis facultate. Quã quidẽ ad rem nos, ut uidemur, magnũ attulimus adiumentũ hoĩbus nostris: ut nõ modo Græcarũ literarũ rudes, sed ẽt docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendũ, & ad iudicandũ. Quãobrem disces tu quidẽ à principe huius ætatis philosophorũ, & disces quãdiu uoles: tãdiu aũt uelle debebis, quoad te, q̃tũ p̃ficias, nõ pœnitebit. Sed tñ nostra legens, nõ multum à Peripateticis dissidẽtia (quoniam utriq; & So-

Ignorãs forte, uirtutẽ ĩ duas ptes diuidi, nimirũ ĩ cõtẽplationẽ ueri, et actionẽ. quarũ illã instõ tradit, ad illã admonitiõis calcar excitat. Actiõe aũt, ut alibi docebitur, uirtus pficitur Instituta ergo, et præcepta philosophiæ partes, quas tñ ctiam hic Cic. numerat, utrãq; uirtutis paginã faciũt. Qua de re doctissima Senecæ ep̃la est, lib. 14. q̃ ordine est 94 qui tamẽ ẽt præceptis acutioribus uim penetrãdi tribuit: quale illud est, Ne qd nimis. Licet Valla instõnes & instituta p differẽtiã sumat, differẽtiãq; his limitibus terminet, ut instituta mores consilio et rõne fiãt: instõnes aũt, præceptiões, qbus instituũtur et docẽtur hoĩes. quã tñ differẽtiã cõfundi, ex supioribus satis liqdo claret: ubi instituta, q̃ decreta ẽt Seneca, instõnes et cõstõnes atq; sapiẽtiæ scita uocat, de bonis nẽpe et malis sententias, q̃ ad pectoris usq; hũani penetralia descẽdũt, qbus aĩus errore iactatus ĩbuitur, ut deĩceps opiniõibus ĩcertis minime hæsitãs, uerũ arripiat, & crebris admonitiõibus ĩ officij tramite retineatur. Quare minus succẽseo ẽt Accursio, q iuris ciuilis elemẽta ad D. Iustiniani iussum cõscripta, instituta interpretatur: maxime cũ ne Theophilũ qdẽ græcũ paraphrastẽ pudeat, titulũ eodẽ mõ græce ἰνστιτοῦτα reponere. Licet hoc nomẽ alias non mõ apud iuris pfessores, sed apud classicos quoq; politioris literaturæ scriptores, ius nõ scriptũ, ad certũ se authorẽ referẽs significet. Quid qd' alio quodã loco idẽ Cic. instõnes et præcepta ut hic istituta et præcepta, iunctum accipit, ubi ait: iisdẽ præceptis et una instõne formari. ⁋ Et doctoris authoritatẽ.} Cicero nõ ignorat plurimũ referre, si præceptoris authoritas magna apud discipulos sit. Libẽtius. n. ijs credimus, quos magnifacimus. Et Nicias apud Plat. ĩ Lachete, à bono tãtũ præceptore, Socrate maxime, institui uoluit, ne ppetuo discẽs δυσμαθὴς uideatur. Philippus Macedo dijs gratias agebat, qd' sibi Alexãder Aristotelis tpe natus eẽt. ⁋ Et urbis.} Plato dijs ĩmortalibus grãs agebat primũ,

Et id qui-
n nemini

cratici, & Platonici eẽ uolumus) de rebus ipsis utere tuo iudicio: nihil. n. impedio. Orationẽ aũt Latinã profecto legẽdis nostris efficies pleniorẽ. Nec uero arroganter hoc dictũ existimari uelim. Nã philosophãdi scientiã cõcedens multis, qđ est oratoris ꝓpriũ, apte, distincte, ornate dicere (quoniã in eo studio ætatẽ consumpsi) si id mihi assumo, uideor id meo iure quodãmodo uẽdicare. Quãobrẽ magnopere te hortor, mi Cicero, ut nõ solũ oratiões meas, sed hos ẽt de phĩa libros, qui iam se illis ferè æquarũt; studiose legas. Vis. n. dicendi maior est in illis, sed hoc quoq; colendũ est æquabile, & tẽperatũ orationis genus *. Et id eo, quo'd nemini uideo Græcorũ adhuc cõtigisse, ut idẽ utroq; in genere laboraret, sequereturq; & illud forẽse dicẽdi, & hoc quietũ disputãdi genus. Nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi põt, disputator subtilis, orator parũ uehemẽs, dulcis tñ, ut Theophrasti discipulũ possis agnoscere. Nos aũt quãtũ in utroq; pfecerimus, aliorũ sit iudiciũ: utrũq; certe secuti sumus. Equidẽ & Platonẽ existimo, si genus id forẽse dicẽdi tractare uoluisset; grauissime, & copiosissime potuisse dicere: & Demosthenẽ, si illa, quæ à Platone didicerat, tenuisset, & pnuntiare uoluisset; ornate, splendideq; facere potuisse. Eodemq; modo de Aristotele, & Isocrate iudico: quorũ uterq; suo studio delectatus, cõtẽpsit alterũ. Sed cũ statuissem aliquid hoc tẽpore, ad te scribere, & multa posthac; ab eo exordiri uolui maxime, qđ & ętati tuæ eẽt aptissimũ, et authoritati meę grauissimũ. Nam cũ multa sint in philosophia & grauia, & utilia, accurate, copioseq; à philosophis disputata; latissime patere uidẽtur ea, quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta sunt. Nulla. n. uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecũ agas quid, neq; si cũ altero cõtrahas; uacare officio põt: in eoq; excolẽdo sita uitæ est honestas omnis & in negligẽdo, turpitudo. Atq; hæc quidẽ q̃stio cõmunis est omniũ phorum. Quis est. n. qui nullis officij præceptis tradẽdis phum se audeat dicere? Sed sunt nõnullæ disciplinæ q̃ ꝓpositis bonorũ, & malorũ finibus officiũ oẽ puertunt. Nã q summũ bonũ sic instituit, ut nihil habeat cũ uirtute cõiunctũ, idq; suis cõmodis, nõ honestate metitur: hic si sibi ipe cõsentiat, & nõ interdũ naturæ bonitate uincatur, fit, ut neq; amicitiã colere possit, nec iustitiã, nec liberalitatẽ. Fortis uero dolorẽ summũ malũ iudicãs, aut tẽperãs, uoluptatem summũ bonũ statuẽs, esse certe nullo modo põt. Quæ quãquã ita sunt in prõptu, ut res disputatiõe nõ egeat,

iam en

qđ hõ potius q̃ brutũ natus esset: scđo, qđ Athenis potius quã alibi terrarũ: tertio qđ tpibus Socratis. Tãtũ refert, in bonos ĩcidisse præceptores ⁋ Altera exẽplis.} Viua intelligit exẽpla, qbus Atheniẽsiũ respub. nullo nõ tpe instructa fuit. Neq;. n. præcepta mõ desides aĩos ad officia subeũda euocãt, sed magnorũ quoq; uirorũ cõspectus mẽtes, nã et instõne bñ alioq cõpositas cessantes tñ, latẽte quapiã rõne suscitat. Senecæ sup hac re uerba ex Epist. superius citata subiũgã: Nulla res magis aĩos honestate induit, dubiosq; et in prauũ ĩclinabiles reuocat ad rectũ, quã bonorũ uirorũ cõuersatio. Paulatim enĩ descẽdit in pectora, et uim præceptorũ obtinet, frequẽter audiri, aspici frequẽter. Occursus mehercle ipse sapientũ iuuat: & est aliquid, qđ ex magno uiro uel tacẽte proficias, &c. ⁋ Semp græcis latina cõiunxi.} Cic. ipsé ad Attic. lib. 1. gloriatur se præter cæteros φιλελλήνων et esse et hẽri. Et de Orat. 1. sub psona Crassi, qua ipsé studiorum rõne usus sit edisserẽs: Postea, inqt, mihi placuit, eoq; sum usus adolescẽs, ut summorũ oratorũ græcas orõnes explicarem: qbus lectis hoc assequebar, ut cũ ea quæ legerẽ græce, latine redderẽ, nõ solũ optimis uerbis uterer, & tñ usitatis: sed ẽt exprimerẽ quedã uerba imitando, quæ noua nostris eẽnt, dũmõ essent idonea. Ad tãtũ græcæ facũdiæ fastigiũ peruenit, ut cũ apud Rhodũ græce declamarit, Apolloniũ in oratoria præceptorẽ in tantã admirationẽ pduxerit, ut cõfusiõe correptus diceret: σὲ μὲν ὦ κικέρων ἐπαινῶ καὶ θαυμάζω τῆς δ' ἑλλάδος οἰκτείρω. τὴν τύχην ὁρῶν. ἃ μόνα τῶν καλῶν ἡμῖν ὑπελείπετο καὶ ταῦτα ῥωμαίοις διὰ σοῦ προσγενόμενα, παιδείαν τε καὶ λόγον. Hæc Plutarc. in Cic. Græca aũt latinis iũgẽda esse, ita extra cõtrouersiã est, ut Quintil. magistrorũ omnium magister, auspicia studiorũ à Græcis fieri uoluerit. quãuis ipse ijs præceperit, qui latinã linguã unà cũ lacte materno imbibebãt. Nostris aũt pueris græcæ grãmaticæ præcepta

tum

In lib. de de fi-nibus.

*tamẽ ſunt à nobis alio * loco diſputata. Hæ diſciplinæ igitur ſi ſibi cõſentaneæ eẽ uelint, de officio nihil queant dicere. Neq; ulla officij præcepta firma, ſtabilia, cõiuncta naturæ tradi poſſunt, niſi aut ab ijs, qui ſolã, aut ab ijs, q maxime honeſtatẽ ꝑpter ſe dicant expetendã. Itaq; ꝑpria eſt ea præceptio Stoicorũ, & Academicorũ, & Peripateticorũ: quoniã Ariſtonis, Pyrrhonis, & Herilli iãpridẽ exploſa ſentẽtia eſt. Qui tñ haberẽt ius ſuũ diſputãdi de officio, ſi rerũ aliquẽ delectũ reliquiſſent, ut ad officij inuentionẽ aditus eſſet. Sequemur igitur hoc qdẽ tẽpore, & in hac q̃ſtione potiſſimũ Stoicos, non ut interpretes, ſed ut ſolemus, è fontibus eorum iudicio, arbitrio'que noſtro * quantum quoque modo uidebitur, hauriemus.*

* als, quantocunq; modo.

tum citra ſuꝑſtitionẽ tradẽda cenſeo, cum latinæ analogiã ſua induſtria ſequi pñt: nec amplius differẽda, cũ latina nu nq̃ ſine græcis uel bene, uel recte ſint pceptam. ⁋ Nõ ſolũ in philoſophia. } Ipſe in oratore teſtatur, nõ tantũ ſe debere ſcholis rhetorũ, quantũ Academiæ ſpatijs. Quintil. lib. 12. c. 2. oratorẽ ſuũ philoſophia inſtructũ uoluit, cum ne intelligi ſaltẽ poſſit eloquẽtia hoĩs optima neſcientis ſic Periclem Anaxagoræ, Demoſthenẽ Platoni operã dediſſe. Atq; uiciſſim in philoſopho eloquentiã requiri affirmat Cicero noſter, in præfatione Tuſc. quæſt. his uerbis: Hãc pfectã philoſophiã ſemp indicaui, quæ de maximis q̃õibus copioſe poſſet, ornateq; dicere. In quã exercitationẽ ita nos ſtudioſe operã dedimus, ut iã etiã ſcholas Græcorũ more hẽre auderemus. Quintil. in præfat. ſui operis, oratorẽ & philoſophũ eundẽ eſſe docet. ⁋ Magnũ adiumentũ attulimus hominibus noſtris. } De hoc in præfat. Tuſc. quæſt. Philoſophia, inqt, latuit uſq; in hãc ætatẽ, nec ullũ habuit lumen literarũ latinarũ: quæ illuſtrãda & excitãda nobis eſt, ut ſi occupati pfuimus aliqd ciuibus noſtris, proſimus etiã ſi poſſimus otioſi. { Et ad dicendũ et ad iudicandũ. } Maxime Topicis, Partitionibus, & preclaris de Oratore libris. ⁋ Diſces tu quidẽ. } Ab effectu hoc mõ. Neminẽ profeciſſe pœnitet: ſtudio diligẽti proficimus: ergo ſtudijs diligentẽ operam impẽdere nõ pigebit. Vide prouerb. Senex ſemp aliqd addiſcet. ⁋ Quoniã utriq;. } Ego & Cratippus: uel, nos Academici, & nos Peripatetici. Fuit. n. Cratippus Peripateticus, Cicero uero Academicus. illud Plutar. in Bruto teſtatur: hoc Cic. tũ in Orat. tũ alibi iactat. Vſus ẽ aũt præceptoribus Academicis, Diodoro, Philone, Antiocho & Poſſidonio, quorũ ipſe multis paſſim locis mẽtionẽ facit. ⁋ Socratici & Platonici. } Nã cũ eſſent plures orti ferè à Socrate, qd' ex illius uarijs & diuerſis, & in omnẽ partẽ diffuſis diſputationibus alius aliud apprehẽderat, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentiẽtes inter, et ſe multũ diſiunctæ & diſpares, cũ tñ oẽs ſe philoſophi Socraticos & dici uellẽt, & eſſe arbitrarẽtur: ac primo ab ipſo Platone Ariſtoteles et Xenocrates, quorũ alter Peripateticorũ, alter Academiæ nomẽ obtinuit. Hæc Cic. de Orat. 3. Academia aũt nomen habet à Platonis horto, de quo abunde præter cæteros. Cic. de Fin. 5. Peripatetici aũt dicti ſunt, qa diſputabant inambulãtes in Lycio, ut Laer. in Ariſtot. ſcribit, & Cic. Acad. quæſt. 1. Qui ibidẽ docet, Peripateticos & Academicos noĩe quidẽ differre, re uero nihil. Quantũ utraq; facultas ad dicẽdi uirtutẽ faciat, præter Cic. lege Fab. lib. 12. cap. 2. ⁋ Nec uero arrogãter. } Reprehẽſus eſt has parte Cic. quãuis is quidẽ rerũ à ſe geſtarũ maior q̃ eloquẽtiæ fuit, in oratiõibus utiq; iactator. defenditur tñ à Quintil. lib. 11. ⁋ Cõcedens multis. } Varroni, Catoni, &c. ⁋ Quod eſt Oratoris ꝑpriũ. } Quintil. lib. 2. cap. 16. ait hoc Cic. pluribus locis ſcribere. & Plutar. inqt eũ oratoris nomẽ magis q̃ philoſophi fuiſſe amplexũ. ⁋ Apte, diſtincte, ornate. } Hoc negotiũ alij aliter. quos ſi diligẽter cõferas, fortaſſis ſine negotio cõciliabis, hoc modo.

Cicero hoc loco oratoris officium ait eſſe, dicere

Apte.	Diſtincte.	Ornate.

Craſſus de Oratore, orationem uult eſſe

Aptam.	Latinam, & planam.	Ornatam.

Quæ Græcis ſunt,

ἁρμόττουσα	σαφήνεια.	κάλλος, καὶ κατασκευή.

Quintilianus ait hæc contineri partibus

Mouendi. huc pertinent Affectus.	Docendi. huc pertinet Expoſitio, & Argumentatio.	Delectandi. Delectatio in utroq;, maxime tamẽ in elocutione partes habet.

⁋ Demetrius Phalereus. } Quæ Marſus ex Cic. Bruto annotauit, ea repetit Quintil. lib. 10. Eũ in medio dicẽdi gñe Cic. præfert omnibus. Laer. qui uitã eius inter philoſophicas lib. 5. cõſcripſit, multa ab ipſo opa cõſcripta cõmemorat. Alio noĩe φάνος appellatus. φαληρεύς uero, ἀπὸ φαλήρου Atticæ portu. Sub Ptolemæi Philadelphi preclaræ Alexãdrinæ bibliothecæ bibliothecarius, ut Hieron. in Danielẽ memoriæ pdidit. ⁋ Vt Theophraſti diſcipulũ poſſis agnoſcere. } Quint. li. 10. Nã in Theophraſto tã eſt eloquẽtiæ nitor ille diuinus, ut ex eo nomẽ quoq; traxiſſe dicatur. De quo Laer. τοῦτον τύρταμον λεγόμενον θεόφραστον, διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον. ἀριστοτέλης μετωνόμασεν. Eius ſuauitas ab ipſo Ariſtotele præceptore ꝑ ebrie inuolucrũ indicata eſt, dũ diſcipuli de ſucceſſore agerent: cum uinũ Lesbium primum, deinde Rhodium guſtaſſet. ἡδίων ὁ λέσβιος inquiebat. de quo Gell. lib. 13. cap. 5. Floruit Olymp. 114 ⁋ Equidẽ & Platonẽ. } Nolo repetere, quæ à Marſo ex Fabio ſunt annotata. Sed idẽ Fab. lib. 9. c. de Cõpoſ. Platonẽ & Demoſthenẽ inter ſe diſſimiles fuiſſe teſtatur, Platonemq; cõpoſitionis diligentiſſimũ eodem capite affirmat. illius copiã, hunc uim Cicero effinxit, teſte eodem Fabio lib. 10. Aſianũ lib. 12. uocat. Dũ Plato in Gorgia oratoribus illudit, ſummũ agit oratorẽ. Porro cũ eo qd' idẽ Fabius Homericã Platoni facultatẽ tribuit, cõgruit id qd' Panetius eũ phorũ Homerũ appellauit, qd' Cic. in 1. Tuſc. quæſt. cõmemorat. Ad hæc teſtimõia accedũt illa Timonis, q̃ refert Laer.

τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' ἑκαδήμου
δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Facit huc, qd' cũ infanti illi in cunis dormiẽti apes in labellis conſediſſent, rñſum eſt, ſingulari illũ ſuauitate orationis fore, de quo Cic. de Diuinat. 1. Plin. lib. 11. c. 18. Valer. lib. 1. c. de prodigijs. ⁋ Et Demoſthenẽ. } Demoſthenẽ Platonis diſcipulũ fuiſſe, ſatis cõſtat. quos dictione diſſimiles fuiſſe teſtatur Fab. lib. 9. c. 4. Et ſupra ex eodem Fabio audiuimus, Demoſthenẽ philoſophiæ bñficio præſidioq; tantum euaſiſſe oratorẽ. Quòd uero Demoſthenes puer neglecto Platone, Calliſtrato adhæſerit, præter Libanium & Plutarc. lege Gellium lib. 3. cap. 13. Cæterum de æmulatione Ariſtotelis & Iſocratis ſcribit Quintil. lib. 3. cap. 1. Hinc uelut diuerſæ ſectari cœperunt uiæ. Nã et Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt, in omni ſtudiorum genere. eoq; iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum impleuit annum) pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam

riam cœpit, noto quidē illo (ut traditur) uersu ex Philocteta frequē ter usus, αἰσχρὸν σιωπᾷν, καὶ ἰσοκράτη ἐᾶν λέγειν. Ars est utrius;que, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Meminit Cicero de Orat. 3. & Tusc. quæst. 1. Vide prouerbiū Suum cuique pulchrum. Laert. in Aristot. hunc uersum aliter habet: pro Isocrate Xenocratem. αἰσχρὸν σιωπᾷν, ξενοκράτη δ᾽ ἐᾶν λέγειν, De his singulis Ciceronis audiamus iudicium: quod apud Plutarchum in eius uita his uerbis scriptum legitur: πολλὰ δὲ αὐτοῦ καὶ ἀπομνημονεύουσιν, οἷον περὶ ἀριστοτέλους, ὅτι χρυσίου ποταμὸς εἴη ῥέοντος. καὶ περὶ τῶν πλάτωνος διαλόγων, ὡς τοῦ διὸς εἰ λόγῳ χρῆσθαι πέφυκεν, οὕτω διαλεγομένου. τὸν δὲ θεόφραστον εἰώθει τρυφὴν ἰδίαν ἀποκαλεῖν. περὶ δὲ τῶν δημοσθένους λόγων ἐρωτηθεὶς, τίνα δοκοίη κάλλιστον εἶναι, τὸν μέγιστον εἶπε. Chrysostomus lib. de Sacerdotio 4. Isocrati tersum tenorem tribuit, Demostheni amplam sublimitatem, Thucydidi uenerandam maiestatem, Platoni excellentem dignitatem ¶ Aetati tur. } Decorum ab utriusque ætate, πρός τι. Decet enim paternam grauitatem, ut filios iuuenes sana mente imbuant, & honeste uiuendi præcepta præscribant. ¶ Nulla enim uitæ pars. } à partium enumeratione. ¶ Neque si tecum agas. } Docet Seneca, hominem solitarium tum sibi peccatis interdicere, cum dignitatem sui reputans, sapsum reueretur. Et certe Christianus homo, rerum suarum spectatores sanctos angelos meminerit. ¶ Communis est omnium philosophorum. } Stoicorum cum Academicis & Peripateticis. Epicureos enim in philosophis non habet, ut ex sequētibus patebit. ¶ Philosophum se audeat dicere. } Est enim philosophis uitæ lex: Seneca. ¶ Si sibi ipse consentiat. } id est, perpetuo errore fluctuet. ¶ Naturæ bonitate. } φύσει. primo uidelicet cognitionis gradu. ¶ Fortis uero. } ex contrarijs. ¶ Qui solam uirtutem. } Stoici. Res enim commodas προηγμένα, incommodas ἀποπροηγμένα appellant. ¶ Quoniam Aristonis. } Iam explosæ eiectæq; sententiæ Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quòd in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt, adhibendæ omnino non fuerunt. Nam cum omnis hæc quæstio de Finibus, & quasi de extremis bonorum & malorum ab eo proficiscatur, quod diximus naturæ esse aptum & accommodatū, quodque ipsum per se primum appetatur, hoc totum & hi tollunt, qui in rebus ijs, in quibus nihil quod non aut honestum, aut turpe sit, negant esse ullam causam, cur aliud alij anteponatur: neque inter eas res quicquam omnino putant interesse. Et Herillus, si ita sensit, nihil esse bonum præter scientiam, omnem consilij capiendi causam inuentionemque sustulit. Hæc Cicero de Finibus libro 5. Quibus uerbis non multum dissimilia scribit idem Cicero de Finib. 2. Item Academicarum quæst. 2. De Aristone & Herillo, lege Diogenem Laert. lib. 7. Aristonis dogmata conuellit Seneca lib. 14. ut paulo superius indicauimus. Pyrrhonis uitam scribit Laert. lib. 9. ¶ Potissimum Stoicos. } Quos in 1. Tusc. quæst. suos amicos appellitat. Fuit autem Stoicus Zeno, primus huius disputationis author: fuit Panætius, fuit Posidonius. Sed quia hasce commentatiunculas in puerorum maxime gratiam congerimus, ignoscet nobis lector æquus, si in minutijs aliquando & rebus docto lectori iam ante hac cognitis superstitiosius hæsero: Scribit Laert. lib. 7. in uita Zenonis, στοὰν ποικίλην, hoc est porticum uarijs picturis insignem, multa ciuium Atheniēsium cæde fœdatum fuisse, quam immanitatem Zeno suæ scholæ frequentia dispulit. unde fortassis alterū πεισιανάκτιον cognomentū habuit. Hinc Zenonis sectatores Stoici appellati sunt. ¶ Nō ut interpretes. } Nullius uidelicet addictus iurare in uerba magistri. Nā Platonē, Chrysippū, & alios sequutus quidē est, cæterū in transferendo parcior extitit.

VITI AMERBACHII COMmentaria in Ciceronis libros de officijs.

DVAE sunt in hac præfatione partes præcipuæ, Prior est, Suasoria. Cicero enim in ea filium suum hortatur ad lectionem suorum librorum, duobus maxime argumentis; tum quòd ipse hoc fecerit, tum q. feliciter fecerit. Excitat eum ibi simul, occultius tamen, ad uniuersæ philosophiæ studium. Hæc pars est ornata occupatione, quòd non temere dixerit suos libros ad dicendi facultatem conducere, cum sit diu in foro uersatus: & collatione, quòd Græci non cum dicendi studio coniunxerint philosophiam, sicut ipse coniunxerit. Posterior est expositio causæ, cur de officijs ad eum scribat, sumptis argumētis ab utriusque ætate, seu persona, & ab honesto ac utili. De hoc suo studio tractandi philosophiam, & diligentia explicandi hanc partem eius de Officijs ita scribit ad Pomp. Atticum: Nos hic φιλοσοφοῦμεθα, quid enim aliud? & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, magnificè explicamus, προσφωνοῦμενq; Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio? In fine est addita reprehensio Epicureorū, qui omnem rationē officiorum sua doctrina perturbauerāt, & corruperant. Id autē fit per correctionē. ¶ Quoniā Aristonis, &c. } Horum Philosophorum Cicero cum in alijs plerisq; locis, tum in 2. lib. de Finib. & in 2. Acad. quæst. meminit. Sunt aūt hæc eius uerba in eo loco de Finibus, Quæ cum Aristoni & Pyrrhoni omnino uisa sunt pro nihilo, ut inter optime ualere, & grauissime ægrotare nihil prorsus dicerent interesse, rectè iampridem contra eos desitū est disputari. Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent; nec ei quicquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur: uirtutem ipsam, quam amplectabātur, sustulerūt. Herillus autem omnia ad scientiam reuocans, unū quoddam bonum uidit, sed nec optimum, nec quo uita gubernari possit. Itaque hic ipse iampridem est eiectus.

VOCES ALIQVOT ANNOTATAE ex officijs M. T. Ciceronis per Erasmum Roterodamū.

COmmunis est omnium philosophorum. } Cum dicamus, hoc mihi cum illo commune est, Commune tamē omnium dicitur, potius quàm omnibus, Etiam si in eodem hoc libro scripsit: Multa enim cuibus inter se communia: nec reciproci seruata proprietate, si modo locus mendo uacat. Hic si sibi ipse consentiat. } Cōsentit sibi, qui constat sibi, suiq; similis est. Vtrunq; rectè dicimus, Consentit illi, & Consentit cum illo.

PHILIPPI MELANCHTHONIS ANnotata in M. T. Ciceronis libros de officijs.

QVanquam } Propositio. Latine de philosophia scribo. Estq; figurata occupatio, tametsi Græcis abūdes ¶ Sed etiam in dicendi } Circumstantia. Sæpe aliàs Latine scripsi de philosophia, ¶ Quamobrem. } Reiectio. ¶ Non pœnitebit } id est, non parum uidebitur, sicut Terēt. in Heautont. ¶ Sed tamen nostra. } Res alij forte tradent non infeliciter, at mea proderunt ad Latine dicendū. ¶ Nec uero arroganter } αἰτιολογία cur sua putet conducere ad locupletādā facundiā. ¶ Vis enī dicēdi maior ē in illis.) Duplex est dicēdi genus, tragicū et uiolentū in forēsibus oratiōibus, comicū et summissum in phicis disputationibus. ¶ Et id qdē nemini. } Amplificat collatione Græcorū, q. nemo elaborarit in utroq; genere dicēdi. ¶ Sed cum statuissem. } Secunda pars præfationis, cur de officijs scribat.

uijs scribat. ¶ Nulla enim uitæ pars. } Commendat ab utilitate. ¶ Communis est. } Ab exemplis aliorum. ¶ Sed sunt, &c. } Taxat eos qui parū ciuiliter præceperunt de officijs. ¶ Nam qui sum. bon. } Hoc ad Epicureos pertinet: quanquam enim summum bonum in uoluptate ponat Epicurus, tamen non pot st perpetuo uoluptatem inter optima ducere. Sæpe enim honestatem coget natura præferre: neq; enim promiscuas libidines probare poterit: itaq; à natura uincitur. ¶ Quoniam Aristonis. { Aristo & Pyrrho nullum delectum mediarum rerum reliquerūt, ut inter optime & pessime ualere, inter inopiam & diuitias nihil dicerent interesse. Id uero alienum est à communi uita, & ciuili consuetudine. Herillus solam scientiam dicebat esse bonum.

*Placet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est, * ante definire, quid sit officium: quod à Panætio prætermissum esse miror. Omnis enī, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci: vt intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.*

BETVL. Placet igitur, &c. } Ante definire.) In genere potissimum didactico. Cum superius, Calcagnine, Ciceronem contra te defenderem, nullo modo potui tibi sycophantes uideri, cū illud nomē in actorem tantum cadere possit. Si me Ciceronis studio litem meam fecisse suspicaris, erras. Est quidem is mihi amicus summus, sed magis amica ueritas. Scio amicis gratificandum, sed ad aras. Quia nūc ueritas penes te est, in tuas me partes traxeris facile: ut qui iam pridem hanc ipsam in eo diligētiam hoc maxime loco desiderarim. Tanta autem me semper religio tenuit, ut os in cœlum mihi uisus sim tollere, si contra numen Ciceronianum aliquid hiscerem. Aduertebar definitiones in ipsa diuisione, & mox in etymis quærere: maxime cum etymon uocis definitio sit, & diuisionis legitimæ eadem quæ definitionis essentialis materia inueniatur. Sed hoc parum diserte fieri non concedere non possum, & in tuam sententiam eo facilius concedo, quòd antehac in similibus causis præiudicia à Gellio & Politiano doctissimis uiris cōtra Ciceronem facta sint. Sed age, imbimus aliquā rationem, qua hanc negligentiæ notam à Cicerone amoliamur. Putabimus operi aut temporum iniuria uulnus inflictum: aut in eo uolumine, unde reliqua exempla descripta sunt, spatium definitioni faciendæ relictum fuisse. Nam si textus cōmissuras penitus inspicies, animaduertes definitionem aptissime interseri posse. Sed hæ friuolæ coniecturæ sunt. Licet autem Panætius officij definitionem omisit, forte non aliam positurus erat, quàm eius hæresiarcha Zeno posuerat. Eā ex Diogene Laertio subiungemus. τὸ καθῆκον ἐστὶ, ὃ πραχθὲν, εὔλογόν τε ἴσχει ἀπολογισμόν. Vide num Cicero hæc uerba sub finē diuisionis expresserit, ubi ait medium officium id dici, quod cur sit factum, ratio probabilis reddi possit. Certe expressit. Atqui inques, definitio diuisionem lege scholastica præcedere debet. Audi quid Cicero tibi respondeat: Ego qui Latinis hominibus non modo disserēdi rationem præscripsi, sed quàm fieri maxime potest, exemplum oratoriæ perfectum exhibui, meo iure hāc mihi prærogatiuam uendico, ut pro meo arbitrio commodoq; hisce rebus utar. Et si maxime rationem urgeas, importunius instando, nec partē certam definitione describere potuerā, nisi totū prius in partes digessissem: nec formā, nisi generis unius alias formas adiūs institutū nihil attinentes remouissem. Remoto n. catorthomate, τὸ καθῆκον posita utriusq; definitione prosequit. Differētia siquidē clarissime definitionis adminiculo discernit. Definitiones enim specierum essentiales (ut ipse agnosces) genere & differētijs cōstant.

AMER. Placet igitur. } Quia non uno modo solet de officio disputari, & officia non sunt unius generis, initio huius operis Cicero, & de quo genere officiorum uelit docere, ostendit, & simul duas officiorum diuisiones ponit: Quarum utraque duas habet species, & sunt inter se cognatæ, aut posterior ad priorem pertinet. Vtrum enim officium aliud alio sit præstantius, & perfectius, in illa exactiore disputatione de officijs, quæ habetur de finibus, dubitatur, & inquiritur. In hac Ciceronis disputatione, & similibus, non hoc quæritur, sed tanquam certum sumitur, & de altera tantum eorum parte præcepta proponuntur, quæ media continent officia, id est, quæ in mediocres uiros, aut oīno bonos ac sapientes, prout patitur natura humana, cadunt. Illa altera disputatio de officijs generalis est, ac θεωρητική. Hæc Ciceronis est specialis, ac πρακτική. Hanc enim diuisionem nunc faciunt, in omnibus ferè artibus, ut aliter iurisconsultus in schola de iure disputat, aliter in foro: aliter Arithmeticus de numeris, aliter mercator: aliter musicus de sonis iudicat, aliter cātor. Quanquā in his libris etiam de principijs, & ipsis fontibus non semel dicitur, ut initio statim, ubi tota hæc disputatio diuiditur in suas partes, quæ nihil aliud sunt, quàm principia, ex quibus omnia præcepta de officijs oriuntur. Præterea Cicero hic interim, dum officia diuidit & definit, ostendit de quo genere officiorum sit tractaturus. Qui locus est generalis propositio totius disputationis. Vocabulū autem Officium Latinis propriè significat, quod conuenit, quod decet. & prorsus consentit cum Græca uoce καθῆκον, nisi quòd Latina quàm Græca plenior est, sicut etiam ipse Cicero in quadam epistola ad Atticum docet his uerbis: Quod de inscriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium sit, nisi quid tu aliter, sed inscriptio plenior de officijs. Hactenus Cicero. Fortasse propterea Latinum significantius est Græco, quòd illud ab efficiendo est dictum: (sic enim scribunt ueteres grammatici) hoc uerò à conueniendo. Græcis enim ἥκω uenio, καθήκω conuenio significat, quod est uelut paulo pigrius, quàm efficio, uerbum. Potest autem sic generatim definiri Officium, ut sit omne quod unicuiq; homini conuenit, siue sit factum, siue dictum, siue gestus, siue etiam cogitatio. Hoc autem uel ipsa uirtus est, uel effectus uirtutis, aut certe finis, ut idem sit, quod uocant Plato & Aristotele τὸ καλὸν, aut ὑπεροχήν. Nam hoc ab Ouidio dictum est impropriè:

Temporis officium solatia dicere certi est.

Et propriè sic diceretur: Hominis est officium, certo tempore dicere solatia. Vtuntur hoc nomine præterea Latini pro beneficio, uel honesto quodam obsequio, pro magistratu, aut pro eo, quod in publico fit, ut cum Vlpianus dicit: Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, uel publicis remotæ sunt: haud scio an ueteres, & probati scriptores usurpauerint. Certe rarò fecerunt hoc, si fecerunt. Sed propriam tantùm significationem habet illa dictio in hac disputatione, quod ad caput eius & summam pertinet.

MELA. Placet igitur. } Principio definitio est concipienda ex dialecticorum doctrina.

Idē in or… tione Ly… sic notau… Socratis Phædro… Platonis … *Vide d… sgitione… II. Ce… Calcag.

BETVL.

Quod pertinet ad finem.} Animus recta honestatis opinione imbutus, amet gestitq; id facere quod honestum est: neque in alium id finem facit, quàm ut bonum hoc, quicquid id est, ex se tum erga Deum, tum erga mortales proficiscatur. hāc partem Theoriticen uocant. Sed fieri potest, imo solet, ut animus recte institutus uideat, quam ob cām facere officium debeat, cesset tamē ab executione, nisi præcepta officiorum ἐργοδιώκται crebro insliterint. Hanc partem Cicero in his libris prosequitur: illam in iis qui de Finib. inscripti sunt. Cæterum quod ad officij nomenclaturam attinet, Grammatici duas adferunt sententias. Alij officium, efficium dicunt: ab effectu uidelicet, quò finalis impetus tendebat. Alij per Antiphrasin, quod prosit multis, officiat nemini. Vtriusq; D. Ambros. in suis Officijs meminit. cuius authoritate D. Augustinus contra D. Hieron. de officioso mēdacio disputans, hanc uocem sacris quoq; literis usitatam esse affirmat & ut maior illi fides fiat, exēplum ex cap. 1. Lucæ euang. adducit. de officio Zachariæ patris Ioan. baptistæ. sed illic nec τοῦ καθήκοντος, neq; κατορθώματος, sed τῆς λειτουργίας nomē est, quod Pontificijs ubiq; scripturarū Missam significat. κατόρθωμα aūt definiunt, ut sit πρᾶξις ἀκόλουθος ὀρθῷ λόγῳ ἢ νόμου πρόσταγμα. quæ uox ad bella se quoque extendit, accipiturq; pro ἀνδραγαθίᾳ. Cæterum τὸ καθῆκον, dicitur à κατὰ, & ἥκω, uenio, quod per quendam quosdam'ue fiat, uoce usitata magis quàm commoda, cuius authorem Zenonem Laert. & Suida faciunt. legitur tamen etiam apud Xenophontem, Apud Demosthenem ferè τὰ δέοντα ποιεῖν, est, quod nos officium facere dicimus. τοῦ καθήκοντος nomen, iisdem authoribus extendit se ad animantia usq;, atq; plantas. faciūt enim hæc quoq; sua officia pro suo quodam modulo. Credo autē Zenonem, id quod cōmunis erat sermonis cōmune, quæstionibus philosophicis mancipasse proprium.

gis

Quoniam nō est simplex officij uocabulum, neq; poterat in genere definiri commode, diuisione explicat, duplici quidem uerbis, sed re eadem. Facit autem ex Stoicorum sententia duo genera officiorum. Alterum quod perfectum uocant, estq; cum fine boni coniunctum, neque in quenquam præterquam in sapientem com, etc. Alterum medium siue inchoatum, quod per se neque bonū sit, neque malum, sed ad usum aliquem uitæ sumitur: ut recte depositum reddere, perfecti sit officij: depositum reddere, imperfecti: uerum recte nisi sapiens nemo reddat, reddant autē simul & stulti. Diuus autem Ambrosius prioris generis esse putat, quæ secundum consilia fiunt: posterioris, quæ secundum præcepta: ut bene administrare rem, ad inchoatum officium pertineat: erogare in pauperes, ad perfectum.

Omnis de officio duplex est quæstio: Vnum genus est, quod ptinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in præceptis, quibus in oēs partes vsus vitæ confirmari possit. Superioris generis huiusmodi exempla sunt: Omnia'ne officia perfecta sint: Nunquid officium aliud alio maius sit: & quæ sunt generis eiusdem. Quorum autem officiorum præcepta tradūtur, ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur: de quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia diuisio est officii: nam & mediū quoddā officiū dicitur, & pfectū. Perfectum autem officium, rectum, opinor, vocemus, quod Græci κατόρθωμα: hoc autem commune, quod ii καθῆκον vocant. Atque ea sic definiunt, vt rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant: medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.

Perfectum officiū κατόρθωμα, q̄ i tertio de Finib. Cicero tū rectum, tum recte factū interpretatur: ē honestatis actio propter se expetenda.

al's κατόρθωμα appellant. Hoc autem cōmune officium καθῆκον μέσον uocant.

MELAN.

In præceptis, &c.} Sicut medicina dupliciter tractatur: nam aut μεθοδικῶς causæ uerborum excutiuntur & remediorum, aut tantum præcepta sanitatis, aut remedia traduntur, quod sæpe solent anicule imperitæ causarum: ita de Officijs bifaria scribitur. Nam aut natura hominis, & finis bonorum μεθοδικῶς inquiritur, aut παραινέσεις tantum traduntur siue disputatione accuratiore de natura hominis, & de bonis: ut sunt præcepta Phocylidis, aut Theognidis, aut quæ dicuntur Catonis. Hoc modo Cicero profitetur hic se præcepta congessisse. ¶ Quod Græci κατορ.} κατόρθωμα perfectum officium est: & negabant ullum factum esse cuiusquam tale. Medium uero officium tribuebant mediocribus & ciuilibus uiris: quare hic περὶ κατορθωμάτων nihil disputat, quæ tantum disputando imaginamur, sicut perfectum oratorem, aut alias species in artibus.

Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio.

Triplex igitur est, vt Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio. Nam, honestum'ne factu sit, an turpe, dubitant id, quod in deliberationem cadit: in quo considerando, sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem inquirunt, aut consultant ad vitæ commoditatem, iucunditatemq;, ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se possint iuuare, & suos, conducat id, nec'ne, de quo deliberant. Quæ deliberatio omnis in rationē vtilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum

Tres loci deliberationi. Honestū, Vtile, ad quē referuntur & illa, magnum, iucūdum, sine periculo: tertiū addit Fabius, quē δυνατόν, id ē possibile, nominat.

BETVL

Triplex.} Cicero ad Atticum lib. 16. Librum quē rogas, perpoliam & mittam. Hæc ad posteriorem, τὰ περὶ καθήκοντος, quatenus Panætius absoluit, duobus illius tres sunt. Sed cū initio diuisisset ita, tria genera exquirendi officij esse: unum, quum deliberamus, honestum an turpe sit: alterum, utile an inutile: tertium, quū hæc inter se pugnare uideantur, quomodo iudicandum sit. qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile. De duobus primis præclare disseruit: de tertio, pol-

licetur

licetur se deinceps scripturum, sed nihil scripsit. Et eum locum Posidonius prosequutus. Ego autē eius librum accersiui, &c. Ex collatione horum locorum, uterq; manifestior diligenter cōferenti fiet. ¶ Hac diuisione.} Panætium contra Ciceronē Calcagninus in Disquisitionibus, bonis lateribus defendit. Nec habeo quod impugnem, nisi dicam, Ciceronem non tam Panætium ipsum q̄ Stoicorū heresim hac parte reprehendere uoluisse: ut qui disputationem aliàs philosopho uitaq; humana dignam, cō-

parationem

* Cōtra re uocare ad se

parationem tollentes, non satis digne tractassent. id quod fortassis lectorum uulgus, nisi admonitum, haud unquam animaduersurum fuerat.

Ciceronis de officijs quæstiones sunt, Vtrum

- { 1 Honestum an turpe }
- { 2 Honestū honesto honestius }
- { 3 Vtile an inutile }
- { 4 Vtile utili utilius. }

Quinto de comparatione.

*enim vtilitas ad se rapere, honestas * contra nō rapere ad se videtur, fit ut distrahatur deliberādo animus afferatq; ancipitem curam cogitandi. *Hac diuisione (cum præterire aliquid, maximum vitium in diuidendo sit) duo prætermissa sunt. Nec enim solum, vtrum honestum, an turpe sit, deliberari solet: sed etiam duobus propositis honestis, vtrum honestius. Itemq; duobus propositis vtilibus vtrum vtilius. Ita, quam ille triplicem putauit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto, sed dupliciter: tum pari ratione de utili: post de comparatione eorum disserendum.*

tem honestū, et utile. Nam quicquid agitur, aut geritur, uel quia honestum est, uel quia est utile, agitur, aut geritur: uel quia magis est honestum, uel magis utile, uel quia honestum est, etiam si non uideatur utile: uel quia utile est, etiam si non uideatur esse honestum. Atque in primo libro de duobus primis, de sequentibus duobus in secundo, in tertio de postremo docet.

*Viō diuisionē. III Cęlu Calcagnini.

AMERB. TRiplex igitur. } Hic partitur Cicero propositionem generalē, et indicat fontes ex quibus omne officium, aut omnis de officio disputatio manat. Sunt autem

MELAN. TRiplex igitur. } Genera rerum, ad quæ tanquam ad scopos diriguntur omnia consilia, & facta, sunt honestum, & utile: quæ sibi pueri proponant, ut discrimina et rerum, & factorum humanorum perspiciant.

BETVL. PRincipio generi animantium omni est à natura. } Sicut enim finis officiorum honestum est, ita efficiens causa natura: quæ principium cuiusq; motus est primogenie, secundum accidens nequaquam. quodq; illa uirtus dictitat, lex uel ius naturæ appellatur. Hoc Vlp. in l. 1. ff. de iustit. & iure. & Iustin. de iure nat. gent. & ciu. definit id esse, quod natura omnia aīalia docuit. Cicero in Rhetoricis, iustitiæ partes enumerās, Natura, inquit, est, nō quam opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit. ubi per naturæ uocem, naturæ dictamen intelligitur. Addit Iurecōsultus: Nam istud ius non humani generis proprium, sed omnium animalium quæ terra marique nascūtur, auium quoq; commune est. Hinc descendit maris atq; fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cætera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. Ciceronis exēpla nō omnia ad bruta se extendunt. Tribue ciconijs pietatem, canibus gratiam, uindicationem tygridi: non tamen uideo quibus brutis religionem, obseruantiam, ueritatemq; recte tribus. Esto bruta animalia non eodem modo, quo homines, iuris naturalis participia esse, (neq; enim hoc agit Cicero) ius nihilominus naturale est, cui λογικὰ & ἄλογα animantia quæque pro sua portione parent. Hæc solis naturæ pulsibus ad iustum aguntur: illa rationis beneficio inter iustum & iniustum discernunt. Et hoc pertinet ad humanæ iniquitatis amplificationem. Nefandumq; dictu est, animantium quodq; in suo genere legem sibi à natura præscriptam, sine exactore non negligere: hominem uero, ne conscientiæ quidem stimulis ad officiū excitari. Homini prudētia data est, brutis non est data. Homo (pro dolor) nec sibi, nec proli consulit: bruta uitæ dispendio prolem saluam cupiunt. Ita per partium enumerationem, & quasi paragogen quandam, per reliqua abito. Cicero in progressu ait, hominem homini ui rōnis conciliari. Sed quid nam queso est quod apes, formicas, grues, politica disciplina instituit? Natura. Vnde ergo inter mortales tot proditiones? tot seditiones intestinæ? tanta magistratuū inobedientia? Audi Plinium hæc eadem conquerentem. Denique, inquit, cætera animantia in suo genere probe degunt: congregari uidemus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpētes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt. At hercule homini plurima ex homine sunt mala. Lex pectoribus inscripta dictat. Ne facias alij quod tibi fieri nolis. quam tum præstabis, si personam cum eo, qui cum tibi res est, commutaueris. Adijcerē D. Augustini ex Psal. 57. uerba, si animus esset sacra m-

Ex ueteris Academiæ, & Stoicorum sententia, qui summū bonum à natura proficisci putant, & hoc ipsum esse beate uiuere, secundum naturam uiuere, commemorant, quæ semina nobis natura inseuerit, quæq; adminicula addiderit, quibus accedente industria, ac usu, ad felicitatem, quò referuntur omnia, proficiamus. Nam primo loco omni animanti studium tuendi sui indidit, Id quod iure naturæ est hominum cum pecudibus commune, uocaturq; κατὰ φύσιν πρῶτον: id est, secundum naturam primum: consequens est appetitus eorū quæ incolumitati sunt amica, fuga eorum, quæ noxia. Verum homini, quoniam non solum è corpore cōstabat, sed etiam ex animo, ut totus eē possit incolumis, ratiocinādi uim addidit, unde disciplinæ oēs, & uirtutes illæ morales pficiscuntur.

*PRincipio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur; declinetq; ea, quæ nocitura videantur: omniaque, quæcunque ad uiuendum sint necessaria, acquirat, & paret: vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis. commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem & belluam hoc maxime interest, quòd hæc tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum, quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum, aut futurum: homo autem, * quoniam rationis est particeps, consequētia cernit; principia, & causas rerū videt, earumq; progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, & rebus præsentibus adiungit, atque annectit futuras: facile*

* qui

totius vitæ cursum videt, ad cumq́; regendum præparat res necessarias. Eademq́; natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis, & ad vitæ societatem: ingeneratq́; in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitq́;, vt hominum cœtus & celebrari inter se, & sibi obedire velit: ob easq́; causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victum; nec sibi soli, sed coniugi liberis, cæterisq́;, quos charos habeat, tueriq́; debeat. Quę cura exsuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. In primisq́; hominis est propria ueri inquisitio, atque inuestigatio. Itaq; cum sumus necessariis negociis, curisq́; uacui; tum auemus aliquid videre, audire, ac discere; cognitionemq́; rerum aut occultarum aut admirabilium * ad beate viuendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, syncerumq́; sit, id esse naturę hominis aptissimū. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quędā principatus; ut nemini parere animus bene à natura informatus velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut vtilitatis causa iuste, & legitime imperanti: ex quo animi magnitudo existit, humanarumq́; rerum contemptio. Nec vero illa parua vis naturæ est, rationisq́;, quod vnum hoc animal sentit quid sit ordo, * quid deceat; in factis, dictisq́; qui sit modus. Itaque eorum ipsorum quę aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, uenustatem, conuenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura, ratioq́; ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinē, constantiam, ordinem in consiliis, factisq́; conseruandum putat: cauetque, nequid indecore, effœminate'ue faciat: tum, in omnibus & opinionibus, & factis, nequid libidinose aut faciat aut cogitet. * Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id quod quærimus, honestum: qđ ēt si nobilitatū nō sit, tamen honestū sit: quodq́; uere dicimus, etiāsi à nullo laudetur, laudabile eē natura. Formā qdē ipsam Marce fili, & tanquā faciē honesti uides: quę si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiæ.*

scere profanis. Chremes Terentianus Simonem huius legis cōmonefacit, ubi de sponsalibus liberorum consultant: Si in rem est utrique, ut fiant, accersi iube: sed si ex ea re plus mali est quàm commodi Vtrique, id oro te in commune ut cōsulas. Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater. Est rursus aliud naturalis legis membrum, ingratitudinem cauens: à qua Politianus sua Nutricia orditur. Atque in his ferè bruta hoībus uix inferiora reperiuntur. supiora sæpe. ⸢Vt se uitamq́;.⸣ Taurus apud Gell. lib. 2 cap. 5. Natura, inquit, omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitq́; in ipsis statim principijs, quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem, ita prorsus, ut nihil quicquā esset charius pensiusq́; nobis quàm nosmetipsi, &c. quæ sequuntur. ⸢Quæ noctura⸣ Plin. lib. 8 cap. 4. Nimirum hæc est natura rerum, hæc potentia eius, sæuissimas ferarum maximasq́;, quæ nunquā uidissent qđ debeant timere, statim intelligere cur sit timendum. ⸢Coniunctionis appetitus procreādi causa:⸣ Plato in Conuiuio, partum fœtumq́; ex congressu uiri & mulieris prouenientem, diuinum opus appellat. Huius sententiæ Socrates in Conuiuio, Diotimā fatidicam authricē facit. uerba ex Platone transcripsi: καὶ ποτε ἤρετο, τί οἴει ὦ σώκρατες, αἴτιον εἶναι τούτου τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἐπιθυμίας; ἢ οὐκ αἰσθάνῃ ὡς δεινῶς διατίθεται πάντα τὰ θηρία ἐπειδὰν γεννᾶν ἐπιθυμήσῃ, καὶ τὰ πεζὰ, καὶ τὰ πτηνὰ, νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα πρῶτον μὲν περὶ τὸ ξυμμιγῆναι ἀλλήλοις, ἔπειτα περὶ τὴν τροφὴν τοῦ γενομένου, καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις, καὶ ὑπεραποθνήσκειν. καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα, ὥστε ἐκεῖνα ἐκτρέφειν, καὶ ἄλλο πᾶν ποιοῦντα. Et ne quis hoc rationis discursui adscriberet, causam subiungit successionis studium, quod tantum natura indit beluis, ut quæque indicet in posteritate sua superstitem fo-

re. Socrates apud Xenophontem lib. 2. prolis procreandi cupiditatem, nutriendiq́; affectum illius consilio dari fatetur, qui cuncta sua prudentia gubernat. ⸢Et uera quędā eorum.⸣ Scilicet nutriendi. Qua de re præter Platonem pulcherrime disserit Fauorinus apud Gell. lib. 12. cap. 1. Macr. lib. 5. cap. 11. et Plutarchus de Liberis educandis. ⸢Sed inter homines.⸣ Sunt qui brutis quoq; rationem, tribuūt, in quibus Plutarchus, qui ea de re lusorio, ut ego opinor, argumento libellum scripsit, atque rursus alium περὶ τῆς φρονήσεως τῶν ζώων, quem Simō Grynæus uir scientissima doctrina præditus, latinitate donauit. Communior sententia hominem à brutis ratione discernit. Elegātissima uerba Quintiliani sunt, lib. 12. cap. 1. q̄ non grauabor inserere: Atque adeo naturalis est hominis ratio, ut sicut aues ad uolatum, equi ad cursum, ad sæuiciem feræ gignūtur: ita nobis propria est agitatio mentis, atque solertia, unde origo animi cœlestis creditur. Hebetes uero & indociles non magis secundū naturam eduntur quàm prodigiosa corpora, & monstris insignia. Diserte super hoc argumēto disputat Cicero de Legibus primo, Lactant. de Opificio hominis cap. 2. Quint. li. 2. cap. 17. Et Seneca lib. Epist. 10. ait, Rationem hominis propriam, cætera illi cum animalibus communia esse: Aristotelem fortè secutus, q in primo De historia animalium, diuidens animatum genera solū hominē βουλευτικὸν affirmat, discēdi aūt facultatē et memoriā brutis cū hoībus cōes facit. Reminisci rursus præter hominē nullū aīantium posse. Ego magis cū Lactātio sentio, eo loco quo hominē à brutis sola Dei cognitione secernit: nēpe lib. 3. cap. 10. Hoc de Christiano intellige, quem solum hominem censet. Sic D. Cyrillus contra Iulianum, solum uirtutis discrimen ponit. Et D. Augustinus de ordine, illud quo homo brutis antecellit, ἄχρονον esse, & immortale affirmat reliquum mortalium uulgus. in quo hæc excellentia non inueniuntur, fortasis non male sermone tantum & manibus (quod quibusdam placere uideo) bruta superare putabitur. Doctissime uixta

uereq́;

...eamq́; de...endam.

*ad bene...eatq́; ui.

*quid sit qđ deceat ī factis dictis...q́; qui mo...us.

Ex his honestū, qđ ē ...λος .i. fi...is: & κα...όρθωμα, qđ est p se laudabile, ...t si nemo laudet.

Socrat. in Phæ. Plat.

uereq; super ea re Lud. Viues in præclarissimis de anima & uita libris. ¶ In primisq;. } Hactenus de ijs quæ brutis cum homine aliquo modo communia sunt. in sequentibus dicit quæ hominis propria sunt, prudentiam hic soli homini assignat, superius beluas quoque eius participes fecit: sed longe diuersa ratione. Acceperūt quidē illæ à natura canones, quibus pronæ ad bona sua feruntur: ceterū collatione uerorum bonorum carent. qua homines excellerent, nisi mentibus ipsorum scelerosa sciendi curiositas ignorantiæ nebulas offudisset quam rem Cicero gentilis homo ignorans, dum ueritatē inquirit, turpissime sæpe errat, lumine uidelicet diuino destitutus. ¶ Quod uerum, simplex. } Iuxta prouerbium, Veritatis simplex oratio. Nihil enim menti magis quàm ueritas congruit. ¶ Cum sumus necessarijs. } Adeo, ut ne pueri quidem otiari queant: Fabio authore, uel experientia potius. ¶ Hinc ueri uidendi cupiditatl. } Videndi participium præsentis passiui est. Linacro. ¶ Appetitio principatus. } Opinione uidelicet alicuius boni. Hinc Cæsar in paruulo oppidulo primus, quàm Romæ secundus esse malebat. Hæc magnanimitatis & modestiæ semina beluis quibusdam quodammodo innata iudico: quum ipse Maro ducem gregis fecerit, dederitq; apium examini regem. Discunt etiam quædam utilitatis causa ex beluis plura, et hominis iussi obediunt: cuius rei documentum uel ficedula esse potest. ¶ Vt nemini parere animus. } Lege Aristot. Politic. 4. cap. 11. ¶ Quæ aspectu sentiuntur. } Homini quinque sensus sunt, quos Græci αἰσθήσεις appellant. ex quibus gustum tactumq; ἀκολάστους, hoc est intemperantes, Arist. appellauit: Gellius beluinos, qđ ex ipsis immodica uoluptas capiatur. Reliquos, uidendi scilicet, audiendi, olfaciendiq; sensus homini soli relinquit. Quare Cicero quoque hoc loco uidendi iudicio priuat. Sed de his alibi pleniore manu. ¶ Nisi iuste aut legitime imperanti. } Apud Platonem de Legibus tertio, septem legitimi imperij formæ numerantur.

I Qvum uel parentes, uel auita dignitate colendi, ex se genitis imperant: Hinc Iureconsultorum titulus de patria potestate.

II Si generosi obscuris, & ignobilibus. Hinc auspicia patrum erant, lege duodecim tabularum.

III Seniores natu minoribus. Quare senatus & senatores.

IIII Domini seruis iure gentium dominantur.

V Potentiores imbecillioribus. Id fit, ut ex Pindaro docet, iure naturali: ut qđ oib. s aīantibus cōe. Huius loci matrimoniū ē.

VI Maximū hoc Platoni axioma ē, qū ignorātes prudētioribus obtēperant.

obtēperāt. Hinc ego tutelā & præceptoriā dignitatē refero.

VII Sorte. Huius impij axioma rectū eē, Mathiæ aplatus declat.

¶ Quam similitudinem. } Formas. Formæ enim tantum, non res ipsæ in animo sunt. Aristoteles de Anima. ¶ Quæ si oculis. } Qui affectuum nebulis obcæcati sunt, officium non faciunt. Alioquin in rebus humanis ex oculis amor nasci solet. Et Plato tum alibi, tum in Conuiuio, τὸ καλὸν amoris causam ponit.

AMER. Principio generi. } Supra Cicero dixit omnes actiones referri ad honestatem, & utilitatem. Hic propinquissime ad fontes accedit, & ostendit hæc esse ex natura orta. De uitæ autem & corporis defensione, & rebus ad uitam utilibus, ac necessarijs prius dicit, post de partibus honestatis, secutus ipsum naturæ ordinem. Initio enim ætatis, prius & utilia sibi, & necessaria ad uitam quærunt homines, quàm intelligant uirtutem. idem enim est ferè uirtus, & honestas. Deinde progressu ætatis uidere discunt uitia uirtutum, et amplectuntur ea, paulatimq; ad uirtutem perueniunt natura duce: et postea magis eam colendam esse, quàm ullam utilitatem sentiunt. Sic elegāter in disputatione de Finibus apud Ciceronem explicatur ex Stoicorum sententia. ¶ Quòd in fine hic addit: Formam quidem Marce fili &c. ex Platone sumptū est, ubi tamen de prudentia Plato loquitur. Cicero transtulit hoc ad honestum ualde commode, cum prudentia sit tanquam gubernatrix oīs honestatis. Sic ait Plato in Phædro: ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν.

ERAS. Auemus aliquid audire. } Auere pro cupere, uides & oratoribus usurpatum.

MELAN. Principio } Vtilis in primis disputatio, quomodo sint innata semina uirtutum humanis animis. Illa semina dicuntur alio nomine leges naturæ, suntq; ὑπολήψεις quædam hoc est, opiniones, quas ex natura sine doctore tenemus de moribus: Nemini iniuriam facere. Tueri sobolem, & commissos nostræ fidei, Non nimio labore, aut luxu naturam corrumpere, sed modum in dictis, factis, uitaq; omni conseruare. ¶ Eademq; natura } Iustitiæ semina. Itaque cumsumus. Prudentiæ semina. ¶ Huic ueri Fortitudinis semina, Nec uero, ¶ Modestiæ semina. Vt ait Plato. Ex Phædro Platonis. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν.

De quatuor uirtutibus unde omnia uitę communis officia manant, prudentia, iustitia fortitudine, & temperantia: ac de materia singulorum.

Sed omne quod honestum est, id quatuor partiū oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia ueri, solertiaq; uersatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendoq; suum cuique, & rerum cōtractarum fide: aut in animi excelsi, atque inuicti magnitudine, ac robore: aut in omnium, quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordine, & modo, in quo inest modestia, & temperantia. Quæ quatuor quanquam inter se colligata, atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur: uelut ex ea parte, quæ primo descripta est (in qua sapientiam, et prudentiam ponimus) inest indagatio, atque inuentio ueri: eiusque uirtutis hoc minus est propriū. Vt enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque uerissimū sit, quiq; acutissime, & celerrime potest & uidere, & explicare rationem: is prudentissimus, & sapientissimus. rite haberi solet. Quocirca huic quasi materia, quā tractet, & in qua uersetur: subiecta est ueritas. reliquis autem tribus uirtutibus necessitates ppositæ sunt ad eas res parandas, tuendasq; quibus actio uitæ continetur: ut & societas hominum, coniunctioq; seruetur: & animi excelentia, magnitudoq; tum in augendis opibus, utilitatibusque & sibi, & suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis eluceat. ordo autem, & constantia, & moderatio, & ea, quæ sunt his similia,

uersantur in eo genere, ad quod adhibenda est actio quædam, non solum mentis agitatio. His enim rebus quæ tractantur in uita, modum quendam adhibentes, & ordinem, honestatem, & decus conseruabimus.

BETVL. SEd omne quod honestum est, id quatuor partium. } Huius rei diductionem Cic. in Rhetoricis fusiorem quandam facit. Quæ licet non proprie huc pertineat, tamen ut pueri rem euidentius contueantur, ob oculos ponam.

- Rerum expetendarum alia est.
  - Honestum. huius partium alia
    - Composita.
    - Simplex, uirtus quã definit aĩæ habitũ naturæ mõ atq; ratione cõsentaneum.
      - Prudẽtia cuius partes
        - Memoria
        - Intelligentia
        - Prouidentia
      - Iustitia. uenit ex
        - Natura
          - Natura in
        - Consuetudine
        - Lege.
          - Quarũ quæq; suas ptes habet. Diuiditur enim
            - Consuetũdinis exempla sunt.
              - Religionem
              - Pietatem
              - Gratiam
              - Vindicationem
              - Obseruantiam
              - Veritatem.
              - Pactum
              - Par
              - Iudicatum.
            - Lex scripta. ut sunt.
              - XII. tabulæ.
              - Responsa prudentum.
              - Senatusconsulta.
              - Plebiscita.
              - Constitutiones principum.
      - Fortitudo, eius partes sunt
        - Magnificentia
        - Fidentia
        - Patientia
        - Perseuerantia.
      - Temperãtia
        - Continentia
        - Clementia
        - Modestia.
  - Ex honesto & utili mistum, Honestum & ipsum appellat. Græcis est τὸ καλὸν. cuiusmodi sunt.
    - Gloria
    - Dignitas
    - Amplitudo
    - Amicitia.
  - Vtilitas. huius duæ sunt partes.
    - Incolumitas
    - Patientia.

Ex his superius tãtummodo membrum propter se solum expetendum est, ex cuius partibus, ceu ex fontibus officia fluant. Secundi uero membri portiunculæ, non modo officiorũ scaturigines nõ sunt, ut sæpe officia prohibeant. Nam gloriæ, dignitatum, amplitudinisq; studium sæpe magnas in Rep. turbas facere, seditionesq; mouere acerrimas, nemo historiarum lector ignorare potest. Amici autem causa delinquere, quàm contrà officium sit, Ciceronis nostri Lælius edocet. Cæterum incolumitas & potentia, utilitatis partes, tam potenter contra officij obseruationem pugnant, ut Reguli Fabricijq; facinora ob idipsum splendidiora fuerint, quod alter incolumitatem, alter potentiam tam fortiter neglexerint. De quo inferius in Vtilis & honesti collatione abunde. Quia sola uirtus beatum facit, ne quis solos, philosophantes credat beatos fore, Macrob. in somnio Scipionis partium enumeratiõe docet, quatuor illa uirtutũ genera proportione diffundi in uiros fortes, sapientes, heroas & dæmones, idq; ex doctrina Plotini philosophi celeberrimi. Cuius diuisionẽ doctrinamq; secuti, more nostro ἀποδείξει demonstrabimus.

Quatuor sunt quaternarum genera uirtutum.

1 Politicæ sunt hoĩs quia sociale animal. His boni uiri reipub. consulunt, urbes tuentur: parentes uenerantur, liberos amant, pximos diligunt, ciuiũ salutem gubernant, socios circumspecta pḡuidentia protegunt, iusta liberalitate deuinciunt: hisq; sui memores alios fecere merendo. Et est Politicæ.

Prudentiæ, ad rationis normã quæ cogitat, quæq; agit, uniuersa dirigere, ac nihil præter rectũ uelle uel facere, humanisq; actibus tanquã diuis arbitris prudere. Huic insunt.
- Ratio
- Intellectus
- Circumspectio
- Prouidentia
- Docilitas
- Cautio.

Fortitudinis animum supra periculi metum agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter uel aduersa uel prospera. Hæc præstat.
- Magnanimitatem
- Fiduciã (ciã)
- Securitatem
- Magnificẽtiã
- Constantiam
- Tolerantiam
- Firmitatem.

Temperantiæ, nihil appetere pœnitendũ, in nullo legẽ moderationis excedere, sed iugũ rationis cupiditatem domare. Hanc sequuntur
- Modestia
- Verecundia
- Abstinentia
- Castitas
- Honestas
- Moderatio
- Parcitas
- Sobrietas
- Pudicitia.

Iustitiæ, seruare unicuiq; quod suum est. De hac ueniunt.
- Innocentia
- Amicitia
- Concordia
- Pietas
- Religio
- Affectus
- Humanitas

Superioris generis sunt fontes τοῦ καθήκοντος, posterioris uero τοῦ κατορθώματος.

2 Purgatoriæ sunt hominis, qui diuini capax est, solumq; animum eius expediunt, qui decernit se à corporis contagione purgare, & quadam humanorũ fuga solis se inserere diuinis. Hæ sunt ociosorum, qui à rerumpub. actibus se sequestrant. & secundum hoc tam rigidum definitionis abruptum, rerum publicarum rectores beati esse non possunt. Et est.

Prudentiæ, mundum iustum, & omnia quæ mundo insunt, diuinorum contemplatione despicere, omnemq; animæ cogitationem in sola diuina dirigere.

Fortitudinis, nõ terreri animam à corpore quodam ductu philosophiæ recedentem, nec altitudinem perfectæ ad superna ascensionis horrere.

Temperantiæ, omnia relinquere, in quantum natura patitur, quæ corporis usus requirit.

Iustitiæ, ad unam sibi huius propositi consentire uiam, uniuscuiusque uirtutis obsequium.

Hic

Hic qui in terris sunt, à cœlestibus discernuntur.

{Prudentiæ, diuina non quasi in electio
{ne præferre, sed sola nosse, & hæc tan
{quam nihil sit aliud intueri.
{Fortitudinis, passiones ignorare, non
3 Tertiæ sunt purgati iam{uincere, ut nesciat irasci, cupiat nihil.
defecatiq; animi, et ab omni{Temperantiæ, terrenas cupiditates
mundi huius aspergine pres{non reprimere, sed penitus obliuisci.
se pureq; detersi. Illic est.{Iustitiæ, ita cum superna et diuina men
{te sociari, ut seruet perpetuum cum
{ea fœdus imitando.

Secundum hanc superiorem Scipio, aliiq; Heroes, qui beati æuo sempiterno fruuntur.

4 Quartæ exẽplares sunt,{Prudentia, est mens ipsa diuina.
quæ in ipsa diuina mente cõ{Fortitudo, quod semper idem est.
sistunt, quæ νοῦς uocatur, à{Temperantia, quod in se perpetua in-
quarum exẽplo reliquæ o-{tentione conuersa est,
mnes per ordinem defluunt.{Iustitia, quod perenni lege à sempiter
Nam si rerum aliarum, mul-{na operis sui continuatione non fle-
to magis uirtutum ideas es-{ctitur.
se in mente credendum est.

¶ Nihil attinet hic de gradibus deorum dicere, de qbus abũde Iamblychus in mysteriis. Habet ea res quãdam cum christiana theologia proportionem. Nemo siquidem æterna fruetur beatitudine, qui non ciuitatis dei, hoc est ueræ Hierosolymæ, ciuis sit. quod nemini contingit, nisi contra Christi hostem satanam, sataneq; coniuratos, mundum uidelicet, carnemq; fortiter rem gesserit. Sed hoc obseruãdum est, purgatorias, quas uocat, uirtutes in christiano homine nec inertes, nec otiosas esse, sed quanto Christianorum quisq; per regenerationem à sordibus defecatior factus est, hoc strenuum etiam se magis in militia Christiana gerit. Politica uirtus ut non reiicitur, ita non iustificat quenquam. Nec interim tanta regenerationis lauacrũ uirtute est, ut hæreditariam illam labem abstergat, dum anima corporis mole liberata, ad cælestia concesserit tabernacula, ubi conditoris imaginem ad quam formata erat, æterna contemplatione (quæ uoluptas summũ bonũ est) cõtuebitur. Nolo me hic anxie torquere, quomodo Aristotelem cum Cicerone conciliem: quum ille prudentiam habitum intellectus, hic uero noster moralem uirtutem faciat, & cum iustitia fortitudine, temperãtia, formam uirtuti subiiciat, quum Aristoteles ipse in magnis moralibus facta inter ipsas comparatione, τὴν ἀρετὴν τῇ φρονήσει genus fecerit. et firmandæ huic rei, prudentiam sub actionem cadere, & quia uirtus in actione consistat, prudentiã in uirtutibus merito numerari. Quid quòd Speusippus quoque in definitionib. Platonicis φρόνησιν cũ uirtutibus numerat: ubi nuspiam quidem ἕξεως mentio fit nisi qua tenus ἐπιστήμη ἕξις est. facit enim illi genera, ut τὴν ἐπιστήμην, ita δύναμίν τε καὶ διάθεσιν. Sed ille τῇ διαθέσει τὴν ἀρετὴν quoq;, ceu generi speciem includit. Sed si quis forte definitiones requirat, subiiciam. ἀρετὴ διάθεσις, ἡ βελτίστη ἕξις θνητοῦ ζώου, καθ᾽ αὑτὴν ἐπαινετή. φρόνησις δύναμις ποιητικὴ καθ᾽ αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας, ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐπιστήμη ποιητικὴ εὐδαιμονίας. διάθεσις, καθ᾽ ἣν κρίνομεν τί πρακτέον, καὶ τί οὐ πρακτέον. Ad huius definitionis partem Cicero respexisse uidetur, ubi in Rhetoricis sic definit: Prudẽtia est rerum bonarum & malarum, & utrarumq; scientia: scientiam genus, non uirtutem constituens. Nec abnuo, Ciceronem alio loco aliter prudẽtiæ uocabulo usum esse: in negotii diuisione proprie φρόνησιν intellexisse, quæ rationis adminiculo res alias ex aliis colligit. Cæterum in capite de prudentia, quod statim subsequitur, eam philosophiæ partem intelligere uidetur, quæ in contemplatione uersatur. quam quia in actionem non uenit, uel Plato ipse imperatoriæ, hoc est fortitudini parere, ut minorem maiori iubet. ἐπιστήμη grece esse uidetur. Neque enim hic patrocinia, & Reip. uigilias, qbus ipse hominibus multis sæpe pfuit, prudentiæ ascribere uerisimile est, forte quia δύναμιν eam Arist. in Rhetoricis dicit. Alioqui plus emolumenti ea res in repub. habitura fuerit, quàm uix ulla alia. Maxime cum ipse fateatur, parua esse arma foris; ubi nõ sit consilium domi. Sed uidetur easdem ipse Plato quoque confundere. Nã in Protagora uirtutis partes facit ἐπιστήμην, non φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρίαν, σωφροσύνην ὁσιότητα. In Lachete hoc ipsum agens, τῆς φρονήσεως partem, quam illic in acie posuerat, omnino omittit. Quid Apollophani respondebimus qui solam prudentiam uirtutem fecit? Sed quia Cicero in his Officialibus libris Stoicos secutus est, ex diuisione ipsorum immutare si uoluit nihil, mirum non est: qui has quatuor uirtutes primarias faciunt, atque his deinde alias ceu species subiiciunt. id quod uidere est apud Laertium, in uita Zenonis ¶ Quæ quatuor quanquã inter se colligata.} Quod Aristotelici, teste Laertio, negant: & Socrates Protagoræ uultus comparatione uix persuadet, temperantiam esse sanctam, & sanctitatem rursus temperantem. Sed de hoc forte inferius plura ¶ Subiecta est ueritas.} Et quia contrariorum eadẽ est disciplina, falsitas quoque. Atque sic quadrabit definitioni, quæ ait: Scientiam boni maliq; esse idest ueri & falsi. Nam sicut cognitione rerum pulchrum est excellere, ita turpe falli & errare: ut inferius docebit ipse. & quidam Græcorum definiunt, eam esse ἀρετὴν τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς περὶ τὰ ποιητέα, καὶ μή. Est autem ueritas, ut idem Cicero in Rhetoricis definit, per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Hinc est quòd idem Cicero prudentiæ partes fecit memoriam, intelligentiam, & prouidentiam. Hinc etiam Afranius apud Gell. τῆς σοφίας parentes usum et memoriam fecit. Veritas autem animæ tantum oculis cernitur, ut alibi Plato testatur. & est ἀγαθοειδής, & eius oratio simplex: et in nullo quàm in uiro bono locum habet. Hanc autem sola prudentia præstat... de quo Ciceronis de legibus uerba, quæ totam rem explicant, adscribam: Nam cum animus, cognitis perceptisq; uirtutibus, à corporis obsequio indulgentiaq; discesserit, uoluptatemq; sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemq; mortis dolorisq; timorem effugerit, societatemq; carnis eiecerit, tum omnibus se natura coniunctũ duxerit, cultumq; deorum & puram religionem susceperit, et exacuerit illam, ut oculorũ sic ingenii etiam ad bona deligenda & reiicienda contraria: quæ uirtus ex prouidendo est appellata prudentia: quid eo dici aut cogitari poterit beatius?

SED omne quod.} Hactenus est propositum, quid in toto opere tractandum sit, idq;, ut fieri debere alibi Cicero docet, factũ est per partitionem, in qua etiam de primis initiis totius nonnihil est adiectum: nunc alterum caput disputationis sumit, nempe honestatem, & diuidit eam in quatuor uirtutes, prudentiam, Iustitiam, fortitudinem, & temperantiam. Harum etiam officia exponit: & materias, in quibus uersantur, indicat. Notandum autem est, quòd AMER.

Cicero inter uirtutes morales recitat prudentiam, contra quàm facit Aristoteles. Is enim inter habitus intellectus illam numerat. Morales autem uirtutes sunt uoluntatis habitus, & finis earum est agere, sicut prudentiæ finis est intelligere ad agendum. Non autem procul abest Ciceronis sententia à sententia Aristotelis, & inde uidetur esse facta dissensio: quòd sicut morales uirtutes non sunt absque intelligentia, ita prudentia non est sine actione, aut certe parit actiones: non tamen autem uirtutes morales, quatenus intelligunt, sunt uirtutes, sed quatenus agunt: aut prudentia quatenus gignit actiones est prudentia, sed quatenus iudicat & intelligit.

ERAS. Perspicientia ueri. } Hoc annotaui, quòd rarius est Perspicientia sicut intelligentia.

MELAN. Sed omne. } Diuidit honestū, et singulis uirtutibus ppriū munus assignat. Spēs honesti q̄tuor sunt uirtutes. Iustitia suū cuique reddit. Prudētia deliberat de ci us rebus. Fortitudo cōmissos nob tuetur. Modestia nām cōseruat, ne nimius uel labor, uel luxus corrūpat.

De prudentia uirtutum omnium principe, & quid in ea fugiendum, quid sequendum.

Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam, uimq; diuisimus; primus ille, qui in ueri cognitione cōsistit, maxime naturam attingit humanam. omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi; & malum, & turpe ducimus. In hoc genere & naturali, et honesto duo uitia uitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur. q̄d uitium effugere qui uolet (oēs āt uelle debent) adhibebit ad considerandas res & tempus, & diligentiam. Alterum est uitium, quòd quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res obscuras, atque difficiles conferunt, easdemq; non necessarias. Quibus uitijs declinatis, quod in rebus honestis, & cognitione dignis operæ, curæq; ponetur; id iure laudabitur: ut in astrologia * C. Sulpitium audiuimus, in geometria Sextum Pompeium ipsi cognouimus, multos in dialecticis, plures in iure ciuili. Quæ omnes artes in ueri inuestigatione uersantur, cuius studio à rebus agendis abduci, contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. à qua tamen sæpe fit intermissio. multiq; dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quæ nunquā * acquiescit, potest nos in studijs cogitationis etiam sine opera nostra continere. Omnis autem cogitatio, motusq; animi, aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene beateq; uiuendum, aut in studijs scientiæ, cognitionisq; uersatur. Ac de primo quidem officij fonte diximus.

BETVL. Trahimur & ducimur ad cognitio. } Socrates in Phædone, hoc in argumentum immortalitatis animæ rapit, quod naturale hominibus est desiderium sciendi & sapientiæ, quæ cum in uita hac contingat exigua, uel nulla potius, futurū esse absq; dubio, ut desiderium hoc alibi expleatur, quemadmodum neque oculis ullus est in tenebris usus. quare Sophocles semper aliquid addiscēdum ratus, animam quoque iā agens, colloquentibus amicis aures præbuit. ¶ In qua excellere pulchrum putamus. } Aristoteles in sexto Moralium ad Nicomachum, non ipsum scire finem facit, sed τὴν εὐπραξίαν, & eodem τὴν ὄρεξιν contendere. mentem autem & delectum ὀρεκτικὸν esse, id est appetitus impetu eo ferri: atque rursus impetum illum cōsulto, non temere fieri. Quare Cicero uult adhiberi ad considerandas res & tempus & diligentiam. Cæterum quod philosophus negat sensum ullius actionis principium esse, quod bestiæ sensu præditæ actionis non participes sunt, non intelligo: cū constet amorem ex oculis nasci. Canis certe leporem semel uisum, toto impetu sequitur, etiā sine προαιρέσει. Porro inter Cicero. prudentiā et Aristotelis φρόνησιν hoc interesse iudico, quod ille umbratilia studia, multarumq; peritiam doctrinarum intelligat: hic autem καλῶς βουλεύσασθαι, sibiq; cauere, res suas curare, et se intra naturæ fines continere. Sed quid anxij in cōciliandis authoribus sumus, quum Cicero ipse utrunque sub prudentiæ nomine concludat? Omnis autem cogitatio, &c. Quæris differentiā inter prudentiā & sapientiam? Sapientia etiam foras prodit, & publice multis in commune consulit, illa, quæ sibi domi conducunt, prospicit, nec tamen id alieno cum damno, quód quia cum honesto pugnat, commodum non censebitur, bonum minime. Est enim omnino prudentia uirtus, id quod ibidem philosophus bonis ualidisq; rationibus contendit. Colligitur ēt hinc, prudētiam iustam esse, & iustitiam prudentem. ¶ Alterum est uitium. } Sic Ennianus Neoptolemus apud Gell. lib. 5. cap. 16. degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum. atque rursus capite superiore: philosophandum esse paucis, nam omnino haud placet. Idem Gell. lib. 10. cap. 22. Gorgiæ Platonici quædam in hanc sententiam refert. ¶ Vt in astrologia C. Sulp. } Is cum prætor superiori anno fuisset, (D. XXXV. Vrb. cond.) tribunus militum secundæ legionis, consulis permissu ad concionem militibus uocatis, pronunciauit, nocte proxima ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunā defecturam esse: id quod naturali ordine statis temporibus fiat, & sciri ante & prædici posse. Hæc Liuius lib. 4. Decad. 5. Lege de eodem Plutar. in Paulo Aemilio. Meminit eius idem Cice. in Catone maiore, Valer. lib. 8. cap. 11. Plin. 2. cap. 12. Quintil. lib. 1. cap. 17. ¶ In geometria Sex. Pomp }. Fuit is Cn. Pompeij magni patruus. præstantissimum ingenium contulit ad summam iuris ciuilis, & ad perfectam geometriæ ac rerum Stoicarum scientiam. Lege Rutilium in Catalogo iureconsultorum. ¶ Cuius studio à rebus agēdis. } Peccauit in hoc Archimedes, quod plcitante ciuitate, suis ipse pulueribus intētus fuit. Et hac parte multifariā hoc quoq; tempore homines docti peccant. Reperias n. quosdā quæstui adeo intentos, ut suas professiones, quas aliq̄n uix salutarunt, pstituant. Reperias alios, apprime sanè doctos, sed ita pfidos, ut grauentur quicquā eruditionis in alios deriuare. Noui ipse hominē (nomē libens supprimo) philosophiæ peritissimum,

Sulpitius exercitum Romanum falsa formidine liberauit, lunaris eclipsis rationem edisserens.

* quiescit.

tissimum, qui ab Eras. cui cũ uiueret familiaris admodũ erat, officij admonitus, ut in alios suã eruditionẽ trãsfunderet, rñdebat, Se sibi, nõ alijs didicisse. qua uoce, quid minus pħo dignũ? in quo hoĩe ne illã quidẽ Pacuuiana sentẽtia locũ habebat, quã refert Gel. lib. 13. cap. 8. Ego odi hoĩes ignaua opera, & philosopha sententia. Literæ ob id humanæ appellãtur, q hoĩes humanos reddant. se i hoc respõso humanis auribus nihil durius. Sunt hodie qui sibi de christianismo ualde blandiũtur, eo q in colloquijs theologicis, proq; cõcione bene diserti sunt, summãq; religionis in hoc ponũt: cæterũ ua professioni rñdet minime. ⟦Virtutis enim laus.⟧ Arist. ipse hoc nomine prudentiã cõmendabilẽ facit, ut quæ minime ociosa sit. Qui i. n. (inquit Nazianzenus) q manibus alligatis, armans is linguã? Ioãnis Pici elogiũ erat, tantũ scire hominẽ quantũ operaretur. Disertus est in hoc themate Lactã. lib. 3. cap. 16. ⟦Consilijs capiẽdis.⟧ Vide Arist. in. 2. Magnorum moraliũ. Ante quã iustitiã aggrediamur, uideor mihi operæpretium facere, si per hypotyposin ostẽdam, id, quod multorũ animos in his disputationibus ambiguos tenet. Cõciliabimus opinor theologos, pħos, & iurecõsultos, in hac re alioqn uehemẽter dissentiẽtes.

Legi naturæ obtemperant.

Mortales, rationis adminiculo: & hi parẽt iuri humano; qđ Gentium ius appellitant.	Bruta, solo naturæ impulsu, quo gestiunt dare operam soboli, &c.

Boni, honestatis studiosi, qui prudentia ualent, humana quidem ea, nec tamẽ diuinæ magis aduersa, quàm cõsentanea: qualis etiam Socrati fuit. Obediunt autem iuri ciuili legitime	Mali, quibus, licet tyrannis, in lucæ ualẽt, et legati sacrosancti sunt, &c. non tã sapientes quàm callidi et uersuti, qui ea ualent sapiẽtia, quã Paul. Corinth. mundi sapientiã appellitat, et πανουργίαν. Ea corã Deo stultitia ẽ. Parent iuri ciuili nõ ex aĩo.

Christiani, ad hæc spiritu dei agũtur horum sapientia uera & solida, iusti ex fide. Hi soli parent legi diuinæ. Talis fuit Paulus.	Ciuiles, iusti quidem, ut Aristides, et Curius, sed extra hominẽ nihil intelligunt. Hi sunt qui oderũt peccare uirtutis amore.	Hypochritæ, seruant legem Domini, ut uideantur. Ananias & Simon huc ptinent.	Aut, Oderunt peccare mali formidine pœnæ: aut leges oĩno negligunt, ut proditor Phaliscus.

AMERB. **E**X quatuor aũt.⟧ Hic incipit Cic. de uirtutibus eo mõ & ordine, quo fuit propositũ, docere, & præcepta præscribere. Debet aũt i hoc loco iterũ meminisse lector, q tota res ad illa duo capita, honestatis, & utilitatis hominũ inter se referatur, & ostẽdi à Cic. quæ honestæ, et utiles actiones ex quolibet uirtute nascãtur. De prudentia nõ prolixe disputat, quia paulo utitur hoc uocabulo, q̃ Arist. uocabulo φρόνησις, aliter, & ueri notitiã p sese ei subijcit. Aristo. aũt φρόνησιν uocat notitiã ueri, quatenus est circa res hoĩbus bonas, & ad beatã uitam utiles. Ac sic propemodũ Cic. cõfundit dictiões, prudẽtia, & sciẽtia, & pro eodẽ utitur utraq;. Deinde doctrina de scientia nõ proprie ad hanc disputationẽ de moribus ptinebat. hinc est, q Cic. breuis est in hac parte, & tantũ ostendit cognitionẽ ueri maxime hoĩs naturæ esse propriã. Quod etiã Aristoteles docet, cũ ait: πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Præterea ἠθικῶν μεγ. β. Prudentiã posuit inter uirtutes, ob eandẽ causam q regat oẽs omniũ appetitionũ μεσότητας (Cic. uix audet eas in quodã loco medietates latino uocabulo dicere) hoc est, uirtutes morũ, & cõparat eã cũ architectonica, sicut ẽt prudẽtẽ cũ architecto: qđ uocabulũ (ut hoc ẽt unã indicẽ) à Græco ἀρχιτέκτων ẽ factũ, nõ ut qdã uolũt, à tecto, qui gubernat fabros, ac eis præscribit, et reliquas uirtutes cũ fabris, q sequũtur illius præscriptũ, et parãt, cõparat. Iã sicut architectus eodẽ nititur, q̃tenus respicit ædificiũ, quo faber, et est ποιητικὸς, i. factiuus, aut (si hoc minus dictũ est, et inusitatũ) p̃ditus facultate faciẽdi, ita prudens, quatenus respicit actiones, aut res hoĩbus bonas, ad idẽ cõtẽdit ad qđ uirtutes, et est πρακτικὸς, hoc est, agẽdi facultate præditus, aut, si hoc magis placet, actiuus, & propterea laudabilis. Hoc aũt esse propriũ est uirtutũ. Sic ipse inter cætera inquit: ἡ δὲ φρόνησις ὥσπερ ἀρχιτέκτων τίς αὐτῶν ἐστι ὅπους γὰρ αὐτὴ προστάξει, οὕτως αἱ ἀρεταὶ, καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὰς πράττουσιν, ἐπεὶ οὖν αἱ ἀρεταὶ πρακτικαὶ καὶ ἡ φρόνησις πρακτική ἐστιν. Tradit autem de ea re santũ tria præcepta Cicero. Primũ est, non debere nos incertis pro certis assentiri. Alterũ non esse multũ laboris aut studij consumendũ in rebus obscuris & non necessarijs. Tertium, q nõ sint actiones, & utilitates hominum præ studio ueritatis inquirendæ, & artium discendarum negligendæ. Qua de re elegans est hæc Aristotelis sententia, quam uidetur Cicero transcripsisse: τὸ τέλος ἐστιν οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Et alia: πράξει μὲν γὰρ, καὶ εὐπράξει. ὥσπερ δὲ ὀλυμπιάσι οὐχ οἱ κάλλιστοι, καὶ ἰσχυρότατοι στεφανοῦνται, ἀλλὰ οἱ ἀγωνιζόμενοι (τούτων γάρ τινες νικῶσιν) οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν, κ᾽ ἀγαθῶν οἱ πράττοντες ἐπήβολοι γίγνονται. Alibi uocat uirtutem, actuosam pulchre expressa Græca uoce.

HIsq; temere assẽtiamur.⟧ Assentimus homini, cui credimus: & assẽtimur rebus, quas credimus, ut liquet ex hoc loco. ERAS.

PRimus ille.⟧ Prudentis est ueri cognitio. Tempus & diligentiam⟧. Tẽpus. n. est artiũ author. Et sane perniciosum est pronunciare de ijs, in quibus nõ sis diu uersatus. ⟦Oĩs autem cogita.⟧ Prudentiæ munera, de moribus deliberare, & naturam inquirere. MELAN.

IVSTITIA.

DE tribus aũt reliquis latissime patet ea rõ, qua societas hoĩum, et uitæ q̃si cõmunitas cõtinet. Cuius partes duæ sunt: Iustitia, in qua uirtutis splẽdor est maximus, ex q̃ boni uiri nominant: et huic est coniuncta beneficentia quam eandem uel benignitatẽ, uel liberalitatẽ appellari licet. Sed iustitię primũ munus est, ut ne cui qs noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde ut cõibus utat' p cõibus, priuatis ut suis *. Sũt aũt priuata nulla nã, sed aut ueteri occupatiõe, ut q quõdã ĩ uacua uenerũt: aut uictoria, ut q bello potiti sũt; aut lege, pactiõe, cõditiõe, sorte. Ex quo fit, ut ager Arpinas, Arpinatiũ dicatur; Tusculanus Tusculanorũ. Similisq; ẽ priuatarũ possessionũ descriptio. ex quo, qa suũ cuiusq; fit eorũ, q̃ natura fuerũt cõmunia; qđ cuiq; obtigit, id quisq; teneat. Eo si quis sibi plus appetet, violabit ius humanæ societatis. Sed quoniam vt pclare scriptũ est à Platone, nõ nobis solũ nati sumus, ortusq; nostri partẽ patria vẽdicat, partẽ parẽtes, ptẽ amici; atq;, vt placet Stoicis, q̃ ĩ terris gignũtur, ad vsum hominũ omnia creari; hoĩes aũt hominũ cã esse genitos, vt ipsi inter se, alius alij pdesse possent:

Vide disquisitionẽ. V. Cæl. Calcag.

Ad Archiã.

in hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre mutatione officiorũ, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.

BETVL. QVa societas hoim.} Piso Academicus de Finib. 5. filia disserit: In omni, inqt, honesto, qd' p se expetendũ dicimus, nihil est tam illustre, nec qd' latius pateat, q̃ coniunctio inter hoies, & quasi quędã societas, & cõmunicatio utilitatũ, & ipsa charitas generis humani, quę nata à primo satu, quo à pcreatoribus nati diligũtur, & tota domus cõiugio & stirpe cõiungitur, serpit sensim foras, cognationibus primũ, tum affinitatibus, deinde amicitijs: post in ciuitatibus cũ ciuibus et ijs qui publice socij atq; amici sunt, deinde totius cõplexu gẽtis humanę. q̃ animi affectio suũ cuiq; tribuẽs, atq; hanc quã dico societatẽ cõiunctionis humanę munifice & ęque tuẽs, Iustitia dr. Cui sunt adiũctę, pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, queq; sunt generis eiusdẽ. Atq; hęc ita Iustitię ppria sunt, ut sint uirtutũ reliquarũ cõia. Nam cũ sic hoĩs natura gñata sit, ut habeat quoddã innatũ quasi ciuile et populare, qd' Gręci πολιτικὸν appellãt, qcqd aget queq; uirtus id à cõitate, et ea quã exposui charitate atq; societate humana nõ abhorrebit. Nõ potuit melius hic locus explicari, q̃ Cic. seipsum explicuit. Et totũ hoc iustitię negotiũ inde lucẽ acqret. ¶ Cuius duę ptes.} Specialẽ philosophus κατὰ μέρος δικαιοσύνην appellat. Vide Cal. lib. 12. cap. 48. ¶ Ex qua boni uiri.} A coniugatis, re quàm uoce uerius, ut Gręcis ἡ ἀρετὴ, & ὁ σπουδαῖος. ¶ Huic est cõiuncta beneficentia.} Hęc splendidior, illa excelsior D. Amb. uidetur ¶ Quã eãdẽ.} Idest ẽt, pnomen p aduerbio, teste Valla et Linacro. ¶ Vt ne cui qs noceat} Lactan. alicubi hanc Ciceronis definitionem dignis modis explodit, ut qui bene dictum, uno aut altero uerbo corruperit. Melius Imperator, qui in titu. de iustit. & iure, tria iuris pręcepta facit, honeste uiuere, alterum non lędere, suum cuique tribuere: sibi forte uindictam reseruans. Sed Modestinus lib. 3. ff. de iustitia & iure, fatetur quidem legis naturę consilio hominem homini insidiari nefas esse, concedit tamen ut uim atque iniuriam propulsemus. Est enim omnino aliud uim ui repellere, quàm retaliare iniuriam illatam. Differt apud Aristot. τιμωρία & κόλασις ἡ μὲν τοῦ πάσχοντος ἕνεκα, ἡ δὲ τοῦ ποιοῦντος. de quo uide etiam Gell. lib. 6. cap. 14. Plato à noxa eximit furis nocturni interfectorem, occisorem spoliatoris, & aliorum uim pudicitię inferentium. Atque huic sententię cõfirmandę ancillatur uocis etymon. Dictam enim iustitiam uolunt, quasi uistitiam, per ἀντιστοιχίαν, eo quòd uim sistat. alioqui si ea non sit (publice intellige). βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος. Ex quo fundamento Alciatus lib. τῶν παρέργων primo, cap. 19. ius ab Vlpiano recte dictum esse contendit. Dauid summi Monarchę uicarius, diuini humaniq; iuris peritissimus princeps, Psal. 14. tres iustitię gradus fecit, magis scite quàm Iustinianus. Primus est, ut nemini iniuriam faciamus: alter, ne cui dolum tendamus: tertius, ut proximũ quenque defendamus à calumnijs. Summum Dominus Christus addidit, ut malefacta officijs compensemus. ¶ Sunt autẽ priuata natura nulla.} Liberi natura priuati sunt, id quod Aristoteles in Politicis contra Platonem docet: nisi eam proprietatem coniugij communicatio irritam faciat. quod tamen non puto, quum ipsa coniux in sacra mariti concesserit. Nisi obstet, quòd partus uẽtrem sequitur. Sed ut hęc Ciceronis enumeratio euidentior fiat, totam rerum diuisionem tum secundum iureconsultorum traditionem, tum etiam secundum hanc quę inde fluit, enumerationem, apodixi dilucida oculis subijciam. Cuiusque enim rei character, mentibus etiamnum rudibus altius, hac docendi ratione insculpitur. Extat diuisionis rerum tractatus in Pandectis li. 1. tit. 8. Instit. lib. 2. tit. 1. Cęterum de rebus sacris, &c. lege seorsim Alexandrum ab Alexandro lib. Genialium dierum 6. cap. 14.

Summa rerum diuisio in duos articulos deducitur.
- Diuini iuris sunt, Res
  - Publicę
    - Sacrę, quę publice consecratę sunt.
    - Sanctę: muri, portę, sagmina, κηρυκεῖα.
  - Priuatę, quodãmodo sunt religiosę, ut sunt cœnotaphia, sepulchra.
- Humani iuris sunt, Res
  - Communes, Cicero uocat in genere, quarũ species sunt apud Iureconsultos
    - Cõmunes, quę ex sui natura ęqualẽ prębent utilitatem utentibus: cœlũ, terra, aqua, sol, pluuia. Hinc aquę & igni interdicere.
    - Publicę, q. populicę, quę per usum industrialem omnib. hominibus iureg. patent: flumina, portus, litora, ripę, uię regię.
    - Quę dicuntur uniuersę, non dicuntur singulorum: ut theatra, stadia, curia forum, basilica.
  - Priuatę, quę iureconsultis res singulorum dicuntur.
    - Occupatione, quę est iuris gent. huc ptinet prę scriptio temporis.
    - Iure belli: spolia, manubię, mãcipia.
    - Lege: usucapio, hęreditas.
    - Pactiõe: quò et pollicitatiões et transactiones pertinent.
    - Conditione: cuius generis sunt locatio & conductio.
    - Sorte: ut Lydus Atys forte successit. quò ẽt alea ptinet: qua Germani libertatem, teste Tacito ludebant.

In hac postrema partitione ius suum obtinent etiam respub. & principes. Ita eędem res simul communes, singulorumq; esse possunt.

Andreas Rosetus Xysto Betuleio. S. D.

¶ Non ideo breuibus ad te scribo, quin ualde multa habeam, quę tecum agere libet. Sed quia hanc nobis occasionem dari propediem uideo, ubi illa coram multo commodius commentemur: nunc has ad te dedi, quo & amicitiam inter nos admodum nuper initam literarum officio confirmarem, & meam de loco quadam Ciceronis dubitationem (sic enim inter nos est conuentum) quam pręsens tibi aperui, scriptis etiam absens perferendam curarem. Locus autem Ciceronis sic habet: Sunt autem priuata natura nulla, sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt: aut uictoria, ut qui bello potiti sunt: aut lege, pactione, conditione, sorte. Hactenus Cicero. Hic cum nullum est dubium, quin Cicero agat de modis acquirendi rerum dominia iure gentium, non habeo satis apud me constitutum, quid sibi uelit, cum asserit res fieri priuatas pactione, conditione, sorte. Si enim pactionem accipio pro contractu, ut olim excepi à meis pręceptoribus: conditionem uero pro conuentione, ut interpretatur Erasmus: uidetur mihi Cicero generi subiunxisse speciem. id quod non esse sententiam Ciceronis credam, uel hoc est mihi argumento, quod ipse instituerit hoc loco modos & generalia capita acquirendi res enumerare, non species, quarum est pro uarietate casuum infinitus numerus. Cogit itaque ratio ipsa, aliam quęrere sententiam: quam cum ego pro mea ingenij tenuitate non possim consequi & enodare, abs te eius accuratiorem explicationẽ audi

de

A de expecto. Sortē ego hic accipio (ut appellāt Iurecōsulti) diuisoriā, quę uel hæreditatem, uel aliam rem, cuius optandæ fortunam iudicem præstolamur, dirimit. Exempli gratia: Titus & Caius scribuntur hæredes ex æquo à Sempronio, in agro quodam conueniunt, ut post mortē testatoris ager diuidatur. Quia uero superior pars fertilior est inferiore, inter se circa optandum dissentiunt. Hæreditas igitur sorte dirimenda est, ut ad quem sors deuenit, illius optio sit potior. Habes mi Xyste, breuiter rationem, quæ me ad huius loci dubitationem induxit. Et hanc esse tibi in primis communicandam scriptis existimaui, non quidem ostentationis causa, quam à me alienam esse adhuc melius mea conuersatione intelligis: sed ut illa prodita literis, eam mihi pro animi tui iudicio longe acerrimo commodius adimeres. Quare feceris rem mihi gratissimam, nec obscuram nostræ cōfirmatæ iam amicitiæ de te dederis significationem, si meo exemplo me de tuo, huius loci certiorem feceris. Vale.

Xystus Betuleius Andreæ Roseto suo S.

Quemadmodum sitienti nihil gratius offertur quàm potus, ita mihi quum tuas literas cum desiderio expectare inciperem, cōmodissime afferebantur. Sed nescio qui fit, quod sæpius perlectæ, sitim tamen amoris adeo nō sedarunt, ut magis magisq; te sitire cœperim. Quæstionem mihi grammatico offers, ad Scæuolam aliquem deferendam, quam Mineruius tuus (imo noster quoq;) melius explicabit, uir nulli Trebatio post habendus. Sed non dubito, quin cum ipso iam pridem, tum de hoc, tum de alijs id genus scriptis contuleris: locumq; ita tibi esse explicatū, ut ambiguitas iam omnis sit sublata. Dabimus tamen hoc tuæ humanitati, & amicitiæ contrahendæ studio. Patiar meam tenuitatem experiri, ut quod si scopum non attingam, tu pro tua humanitate & gratiarum studio me aberrantem admoneas. Hac inquam lege ad responsum accingar. Cum primo quæstionis caput inspicerem, adibam meas commentationes, nunquid fortassis super ea re annotassem. Animaduerti ergo hoc idem à me ferè peccatum, quod plerîq; commētatores solent, qui ibi maxime tacent, ubi minime oportebat. Nam in diuisione hypodictica priuatas quidem, ut uides, posueram, sed quatenus priuata in alterius priuati ius commigrent: non quemadmodum res quæ nullius sunt, priuatæ cuiusque fierent. de quo Iustinianus uester in Instit. de rerum diuisione. Expendo igitur aliquantisper locum, & in cogitationem causas mei silentij pono. Video locum nec paucis explicari potuisse, neque eiusmodi explicationem nostri fuisse instituti. Neque fortassis dignum eum locum ratus, ut controuersias more Iureconsultorum experirer. Dum autem ad tuam petitionem rem altius expendo, uideris non prorsus temere quæstionem hanc controuertere. Paucis tibi meam sententiam, qua dixi conditione, explicabo. Ad hanc naturæ legem Plato in Repub. sua respexisse uidetur, qua omnia omnibus communia sunt, nec priuatim possessione cuiquam quicquam, sed usu singula singulorum: neque peius ait odisse aliud, quàm pestiferas in Repub. uoces, Meum & Tuum. Sed postquam ius gentium una cum alijs humanæ uitæ calamitatibus è Pandoræ pyxide profusum fuit, cœperunt inde nasci bella, & res singulæ in singulorum ius & possessionem concedere. & ne totum humanum genus tanta rerum dissipatione corrueret, nec salus mortalium communis alia ratione conseruari posset, quædam res reseruatæ sunt, ut essent uel communes, uel publicæ, uel uniuersæ, uel etiam iure diuino sacræ, quibus uniuersi ueluti sole & aere frueremur. Vsque adeo conditio mortalium sine communitatate aliqua stabilis esse nequit. Hoc itaque fundamento posito, ad Ciceronis partitionem accedamus. Acquirendi modis res quæ nullius erant, priuatæ cuiusuis fiunt. Atque ita tibi acquisitio quasi genus quoddam esto: quod ὑπάλληλα sub se continet, bellum, & uacuorum occupationem. Atque hæc rursus quasi species, legem, pactionem, conditionem, sortem. Per singulas eas abibimus, orsi uidelicet à lege. Legem, quæ Iuris C. est, propterea iuris gentium esse non dixerim, quod agri ex hoste capti, cum uniuersorum ciuium sint, lege agraria fiunt singulorum priuati. Pactionem hoc loco, me authore, pro contractu intelliget nemo, quo non res communes, sed priuatæ in alterius priuati possessionem iure humano ueniant: uerum quemadmodum Abraham & Loth paciscebantur, ut alter ad dexteram, alter ad sinistram concedentes, res uacuas occuparent. Conditione petebant Galli à Romanis territorium aliquod habitandi: conditione Iacob in Aegypto habitauit: conditionis uidentur feuda esse, χρήσει non κτήσει. & bona caduca, uelut monasteria nostro tempore deserta, fisco uendicata, licet possessio penes principem incipiat esse, tamen quasi publica haberi censentur, & sic deinceps uel uendita alios inueniunt dominos, uel condicione in aliorum usum transferuntur. Domum quam incolo, meam conditione dico: licet res sit sacra, & ob id nullius. Non est huius quæstionis dispicere, quomodo res priuatæ fiant publicæ: ut Aequimelium, campus Martius, domus Ciceronis, & eorum bona quæ sub hasta uenerunt, in ærarium referuntur. Restat postremum membrum, sortis uidelicet, qua populus Israeliticus uictor Palæstinam in duodecim tribus digessit. Huius rationis uidetur esse, quum ij qui in colonias mittebantur, atque item qui urbes primum condebant, haud dubie sorte suas inter se possessiones diuidebant. Institores hodie de locis publicis sortiuntur, & quem quisque sorte occupat, dicit suum usu tantisper esse, dum encænia, uel nundinæ durant. Nisi sortem pro casu uelis accipere, quo res nullius in inuentoris possessionem ueniunt, ut est in tit. De rerum diuisione. Cæterum quod putas Ciceronem pactionem conditionis genus fecisse, non uideo cur quis se torqueat angustius, cum peculiare Ciceroni sit, in orationis cursu formas & genera, atque etiam sæpe differentias confundere: uel si confundat minime, certe formas raro singulas enumerat, securus nempe dialecticarum angustiarum: sed τὰ γενικότερα τοῖς εἰδικοτέροις præmitti, naturalis orationis ordo postulat. sic infra modestiam temperantiæ subiungit. Quare non negauerim pactionem, conditionem in se includere, cum haud sciam an pacto sine conditione aliqua fieri possit. Nec pugnauerim cum quoquam, qui contractus innominatos conditionis nomine intelligat. Nam in illo, Do ut facias, sacra pecunia Iudæ fiebat priuata: & nos publicas accipimus, ut iuuentutem instituamus. Exposui iucundissime Andrea, quæ cogitatio subita suggessit: nunquàm non uel D. Mineruio, uel tibi, ut quorum hæc professio est, cessurus, si meliora attuleritis. Delector eiusmodi contentionibus, unde uel melior, uel doctior fiam. Vale.

Arpinatium dicatur. } Domesticis maxime familiaribusq; utitur exemplis. Hinc Cicero suam duxit originem. illic uillam habuit quinquies mille æstimatam. Arpinum urbs in Samnio fuit. Arpinatibus à Samnitibus receptis, ciuitas donata est, anno Vrbis conditæ, quadrigentesimo quinquagesimo primo.

L.Genutio, Ser.Cor.Coss. author Liuius lib.10.Decad.1. Tusculanum autem municipiū in Tyburtinis montibus, in conspectu adeo urbis situ. Venit & ipsum, pulsis ex urbe regibus, in ciuitatē Rom. ¶ Ius humanæ societatis. } Ius gentum intelligit, quod ius humanū à Liuio appellari, Budæus in Annotationibus docet, in tit. de Iustit. & iure. Sunt enim hoc iure dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercium, emptiones, uenditiones, locationes, condictiones, obligationes institutæ. Hermogenian. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. ¶ Vt præclare scriptum est à Plat. } Ad Archytā Tarentinum. Epist. est ordine. 9. Verba à Vito Amerbachio annotata græce sunt: quare supersedeo. Meminit idem Cic. 1. de Finib. Ex hac lege humana prouerbium natum iudico, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Ad hanc quoque Seneca pulcherrime alludit, ubi ait, Alijs eum uiuere oportere, qui sibi uiuere uelit. Cicero in Tusc. quæst. 1. naturæ hoc tribuit: Quæ est, inquit, in hominum genere natura melior, quàm eorum qui se natos ad homines seruandos arbitrantur. Aristoteles inter generalem & specialem iustitiam discernens, generalem, quæ uirtutes in se complectitur omnes, hoc nomine commendat: perfectamq́: ob id facit, quòd ad alium relata sit. Verba sunt αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, ἀρετὴ μὲν ἐστι τελεία, ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη καὶ οὔθ᾽ ἕσπερος οὔθ᾽ ἑῶος οὕτω θαυμαστὸς &c. Atq; hoc loco Peripatetici, sui principis uerbis erroris cō uincuntur, qui uirtutum necessitudinem negant. Nam si ex quatuor uirtutum fontibus officia fluunt, & officia erga proximum quenq; fluunt, necesse est uirtutes singulas non tam ad nos quàm ad uniuersos mortales pertinere. Et, si totam eam naturam habet, ut alijs prosit, (χρῆσιν enim quæ ad alios refertur, perfectæ uirtuti tribuit) non uideo cur non eadem facultas in partibus eius inueniatur. ¶ Vt placet Stoicis. } Cicero de finibus. 3. hanc sententiam ad Chrysippum authorem refert. superq; hac re de Natura deorum secundo, disserit pulcherrime. Sed non uideo quomodo illud conueniat, quod Chrysippus & Posidonius negant, homini in cæteras animantes ob naturæ dissimilitudinem ius esse. Certe sacræ literæ aiūt, cuncta hominis causa creata, Gen. 1. ¶ Tum artibus tum opera. } Et hoc est quod Platoni πολιτείων δ. uidetur iustitia esse, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. Dum enim singuli sua conferunt munera, iustitia inter ipsos conseruatur. Dum enim singuli sua conferunt munera, iustitia inter ipsos conseruatur.

AMER. De tribus autem reliquis. } Ad iustitiæ naturam, & officia explicanda, hic Cicero accedit. Eius partes, uel species duas facit. Alteram generali uocabulo, appellat iustitiam, alteram beneficentiam. Aristoteles distinxit has duas uirtutes, & de hac in tertio Ethicorum tractauit, de illa in quinto. Cæterum Aristoteles facit duplicem iustitiam, generalem, & specialem. Generali adscribit usum reliquarum omnium uirtutum, quatenus alium respiciunt: Speciariæ medietatem inter plus & parum, non tamen quarumlibet rerum, sed honoris, diuitiarum, & similium ad uitæ conseruationem & cultum pertinentium. Hinc est quòd Cicero beneficentiam cum iustitia coniunxit, nempe ex eo, quòd iustitia est gubernatrix omnium uirtutum, non ex eo, quòd pars est uirtutis. Tribuit autem ei hanc uim, ut cōseruet genus humanū, & societatem, ac trāquillitatē inter homines: si quidē relinquat suum cuique, & distribuat inter homines æqualiter cum ius, tum alias res quarum est ius. Sed tamen hoc fit dupliciter, sicut docet Aristoteles, secundum proportionem arithmeticam, & secundum proportionem geometricam. Nisi enim hoc fiat, necesse est rixas, iniurias, lites, bella inter homines existere. Id eleganter dixit Aristoteles his uerbis: ἀλλ᾽ ἐντεῦθεν μάχαι καὶ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχουσι καὶ νέμονται. Sed harum rerum subtilior & integra disputatio est ex ipso Aristotele petenda. Postremo, locus quem hic uertit Cicero ex Platone, extat in quadam epistola ad Architam Tarentinum. Hæc autem sunt uerba Platonis: ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.

ERAS. Qua societas hominum inter ipsos. } Ipse pronomen proximum est naturæ reciprocorum: ideoque hoc loco ponitur, ubi uera reciprocatio non est, sed quiddam illi simillimū. ¶ Vel benignitatem. } Hic palam docet M.Tullius benignitatem non significare mansuetudinem, quemadmodum uulgus putat, sed beneficentiam, ac liberalitatem. ¶ Iustum dic.t. } non tanquā qui suum cuique reddit, uerumetiam probum, omniq; uirtute præditum, more Hebræorum. ¶ Occupatio. } Qua rem uacuam usurpamus primi. ¶ Conditione. } Pro conuentione. ¶ Ad usum hominum omnia creari. } Creari dixit, pro parari, Græcis κτᾶσθαι. ¶ Ipsi inter se, alij alijs prodesse poss. } Quod Græci dicunt ἀλλήλοις, hic uertit, alij alijs.

MELAN. Sed iustitiæ pri. } Iustitiæ munus est, nec corpus alterius, nec res occupare.

De

Fidei iustitiæ fundamentum ab etymologia.

Fundamentum autem iustitiæ est fides: id est, dictorum, conuentorumq; constantia, & veritas. Ex quo, quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius; tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt vnde verba sint ducta; credamusq;, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem.

BETTL. Fundamentum autem est iusti. } Nihil enim quod, ut Plutarch. alicubi tradit, hominem homini mansuetum & mitem reddit, quàm beneuolentiæ fides. tantamq; facit æqualitatem potentiæ, ut plebeius & patricius iuxta polleant, priuatus & magistratus æquo iure ualeant, &c. ¶ Id est dictorum conuentorumq;. } Plato, πίστις ὑπόληψις ὀρθὴ τοῦ οὕτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται, βεβαιότης ἤθους. Ex qua definitione uerba Plutarchi superius annotata fluxisse uidentur. Neque enim cuiquam facile fidem habeo, nisi æquitatis bonitatisq; de eo opinionem concipiam. quæ unde dixit, ut Seneca in Prouerbijs ait, nunquā redit. Hinc fidem fallere, fidē tueri, fidē liberare, fidē labefacere, dare fidē, accipere fidē, &c. apud classicos latini sermonis authores, tersissime loquendi formulæ. Vtraq; definitio ex relatione est. Ciceroniana magis propendet ad terminū, ad eū uidelicet cui fides habetur: Platonica uero ad fundamētū, hoc est eū qui fidem hēt. ¶ Dictorū conuentorumq;. } Gell. li. 10. ca. 1. Hanc ā fidē maiores nostri non mō in officiorū uicibus, sed ī negociorū cōtractibus sanxerūt, maximeq; ī pecuniæ mutuaticiæ usu, atq; cōmertio ¶ Tn̄ audeamus imitari Stoi. } Aug. ī Diale. test. Ciceronē nimiū Stoicorū in uocū originibus inquirēdis studiū irridere

...als, uide-
...ur

irridere solitum. ¶ Quia fiat quod dictum est. } Cicero ad Tyronē scribens, ad hoc etymon alludit. Tu, inquit, Musis nostris para, ut operas reddas, nostra ad diem dictam fient. docui enim te, fides etymon quod haberet. Grecū τῆς πίστεως ueriloquiū ē, ἀπὸ τοῦ πείθεσθαι. Hoc ad credentē, illud ad præstantē relatiue spectat.

AMERB. Fundamentum autem. } Quid fides ad iustitiam faciat, et unde sit dicta, obiter insertum hic est. Proprie autem fides significat persuasionem de aliqua re (ut sic dicam) ipsum, ex quo dicitur fidē facere, fidem habere, simpliciter, alterum pro persuadere, alterum pro credere. Deinde accipitur pro religiosa quadam promissione, quæ est uelut tacitum, & occultum iusiurandum, ut hæ formulæ sermonis testātur, dare fidem, accipere fidem, seruare fidem, fallere fidem. Vsurpatur etiam pro facultate quadam uoluntatis & habitu seruandi promissa, ut in hoc loco Ciceronis, & apud Lucanum:

Nulla

Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur.

Item hic, homo antiqua uirtute & fide. Inde quoque dicitur bonæ fidei possessor, fidei commissum, & infinita alia. In sacris literis habent primam significationem ambo, Græcum πίστις, ut Latinū fides. Obseruabunt hic pueri etymologiam huius dictionis, quæ est facta pro significatione postrema, contra quàm apud Græcos fit in uocabulo πίστις. Est enim dictum πίστις à πείθω, quod significat persuadeo. Quod ad primam significationem attinet, melius fortasse à uerbo fidere deriuaretur. Quanquam alij contra, fido sumunt à fides. Vbi tamen res eodem redit, cum fidere non pertineat proxime ad factorum & dictorum constantiam. Sed omittamus hæc minuta.

Fundamentum autem iusti. } Fides uinculum est contractuum. MELAN.

Duo item iniustitiæ genera, ut iustitiæ: & unde oriantur.

Sed iniustitiæ duo genera sunt: vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, si possint, nō propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impetum in quempiā facit, aut ira, aut aliqua pturbatiōe incitatus; is quasi * manus uiolēter uī afferre socio: * qui autē non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ; tam est in uitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat. Atque illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur sæpe à metu proficiscuntur: ut cum is, qui nocere alteri cogitat; timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, vt adipiscantur ea, quæ concupierunt: in quo vitio latissime patet auaritia. Expetuntur autem diuitiæ cum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. In quibus autem maior est animus, in ijs pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem: ut nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in Rep. princeps uellet esse, * cuius fructibus exercitum alere non posset. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæq; cultus cum elegātia, & copia. quibus rebus effectum est, vt infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec vero rei familiaris amplificatio, nemini nocens, uituperanda; sed fugienda semper iniuria est. Maxime autem adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio; cum in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderint. Quod enim est apud Ennium, Nulla sancta societas, nec fides regni est; id latius patet. Nam quicquid eiusmodi est, in quo non possint plures excellere; in eo fit plerunq; tanta contentio, ut difficilimum sit sanctā

* manus uidetur

* cui si... fructib.

BETVL. Sed iniustitiæ duo genera sunt. } Sunt quædam res, atque hæ hominum obscurissimæ, maximeq; declaratione indigentes, quæ magis intelliguntur quid non sint, quàm quid sint, & ob id ex contrarijs lumen maxime accipiunt. Atque sic iustitiæ natura quæ sit, magis clariusq; intelligitur, dum iniuriæ iniuriarumq; causæ expenduntur. Est autem iniuriam inferre, sponte alicui contra legem nocere. Sic enim Aristot. in Rhetoricis definit: ἔστω, inquit, τὸ ἀδικεῖν, τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. Sic Vlpian. in l. 1. ff de iniurijs, iniuriam ex eo dictam ait, quod non iure fiat. Omne enim quòd non iure fit, iniuria fieri dicitur. ὃ μὴ κατὰ νόμον γίνεται, Theophilus in institutionibus interpretatur. Vrgeo definitionem, quia disputationi huic multum euidentiæ ac roboris inde ueniet. de quibus suis uidebimus locis. Cæterum isthæc diuisio, ut pleraque Ciceronis, ad Platonem authorem referenda est. Verba eius ex. 5. de Legibus adscribam. τίμιος μὲν δὴ καὶ ὁ μηδὲν ἀδικῶν. ὁ δὲ μηδὲ ἐπιτρέπων τοῖς ἀδικοῦσιν ἀδικεῖν, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος ἐκείνου. ὁ μὲν γὰρ ἑνός, ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων, μηνύων τὴν τῶν ἄλλων τοῖς ἄρχουσιν ἀδικίαν. ¶ Vnum eorum. } Controuersia est, utrum iustitia legis finis sit: quam leges in hoc constituantur ut iniustitia in Repub, floret, exulet q; iniuriarum licentia. Qui diuersum sentiunt, dicunt iustitiam φύσει καλὸν μὴ νόμῳ, uocantq; αὐταγαθόν. Quibus accedere ipse etiam Apostolus uidetur, qui negat legem iustis positam. Oderunt enim peccare boni uirtutis amore. Quæ nos componendæ litis causa περὶ κατορθώματος interpretabimur, ut communior sententia sit περὶ τοῦ καθήκοντος. Aristoteles tum alibi tum in Rhetoricis, iusto iniustoq; duabus legibus terminos posuit, communi & propria. Appellat propriam seu priuatam, legem ciuilem, quæ singulis à prudentibus communem, quæ uniuersis mortalibus ab ipsa natura præscripta est. Sed ius gentium intelligit, quod Cicero ipse in. 3. Offic. (id quod Budæus quoq; obseruauit) ius naturæ appellat. Hanc Isocrates in Areopagitico, quia bonis iuxta maliq; citra discrimen præcipit, ut iniquam ab antiquioribus Areopagitis neglectam fuisse memorat. Illa uero quæ singulos pro meritis uel honore uel ignominia afficit, in administranda Repub. usos fuisse. Hanc rursus diuidit in scriptam & non scriptam, quā diuisionem Iureconsulti quoque agnoscunt. Vtraq; harū in utroq; iure, publico uidelicet et

Vide disquisitionem. VI. Cæli Calcag.

Iniuria ab imprudente, iniuria non est, nisi ipsa ociosa sit ignorantia. Aristot.

*seruare societatem. Declarauit id modo temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina, atq; humana peruertit: propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum. Est autem in hoc genere molestum, quòd in maximis * animis, splendidißimisq; ingenijs plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. quo magis cauendum est, nequid in eo genere peccetur.*

Animi sublimem eaem propter Cæsarem tribuit Plinius.

priuato, locum habet. Intelligo autem ius publicum & priuatũ, ut Iureconsulti in. §. huius studij. instit. de iust. & iur. & hoc Aristotelem intellexisse, negabit opinor Iureconsultorum nemo, qui hosce locos diligentius paulo contulerit. Sed ut res euidentius intelligatur, diductione tibi epideictica demonstrabo.

- τῶν ἀδικημάτων γίνεται τὸ
  - μὲν, κατὰ νόμον κοινὸν, et contra naturam.
  - δέ, κατὰ τὸν νόμον τὸν ἴδιον, et contra legitimum.
- Vterq; autem horum reperitur in utroq; iure, nempe
  - τῷ πρὸς κοινὸν, publico, quod ad communem ciuitatis statum pertinet. νόμος ὁ
    - κοινός: ut patriæ arma inferre. ut Coriolan. Nero, &c. si ius, Cæsar ipse. patriæ siquidē necessitudo naturalis est.
    - ἴδιος, scripta: cuius generis sunt exempla neglectæ religionis, apud Valer. Nō scripta, ut est neglectus disciplinæ militaris.
  - τῷ πρὸς ἕνα τῶν κοινούντων, i. priuato, qd' ad singulos spectat. νόμος ὁ
    - κοινός. Ita Nero matri, quacum rem habuit, iniuriã fecit. est enim legis naturalis cura parentũ. ut Epictetus in Enchiridio docet.
    - ἴδιος γεγραμμένος Huc totus titulus de iniurijs pertinet. ἄγραφος. Huc alterum Ciceronianæ diuisionis membrũ pertinet. nisi qd' iudici defensio lege scripta mandata est.

Lege præterea Aristot. Ethic. 5.

Quorsum hæc inquis? hæccine ad Ciceronis diuisionem? Non prorsus nihil. Nam his recto iudicio perspectis, expeditior nobis ad rem ipsam uia patebit. Redeamus ergo ad definitionẽ, quæ ex nono de Legibus fluxisse uidetur. ibi enim Plato disputat, num iniuria, data tantum opera, an etiam casu fieri posset. cõcluditq;, iniuriam ab inuito recte fieri. docetq; inibi, quibus ex causis iniuria oriatur. Oriuntur autẽ ex affectibus à rationis præscripto exorbitantibus. Quòd uero affectus intemperantes, ut contra leges faceres, suaserint, iniuriæ nomen meretur. βούλησις nemini iniuriam facit, nemini insultat: libido & dolor animum ad iniurias impellunt. Dubium fortassis cuipiam sit, num iratus ἑκὼν, idest sua sponte iniuriam facere possit, cum lui iuris non sit. affectus enim sunt impotẽtiæ, & ab impotentia τῇ ἀκρασίᾳ nomen est. Sed τὸ ἑκούσιον non ad uoluntatem modo, sed ad cupiditatem quoq; se extendit. Nam & Vlpianus negat quẽquam iniuriã facere posse, nisi se facere sciat. Qua de re legendus est Aristoteles in Magnis moralibus lib. 1. Constat iam iniurias contra naturam & leges fieri sponte, flagitat ordo, ut quibus ex causis ueniant, ostendamus. Diximus eas ex animi perturbationibus prouenire. id Cicero, aliud nimirum agens, hoc loco attingit. Nos Ciceronis diuisionem iuxta Platonis & Aristotelis doctrinam hypotyposi explicabimus. Sed paciscemur prius cum Iureconsultis, ut bona ipsorũ pace liceat iniuriarũ uocem latius quàm ipsi faciunt extendere. Nam illis ne atrox quidem iniuria longius quàm ad oris uulnera producitur. Sed ipsi de speciali tantum iniuria intelligent, agnoscentes generalem omnem eam esse quæ hominem contra leges offendit. Cui cum Theophilus Paraphrastes respondentem græcam uocem non inueniret, latinam reposuit, ueritus nimirum εἶδος εἰδικώτατον cum genere cõfundere ἀδικίαν enim speciatim faciunt, quando iudex Dicen sanctam in pronuncianda sententia negligit. Platonis ἀδικίαι uel ἀδικήματα (quæ etiam ἁμαρτανόμενα appellat) Ciceronis iniustitiæ, cædes ipsas, adulteria & furta, & cum his alia id genus capitalia flagitia mortalibus contra ius & fas perturbationis alicuius impulsu illata, (quæ iuris antistites singularibus titulis tractant) complectuntur. Sed ab æquo lectore hanc postulamus ueniam, ut libere bonaq; pace liceat à Ciceronis partitione recedere, qui in. 4. Tusc. quæst. non hoc agens, alium ferè secutus est ordinem, Stoicorum nempe, Zenonis & Hecatonis, qui τὸ πάθος diuidunt εἰς λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονὴν, cum suis speciebus. Cicer. in ægritudinem, metum, libidinem & letitiam. Nos quas Plato ἐλπίδας quoq; cum λύπῃ & ἡδονῇ numerat, indigentiam, auaritiam & ambitionẽ. illi species non male subijci putamus. licet spes cum ratione fieri uideatur, quia tamen errore non prorsus caret, iniuriæ inde non putantibus nobis quandoq; pullulant. Neq; ignoro quòd Aristot. τὴν ὄρεξιν partim cum ratione fieri docet, & hanc βούλησιν appellat: deinde eam quæ cum ratione pugnat, diuidit in ὀργὴν & ἐπιθυμίαν, hanc postremam negligis.

- Iniuriæ ut ex perturbationibus nascuntur, ita nõ omnes ex ipsis, sed aliæ ex alijs. (Singula hæc partim ui & apertè, partim dolo & insidijs fiunt.)
  - λύπης
    - θυμὸς, indignatio. Huius generis sũt.
      - Ira — Magis inferendo
      - Excandescentia
      - Inimicitia
      - Discordia — Pariter et inferendo, & negligẽdo.
      - Aemulatio
      - Obtrectatio
      - Odium — Magis desferendo.
      - Inuidentia.
    - φόβος, metus. Huc referantur.
      - Timor — Magis desferẽdo, inferendo rarius.
      - Pigritia
      - Desperatio
      - Solicitudo.
  - ἡδονῆς ἐπιθυμία, cupiditas. Huic subijnguntur
    - Intemperantia — Pariter ferè utrunq;.
    - Maleuolentia
    - Delectatio
    - Iactatio.
  - ἐλπίδων, opinio boni. Huius quoq; spẽs sunt
    - Indigentia — Nõ sæpius inferẽdo, q̃ desferendo.
    - Auaritia
    - Ambitio.

☞ Has perturbationum formas posui, nõ quòd negem ex alijs etiã non positis iniuriam nasci. Tamen ex potioribus hisce, studiosus iuuenis reliqua colliget ipse sua industria. ☞ Vnũ eorum qui inferũt.

Infertur

Infertur autem & re & uerbis. Verbis conuicium fit. l. 1. §. iniuriam ff. de iniurijs. Conuicium Labeo dici ait quasi conuocium, à collatione uocum. quē contra Vallā defendit Alciat. lib. 4. de uerb. signifi. Facit eodē Theophili definitio, Cōuitiū δέ ἐστιν, ἡνίκα τὶς ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ τῆς πόλεως ὕβριν ἐπαγάγῃ μοι, ὥστε καὶ ὄχλον ἐντεῦθεν συναχθῆναι. § ad hoc de speciali iniuria intelligendum est quam latini contumeliam à contemnendo, Græci ὕβριν παρὰ τοῦ ὕειν βάρος. Suid. Phauorinus in Lexico suo Institutiones, adeoq; Theophilū secutus, ὕβριν definit ἀδικίαν πρὸς ἀτιμίαν φέρουσαν, οὐ μόνον ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ πᾶν ἔργον αἶσχρον. Budæus in Cōmētarijs, docet ὕβριν oratoribus significare petulantiam, superbiam, insolentiam, improbitatē, flagitiū, stuprum & adulteriū. Vnde ὑβριστὴν καὶ ὑβριστικὸν ἄνδρας. pro hoīe cōtumelioso & confidenter improbo dici. Seneca librum composuit, quo docet iniuriam in sapientem cadere non posse: quo loco maiori ab inferiore iniuriā fieri posse negat. ibidemq; iniuriam contumelia natura grauiorē facit, sed contumeliam pro conuitio usurpat. Cæterum nec meum, nec huius loci est admonere, damnum apud Theophilum ibi rectius ἀδίκημα, quàm in institutionibus ἔγκλημα legi. ¶ Alterum eorum. } Hæ iniuriæ ex odio & inuidentia potissimum oriuntur, nec rarius propter timorem & pigritiam, quandoq; etiā propter maleuolentiam, imo propter auaritiam sæpe δωροφάγοι iniustam sententiam contra innoxios pronunciant. Cuius rei exemplum satis luculentum in Susanna nostra expressimus. Hoc iniuriarum genus Iustinianus iniquitatem Latinis, Græcis ἀδικίαν dici ait. ¶ Non propulsant iniuriam. } De hoc Iureconsulti nihil disputant, sed actionem iniuriarum dant hæredi pro funere, patri & auo pro liberis & nepotibus, marito pro uxore, &c. Quod Plato duo genera tribus adiungens, iniuriarum alteram ait ui & aperte, alteram dolo & insidijs fieri, huc pertinere puto. Nam qui non defendit quum potest, dolo quasi et insidijs uidetur desertum circumuenire. Quod Homerus in Odyssea expressit in Antinoo & Eurymacho, quorum alter Telemachum aperte aggreditur, alter uerbis iuuenem circumuenire molitur ¶ Ab ijs qui possunt. } Regula iuris est, nullum crimen eum pati, qui non prohibet cum prohibere nō possit. ¶ Aut ira. } Quare Cæsar apud Sallustium, scite magis quàm ex animo, odium, amicitiam, iram atque misericordiā, ut pessimos consultores, à consultationibus abesse uoluit. Quod ad iram attinet, quibusdam forte ambiguum fuerit, num inde iniuria proprie nascatur, cum ea sit libido puniendi eius qui uideatur læsisse iniuria. sed quia punitio illa ex animi morbo, non ex amore iusti oritur, manifestum est, eam iniuria carere minime. Quare Plato ira commotus, ne seruum quidem castigare uoluit. Agamemnō sententiam pro Hecuba serua contra hospitem Polymnestora ferens, quæ Polydori pueri necem uindicando, tyrannum oculis dolo priuarat, iustam fœminæ iram iudicauit. Non est iniuria pati. Seneca inquit, quod prior feceris. Socrates epagoga Critoni persuadet, ultionē esse iniustam, eo quòd mala inferre iniustum sit. Sunt qui Achillis iram ut iustam defendant, quam contra Agamemnonem propter ablatam Chryseidem conceperat: sed non probant, quòd propter priuatū dolorem, communem & publicam totius Græciæ causam neglexerit. Verum enimuero non omnis ira ulciscendi gratia sumitur, quia irascimur aliquando non læsi. sed interim nulla ira offensæ suspicione caret, iuxta definitionem Aristo. in 2. Rhet. ubi causas iræ docet. ἔστω, inquit, ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν, ἢ αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. Opinatum contemptum, opinatamq; punitionem audis. exempla sunt in sacris historijs, Potyphari ira in Iosephum: in fabulosis, in Hippolytum patris. Sed felicior ea Respub. est, in qua non modo iniurijs nulla licentiæ fenestra patet, sed ne uindictæ quidem. Lex talionis, si qua est, penes publicam authoritatem esto. Similior tamē Christi præceptis lex τῆς ἀμνηστίας est, quam Thrasybulus post reconciliatam ciuitatem tulit, quamq; Cicero senatus authoritate post Cæsarem interfectum nequicquam iussit, & uix tandem Claudius confirmauit. Sed antequā inde digrediamur, examinabimus Cæsaris uerba paulo superius adducta ubi amicitiam & misericordiam in malis consultoribus numerat, utrumque usurpat. Nam ex libello de Amicitia didicimus, quòd nemo bonus amplius quàm ad aras amicus est: neque quisquam philosophorum amicitiam inter perturbationes collocat. Tuus quidem Catilina, Cæsar, idem uelle et idem nolle, ueram amicitiā esse dixit, sed is homo perditus factionem suam, amicitiā nequitiei prætextu appellauit. Neque misericordia cuiquam iniuriam facit, si modo, ut Cicero nostro definit, ægritudo est ex miseria alterius iniuria laborantis. ἀδικίαν sane facit, qui iniuria laborantem non, cum possit, defendit. Certe apud Christianos misericordia rectius inter uirtutes quàm inter animi morbos ponitur, quæ fragrantissimum Domino sacrificium est. ¶ Nec obsistit. } Credunt, imo asserunt hoc etiam Iureconsulti. damnantq; lege Cor. de falsis, eos qui quum prohibere tale quid possent, nō prohibuerint. author Vlpia. l. lege Cor. §. eadem ff. ad leg. Cor. de falsis. ¶ Quam si parentes, aut patriā. } Vtrunque contra legem naturæ, πρὸς κοινόν τε καὶ πρὸς ἕνα. ¶ Socios deserat. } Milites, qui ordinem deserebant, desertores & proditores habiti sunt: Cæs. 6. Belli Gallici, Qui ex ijs secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. His olim matrimonio apud Lacedæmonios interdicebatur, omniumq; contumelijs exponebantur. Plutarchus in Agesilao ¶ De industria. } τὰ ἕνεκα τοῦ βλάπτειν ἑκούσια γίνεται. Aristot. ἑκόντες δὲ ποιοῦσιν, ὅσα εἰδότες καὶ μὴ ἀναγκαζόμενοι. Interpretes apud Platonem Aristotelem plerunq; sponte interpretantur. Georgius Valla uidetur apud Nemesium τὸ ἑκούσιον uoluntarium, ἀκούσιον autem inuitum transtulisse. Legendus enim is præter Platonē & Aristotelem omnino est, in præclaro eo quem de Natura hominis conscripsit libro, ca. 28. cum aliquot ordine cōsequentibus. ¶ Sæpe à metu ꝓficiscūtur. } Non est quòd exempla ex antiquitate petamus. Pontificij solo, ne potentia & mundi existimatione excidant, metu, arma in Euangelij professores stringunt. Hinc ecclesiæ iambi: Hostis Herodes impie Christum uenire quid times? Non arripit mortalia, Qui regna dat cœlestia. Aristotelis documentum est, Amicos metu in periculis deseri: quæ Ciceroni altera iniuriarum species est. Si desideras exemplum, accipe Petrum Dominum in extremo discrimine negantem. Pilatum superius adduximus. Ouidius subinde conqueritur se ab amicis in rebus aduersis deseri. Libet Aristotelis ἀνακεφαλαίωσιν adscribere, qua iniuriarum causas enumerat Causarum præcipuas facit, κακίαν & ἀκρασίαν. quibus quasi formas subiungit sordes, intemperantiā, mollitiem, ambitionem, acerbitatem animi, amorem uictoriæ, amarulentiam, stultitiam. Verba sunt: οἷον, inquit, ὁ μὲν ἀνελεύθερος περὶ χρήματος, ὁ δ' ἀκόλαστος περὶ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς. ὁ δὲ μαλακὸς περὶ τὰ ῥάθυμα. ὁ δὲ δειλὸς περὶ τοὺς κινδύνους. τοὺς γὰρ συγκινδυνεύοντας ἐγκαταλιμπάνουσι διὰ τὸν φόβον. ὁ δὲ φιλότιμος διὰ τιμὴν, ὁ δ' ὀξύθυμος δι' ὀργὴν, ὁ δὲ φιλό-

γικος διὰ νίκην, ὁ δὲ πικρὸς διὰ τιμωρίαν, ὁ δ᾽ ἄφρων διὰ τὸ ἀπατᾶσθαι περὶ τὸ δίκαιον καὶ ἀγαθόν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος περὶ ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων. ¶ Maximā autē partē. } ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπίπαν δὲ, ὡς τὰ πολλὰ δέ: Budæus in commentarijs. ¶ Parit auaritia. } Auri sacra fames Polymnestora Thracum ad ξενοκτονεῖν compulit, Iudam ad proditionē Saluatoris. Verrē ad furta: Pygmalionem, ut Sichæum affinem ante aras incautum opprimeret. alios ad alia scelera, quæ congerere instituti huius non est. ¶ Expetuntur autem diuitiæ. } Auaritia & ambitio causas facinorum finales habent: ira & metus causæ iniuriarum sunt efficientes. Auaritiæ rursus plures præfigit fines, neq; enim auari omnes eodem respiciunt. ¶ Ad usus uitæ necessarios. } τὰ βιωτικά. Aristoteles τῆς ἀνελευθερότητος exemplum ponit, ubi interpres τοὺς ἀνελευθέρους pro ligos transtulit, fort assis quòd prodigalitas liberalitatis ὑπερβολὴ est. ἐλευθέριος enim Græcis significat δαπανῶντα δεόντως, idest eum qui in loco largitiones facit. Ego sordidos malo τοὺς ἀνελευθέρους, & φιλοκερδεῖς, quos Cicero infra merces coemere ait, ut eas pluris reuendant. id & ratio poscit, & grammatici sentiunt, qui σμικρολόγους interpretantur, cuius notas Theophrastus cap. 10. τῶν χαρακτήρων recenset. quas expressit Plautus in Euclione ¶ Ad gratificandi facultatem. } De hoc infra fusius, in cap. de Liberalitate. ¶ M. Crassus. } De hac Crassi sententia, deq; eius diuitijs & largitionibus, lege Plutarchum in eius uita, Ciceronem Paradoxo 6. Plinium lib. 33 cap. 10. Bud. de Asse 2. Eras. in prouerbio, Crasso ditior. De auaritia uero eius, infra libro tertio. ¶ Cum in Imp. } Tertium genus, ἐλπίδων καὶ δόξης τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἔφεσις. sed quia etiam optimarum rerum abusus est, mirum non fit, ex harum rerum contentione nimia iniurias oriri. ¶ Nulla sancta societas. } Lucanus libro primo: Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas Impatiēs cōsortis erit. – Exēpla, Romulus & Remus, deinde Romulus & Tatius, Triumuiratus, &c. ¶ In quo non possint plures excellere. } Terentius hoc in re amatoria sub Thrasonis & Phædriæ persona declarauit, quorum uterq; priores partes apud Thaidem habere satagit. ¶ C. Cæsaris. } Is teste Plutarcho in paruo oppidulo malebat primus esse, quàm Romæ secundus. De quo Lucan. lib. Phars. belli primo: Nec quēquā iam ferre pōt, Cæsar ue priorē, Pompeius ue parem. – ¶ Qui omnia iura diuina atque humana. } Diuina, ut qui ærariū inuasit, ingentem uim auri è Capitolio furatus, templa diuum donis referta expilauit: humana, ut qui patriæ arma intulit, libertatem Reipub. suppressit, socios et ates et regna pretio uendidit, urbes ad deditionem paratas diripuit. ¶ Quod in maximis animis. } Hanc ferè sententiam Plutarch. in Demetrio ex Platone citat: ὅτι καὶ κακίας μεγάλας ὥσπερ ἀρετὰς αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι. In causa esse puto, quod qui ingenio maxime ualent, τὸ καλὸν quàm stupidi propius contemplantur, cuius nimio ardore incensi, dum hoc ipsum quod affectant, uiæ compendium quouis modo quæq; iniuria quærentes, aut amittunt prorsus, aut non sine maximo errore inueniunt, Voluntas rationi obtemperans inuenire id poterat: sed uoluptas per auia contra rationis dictamen grassata, sequitur quidem, assequitur minime. Hoc bonis molestū esse mirum non est, qui regia tantum uia ad honores & dignitates contendūt, cum auia latrones quæritēt. Multis bonis dolebat pnicio sum Græchorum institutum. Culpa forte non male etiā in melancholiam torquebitur, quæ in ingeniosis furore & mania non caret.

SEd iniustitiæ. } Vt res clarior fieret de uitio, quod huic uirtuti contrarium est, aliquid superioribus addere uoluit Cicero. AMER.
Facit autem duas species iniustitiæ: inferre iniuriam, & non depellere si possis, ab altero iniuriam. Est enim homo conditus ad hoc nō tantum ut ne alteri noceat, sed ut prosit etiam quo possit modo, aut ratione, salua tamen honestate. Deinde causas harum iniustitiæ partium ostendit tres, Metum, Auaritiam, & Ambitionem.

TAm est in uitio, quàm si parentes. } Vulgatum est, In culpa, in criminis, in causa, in mora esse. Inusitatius autem in uitio esse, pro eo quod est peccare. ¶ Expetuntur autē diuitiæ. } Expetimus res egregias, aut ut egregias: Appetimus ad quæ ferimur affectu magis, quàm iudicio. ERAS.

SEd iniustitiæ, &c. } ἀντίθεσις. Vis, & fraus duo uitia pugnātia cum iustitia. ¶ Nulla sancta so. } Lucanus: MELAN.

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Iniuria alia alia leuior.

SED in omni iniustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est, & ad tempus; an consulto, & cogitato fiat iniuria. Leuiora sunt enim, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem iniuria satis dictum est.

SEd in omni. } Redit ad ingenium Cicero, à Stoicis deficiēs, qui asserunt τὰ ἁμαρτήματα ἴσα, peccata non rerum euentu, sed uitijs hominum metientes. Noster autem non maliciei originem, sed euentum spectat. Vtrunq; amplificationibus materiem præbet. Clodius Miloni insidias struxit, Cicero interficiendi libidinem odiumq; inueteratum urget, euētum cædis Clodianæ necessitate excusat & defendit. Euentus reo cōmodior est, ταπεινώσει: actori, αὐξήσει. Quareq; à Iureconsultis hæc res & à rhetoribus diligentius pertractata est. Hi ἀδικήματα μείζονα grauiores offensiones, alij iniurias atroces appellant. quæ licet huius tractatus propria non sint, quia tamen lucem quandam rebus etiam præsentibus adfert, non grauabor rei seriem hypotyposi puerorum gratia, more nostro, demonstrare. BETVL.

Iniuriæ atrociores fiunt ex circunstantijs, a

Persona

- *Cui infertur iniuria*
  - Parricidium grauius cæde: cui Solon nullam legem posuerat. Exempla sunt in Declamationibus Quintiliani.
  - Filiam, uirginem, ciuem uitiauit: apud Comicos. & D. Paulus, ciuis Rom. contra ius uirgis cæsus.
  - In bene meritum: licet ingratitudinis nulla detur actio.
  - Depositum paruum, quàm debitum magnum, nō facto, sed persona grauius. Læsus enim est amicus. Aristot. in Proble.
  - Hospitalem tesseram cum fregisset Polymnestor, causa cecidit.
  - Peregrini iudices deos Plato facit, de Legibus quinto.
  - Tale stuprum ne inter gentes quidem nominatur. Paul. Corinth.
  - Magistratui grauius quàm priuato. Sic respondes Pontifici?
  - Sexui: cuius rationes etiam leones, teste Solino, habent.
  - Ætati: Herodes infantulos.
- Quæ facit iniuriam. Nam quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atq; crudelitas appellatur. Cæsar apud Sallust. Solus, Primus, cū paucis.

Tempore

- Pendente causa.
- Inter inducias: ut qui populabatur agros noctu.
- Inter ipsa sacra, Nocte Tarq. Lucretiæ stuprum intulit. Exēpla sunt in Declamationibus Quintil.

Loco

- Sacrilegium grauius quàm furtum: ex loco, non facto.
- Asylum, contra ius gentium uiolatur.
- Fora apud nos, & portæ sacræ sunt, & iniuria ibi illata grauius mulctatur.
- In publico, pedissequa abducta.

Facto

- Quæ à maiore proficiscitur iniquitate. Non enim furē, sed raptorem. non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ. &c. ex Verr. 7. Quintilian.
- Ex magnitudine damni, ut cui nullum supplicium potest æquari. Cæsar apud Sallust. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, &c.
- Cuius non est remedium. Ita Cato cōiurationem ibidem amplificat.
- Qui turpitudinem ferre non potuit, ut miles Marianus, qui fortiter facere, quàm turpitudinem pati maluit.
- Pecuniariæ iniuriæ amplificationem facilius admittunt quàm aliæ. Vt uerisimile est, eum talentum ablaturum fuisse, qui obolum abstulit: non item qui unum prodidit, Rempub. proditurum esse. Aristot. in Rhetoricis.
- Cuius causa supplicium inuentum: ut culeus parricidio.
- Præmeditatione, ut insidiæ Clodianæ.
- Contra leges scriptas. Hinc superbiam hodie & fastum non puniendum censent.
- Locus uulneris, uel plagæ: ut in os, &c.

AMERB. **S**ED *in omni iniustitia.* } *Duæ circumstantiæ iniuriarū hic proponuntur, et ostenditur utra sit altera maior.*

Causas recenset, unde secundum iniustitiæ genus oriatur.

PRætermittendæ autem defensionis, deserendiq; officij plures solent esse causæ. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt; aut etiā negligentia, pigritia, inertia, aut suis studijs quibusdam, occupationibs'ue sic impediuntur, vt eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Itaq; videndum est, ne non satis sit id, quod apud Platonem est in philosophos dictum; quòd in ueri inuestigatione versentur; quodq; ea, quæ plerią; uehementer expetunt, de quibus inter se digladiari solent, contemnant, et pro nihilo ducant; propterea iustos esse. Nam dum alterum iustitiæ genus assequuntur inferenda, ne cui noceant, iniuria; in alterum incidunt. * Discendi enim studio impediti, quos tueri debent deserunt. * Itaq; eos ad Remp. ne accessuros quidem putat, nisi coactos: æquius autem erat id uoluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iustum est, quod rectè fit, si est uoluntarium. Sunt etiam, qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam uideātur iniuriam: qui dum altero iniustitię genere uacant, in alterum incurrunt. Deserunt enim uitæ societatem, quia nihil conferunt in eam studij, nihil operæ, nihil facultatum. * Quando igitur duobus generibus iniustitiæ propositis, adiūximus causas utriusq; generis; easq; res ante cōstituimus, quibus iustitia cōtinetur: facile, quod cuiusq; temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos ualde amabimus, iudicare. Est enim difficilis cura rerū alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus, atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut aduersa eueniunt; quàm illa, quæ cæteris, quæ quasi longo interuallo interiecto uidemus: aliter de illis, ac de nobis iudicamus. Quocirca bene præcipiunt, * qui uetant quicquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum. Aequitas enim lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationem significat iniuriæ.

Vide disquisitionē IIII. Cælij Calcagnini.

Hoc Plato in libris de rep. eleganter ostendit per fabulā, de ijs, q uincti in specu sedēbant, qđ Ciceroni nō probari, uiro politico, & natura sublimi nō est mirū. Hora. Dissimulator opis propriæ mihi cōmodus uni.

* Quoniam

Prouerbium, Quæ dubitas ne feceris.

BETVL. **P**Rætermittendæ. } Docere, est causas rerum ostendere. Cognitis itaq; iniuriarum causis, de quantitate qualitate'ue rectè iudicari potest. ¶ Nam aut inimicitias. } Pilatus, ne Cæsaris iram in se prouocaret, Christi, cuius innocētiam agnoscebat, defensionem deseruit. ¶ Aut laborem, aut sumptus. } Vt sacerdos & leuites.

qui à latronibus uulneratum prætereuntes negligebant, quum Samarites nec laboribus, nec sumptui pepercerit. Cicero, si recte memini, pro Muræna, inertiā fuga laboris & desidiam: refudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectus improbitat coarguit. Obserua quàm diserte hic Cicero causas efficientes finalibus opponat. Inimicitiarum solicitudini, negligentiam, idest ἀμέλειαν oppositam locat: quæ si nimia sit. Iureconsulti latam culpā interpretantur. idq; tum fieri, si non intelligas quod intelligunt omnes. l. cedere diem. §. lata culpa. l. lata culpa. l. magna negligentia. ff. de uerb. sig. Qui non tāgitur cura proximi, nō intelligit sup egenum & pauperem, qđ omnes intelligere legis humanæ præscripto debent. Labori opponit pigritiam & inertiam. Pigritiam enim Cicero definit, metū consequētis laboris: Græci φόβον μελλούσης ἐνεργείας. Inertiam Greci ἀπραγμοσύνην uocant, quæ labores recusat. Sumptibus item, studium sui. quo fortassis Demosthenis ἀργυράγχη non male torquebitur. ⁋ Id quod apud Platonem. } Lege Calcagnini Disquisitiones. ⁋ Quod in ueri inuestig. } Contra inertem & otiosam philosophiam disputat eleganter Lactantius libro primo, qui est de falsa sapiētia. c. 16. Epictetus apud Gell. lib. 17. c. 19. ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. factis procul, uerbis tenus. Philosophos taxat, quorum professio in contemplatione, non in actione consistit. Hinc forte factum, quòd philosophi quondā urbe eiecti sunt: & inter eos Epictetus ipse teste Gellio lib. 15. c. 11. Cicero ipse æstuante intestinis seditionibus urbe, sibi hanc uacationem sumit: ut ipse putat, merito. Quis enim, inquit, hoc non dederit nobis, ut cum opera nostra patria siue non possit uti, siue nolit, ad eam uitam reuertamur, quam multi docti homines fortasse non, recte, sed tamen multi etiam Reipub. præferendam putauerunt? Hæc Cicero ad Varronem lib. Epist. fam. 9. Quæ tamen uerba non tam ex integro iudicio, quàm morbo quopiam nata uidentur. ⁋ Itaq; eos ad Rempub. ne accessuros. } πολιτεύεσθαι φασὶ τὸν σοφὸν, ἂν μή τι κωλύῃ, ὥς φησι, Χρύσιππος ἐν πρώτῳ περὶ βίων. Laertius in Zenone. ⁋ Aut odio quodam hominum } μισανθρωπία. ⁋ Dum altero iniustitiæ gene e uacant. } Nā stulti dum uitant uitia, in contraria currunt. ⁋ Est enim difficilis. } molesta. est enim perpetuo tunica pallio propior. Quum tamen lex humanæ societatis præcipiat, ut qui homines esse uelimus, hominis cuiusque curam ad nos attinere putemus. Chremes ad finem seipsum excruciantem: Homo sum, humani, &c. Argumentum est à cōiugatis. de quo Rodolph. Agric. lib. Top. 1. cap. 10.

AMERB. PRætermittendæ autem. } De altera parte iniustitiæ hic docetur. & exponuntur causæ, cur non depellatur ab aliis iniuria. inter quas & hæc Platonis cōmemoratur, & reprehēditur, quòd liceat non attingere Respub. & latere studio quodam ueritatis inquirendæ, neglectis & contemptis honoribus ac dignitatibus. Arbitror autem Ciceronem ad hunc locum respexisse, qui extat ualde magnificus in sexto πολιτικῶν, quem uolui adscribere integrū, ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὸν ἡσυχίαν ἔχων, καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων, οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ, καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου ὑπὸ τειχίον ὑποστὰς ὁρῶν τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀνομίας, ἀγαπᾷ εἴπῃ αὐτὸς καθαρὸς, ἀδικίας τε, καὶ ἀνοσίων ἔργων.

MELAN. DEsertos esse. } Epicuri dogma est λάθε βιώσας, quo uetuit attingi respublicas. Id reprehendit hic M. Cicero. Est autem & apud Horatium:

Nec uixit male. qui uiuens moriensq; fefellit.

⁋ Aut odio quodam hominum. } Τίμωνες οἱ μισάνθρωποι taxantur.

Docet officia pro circumstantiis uariari, & quod officiosum erat, id contra officium fieri duobus maxime modis, si aut ab utilitate recedatur, aut minus utile præstatur utiliori, quam interdum præter officium esse, nimium inhærere iuris apicibus.

SEd incidunt sæpe tempora, cum ea, quæ maxime uidentur digna esse iusto homine, eoq;, quem uirum bonū dicimus, commutantur, fiuntq; cōtraria: ut reddere depositum, etiam ne furioso: facere promissum: quæq; pertinent ad ueritatem, & ad fidem, ea negare interdum, & non seruare, sit iustum. Referri enim decet ad ea, quæ posui in principio, fundamenta iustitiæ: primū, ut ne cui noceatur: deinde, ut communi utilitati seruiatur. Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, & non semper est idem. Pōt ēt accidere promissum aliqđ, & conuentum; ut id effici sit inutile uel ei, cui ꝓmissū sit, uel ei q ꝓmiserit. Nā si, vt in fabulis est, Neptunus qđ Theseo promiserat, non fecisset; Theseus filio Hippolyto suo non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, vt dicitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit: quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur seruanda sunt ea quæ sint iis, quibus pro-

BETVL. SEd incidunt } Docet officia circūstantiis iniuriarum habitum induere. ⁋ Et ad fidem. } Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea seruare quæ inter eos placuerunt? lege uidelicet humana, quam naturalem æquitatem Iureconsultus appellat. l. 1. ff. de pactis. ⁋ Vt reddere depositū. } ut prodigo. Quid quòd apud Iureconsultos is solus actione depositi tenetur, qui dolo depositum non reddidit? ὁ οὐδὲν πρὸς ἔπος, Plato de Republic. 1. legēdus est. ⁋ Facere promissum. } Concepta & solennia promittendi uerba sunt apud Iustinianum, in tit. de uerb. oblig. Neque huius loci est de inutili stipulatione dicere. ⁋ Vt communi utilitati. } Neq; enim tantum fuisset orbis factum incendium, si Phœbus Phaetonti promissum negasset. Ouidius Metamorph. 2. ⁋ Conuentū. } Generale hoc nomen est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agūt. l. 1. de pactis. ⁋ Nam si ut in fabulis est. } Meminit Cicero de natura deorum tertio. Petere integram rem potes ex commentatore Homeri, Odyss. λ. Phedra priuignum ad coitum cum flectere non posset, de ui sibi ab eo illata apud maritum Theseum defert. Pater Theseus nouercæ mendacio fidē habens, furoreq; correptus, ultionem ab auo Neptuno flagitat apud Senecam his uerbis:

Huc uota mittam, tela quo mitti haud queunt.
Scis unde redeam. genitor æquoreus dedit.
Vt uota prono trina concipiam Deo:
Et inuocata munus hoc sanxit Styge.
En perage donum triste regnator freti,
Non cernat ultra lucidū Hippolytus diem.

Tragicū exemplum: Theseus tria optauerat ab auo Neptuno, ut Minotaurū cōficeret, ut sibi ad inferos daret aditus, ut Hippolytū ulcisceret.

Adeatq;

miseris; inutilia: nec si plus tibi noceant, quàm illi pro sint, cui promiseris. Contra officium est, maius antè pom minori: ut, si cōstitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit; non sit contra officium, non facere quod dixeris: magisq; ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam illis promissis non standum esse quis non uidet, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit? Quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

Adeatq; manes iuuenis irato patre.
Per abominandam nunc opem nato parens.

Et cætera quæ sequuntur. Ad patris uota Neptunus phocas emisit, quibus uisis, equi in furorem concitati, iuuenem discerpserunt. unde ἱππόλυτος dictus. Fabula est apud Ouid. li. 15 Metamorph. Plutar. Parallelo 44. Boccat. lib. 10, cap. 50. Hyginū in fabulis, cap. 47. & 250. Meminerunt Verg. lib. 7. & Pind. Ode. 3. Pyth. Plutarch. in Theseo testatur, historicos à tragicis nihil uariare. Simile Herodis est iuramentū, quo puellæ saltanti Ioānes caput suum pendebat. ⁋ Vt dicetur. } Infra lib. 3. ⁋ In rē præsentem. } In rem præsentem olim tum ueniebant, cum locum oculo ac digito designare uolebant: ut hodie cum aut iudex pronūciat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem cōtrouersum facere uolumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari, certis finibus circūscriptum: uidelicet ut ille deliberare de re controuersa possit, cedere necne uindicanti debeat, hi ut certi sint testimonij sui, &c. Bud. in Annot. in Pandect. Hoc uerbum Basiliensibus est finsen, à quinq; iudicibus in rem præsentem missis: nostratibus, die geschuuornen haben. ⁋ Magisq; ille cui. } Philosophus omnes in uniuersum promissiones intelligit, & eas secundum æquum & bonum interpretatur: Iureconsultus stipulationes & obligationes uerborum legitime & conceptis uerbis factas prosequatur. ⁋ Promissis non standum. } Promissa non seruanda. Sic re iudicata stare, pro Flacco; stare iudicijs, pro Cluent. stare cōditionibus, ad Att. stare conuentis, Offic. 3. stare pacto, Liuius: &c. De dolo malo alibi. ⁋ Pleraque iure prætorio. } Diuidunt iureconsulti stipulationes, in iudiciales, prætorias, (cum quibus ædilitias quoque numerant) in conuentionales & communes. in qua quidem diuisione prætorias speciatim intelligunt, in Instit. lib. 3. tit. 19. quæ à solo prætore introductæ sunt. quum in Pandectis lib. 46. titulus de prætorijs stipulationibus generatim ab ipsis exponatur, de ijs quas prætor approbauit. Rursus prætor ait: Pacta cōuenta, quæ neque dolo malo, neq; aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principū, neque quo fraus cuique eorum fiat, facta erūt, seruabo. l. iurisgē. §. prætor. ff. de pactis. Cæterum iuris prætorij tanta fuit autoritas, ut penes ipsum omnis adeo publici priuatiq; iuris potestas fuerit. ut & nouum ius condere, & uetus abrogare facultas esset. quæ temporis tractu ita fuit aucta, ut quod ipse dixisset, ob ipsius honorem Ius honorarium uocaretur. & ob hoc ipsum prætor epitheto satis diserto ab Ouidio Honoratus appellatur. De offic. præto. urbani, l. Pomp. in. l. 2. ff. de origin. iur. Pomponium Lætum, & Fenestellā de magistratibus Rom. tit. de prætore. Aymariū Riuallium lib. 3. de Hist. iuris ciuilis, ti. de prætorū edictis. Alexandrū ab Alexandro Genialium dierū libro. 2. cap. 15. & lib. 6. cap. 23. Alciat. lib. 3. c. 3. Parergōn, Blōdum Triumphantis Romæ li. 4. Tislin. in Orat. pro A. Cecinna. ⁋ Nonnulla legibus. } legitimas cōuentiones uocant, quæ aliqua lege confirmantur. & ideo interdū ex pacto actio nascitur, uel tollitur. l. legitima ff. de pactis.

SEd incidunt sæpe. } Quæ nunc sequuntur, sunt uelut occupatio quædam ad præcedentiam. Dictum enim est, iustitiæ fundamentum esse fidem, quæ requirit, ut stetur pactis, & conuentis. Semper'ne igitur, posset quærere aliquis, promissum faciendum est? Respondet Cicero, non esse faciendum semper, quod promissum sit: & addit duo exempla, quibus hoc declarat: Ideo autem furioso gladiū quem sanus deposuerit, non esse reddendum. quia generalius sit, & magis proprium iustitiæ officium, neminem lædere, quàm seruare promissa & pacta, sicut initio huius disputationis de iustitia est indicatum: Læsurus autem esset uel se, uel alios furiosus, si gladius ei redderetur. Exemplum fabulosum de Theseo & Hippolyto sumptum est ex Euripidis fabula, quæ inscribitur Hippolytus, & infra in. 3. libro idem est usurpatum. Sic autem loquitur apud Euripidem Theseus: ἀλλ' ὦ πάτερ Πόσειδον ἃς ἐμοί ποτε ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι τούτων ἐμὸν παῖδ', ἡμέραν δὲ μὴ φύγῃ τήνδ', εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς. Cæterum quòd addit, non seruanda, quæ ex metu aut dolo sint promissa, est infra in tertio libro explicatum, & pertinet hic locus ad disputationem de iure & æquitate, de qua præclare dictum est ab Aristotele: διὸ δίκαιον μὲν ἐστὶ, καὶ βελτίον τινος δικαίου οὐ τοῦ ἁπλῶς δὲ, ἀλλά τοῦ διὰ τὸ ἁπλῶς ἁμαρτήματος. AMERB

SEd incidunt. } Iustum ex circumstantijs: id uero etiam ad summā iustitiæ legem referendum est, ne quis lædatur. Nam inferiores leges omnes ita demum sequendæ sunt, si cum summa illa consentiant. At depositum gladium si reddas furioso, summam legem uiolaueris. ⁋ Ex tribus enim optatis. } Optauerat Theseus à Neptuno, ut Minotaurum conficeret, ut adiret inferos, ut Hippolytus discerperetur. ⁋ In rem præs. } In iudicium. nam in ipsis finibus primum disceptabatur. MELAN

In iuridicialibus officijs æquitas spectanda, non uerbis inhærendum.

EXistunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria; factum est iam tritum sermone prouerbium. Quo in genere etiam in Republica multa

BETVL. EXistunt etiam. } Subinde ad illud quod semel positū est, fundamentum redeundū est, fidem scilicet: cui tum demum satis fit, si mens menti, sententia sententiæ respondet & acquiescit: non si sophismata simplicitatem circūueniant, quo etiam modo scriptum cum uoluntate apud oratores pugnat. ⁋ Callida. } Diserte. Calliditatem enim tacendo, fallaciam loquendo committi existimauit Accursius in. l. iurisg. ff. de pact. ⁋ Sūmum ius summa iniuria. } Ius summum iureconsulti peculiariter ius strictum appellant. Aristot. ἀκριβοδίκαιον quasi ius exactius duriusq;. & qui illud æquitati præferunt, ἀκριβο-

Existunt

peccantur: ut ille, qui, cum * centum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros; quòd dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Nec noster quidem probandus, si uerum est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus à senatu datum; cum ad locum uenisset, cum utrisque separatim loquutum, ut ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque ut regredi, quàm progredi mallent. id cum * utrinq; fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. itaque illorum fines, sicut ipsi dixerãt, terminauit; in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re, fugienda est talis solertia. Sunt autem quædam officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. Est enim ulciscendi, & puniendi modus. Atque haud scio, an satis sit eum, qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere; * ut & ipse nequid tale posthac cõmittat, & cæteri sint ad iniuriam tardiores.

* triginta

* utriq;

* Vt ipse.

δίκαιοι, ab eodem dicuntur. Inde summo iure agere dicebant, pro eo quod est, non ex æquo & bono, sed iniquiore & præfracto. Aequum autem & bonum Aristoteles uocat ἐπιεικές. Hinc ἐπιεικίζειν apud antiquos dicitur, ex fide bona constituere. Ciceronianæ autem sententiæ similis est illa Solomonis Ecclesiastæ. 7. μὴ γίνου δίκαιος πολὺ, καὶ μὴ σοφίζου περισσὰ. Hæc ego puerorum causa. Plura sunt apud Budæum in l. 1. ff. de Iust. et iure. Eras. in prouerb. Summum ius. item, Lesbia regula. Philipp. Melanch. in Epit. moralis philosophiæ lib. 2. Ludouic. Viuem apud Augustinum de Ciuitate Dei lib. 2. cap. 17. ☞ Quo in genere etiam in Repub. multa. } Sunt enim conuentiones aut ex publica causa, aut priuata: atq; rursus priuata, aut legitima, qua de paulo superius: aut iurisgentiũ. Hic de pub. conuentione quæ aut per principem fit, aut duces belli paciscuntur. l. conuentionum. ff. de pactis. ☞ Qui cum centum triginta dierum. } Cleomenes Lacedæmonius cum Argiuis septem dierum inducias pactus, tertia nocte fidem fefellit. Plutarchus in Apophtheg. Laconicis. Refuse ad hæc prouerbium apud Erasmum, Thracium commentũ. ☞ Quod dierum. } Cauillo ex homonymia nato, naturalem pro ciuili intellexit, qui cum sole & oritur & occidit. Cum tamen in omni controuersia ciuilis dies intelligatur, quem M. Varro his uerbis terminat. Homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis 24. nati sunt, una die nati dicuntur. Gellius libro tertio, cap. 2. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 3. Plin. lib. 2. cap. 77. Censorinus de Natali die cap. 13. Ciuilis, inquit, dies uocatur tempus, quod fit uno cæli circũactu, quo dies uerus & nox continetur. ut cum dicimus aliquem dies triginta tãtum uixisse, relinquitur etiam noctes intelligere. Quando dies apud uarias gẽtes incipiat, lege apud Alexandrum ab Alexand. libro Genialium dierũ quarto, cap. 20. Alciat. in l. urbis appellatio. §. cuiusq; diei. ff. de uerborũ signific. Vergilium Vrbinatem de Inuentoribus rerum lib. 2. cap. 6. Simile exemplũ refert Erasmus ex Strabone de Thracib. & Bœotijs, in prouerb. Thracium commentum. Porro induciæ à pace hoc differunt, quòd pax perpetua est, induciæ temporariæ: induciæ autẽ sunt iurisgent. Varro definit inducias esse pacem castrensem paucorum dierum. Item alio loco: Induciæ, inquit, sunt belli feriæ. Prior definitio reprehenditur, nam Liuius in primo scribit, Veientibus in C. annos inducias datas, & C. Pontius Samnitum imperator à dictatore Rom. sex horarum inducias postulauit, teste Gellio. Græci ἐκεχειρίαν uocant, ab ἔχω teneo, & χεὶρ manus, exempta una litera sonitus uastioris. Gell. inducias dictas putat, quasi inde uti iã. Aurelius Opilius, quasi intus atq; introitus. Donatus apud Terent. propterea quod in diem dentur. Inducias porro iurisgentiũ esse, nemo ignorat. quarum apud antiquos tanta fuit obseruatio, ut inter Porsennam & Romanos factis inducijs, quum ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressi hostium duces curuli certamine contenderent, & uictores coronarentur. Seruius Aeneid. 11. Quo loco poeta ipse in funere Palantis Latinos Teucris mixtos iugis impune, durantibus inducijs, errasse canit. ☞ Quint. Fabium Labeonem. ☞ Hoc idem est apud Valerium libro septimo, capite tertio, qui hoc addit, q; cum regem Antiochum superasset, & ex fœdere icto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuerit, ut eum tota classe priuaret. ☞ Sunt autem quædã. } Videtur innuere legẽ τῆς ἀμνηστείας. qua de alibi.

Plutarch', hoc cõmenũ Cleomeni Lacedæmonio adscribit in apophth. Lacon.

Quod in puniendæ iniuria officium.

AMERB.

Existunt etiã sæpe. } Fraudem legi fieri dicunt Iurisconsulti, quando ad nostrum commodum detorquetur ita lex, sicut hic detorqueri ius non scriptum declaratur exemplis duobus apud Valeriũ Maximum, exemplo cuiusdam Antistitis, & Scipionis prioris, & nonnullis alijs, qui simili uafricie Reipublicæ cum aliorum incommodis consuluerunt. Est autem fraus uelut parum quiddam pugnans cum iustitia, & cum delinquatur contra æquitatẽ, nimium: ac in illo magis est occultum studium considendi suæ utilitati, aut ulciscendi iniuriam, habens annexum contemptum iustitiæ in omni genere contractuum: in hoc studium manifestum defendendi iuris, aut etiam nimis pertinax iuris defensio, coniuncta plerunq; cum ignorantia iuris generalis. Fraus ueteribus damnum etiam simpliciter significauit, unde adhuc dicimus. Est mihi fraudi. Columella libro primo De re rustica, de summo iure sic dicit: Nec sane est nobis uindicandum quocquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. Nec rursus in totum remittẽdum: quoniam uel optima nomina non appellando fieri mala fœnerator Alphius dixisse uerissime fertur. ☞ Sunt autem quædam. } Hic docetur breuiter ita ignoscendam esse illatam iniuriam uel publice, uel priuatim, ut is, qui intulit iniuriam, à faciendis iniurijs in posterum absterreatur, & alij moniti eius exemplo discant iuste facere. quanquam sit modus quidam in ea re seruandus: sic enim inquit Mimus, Ignoscere humanum, ubi pudet, cui ignoscitur. Similis uersiculus iubet punire iniuriam.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Idem præcipit Columella, ubi iubet patrem familias non esse nimis sui iuris tenacem.

ERAS.

Cum hoste pactæ induciæ. } Vt homo pactus dicitur, cui promissum est aliquid: ita res pacta dicitur, quæ pacto promissa est.

MELAN.

Iniuriæ suæ pœnitere. } Quem pœnitet facti, is prope non peccauit.

Atq;

Hactenus de ciuili iustitia, nūc de bellicis officijs. Facit aūt duo belli genera, quorum utriq; communia sunt haec, ut non nisi iustis de causis suscipiantur, ne inferantur nisi rebus repetitis, nisi solenniter denunciata aut rite gerantur, ne saeuiatur supra modum in uictos. humanius etiam qui se dedunt, recipiantur. [illegible] hosti etiam priuatim praestetur, non modo in conuentis salutaribus. Propria uero sunt illa, ut cum hoc hostium genere, qui de imperio certant, humanius agamus. cum his qui uitam nostram petunt, seuerius.

ATque in Republica maxime conseruanda sunt iura belli. Nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per uim, cumq; illud proprium sit hominis, hoc beluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuatur. parta aūt uictoria conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerūt: ut maiores nostri Tusculanos, equos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatē etiā acceperunt; at Carthaginem, & Numantiā funditus sustulerunt. nollem Corinthū: sed credo illos secutos opportunitatem loci maxime, ne posset aliqñ ad bellum faciendū locus ipse adhortari. Mea quidē sententia, paci, quae nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendū. In quo si mihi obtemperatū esset, etsi non optimā, at aliquā Rempub. quae nūc nulla est, haberemus. Et cum ijs, quos ui deuiceris, consulendū est; tum ij, qui armis positis, ad imperatorum fidē confugient, quāuis murum aries pcusserit; recipiēdi. In quo tātopere apud nostros iustitia culta est, ut ij qui ciuitates, aut nationes de uictas bello in fidē recepissent, earū patroni essent more maiorū. Ac belli quidem aequitas sanctissime feciali populi Romani iure pscripta est. Ex quo intelligi pōt, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatū ante sit, et indictū. Pompilius, imperator tenebat prouinciā, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat. Cum aūt Pompilio uideretur unam dimittere legionē; Catonis quoque filium, qui in eadē legione militabat, dimisit. Sed cū amore pugnādi in exercitu remansisset, Cato ad Pōpilium scripsit, ut si eū pateretur in exercitu remanere, secundo eū obligaret militiae sacramēto: quia priore amisso, iure cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat obseruatio in bello mouēdo. Marci quidē Catonis senis epistola est ad M. filium, in qua scripsit, se audisse, eum missum factū esse à consule, cū in Macedonia Persico bello miles esset. Monet igitur, ut caueat, ne praelium ineat. Negat.n. ius esse, qui miles non sit, pugnare cū hoste. Equidē illud ēt animaduerto, quòd q proprio noīe pduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigāte. Hostis.n. apud maiores nostros is dicebatur, quē nunc peregrinū dicimus. Indicant.n. duodecim tabulae, Aut status dies cum hoste: item, Aduersus hostē aeterna authoritas. Quid ad hāc mansuetudinem addi pōt, eum qui cum bella geras, tam molli noīe appellari? Quanq̄ id nomē durius iā effecit uetustas: à peregrino.n. iam recessit; & pprie in eo, qui ferret arma contra, remansit. Cū uero de imperio decertatur, belloq; quaeritur gloria; cās omnino subesse tñ oportet easdem, quas dixi paulo ante iustas cās esse bellorum. Sed ea bella, quibus imperij gloria pposita est, minus acerbe gerenda sunt. Vt.n. cum ciuiliter cōtendimus, aliter si est inimicus, aliter si cōpetitor; cū altero certamen honoris, & dignitatis est, cum altero capitis, & famae: sic cū Celtiberis, cū Cimbris bellū, ut cū inimicis gerebat, uter esset, nō uter iperaret; cū Latinis, Sabinis, Samnitibus, Poenis, Pyrrho, de iperio dimicabatur. Poeni foedifragi, crudelis Annibal, reliq iustiores. Pyrrhi qdē de captiuis reddendis illa pclara sñia est:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro uitam cernamus * utriq;.
Vos' ne uelit, an me regnare hera, qđ' ue ferat fors
Virtute experiamur. & hoc simul accipe dictum:
Quorum uirtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est:
Dono, ducite, doq; uolentibus cum magnis dijs.

Regalis sane, & digna Aeacidarum * gente sententia. Atq; etiam siquid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conseruāda: ut primo Punico bello Regulus captus à Poenis, cum de captiuis commutandis Romam missus esset, iurassetq; se rediturum: primum, ut uenit, captiuos reddendos in senatu non censuit: deinde cum retineretur à propinquis, & ab amicis, ad suppliciū redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. Secundo autem Punico bello post Cannēsem pugnam, quos decem Annibal Romā adstrictos misit, iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis ijs, qui capti erat, impetrassent. eos omnes, censores, quoad quisq; eorum uixit, qui peierassent, in aerarijs reliquerunt: nec minus illum, qui iurisiurandi fraude culpā inuenerat. Cum enim Annibalis pmissu exisset è castris, rediјt paulo post, quòd se oblitū nescio quid diceret. Deinde egressus è castris, iureiurando se solutū putabat: & erat uerbis, re non erat. Semper autē in fide quid senseris, nō quid dixeris, cogitādū. Maximū aūt exēplū est iustitiae in hostē à maioribus nostris cōstitutū. Cū à Pyrrho perfuga sen tui est

Quod in bellis suscipiendis officium.

Quanta sacramenti militaris religio maioribus.

[illegible]

* uterq;

* genere

pollicitus se venenũ regi daturũ, & eũ necaturũ: sena
tus, & C. Fabricius perfugã Pyrrho dedit. Ita ne ho-
stis quidẽ, & potẽtis, & bellũ vltro inferẽtis, cũ scele-
re interitũ approbauit. Ac de bellicis quidẽ officiys sa-
tis dictũ est. Meminerimus autẽ etiã aduersus infimos
iustitiã esse seruandã. Est aũt infima conditio, & fortu
na seruorũ: quibus nõ male præcipiunt, qui ita iubent
vti, vt mercenarys ad operã exigendã, & iusta præbẽ
da. Cũ aũt duobus modis. i. aut vi, aut fraude fiat iniu
ria; fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunq;
alienissimum ab homine, sed fraus odio digna maiore.
Totius autem iniustitię nulla capitalior est, quàm eorum,
qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni es-
se videantur. De iustitia satis dictum est.

Officiũ domini in seruos.

Triplex nocẽdi genus.

BETVL.

ATQVE in Repub.} Quid M. Tulli? Nec bella gerere be-
luinũ, cũ nullæ beluæ cõtra suũ genus expeditiones faciãt: nec
iure cõtẽdere hominis propriũ, cũ quo humanitas, quã φιλανθρω-
πίαν uocant ex diametro pugnat. Mortalis proprium est, iuuare
mortalẽ: quod q̃a uarius fit, benefactores pro dijs haberi cœperũt.
& natũ inde illud, Homo homini deus. Atq; rursus iniuria grassan
tes audiunt, Homo homini lupus. Aequior tamen tibi q̃ iureconsultis
sum, qui bella iure gẽtiũ. i. humano introducta uolunt: cũ ab hominis
natura nihil magis abhorreat, quã mutuis sæuire armis, quia iner-
mes paci geniti sumus. Quin & pro P. Sestio dicebas, inter hanc ui
tã perpolitã humanitate, & illã immanẽ, nihil tam interesse q̃ ium
& uis. Quòd si Hesiodi uirgo mortales nõ deseruisset, nec bella in-
ter homines essent, nec opus iure haberemus: cũ ius nihil aliud sit, q̃
iniuriæ remediũ. ¶ Iura belli} Camillus pædagogo Phalisco respon
debat, belli iura sicut & pacis esse. Liu. lib. 1. Decad. 4. quędã belli
iura esse, quæ ut facere, ita pati sit fas: Sata exuri, dirui tecta, præ-
das hominũ pecorũq; agi, eaq; misera magis q̃ indigna patiẽti. Xe-
nophon itẽ in Pædia Cyri iuris belli ait esse, si urbes hostiũ captæ
fuerint, cuncta in uictorũ ptãtẽ cedere. q̃ in urbe ceperunt, tũ corpo
ra tũ pecunias, eãq; possessionẽ iustã lege belli esse. cæterũ si quid ui
ctis relinquatur, humanitatis esse: ergo ius humanũ à iure gentium
differt. Nam quod Xenophon iuri belli tribuit, Iureconsulti iurisgen
tium esse dicunt. ¶ Hoc beluarum.} Fortassis ad illud Hesiodi respe
xit, quod est de Re rustica prime:

Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων,
ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἐσθιῆν ἀλλήλους, ἐπὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίνεται. εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
γινώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.

¶ Parta autem uictoria} Aurel. Augustin. lib. 1. Ciuitatis Dei, ne-
gat hoc de Romanis recte celebrari,

Parcere subiectis, & debellare superbos.

¶ Tusculanos.} Hi donati ciuitate sunt Anno CCCLXXV. de
quo Liu. lib. 6. Plutarch in Camillo, Valerius lib. 7. cap. 3. ¶ Equos
Volscos.} Bellũ cõtra Equos & Volscos sepius instauratũ reperies
apud Liuiũ à tertio libro ad nonũ usq; nuspiã tamẽ in ciuitatẽ rece
ptos lego. Flor. lib. 1. cap. 11. peruicacissimos & quotidianos hostes
appellat, quos præcipue L. Quintius Cincinatus domuit. ¶ Sabi-
nos.} Romanis iuncti ciuitatẽ unã ex duabus fecerũt, regnũ cõsocia
runt, imperiũ oẽ Romã cõtulerunt. Liu. lib. 1. Dionys. lib. 2. antiq. Plu
tarch. in Romulo. Flor. lib. 1. cap. 1 ¶ Hernicos.} Quos Q. Mar-
tius Cos. in deditionem accepit, anno V. C. CCCCXLVIII. tribus
Hernicorũ populis, Alatrino, Verulano, Ferẽtinati, quia maluerunt
q̃ ciuitatẽ, suæ leges redditæ, cõnubiũq; inter ipsos (quod aliquandiu
soli Hernicorũ habuerũt) permissum. Anagninis, quiq; arma Roma
nis intulerant, ciuitas sine suffragij latione data, concilia connubiaq;
adempta, & magistratibus præterquã curatione sacrorũ interdi-
ctũ. Liu. lib. 9. V. C. Porrò quibus q̃n parcius liberaliusue ciuitas da
ta fuerit, lege copiosissime apud Alexãdrũ ab Alexandro Genialiũ
dierũ lib. 4. cap. 10. Et qui hodie ciues Romani habeãtur, legere po
tes apud Alciatũ in. l. potestat. ff. de uerb. sig. ¶ At Carthag. & Nu
mãtiã} De hoc in Catone Maiore. Cicero pro Murena duos terro
res imperij Romani appellat. ¶ Nollẽ Corinthũ.} Fortassis quia an
te oppressa est, q̃ in numero certorũ hostiũ referretur. Flor. lib. 2. ca.
17 uel quia nõ aliã ob cãm, q̃ quod legati superbius erant appellati,
ut idẽ ipse Cicero pro lege Manilia testatur. nã Strabo legatos sor
dibus cõmaculatos cõmemorat, quæ iniuria fuit atrocior. Eã L. Mu
mius post annos C. M. L II. q̃ à Belete Hipponis filio condita, fun'di-
tus diruit. Vell. Patercul. hoc est anno V. C. D C. VIII. hoc est Olym
piad. CLVI. Pli. lib. 34. ca. 2. Cæterũ historiã lege apud Abbreuiato
rẽ Epit. 52. Oros. lib. 4. cap. 3. Eutrop. lib. 4. cap 3. Eius incendiũ æri
Corinthio nomẽ fecit. Mumij elogiũ infra lib. 2. habebitur. ¶ Oppor
tunitatẽ loci.} Forte quia Philippus iunior pp isthmũ Græciæ cõpe
des appellauit, authore Plutar in Arato. aut quia ἰσθμίτου πρό-
θυρον ποτειδᾶνος i. isthmus Neptuni uestibulũ, Pind. Odé. 13. O-
lymp. p quod uidelicet iter est in isthmon & Peloponnesum. aut quia
superciliosa Strab. aut quia officina fuit omniũ artificũ & artificio
rũ, & cõmune Europæ Asiæq; emporiũ. Strabo, Thucyd. & Oros.
aut oculus Græciæ, Ciceroni: Achaiæ caput, Græciæ decus, inter
duo maria Ioniũ & Aegeũ quasi spectaculo opposita. Flor. aut q̃a
ἀφνειὸς. i. diues, Homero. ¶ Paci q̃ nihi} Pleriq; pacẽ belli finẽ fa
ciũt. sed Plato de Legibus primo, uictoriã ita in bonis numerat, quẽ
admodũ curatio ab ægritudine bona est: cũ miseri sint illi, quibus res
est cũ medicis. ¶ In quo si nihi.} Totus in hoc Cicero fuit, ut ciui-
le bellũ inter Cæsarẽ & Põpeiũ cõponeret, id qđ sæpe ĩ epistolis ne
quicq̃ se conatũ esse cõqueritur, de quo apud Plutarch. πολλὰ μὲν
καὶ περιγράφων, πολλὰ δ' αὐτοῦ πομπηίου δεόμενος,
πραΰνων ἑκάτερον καὶ παραμυθούμενος, &c. ¶ Aliquã Rẽ-
pub.} A differẽtia generis. Nã apud Plat. et Arist. tres imperij spẽs
sunt, monarchia, aristocratia, democratia quã Rẽpub. hic uocat. Ha-
rũ παρεκβάσεις tyrãnis, quã hic in Cæsare perstringit: ὀλιγαρ-
χία & ochlocratia. ¶ Quãuis aries murũ} i. quãuis hostile qddã in
tercesserit: spẽs pro genere, synecdochicõs. Est. n. aries machina bel
lica, de qua Vegetij descriptionẽ annotabo. De materia, inqt, ac ta-
bulatis testudo cõtexitur, q̃ ne exuratur incẽdio, corijs uel cilitijs cẽ-
tonibusq; uestitur, hæc intrinsecus accipit trabẽ, q̃ adunco præfigi-
tur ferro, qđ falx uocatur, ab eo qđ incurua est, ut de muro extra-
hat lapides, aut certe caput ipsius uestitur ferro: et appellatur aries,
uel qđ hẽat durissimã frõtẽ, q̃ subruit muros: uel qđ more arietũ re
trocedit, ut cũ impetu uehemẽtius feriat, &c. Numerãtur & à Pol-
luce κριοὶ inter machinas bellicas, lib. 1. cap. 10. Pli. lib. 7. cap. 56. ait
olim equum appellatum, cum ab Epeo ad Troiam inueniretur. Arie
tem teste Vitruuio inuenere prius Carthaginenses, cum castellum
apud Gades captum demoliri conati sunt, tignum manibus sustẽtan
tes, murum uerberabant Tertullianus in libro de Toga, Carthagi-
nenses sui inuenti admiratores fuisse ait, nouum & extraneum fuis-
se ratos, cum Romani aduersus se uterentur. Volaterranus libro
Philol. 30. cap. de Machinis bellicis; qui testudines diuersas ponit,

alias

alias quæ arietem protegebant, alias ad euertendos muros, alias ad fossas replēdas, hostes à ꝓpugnatoribus superne ascensitabant. Lege præterea Vergiliū Vrbinatē lib. de Inuētoribus rerū 2. cap. 11. ¶ Earū patroni essent more maiorū. } Lege Alexandrū ab Alexandro lib. Genialium dierū 5. ca. 24. ¶ Feciali. } Feciales, fœderū pacis, belli, induciarum, oratorum iudices sunt: Cicero de legibus primo. hi à Numa Pompilio sunt instituti, de quibus Plutarchi uerba ex Numa annotabo. οἱ γὰρ, inquit, φητιάλιοι, εἰρήνης φύλακές τινες ὄντες, καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ τὰ νείκη κατέπαυον, οὐκ ἐῶντες στρατεύειν πρότερον, ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι. καὶ γὰρ εἰρήνην ἕλληνες καλοῦσιν, ὅταν λόγῳ, μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφορὰς οἱ δὲ ῥωμαίων φητιαλεῖς, πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας, αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν. ἀγνωμονούντων δὲ μαρτυρόμενοι θεοὺς καὶ κατευξάμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ καθ᾽ αὑτῶν αὐτοὶ, καὶ τῆς πατρίδος εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν, οὕτω κατήγγειλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον. κωλυόντων δὲ τούτων, ἢ μὴ συναινούντων, οὔτε στρατιώτῃ θεμιτὸν, οὔτε βασιλεῖ ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν, ἀλλὰ παρὰ τούτων ἔδει, τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου δεξάμενον, ὡς δικαίων, τὸν ἄρχοντα τότε σκοπεῖν περὶ τοῦ συμφέροντος. Fecialem M. Varro à fide & faciendo dictum existimat. sicut ab Ennio fidera, quæ apud nos fœdera dicta sunt. Dionysius docet hos Græcis εἰρηνοδίκους dici posse. De feciali, patre patrato, fœderum & belli indicendi ratione, ex ueteribus lege Liuium libro primo, Plutarch. in Numa & Camillo, atq; rursus Problemate 62. Dionys. Halicar. lib. 2. Gel. lib. 16. cap. 4. Seruium in principio decimi. ex recētioribus Fenestellam cap. 9. & 10. de Sacerdotijs Rom. Pompon. Lætum cap. 9. eodem tit. Alexand. ab Alexand. libro Genialium dierum 5. cap. 3. Blondum libro 4. Triumphantis, Romæ. Volaterranum lib. Philologiæ 30. cap. De more antiquæ militiæ. ¶ Rebus repetitis. } Plin. lib. 22. cap. 2. Verbena, id est gramine ex arce cum sua herba euulso, ey serhraut, utebantur legati, cum ad hostes clarigatumq; mitterentur, id est res raptas clare repetitum. unus itaque uerbenarius uocabatur. Meminit etiam Liuius libro 1. qui Sagmina appellat. Plinius ait utroq; nomine idem significari, eaq; nullam aliam herbam plus nobilitatis Romæ habuisse. Hinc Diosc. lib. 4. ἱεροβοτάνην, id est sacram herbam dictam ait. Hac enim Iouis mensa uerritur, domus purgatur lustratúrq;. Huius in puerperio usus fuit, ut ex Plauti Truculento, & Terentij Andria claret. Hæc παρέργως. Plato in Alcibiade priore, tres belli iustis causas facit: nēpe si simus ἐξαπατώμενοί τι, ἢ βιαζόμενοι, ἢ ἀποστερούμενοι. ¶ Catonis filius. } Ex Plutarcho liquet, hunc sub Paulo Aemylio tyrocinia egisse. ¶ Dimisit. } Missionum generales causæ tres: Honesta, quæ tempore militiæ impleto datur, cuius hic exemplum habes: Causaria, cum quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur: Ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur. l. milites. §. missionum. ff. de re milit. ¶ Militiæ sacramento. } Legitimi hi milites uocabantur, qui iusto militiæ sacramento delectu ascripti militabant. Euocati, qui ex prouincijs socijsq; ciuitatibus æquo iure & fœdere iunctis, non milites, sed pro militibus habiti sunt. Tumultuarij, qui repentino hostium aduentu & discrimine extremo per trepidationem raptim militiæ adscribebantur: ut proletarij & capitecensi, atq; uolones. Pleniora hæc si desideras, lege Alexand. libro 6. cap. 22. Seruius 8. Aeneidos, tria militiæ genera olim fuisse scribit: Sacramentum, quæ legitima erat militia, quum singuli milites iurabant: Tumultus, id est bellum Italicum uel Gallicum, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus & quoniam singulos interrogare non uacabat, qui conuenerant, simul iurabant, & dicebatur ista militia Coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolum, & exinde proferens duo uexilla unum roseum, quod pedites euocabat: & unum cœruleum, quod erat equitum: dicebat, Qui uult Rempub. saluam esse, me sequatur. Et erat Euocatio, quum ad diuersa loca cogebantur exercitus. Hæc latius prosequitur Budæus l. 2. §. 1. ff. de posit. Lege etiam Blondum libro 1. Triumph. Rom. Plato de legibus 1. duas belli species facit: στάσιν, longe grauissimam: alterum genus, ὃ πρὸς τοὺς ἐκτός τε καὶ ἀλλοφύλους, altero tanto mitius, ut cōposita ciuili discordia, iuncta in hostem externum arma sumantur. Christianis bella omnia, præter illud quod in Turcas sumitur, intestina sunt. Extra institutum forte hæc. Disputant etiam iuris interpretes, quæ bella licita sint. l. ex hoc iure. ff. de iure nat. g. et præsertim Alciat. lib. Parad. 2. Porro sacramenti militaris meminit Vegetius lib. 2. Liuius tradit, usque ad tempus secundi belli Punici, sola sacramenti religione auctoratos fuisse milites, mox iureiurando adactos à tribunis militum Huius iuramenti formula est apud Gell. libro 16. cap. 4. item apud Liuium lib. 2. Decad. 1. his uerbis. Victor M. Fab. reuertar ex acie. Si fallat, Iouem patrem, Gradiuumq; Martem, aliosq; iratus inuocat deos. ¶ Adeo summa. } Epiphonema. ¶ Qui miles non sit. } Lege hac de re notatu digna apud Blondum libro Triumphantis Rom. 6. non longe à principio. ¶ Perduellis. } Quia cum illis duellum, id est bellum esset. Caius Iurecons. l. quos nos ff. de uerb. sig. Quos nos hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant: per eandem adiectionem indicantes cum quibus bellum esset. & qui perduellionis reus est, inquit Vlpian. hostili animo aduersus Rempub. uel principem animatus est. Lis qui. ff. ad legem Iul. maiest. Lege præter Alciatum, etiam Bud. in Annot. post & Eras. in Copia uerb. de uerbis priscis. ¶ Is hostis uocaretur. } Ab antiquo uerbo hostire, quod æquare significat unde hostimentum, æquamentum est. Sic Plaut. in Asinaria: Par pari hostimentum datum est, opera pro pecunia. Inde etiam hostorium, quo mensuræ raduntur, dictum uidetur. Deinde cœpta est hæc uox in alium sensum accipi, ut uidelicet perduellem significaret. Nam et illi ueregentium æquali causa ad bellum procedere existimabantur, & ureg. Romani æquales cæteris censebantur. Alciat. in d. l. quos nos, etc. ¶ Aut status dies cum hoste. } Cicero de Legibus: Si status dies sit cum hoste, uenito. Macrobius libro primo Saturnal. cap. 15. Stati dies sunt, qui iudicij causa cū peregrino instituūtur, ut Plaut. in Curculione: Status condictus cum hoste intercessit dies. Hostem nunc more uetere significat peregrinum, Institum autem, quod olim publici iuris erat. priuatam tantum iuris cessationem significare potest. author Bud. Vide Gell. lib. 20. cap. 1. ¶ Aeterna authoritas esto. } De Legibus Cicero sic effert: Aduersus hostem, æterna authoritas esto: idest, æternum tempus. Vigilius contra præceptorem suum Alciatum de quinq; pedum præscriptione disputans, hunc locum exponit his uerbis: Indicat, inquit, ius usucapionis inter solos Romanos ciues esse: aduersus uero eos ab his qui peregrini sunt, & alio iure utuntur, nunquam usucapi posse, licereq; domino & authori iure suo quandocunq; uti. Lege ad hæc quæ Aymarus Rinallius annotauit, lib. Historiæ iuris ciuil. 2. ¶ Vt enim cū ciuiliter. } Qui cū ciue aliter, legūt, inscite legunt, nec quid legant intelligunt. Vult n. per analogiam docere, in Repub. eandem

esse rationem quæ est in iure priuato. Inimicitiæ & simultates priuatæ sunt: hostes perduellesq; publici. ¶ Cum altero certamen honoris. } *Hesiodum certamen de honoribus est, & gloria, si citra iniuriam fiat. Versus sunt in Ergis:*

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
εἰσὶ δύω, τὴν μὲν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητή, διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
ἡ μὲν γὰρ πολεμόντε κακὸν, καὶ δῆριν ὀφέλλει
σχετλίη οὔτις τήνγε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
τὴν δ' ἑτέρην (προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννή.)
θῆκε δέ μιν κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων,
γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω,
ἥτε ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

Et reliqua quæ sequuntur. ¶ Vter esset, non uter imperaret. } *Similis exempla adducit Alciat l. hostes. ff. de uerb sig. Parthos scilicet & Germanos, quorum illi propter æmulationem, hi pro libertate aduersus Romanos semper pugnauerunt.* ¶ Sicut & Celtib. } *Cato ille Censorius Celtiberos, id est robur Hispaniæ, aliquot prælijs fregit. Gracchus, pater ille Gracchorum C. & L. urbium euersione mulctauit Metellus ille, qui ex Macedonia nomen meruerat, & Celtibericus fieri, cum & Contrebiam memorabili cœpisset exemplo, & Versobrigis maiori gloria pepercit. Flor. lib. 2 cap 18. Vide, si plura cupis, quæ ibi Camers annotauit.* ¶ Cymbris. } *Græci uocant, nos Sceland: quos cum Oceani inundatio suis pepulisset sedibus, nouasq; ipsi quærerent, à Gallis Hispanisq; pulsi, legatos ad Romanos miserunt, ut sibi aliquid terræ quasi stipendium cederent: quod precibus negatum erat, armis parare non sine magno Romanorum malo tentarunt. cum nec primum illorum impetum Syllanus sustinuerit, nec secundum Manlius, nec tertium Cepio: actumq; erat, nisi Marius rebus afflictis succurrisset. Cœpit hoc bellum anno DC. XLIX. durauit ad annum LIII. Plutarch. in Mario & Sertorio. Flor. lib. 3. capite 3. Abbreuiator Epit. 67. & 68. Appianus in Celtico. Oros. lib. 5. capite 16. ubi annorum numerus emendandus est. Eutrop. lib. 5. cap. 1. qui & ipse annorum numerum perperam habet. Et licet alter ex altero transcripsisse uideatur, rectius tamen Manlius Cos. Cæpio proconsul hic legitur. Vterque Cymbros, Teutonas, Tigurinos, & Ambronas, imperium Romanum extinguere conspirasse scribunt.* ¶ Pœni fœdifragi. } *Vnde prouerbium, Punica fides.* ¶ Crudelis Annibal. } *Conditiones Saguntinis datæ, satis crudeles sunt. cæterum humanitas eius præconibus non caret.* ¶ Pyrrhi quidem de captiuis. } *Non omnino inter scriptores conuenit. Alij uolunt Romanorum legatos Pyrrhum in campania pro redimendis captiuis accessisse: quod cum hoc Enniano non male congruit. Quod si uerum est, Pyrrhi pro pace legatio multo post cum muneribus missa fuit. Alij credunt Pyrrhum post primam uictoriam, intellecta Romanorum uirtute, desperasse armis, & ad dolos se contulisse. interemptos siquidem cremauisse, captiuos indulgenter habuisse, eosq; sine pretio restituisse. Nec de captiuorum numero inter ipsos conuenit. Apud alios lego M. L X X X. apud alios rursus D C C X I I. Alij D C C C I I. Iustinus ex Trogo tradit, Pyrrho uictoriam eam plus gloriæ quàm lætitiæ attulisse, ducentosq; captiuos milites gratis Romam remisisse, ut cognita uirtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Plutarch. Fabricium unum ex legatis fuisse scribit, ibiq; nec auro constantiam eius nec elephantorum terrore expugnari potuisse: Pyrrhumq; ipsi, quod ab insidijs medici, ut sibi caueret, monuisset, captiuos omnes gratis restituisse. Ad quæ Romanos nec gratias ab hoste, nec mercedem accipere noluisse, sed parem Tarentinorum atq; Samnitum captiuorum numerum Pyrrho remisisse. Venit in Italiam Pyrrhus anno Vrbis cond. C C C C L X X. Gell. Lege super his Plutarchum in Pyrrho. Florum libro 1. ca. 18. Abbreuiat. Epit. 13. Oros. lib. 4. cap. 2. Eutrop. lib. 2. cap. 4. Iustin. libro. 17. Blondum lib. 7. Triumphant. Rom. Sabellicum lib. 8. Enneadis quartæ.* ¶ Ferro, non auro. } *Seruius 12. Aen. hunc uersum citans, ita legit:*

Ferro, non auro, uitam cernamus uterq;.

¶ Vos'ne uelit. } *Verg. in 11. hunc locum expressisse uidetur, ubi Aeneas Latinorum legatis respondet: Vixet, cui uitam Deus aut sua dextra dedisset. ubi Ser. uictoriam aut fortunæ uoluntate, aut uirtute constare ait.* ¶ Et digna Aeacidarũ. } *Quos inter semideos à Ioue procreatos, nemo generis nobilitate superauit: Isocrates in Euagora. Et Pindarus Aeacidarum uirtutes* κλεινὰς ἀρετὰς *apppellat, ipsisq;* αἰχματὰς, ἀρηιφίλους, δορικτύπους, *martijs epithetis nominat. Est autem Aeacidæ patronymicum ab Aeaco Iouis filio ductum, ad quem Pyrrhus genus paternum retulit. Fuit Aeaci filius Peleus, Achillis pater, Achilli ex Deidamia filius fuit Neoptolemus, cui Pyrrho nomẽ puerile, à capillorum, ut aiunt, qualitate. Cuius progenies et successores nouo patronymico Pyrrhidæ dicti sunt. Habuit etiam ipse filium Pyrrhum. A quo deinde ad Tharritam regem intermedij silentio prætereũtur. Tharritæ filius fuit Alcetes, Alcetæ Arymbas, Arymbæ Aeacides, Aeacidæ Pyrrhus hic Epirotarum rex. Hæc breuiter ex Plutarcho. Aeacidarum genealogiam reperies apud Boccatium libro. 12. Sunt etiam quædam apud Iustinum lib. 17.* ¶ Aeacidarum gente. } *Scioli genere fecerunt, ignorantes quam significationem gentis nomen habeat. Vnde gentiles dicuntur. de quo post Alciatum nihil dicam, qui rem satis docte explicuit libro primo* τῶν παρέργων, *capite duodecimo.* ¶ Atque etiam si quid singuli. } *Non publici modo iuris est, ut fides hosti seruetur, sed etiam priuati.* ¶ Regulus } *In Catone Maiore disputatum est, quo tempore Romam missus Regulus pro captiuis commutandis missus sit.* ¶ Non censuit. } *Id est, dissuasit. nam sententiæ actionem nõ habuit, ut infra libro tertio plenius. Se iam senem esse, belloq; inutilem. præterea inquit, uereri se ne uenenum non præsentaneum Carthaginenses sibi præbuissent. Historiam scribunt Silius Italicus libro. 6. Abbreuiator Epit. 18. Flor. lib. 2. cap. 2. Plinius capite 40. de uiris illustribus, Valerius libro primo, cap. 1. & libro. 2. cap. 4. Gell. libro sexto capite quarto, Eutrop. capite tertio lib. 2. Oros. cap. 8. libro. 4 Aretinus libro primo de Punico bello. 1. Sabellicus Enneadis quartæ lib. 9. Polybius libro primo belli punici captiuitatis quidem meminit: cæterum uel pro pace impetranda, uel captiuis commutandis missum ne uerbum quidem. Meminerunt huius exempli Lactantius libro quinto cap. 13. Augustinus de ciuita. Dei librò primo cap. 15 & . 24. Cicero Parad. 2. item in Pisonem. Horatius libro tertio Car. Ode quinta. Seneca libro de Prouid. & libro Epistol. 16. epistol. 99.* ¶ Quàm fidem hosti datam fallere. } *Cicer. Philipp. 13. Mihi quidem constat, nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre, nec deserere partẽs quas Pompeius odiuit, nec ueteranos sedibus suis mouere pati, nec singulos ad crucem trahi, nec fallere fidem quam dedi Dolobellæ. Idem deserere fidem, in eadem oratione eodem loquendi modo dixit: Fidem sanctissimi uiri deserere, homo pius non potest. Diuus Ambrosius*

in eam

in eam inclinat sententiam, quòd hosti fides sit seruanda. quæ mihi placuit semper, neque unquã iudicaui pio permissum, stratagematis uti, nisi à Bonifacio Lycosthene, homine mihi uere benefico, in aliam pertractus fuissem sententiam, cum. 8. Iosuæ caput enarraret. Ea tamen cautione, ne quid citra iussum Dei fiat, quod augurium longe certissimum est, adeo ut nec Saulus Agag regi Amalech, nec Achab Benadab Syro sine suo malo contra Domini præceptum pepercerit. Tum enim principes non suum negotium, sed Domini sententiam exequuntur, qui nihil nisi iustum decernit. ∇ Secundo autem bello. } Exemplum hactenus in multis editionibus desideratum, scribunt Liu lib. 2. secũdi belli Punici. Gell. lib. 7. ca. 18 ∇ Censores. } Morum eos fuisse magistros, tum ex Cicerone de Leg. & Asconio, tum ex alijs scriptorum monumentis satis claret. ∇ In ærarijs reliquerunt. } In ærarijs reliquere, in & inter ærarios referre, ærarios facere, est plebeium in ceritum tabulas referre. ut nõ esset in albo centuriæ suæ, scilicet ad hoc ut esset ciuis, sed tantummodo ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. ἀπόλιδες ergo manserunt, ut qui iustum postliminium non habuerunt. Rursus ex ærarijs eximere est, aliquem hac mulcta leuare. Reuise Budæum l. ult. ff. de senat. ex Asconio. Adijcit ex Cor. Nepote Gellius, multis in senatu placuisse, ut ij qui redire nollent, datis custodibus ad Annibalem deducerentur. Sed eam sententiam numero plurium quibus id non uideretur, superatam. Eos tamen qui ad Annibalem non redissent, usqueadeo intestabiles inuisosq; fuisse, ut tædium uitæ ceperint, necemq; sibi consciuerint. ∇ Cum à Pyrrho perfuga. } Hæc infra lib. 3. pleniori manu tradidimus. ∇ Semper autem quod. } Epiphonema. Simile exemplum recitat Alciat. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sig. quod non pigebit inserere, quum magis hic quam illic locum habeat. Hinc, inquit, Othonis Maguntini antistitis fraus iniusta detegitur. Is Alberto Pranconum comiti sub iurisiurandi fide persuasit, ut relicta inexpugnabili quam insederat, arce, secum ad Ludouicum regem, cuius filium occidisse insimulabatur, descenderet. Se enim uel eum regi conciliaturum, uel sospitem in arcem reducturum. Vixq; egresso, tanquã melius esset prandere, iussit ut reuerteretur. mox finito prandio, ad regem duxit captiuum. cumq; ad supplicium duceretur, antistitis periurium accusanti respondit, se datæ fidei satisfecisse, religioneq; exsolutum, quum eum prandendi causa in arcem incolumem perduxit. Dignus perpetua nota sacerdos, qui ignorauerit fraude periurium astringi, nõ solui. ∇ Fortuna seruorum. } Quod iureconsulti seruis iniuriam fieri negant, non eo rapiendum est, quasi leges ipsos non pro hominibus habeant: sed quia caput non habent, iniuria quæ seruis fit, domino facta uidetur. Nec mirum, si ne uxori quidem, imo neq; legatis, facta putatur iniuria, sed principia aut Reipub. unde missi sunt. publice enim uindicatur. Quid quod leges ne dominis quidẽ permisserunt pro libidine seruis abuti. Qua clemẽtia serui tractãdi sint, in primis docent sacræ literæ, Exod. 21. Deut. 15. Hierem. 34. Ex scriptoribus ecclesiasticis Chrysostomus bñficijs tractãdos ait, Ephes. 4. & bonis artibus institutos manumittendos, 1. Cor. 15. Iureconsulti in. l. 1. ff. qui sint sui uel alieni iuris, & in Instit. eod. tit. ubi inseritur D. Pij Antonini rescriptum: item aliud Constantini lib. 9. Codicis tit. 14. Ex authoribus classicis Arist. 8. Polit. Macr. lib. 1. Sat. cap. 11. Seneca. lib. 6. epist. 3. Cic. Paradox. 5. Eras. in Prouerb. Totidem hostes, quot serui. item, Ad pileum uocare. Volater. Philologiæ lib. 3. Pontanus de Obedientia. De seruis multa & uaria lege apud Alexandrum Neapolitanum lib. 3. cap. 20. apud Cælium Rhodiginum lib. 13. cap. 41. & ordine aliquot. Exemplorum sylua est apud Valer. Max. li. 6. cap. 8. eorum seruorum qui mirabilem fidem dominis præstiterũt. Item apud Sabellicum libro Exemplorum 3. cap. 8. apud Fulgosium lib. 6. ca. 8. Disciplinæ seruilis exempla reperies apud Xenophont. in Cyro, li. 7. & in Catone apud Plutarch ∇ Et iusta. } dimẽsum, &c. ∇ Fraus quasi uulpeculæ. } Vulpina fraus & leonina uis ex Aesopi fabulis optime perdisci possunt. Hinc Lysandri prouerbiũ, quò leonina pellis pertingere non potest, assuendam esse uulpinã.

ATque in Repub. } Quomodo suæ res, & commoda Rebuspublicis sint tum defendendæ, tum recuperandæ, si fuerint amissæ, in hoc loco præcipitur. Utendum autem esse prius contentione forensi. postea, si non possit ius aliter obtineri (nam facit hæc duo genera contendendi) arma capienda esse, ita tamen ut nihil cõtra humanitatem, & ius belli fiat: uictis, & supplicibus parcendum esse: ac argumentatur ab exemplo ueterum Romanorum, qui ius Fecialium & constituerint, & religiose conseruauerint. Deinde summa humanitate erga hostes usi sint, adeo, ut etiam rem per se atrocem, uocabulo mitigauerint nonnihil. Veteri enim Romana lingua hostem non perduellem, id est, cum quo cum bellum geratur, sed peregrinum significasse. Prioris præcepti similis extat sententia apud Libaniũ: πρῶτον μὲν τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν ἀνθρωπινώτερον ἡγοῦμαι. Et hæc Terentij: Omnia prius experiri quàm armis sapientem decet: Posterioris apud Euripidem: μὴ κτεῖναι τὸν ἱκέτην, οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν. ∇ Cum uero de imperio. } Duo genera bellorum sunt: alterum, quod cum barbaris geritur, in quo non dignitas, aut potentia quæritur, sed pernicies hominum: alterum, quod cum excultis hominibus, & intelligentibus ius, & æquitatem. ibi de imperio & dignitate est concertato, non de uita, aut salute: hoc est, inter tales homines non est insatiabile odium, euiusmodi est inter barbaros, qui neq; quid leges, neq; quid honestas, aut humanitas sit, intelligunt: Ostendit hoc suæ Reipublicæ exemplis Cicero. Et sunt hæc præcedentiũ tantum uberior expositio. ∇ Atque etiam. } Quia bella sunt iuris gentium, ideo seruanda sunt ea, quæ hostibus sunt promissa: ac iure tantopere laudatur Regulus, non tantum, quòd fidem hosti seruauit uerum etiam, quia patriæ utilitatem suæ saluti etiam præposuit. Porro uel metus, uel dolus, uel etiam aliæ causæ possunt aliquando incidere, propter quas liceat, non facere, quod hosti sit promissum. De latrone alia est ratio, ut infra in tertio libro disputatur, & harum rerum subtilior, & certior explicatio ex Aristotelis tertio libro Ethicorum, & scriptis iurisconsultorum, ubi de eo, quod ex metu, aut dolo promissum est, disputant, petenda est. ∇ Ac de bellicis. } Humanissimum est hoc præceptum de seruis, & multo humanius, ac rectius, quàm est, quod iurisconsulti scribunt: Seruis nullam iniuriam fieri, sed dominis, adeo, ut etiam contra eum, qui conuitium fecerit seruo, aut pugno eum percusserit, non data sit actio. Egregie dictum est à Seneca; esse aliquid, quod in homine licere commune ius animantium uetet & merito in summo odio fuit Vedidius Pollio, atque mille mortibus dignus, ut Seneca loquitur; quòd saginauit murenas seruorum sanguine.

NAtiones bello deuictas in fidem cepissem. } Dedo me tuæ fidei, Do me in fidem tuam: & Capio te in fidem. ∇ Cum de captiuis commutandis Romam missus esset. } Noue dixit. Missus est de hac re, pro eo, quod erat, missus est, ut ageret de captiuis commutandis.

CVm uero. } Causarum aliæ moderationem, aliæ seueritiam requirunt.

De Liberalitate secunda iustitiæ parte, quam tamen Aristoteles modestiæ tui secus annectere. in qua tria potissimum spectanda docet Cicero, ne quid demus quod accipienti sit nociturum, ne ut quod alijs largiamur, ab alijs per iniuriam auferamus. Secundum, ut pro facultatum modo liberalitatem exerceamus. Tertiò ne demus quibus non oportet. Dandum autem aut uirtute commendatis, aut ijs, qui nos honesta beneuolentia prosequuntur: aut quibuscum nobis aliquod societatis uinculum intercedit: aut deniq; qui bene de nobis meriti, quibus & cum fœnore beneficium remetiendum. Postremo societatis humanæ gradus à summo fonte repetens, inter se componit ut quantum cuiq; debetur, tantum præstetur. Sed de hac parte Seneca pluribus libris diligentissime scripsit.

DE inceps, vt erat propositū; de beneficētia, et de liberalitate dicatur: qua quidem nihil est naturę hominis accōmodatius. sed habet multas cautiões. Videndū est enī primū, ne obsit benignitas et ijs ipsis, quibus benigne uidebitur fieri, et cæteris: deinde, ne maior benignitas

Quomodo dandum, quantum & quibus.

sit, quàm facultates: tum, vt pro dignitate cuiq; tribuatur. id enī est iustitiæ fundamentū; ad quā hæc referenda sunt omnia. Nā & qui gratificantur cuipiā, quòd obsit illi, cui prodesse velle uideantur; non benefici, neq; liberales. sed perniciosi, atq; assentatores iudicādi sunt: et qui alijs nocent, ut in alios liberales sint; in eadē sunt iniustitia, ut si ipsi in suā rem aliena conuertāt. Sunt aūt multi, & quidē cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiūt alijs, quod alijs largiantur. hiq; arbitrantur se beneficos in suos amicos uisum iri, si locupletent eos quacūq; ratione. Id autē tantū abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse cōtrariū. Videndū est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini. Quare L. Syllæ,

Tyrannica liberalitas Cæsaris & Syllæ

& C. Cæsaris pecuniarū translatio à iustis dominis ad alienos, nō debet liberalis uideri. nihil est enī liberale quod nō idē sit iustū. Alter erat locus cautiōis, ne benignitas maior esset, quàm facultates: quòd qui benigniores uolūt esse, quàm res patitur; primū in eo peccāt, quòd iniuriosi sunt in proximos. Quas enī copias his & suppeditari æquius est, & relinqui; eas trāsferūt ad alienos. Inest aūt in tali * liberalitate cupiditas plerūq; rapiēdi, et auferēdi per iniuriā, ut ad largiēdū suppetāt copiæ. Videre etiā licet plerosq; nō tā natura liberales, quàm quadā gloria ductos, ut benefici uideantur, facere multa, quæ uidētur ab ostētatione magis, quàm uolūtate proficisci. Talis aūt simulatio uanitati est cōiunctior, quàm aut liberalitati, aut honestati. Tertiū est propositū, ut in beneficētia delectus eēt dignitatis. in quo et mores eius erūt spectādi, in quē beneficiū cōferet; & aīus erga nos, et cōmunitas, ac societas uitæ, et ad nostras utilitates officia ante collata: quę ut cōcurrant omnia, optabile est: sin minus; plures causæ, maioresq; ponderis plus habebunt.

* deliberatione

IFVVL.

DEinde. } Præter ea quæ Calcagninus & Amerbachius de iustitia arithmetica & geometrica ex. 5. Ethicorū annotarunt, legere iubeo Budæum in Annot. ubi de iure analogo agit. item Melanchthonem in Epitoma philosophiæ moralis, Cælium in antiquis lectionibus lib. 12. cap. 43. Cicero liberalitatem cum iustitia numerat, mea sententia recte. fluit enim ex eadem æquitatis scaturigine. Docet definitio ipsa, iustitiæ partes esse, suum cuique pro dignitate tribuere. Munificus uero liberalis nomen amittit, si non dignitatem & suam & accipientis in erogando respicit. Sacræ porro literæ eos pro ciuiliter iustis habent, qui liberalitatis præconio celebrantur: & ut theologi loquuntur, ἀγαπὴν eleemosynam & collationē factitant, quo de infra euidentius. Cæterum dum hanc tractationem iustiore trutina expendo, animaduerto quædam non pari ab omnibus ratione obseruari. D. Ambrosius beneuolentiæ, ueluti generi species, liberalitatem & beneficentiam subijcit. Differentiā pro genere posuit. Differentiam autem facit causa. Beneuolentiam rursus causatur aut misericordia, aut meritum, aut dignitas. Ea hospitalitatem, aliosq; benefaciendi modos à splendore, magnificentia, & conuenentia secernit. Nam reliqua aut gloriæ studio, honesto tamen, aut humanitatis amore fiunt. ut splendor & conuiuentia: quas si Aristoteles modestiæ partes enumerare uoluit, non recte omisit. Mediocritas enim in his singulis commendatur, ut quæ suas extremitates habent, de quibus mox. Quæ Iouinianus Pontanus pleniore manu pertractans, quinq; eorum species facit: liberalitatem, beneficentiam, magnificentiam, splendorem, conuiuentiam. qui cur hospitalitatem cum primis celebrandam omiserit, non uideo: maxime quum (ut Plato in Sophista ex Homero citat) hospitalis Deus hominum contumelias & iniurias inspiciat. Porro quod superius Cicero beneficentiam benignitatem & liberalitatem synonyma facit, atq; rursus nunc beneficentiæ & liberalitatis tractationē promittit, ita accipio, ut generatim intelligantur: quibus eas quas Pontanus habet, adiuncta hospitalitate, ueluti formas subijcio. Nā si rem pensiculatius æstimaueris, deprehendes τὴν ἐλευθεριότητα, illas omnes suo ambitu comprehendere. Quod eo libentius assero, quòd sciam me bona hoc Aristotelis uenia facere, qui liquido testimonio confirmat τοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἐλευθερίους esse, sed non uicissim τοὺς ἐλευθερίους μεγαλοπρεπεῖς. Genus si quidem secūdum dialecticos, recte speciei affirmatiue tribuitur, species generi non item. Nec interim difficilem me exhibuero, si quis fidem eius mihi facere uolet, quòd liberalitas & beneficentia specia tim una cum reliquas numerari queant. Vt beneficentia opera tantum & commendatione, non item uel donis, uel mutuo, uel alia pecuniæ ratione proximum iuuet: atq; uicissim liberalitas pro facultatibus mediocres sumptus faciēs, nec ad magnificentiā se extēdat, neq; ad splendorē, quod opulentis proprium est. Suū cuiq; iudiciū relinquā integrum. meo tamē iudicio non errabit, qui talē diuisionē fecerit.

Liberalitas, ἐλευθερότης καὶ εὐεργεσία, ἀρετὴ ψυχῆς εὐδαπάνητος καὶ εὐεργετικὴ εἰς τὰ καλά,

1. Beneficentia, quæ sola fit opera
   - Dare operam
     - Aduocatum agere.
     - In rem præsentem testimonium dicere.
     - Patrocinari.
     - Arbitrium agere.
   - Docere, admonere, consulere, respondere de iure, curare, consolari, commendare, promouere, conciliare, manumittere, adoptare, tutoris curatorisq; munus subire, &c.

- Quæ consistit in
  - Dando benignius, quib. dare cõuenit.
    - Capitis redemptionem
    - Pauperibus stipem
    - Seruus dimensum
    - Mercenarijs mercedem
    - Contrahentibus pretium
    - Petentibus mutuum
    - Creditoribus debitum.
    - Munera item, ut didactra, euangelia, nutricia, &c.
  - Non extorquendo
    - Lucrum
    - Debitum
    - Mutuum
    - Operas
    - Stipem
    - Officium
    - } Importunius.

2 ἐλευθερίας. quam definiũt χρημάτων ἀπλὴν δόσιν,

- Hospitalitas, quo nomine Abraham & Loth commendantur.
- Magnificentia, fit plerunq; Reipub. nomine: ea Dauid & Salomon excelluerunt.
- Conuiuentiis. unde conuiuiis Latinis melius, quàm symposiis Græcis. Zacchæus & Matthæus fecerunt conuiuia Christo, Christus nuptias honorauit, &c.
- Splendor, qui luxus est rei familiaris, in sacris literis nuspiam bene audit. Neq; Fabricio fictilia pocula sordida fuerunt.

Samaritanus re & opera uulneratum iuuit.

3 Sumptu et opera iuxta fiũt, ut

- Auxilia bellica, Euander Aeneæ.
- Hospitalitas ipsa
- Conuiuentia
- Redemptiones
- Manumissio. Sic Simo Sosiæ summum pretium persoluit.
- Adoptio. Mitio Aeschinum.
- Educatio, Antipelargia.
- Doctrina, ut suo sumptu docere. quo nomine Eras. ludi magistri officium sanctissimum esse probat, quod nemo suo sumptu facere uoluit unquam. & id genus innumera alia.

¶ Nihil est naturæ hominis. } Hinc φιλανθρωπίαν humanitatem interpretantur. Quam definiunt ἕξιν εὐεργετικὴν ἀνθρώπων. Et Proclus in Platonem de Republ. ait, prouidẽtiam rationis natura hominibus communem primum, deinde proprium: τὸ σωστικὸν cum natura hæc omnibus insit, ex debito quasi τὸ συγγενὲς σώζειν. Et hæc Gentiles. Christiani, hoc est filij Dei, tum maxime diuinos natales referunt, si beneficentiam mutuam exerceant. Pater enim noster cœlestis ita benignitate exuberat, ut malis etiã solem suũ exoriri sinat. ¶ Ne absit benignitas. } Lege Senecam libro 2. de beneficijs, cap. 14. ¶ Et qui alijs nocẽt. } Vide Prouerb. De alieno liberalis. Contra hoc genus hominum fortiter perorat D. Aurelius Augustinus, Homilia quæ inter quinquaginta illas septima est. ¶ L. Syllæ. } Syllæ proscriptio notior est quàm ut hic recenseri oporteat. Historiam scribunt Plut. in Sylla Appian. lib. 1. bellorum ciuilium, Abbreuiator Decad. 9. Plin. de uiris illust. cap. 75. Valer. lib. 9. cap. de Crudelitate. Oros. lib. 5. ca. 21. Eutrop. lib. 5. circa finem. Blondus lib. 7. Meminit August. lib. 3. ca. 28. Ciuit. Plin. lib. 7. cap. 43. Seneca lib. 3. de Ira, & Decl. 1. Lucan. lib. 2. Cic. plura infra lib. 2. ¶ Cæsaris. } Curionem forte perstringit, quem ære alieno leuauit. De rapacitate eius adscribam Tranquilli uerba, Abstinentiam neq; in imperijs, neq; in magistratibus præstitit. Vt enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania à proconsule & à socijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni. Et Lusitanorum quædam oppida, quanquam nec imperata detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaq; deum donis referta expilauit. urbes diripuit sæpius ob prædam, quàm ob delictum. Vnde factum ut auro abundaret, ternisq; millibus nummum in libras promercale in Italiam prouinciasq; diuideret. In primo consulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantũdem inaurati æris reposuit, societates ac regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemæo prope sex millia talentorum suo Pompeijq; nomine abstulerit. postea uero euidentissimi rapinis ac sacrilegijs, & onera bellorum ciuilium, & triũphorum ac munerum sustinuit impendia. Sed de magnificentia eius idem Tranquillus alibi, atque etiam Appianus. de quibus annotare breuitatis causa supersedeo. Addam tamen Catulli iambos:

Quis hoc potest uidere? quis potest pati?
Mamurcam habere, quod comata Gallia
Habebat, & cuncta ultima Britannia?
Eóne nomine Imperator unice,
Fuisti in ultima occidentis insula
Vt ista uestra diffututa mentula
Ducenties comesset, aut trecenties?

Seneca Consol. cap. 9. C. Cæsar, quem mihi uidetur natura rerũ edidisse, ut ostenderet quid summa uitia in summa fortuna possent, centies sestertio cœnauit uno die: & in hoc omnium adiutus ingenio, uix tamen inuenit quomodo trium prouinciarum tributum una cœna fieret. ¶ A iustis dominis. } Vt iusti liberi, iusta uxor, iusta hæreditas. ¶ Nihil est. } A parte ad totum. ¶ In proximos. } Liberos, coniugem, suosq; adeo hæredes. ¶ Non tam natura lib. } Quos etiam Dominus Christus notans. prémium iam eos habere ait, ipsum uidelicet uideri. ¶ Quæ uidẽtur ab ostentatione. } Gellius similem ex Lælio locum exponens: Beneficum, inquit, & liberalem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum censent, non cum qui beneficia fœneratur, sed qui benigne facit, nulla tacita ratione ad utilitates suas redundante, &c. ¶ A uoluntate. } βουλήσεως quæ cum ratione desiderat. ¶ Delectus. } Quatenus pauperum delectus in erogandis eleemosynis Christiano habendus sit, extat libellus spirituali scientia conscriptus per Ioannem Oecolampadium, utrum cum sanctissimis doctissimisq; theologis numerandum. ¶ Delectus dignitatis. } In ciuili uita, uidere etiã atq; etiam oportet cui des. In quo ne peccetur, & tua & illius persona consideranda est: qua nisi considerata, teneri recta ratio nequeat. deinde quæ sint illius merita, quæ expectatio, qd' sequatur uitæ genus, quibus delectetur, quæ etiam ætas. Item si ciuis, peregrinus, hospes, familiaris, propinquus, uetus an nouus amicus, &c. Pontanum, qui rem exemplis illustrat, cum Cicerone & Seneca diligenter conferendum censeo. ¶ Ad nostras utilitates. } Quemadmodum gratitudinis uirtus summo semper præconio celebranda est, ita Christus prohibuit, ne conuiuiorum nostrorum finis retaliatio esset.

DEinceps ut erat. } Supra Cicero diuisit Iustitiam secundum genus honestatis in duas partes, scilicet, iustitiã (utitur enim, ut fit in alijs etiam disputationibus, eodem uocabulo pro genere, et specie) & liberalitatem. Hic itaq; exposita priore parte, alterius explicationem inchoat, cuius proprium officium est dare pecuniam, uel ea, quæ pecunia æstimantur, non ut debitum ex aliquo contractu, quibus, quantum, & quando conuenit, non alia de causa, quàm quòd deceat, aut ut Aristoteles loquitur, ὅτι καλόν. Quod si aliter detur, non amplius est uirtus, & hoc est, quòd Cicero hic po AMERE

fuit tria præcepta, quæ cautiones uocat ab eo, q. debe ãt ista caueri, uelut pugnantia cum hac uirtute. Sunt autem: ne aut iis quibus damus, aut alijs noceat quod damus, ne plus quàm pro nostris opibus, largiamur. Tertio, ne tribuamus alicui contra, quàm dignus est. Quod hic Cicero dicit, in eadem iniustitia esse eum, qui, ut in alios liberalis sit, alijs nocet, ut si in suam rem conuertat alienam: iurisconsulti etiam docent, cum dicunt, furti speciem esse de alieno largiri: quanquam sine affectu furandi non committitur furtum. Sciendum est etiam, & de hac uirtute ab Aristotele paulo aliter disputari. Non enim facit Aristoteles liberalitatem iustitiæ partem, sed peculiarem

peculiarem uirtutem. ¶ *Nec est sane particularis iustitiæ pars, cum non sit æqualitas, aut uersetur in iudicijs, quæ peculiaria munera hæc uirtus habet. Ad generalem iustitiam respexit Cic. quæ ut alias omnes, ita hanc etiam uirtutem complectitur.*

MELAN. DEinde ut erat. } In beneficētia spectandum principio ne uioletur iustitia. Itaq; tria præcepta colligit. Primum ne beneficijs nostris lædantur uel ipsi qui accipiunt, uel alij. Alter locus, ut pro modo facultatum nostrarum largiamur. Tertium est, ut pro dignitate demus: ne, quod in prouerbio est, Suem Veneri. Item, Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

BETVL. QVONIAM. } Occupatione lectori obuiam uenit, nō statim eum negligendum, qui non omnibus Stoicæ seueritatis partibus absolute bonus sit. Nec sane Seneca Stoicus ipse hoc uoluisse uidetur, qui sanctius esse in licat prodesse malis propter bonos, quàm bonis deesse propter malos. Sed ille idem libro de Beneficijs. 7. duo beneficiorum genera facit, unum quod dare nisi sapiens sapienti non potest, hoc est absolutum & uerum beneficium: alterum uulgare & plebeium, cuius inter nos & imperitos commercium est. Sed mihi non placet, quod malo proijciendū, bono reddendum censet: huic debeatur, illi ne debeatur. Atque rursum lib. 4. controuersum facit, nū uir bonus recte in ingratum beneficium conferat, quem sciat ingratum esse. & ne insidiosa interrogatione capiatur, duo ingratorum genera facit. Qui uolet, uideat ipse. Apostolicæ literæ malis adeo non uetant benefacere, ut iubeant carbones in eorum capita coaceruandos: hoc est, amoris ignes effundendos. D. Chrysostomus, Christi exēplo latronibus etiā benefacere suadet. ¶ Simulacra. } Politicas uirtutes purgatoriarum ueluti simulacra facit, quo de supra ex Plotini sententia. Sunt ergo τὰ καθήκοντα τῶν κατορθωμάτων quasi simulacra. Sed Plato in Sophista de ente disputans, ostēdit τὸ εἴδωλον, eam rem quam repræsentat, ipsam non esse: sed aliud, quod nemo nisi à communi sensu alienus inficiabitur. Colligitur ergo, uirtutum simulacra uirtutes ipsas non esse. atque ob id ipsum: qui ijs præditi sunt, non uirtuosi sed uirtuosorum εἴδωλα quædam sunt. Quæ diuersa sint ab ijs quæ Cicero in hoc orationis cursu alias asserit.

** quenq;*

Mores non ad exactam illam sapientis Stoici rationem spectandos, sed ciuilem uirtutis imaginem.

QVoniam autem uiuitur non cum perfectis hominibus, pleneq; sapientibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur, si sint simulachra uirtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendū, in quo aliqua significatio uirtutis appareat: colendum autem esse ita * unūquēq; maxime, ut quisq; maxime his uirtutibus leuioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. Nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior plerūq; est: illæ uero uirtutes uirum bonum uidentur potius attingere. Atque hæc in moribus considerentur.

asserit. aliud est enim prorsus non perfecta sapientia, aliud perfectæ sapientiæ simulachrum. ¶ Feruentior plerunq;. } Feruorem fortitudinis excessum facit. Arist. in 3. Moralium, duas hyperbolas τῇ ἀνδρείᾳ assignat. Stupidos illos, & trunco quàm homini similiores, nec inundationes, nec terræmotus timentes, μαινομένους & ἀναλγήτους uocat. Verum qui in alijs rebus formidādis confidentiores sunt, θρασεῖς. Videturq; Philosopho temerarius ille arrogans esse, & fortitudinis simulator. Plato alicubi ἀναίδειαν ἀνδρείας terminos excedere scribit. ¶ Attingere. } pertinere. Cic. de Finibus: cum autem processisset paululum, & quatenus quodq; se attingat, perspicere cupit.

AMERB. QVoniam autem. } Vtilissimum est hoc, & maxime in uita necessarium præceptum: unicuiq; enim, ut ait Poeta, dedit uitiū natura creato. Quare ad multa conniuendum est, quæ in alijs nos offendunt, si modo, quod maxime debemus facere, uolumus inter nos amicitias retinere & colere. Quatenus autem sit amicis opera danda, & quantum sit eis concedendum, in libello de Amicitia, & infra nonnihil docetur. Cæterum hic locus est natus ex tertio præcepto de liberalitate, eiusq; est expositio.

ERAS. SEd cum ijs, in quibus non præclare agitur, sed sint simulachra uirtutis. } Coniicio sic legendum. Sed cum his, quibus cum præclare agitur, si insint simulachra uirtutis.

MELAN. QVoniam aūt uiuitur. } Hinc illud est, Mores amici noueris, nō oderis: quia quædā amicorū uitia ferēda sunt. ¶ Virtutibus leuioribus erit ornatus. } Qualis est apud Terē. in Adel. Mitio,

BETVL. DE beneuolentia. } Beneuolentia sola liberalitatis causa non est; nisi eleemosyna à liberalitate differat. Potissima tamen est, si ad eam nos aliud nihil quàm τὸ καλὸν cohortetur. Nec alia hic quàm in amicitia ratio est, in qua Lælius uoluptate quæstuq; exclusis,

Quomodo consideranda sit beneuolentia aliorum erga nos.

DE beneuolentia autem, quam quisq; habeat erga nos; primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodā amoris, sed stabilitate potius, & constantia iudicemus.

sis, solam uirtutem beneuolentiæ (quæ si mutua, mutuo cognoscatur, ueram amicitiā constituit) causam effectricem reliquit. ¶ Nō adulescentulorū. } De hoc in Lælio.

AMERB. DE beneuolentia autem. } In tertio præcepto de liberalitate, secūda pars fuit animus,

mus, sed beneuolentia erga nos eius, in quem beneficium uolumus conferre: eam hic Cicero exponit: faciens unam quandam diuisionem, quæ ad alia quoq; præcepta huius generis accommodari debet, nempe, quod damus, aut mutuus esse: aut remunerationem, & ostendit quid in utroque sit faciendum. Est autem hic locus de gratitudine diligenter obseruandus, unà cũ hoc generali præcepto Senecæ. Hæc enim beneficij inter duos lex est: Alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Idem præ ptum est apud Græcos in hoc uersiculo:

χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου.

Versus Hesiodi ad quos hic respexit Cicero, hi sunt;

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι.
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι.

De beneuolentia. } Quo ordine collocanda sint beneficia. Ac primum quidẽ benemeritis gratia est referenda. Est aũt totus locus de gratitudine, nõ nihil rhetoricis amplificatus argumentis. — MELAN.

BETVL. In officio. } Sicut in uitio. ⁋ Sic erunt merita, ut nõ ineunda. } conciliancla. Gratia enim gratiam parit: hoc est, beneficium beneuolentiã conciliat, & compensationem inuitat. Cicero uidetur Senecæ differentiã aut ignorasse, aut non agnouisse. Is enim referendæ gratiæ facultatem nisi sapientem habere negat, reddendæ uero etiam ingratis cõcedit. Ait referre eos, qui ultro quod debeant afferunt: reddere eos qui reposcuntur, qui inuiti, ubilibet, aut etiam per alium reddunt. ⁋ Maiore mensura. } Seneca ingratum eum censet, qui beneficium reddit sine usura. Cæterum de Hesiodi sententia, præter Vitum, lege prouerb. apud Erasm. Eadem mensura. meminit idem Cicero in Bruto. ⁋ An nõ imitari agros fertiles. } A comparatione docet, gratitudinem hominis propriam esse, quã unam pro Cn. Plancio non solum uirtutum maximam, sed etiam matrem omnium reliquarum esse asserit. Licet leonis gratitudo ab Herodoto celebretur, & canum quorũdam fides ab authoribus memoretur: sed quia hoc sine rationis ductu fit, humani iuris esse, æque atq; beneficentia censetur, quod aureo quondam seculo floruit. id quod Politianus in Nutricijs pulcherrime significauit:

Stat uetus & nullo lex interitura sub æuo,
Diuorum atq; hominum concors incidit in auro
Scilicet hanc Natura parens, dictasse feruntur
Fatorum consulta Themis, solersq; futuri
Nondum Caucasea pendens de rupe Prometheus:
Quæ gratos blande officio nutricis alumnos
Esse iubet, longumq; pia mercede laborem
Pensat, & emeritis cumulat compendia curis.

Bene meritis de nobis quomodo referenda gratia.

Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia; maior quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quòd si ea, quæ acceperis utenda; maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio prouocati facere debemus? an non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quàm acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre; quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis, sint, unum dandi beneficij, alterum reddendi; demus necne, in nostra potestate est: non reddere, uiro bono non licet, modo id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi. Nec dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quisq; animo, studio, beneuolentia fecerit; ponderandum est. Multi enim faciunt multa temeritate quadam, sine iudicio, uel modo, in omnes, uel repentino quodam, quasi uento, impetu animi incitati: quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atq; ea, quæ iudicio, considerate, constanterq; delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sint, hoc maxime officij est; ut quisq; maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Quod contra fit à plerisq; à quo enim plurimum sperant, etiam si ille bis non eget, tamen ei potissimum inseruiunt.

In officio. ... Duo genera. } Vtrunque solius sapientis: Seneca. ⁋ Demus necne, in nostra ptãte. } Heus tu Cicero, quemadmodũ beneficium nõ reddenti dies non dicitur; ita non benefaciens, cũ possit, uir bonus tuo ipsius præiudicio nõ est: si modo iniuriam propulsare, benefacere est. & si liberalitas pars iustitiæ est, benefacere autem liberalitatis opus. Porro pro Plancio, propriam hominis beneficentiã esse asseris. Ergo benefacere non modo iustum hominem, sed hominem omnino decet. Sed quid ex his à te concessis relinquatur, non meum est, parentẽ eloquentiæ admonere. Quo quisq; animo, studio, &c. } Elegantissimum Isocratis præceptum est inter ea quæ ad Demonicũ scripsit, μὴ δὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ ποιοῦντες μὲν, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. Leonicerus elegantem tautologian elegante prosopopeia uariauit, sic uertens: Ne ipsis quidem Gratijs citra gratiam feceris gratum, id quod non parum multi sane faciunt, iniucunde amicis inseruientes. ⁋ Si cætera sint patria. } Hoc est; si nulla ex causis, concurrentibus cæteris, plus ponderis habeat.

Beneficia cum fœnore remetiẽda à maio...

Beneficia potissimũ ajo dici metienda.

Non dãdũ ... recipias, sed ... profis amici...

Quo quisque animo. } Modus in remetiendis beneficijs. — MELAN.

In coniunctione uitæ quis ordo, ac primum de societate uniuersali omnium mortalium:

Optime autem societas hominum, coniunctioq; seruabitur; si ut quisq; erit coniunctissimus, ita in eũ benignitatis plurimum

BETVL. Eius uinculum est ratio & oratio. } Vtrunq; λόγος. λόγῳ enim omnino homo à brutis differt. Plato in Epitaphio συνέσει ὑπερέχει τῶν ἄλλων καὶ δίκην καὶ θεοὺς μόνον νομίζειν. Sermo homini in hoc datus est, inquit Aristot. ut ostendat utilitatem & damnum, & ob id iu-

conferetur. Sed quæ naturæ principia sint communitatis, & societatis humanæ, repetendũ altius uidetur. Est enim primum, quod cernitur in uniuersi generis humani societate. Eius autem uinculum est ratio, & oratio; quæ docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate. Neque ulla re longius absumus à natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, ut in equis, in leonibus; iustitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus. Sunt enim rationis, & orationis expertes. Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est. in qua omnium rerum, quæ ad communem usum hominum natura genuit, est seruanda communitas; ut quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum: è quibus ipsis cætera sic obseruentur, ut in Græcorum prouerbio est, Amicorum esse omnia communia. Omnia autem communia hominum uidentur ea, quæ sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri per multas potest:

Homo, qui erranti * comiter monstrat uiam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,
Nihilo minus ut ipsi luceat, cum illi accenderit.

Vna enim ex re satis præcipit, ut quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur uel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem; pati ab igne ignem capere; si quis uelit consilium, fidele deliberanti dare: quæ sunt iis utilia qui accipiunt, danti non molesta. Quare & his utendum est, & semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed quoniam copię paruæ singulorum sunt; eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo: uulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem, Nihilo minus ut ipsi luceat: ut facultas sit, qua in nostros simus liberales. Gradus autem plures sunt societatis hominum. Vt enim ab illa discedatur infinitate, propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ; qua maxime homines coniunguntur. interius etiam est, eiusdem esse ciuitatis: multa enim sunt ciuibus inter se communia; forum, fana, porticus, uiæ, leges, iura, iudicia, suffragia; consuetudines præterea, & familiaritates, multæq; cum multis res, rationesq; contractæ. Arctior est uero colligatio societatis propinquorum. ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum, angustumq; concluditur. Nam cum sit hoc natura com-

Primi societatis humanæ fontes, ratio, & oratio.

stum & iniustum: atq; hunc præter cætera animalia hominibus proprium esse faciẽdæ uidelicet societatis ciuilis causa. Polit. 1. Vtrũq. Græci eodem nomine appellant. sermo enim ex mẽte deriuatur, tãquam ex fonte riuus: sermoq; in hoc homini datus est, ut ciuilem uitam societatis cõsuetudine acturus, sensum suũ aliis declarare queat. & ob idipsum Democritus orationẽ ῥεῦμα λόγου appellat. Sed alibi de hominis brutorumq; differẽtia dictũ est. ⌈Quæ docẽdo.⌉ Hominis ergo proprium est docere ac discere. Quia doctrinã mens docentis effundit, disciplinam mens discẽtis haurit. Quæ quæstio à nemine perfectius explicatur, quàm à Ludouico Viue de Anima & homine. ⌈Amicorum communia omnia.⌉ Aristoteles, inquit Erasmus, temperat Platonis sententiam, uolens possessionem ac proprietatem esse penes certos. Cæterum ob usum, uirtutem & societatem ciuilem, omnia communia, iuxta prouerbium. Sed Cicero ne Aristotelis quidẽ hoc temperamentum probare uidetur, qui uix cõmunicationem aquæ et ignis, quibus uera uix improbissimis interdicunt, hominibus suis permittit. Addit Eras. hanc Platonis communitatem immerito à Christianis lapidari, cum nihil unquam ab ethnico philosopho dictum sit magis ex Christi sententia. ⌈Gradus autem.⌉ Cognationis affinitatisq; gradus Iureconsulti graphice admodũ pinxerunt. Sed nihil ad philosophum, qui necessitudines animi cõiunctione rimatur. & licet naturæ gentiumq; ius, non minus quàm ciuile ad ipsorum professionem pertineat, alio tamen loco & ordine tradunt. Quod ad præsens institutum attinet, uideor mihi negotium, & si rudius, planius tamen expressisse. Cui satisfactum non est, meminerit sibi meliora faciendi locum relictum.

Ius naturæ.

Bellissimi Ennii uersus.

* comiti

Quæ sint omnibus absq; discrimine cõmunicanda.

Quæ communia uniuersalis.

AMICITIAE, QVAM uirtus conciliat, domus una.

Gradus societatis hominum.

1 CONIVGIVM.
2 Parentes liberi.
3 Nepotes, aui, fratres, sorores.
4 Pronepotes, proaui, cõsobrini, patruus, auunculus. Huc ptinent reliqui cognationis et affinitatis gradus.
5 Propinqui, quasi eadem κώμη.
6 Familiaritas contracta.
7 Patriæ uinculum.
8 Familiares, socii, cõtribules, uicini, & omnino cum quibus res sunt contractæ.
9 Ciues. Quæ necessitudo ferè suo ambitu interiore cõplectitur omnes Romanos.
10 Linguæ diuersæ eiusdem nationis, & rursus lingua eadem diuersarũ nationum latina. Hic ius Latii forte locum habet.
11 Natio. nam sic Italia Romano orbi inclusa, Latium suo ambitu cõplectitur. Et sic Romanus Latino quàm Hetrusco coniunctior.
12 Orbis Romani imperii, qui multas natiões in se cõprehendit, & quæ subsunt huic, pximiores fœderatis, fœderatæ sociis, quibus suo iure uiuere permissum est.

IVRE CIVILI ROMA. utuntur.

IVS GENTIVM.

GENTES Romanis sunt nationes omnes, quæ sunt extra orbẽ Romanũ. Erga has Romani utuntur iure gentium. Huc referuntur etiã hostes, quibus fides seruanda est.

IVS NATVRALE.

Humani iuris societas, quæ eodem rationis orationisq; uinculo copulatur. In his uiget ius humanum, quod alii naturali, alii gentiũ iuri attribuunt, ut facias cuiq; quod tibi fieri uelis.

mune omniũ animantiũ, ut habeant libidinẽ procreandi; prima societas in ipso est coniugio: proxima in liberis: deinde * una domus, cui sunt oĩa communia. Id aũt est principiũ urbis, & quasi seminariũ Reipub. Sequũtur fratrũ coniunctiones, post consobrinorũ, sobrinorũq; qui cum una domo iam capi nõ possint, in alias domos, tanquã in colonias, exeunt. Sequũtur cõnubia, & affinitates, ex qbus etiã plures propinqui. Quæ ppagatio, & soboles, origo est rerũ publicarũ. Sanguinis autem cõiunctio, & beneuolẽtia deuincit charitate hoĩes. Magnũ est.n. eadẽ habere monumenta maiorũ, iisdem uti sacris, sepulchra hẽre cõmunia. Sed omniũ societatum nulla præstantior est, nulla firmior, q̃ cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate cõiuncti. Illud.n. honestũ, quod sæpe diximus, etiã si in alio cernimus, tñ nos mouet; atq; illi, in quo id inesse uidetur, amicos facit. Et quanquã omnis uirtus nos ad se allicit, facitq; ut eos diligamus, in qbus ipsa inesse uideatur, tñ iustitia, & liberalitas id maxime efficit. Nihil aũt est amabilius, nec copulatius, q̃ morum similitudo bonorum. In quibus.n. eadem studia sunt, eædem uoluntates; in his fit, ut quisq; altero æque delectetur, ac seipso. Efficiturq; id, qđ Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiã illa cõmunitas est, quæ conficitur ex beneficiis ultro citroq; datis, acceptisq;. Quæ mutua, & grata dũ sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate. Sed cum oĩa ratione, animoq; lustraueris, omniũ societatũ nulla est gratior, nulla charior, q̃ ea, quæ cum Repub. est unicuiq; nostrum. Chari sunt parẽtes, chari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omniũ charitates patria una cõplexa est. p qua quis bonus dubitet mortẽ oppetere, si ei sit pfuturus? Quo est detestabilior istorũ immanitas, qui lacerarũt omni scelere patriã, & in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Sed si cõtentio quædã, & cõparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii; principes sint patria, & parentes, quorũ beneficiis maxime obligati sumus; proximi liberi, totaq; domus, quæ spectat in nos solos, neq; aliud ullũ potest habere * perfugium: deinceps bene cõuenientes propinqui, quibuscum communis etiam plerunque fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia uitæ debentur iis maxime, quos ante dixi. Vita autem, uictusq; communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maxime. Estq; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

Vna domus, cõmunis omnia. — *perfugiũ* — *Amicitia inter Pythagoreos æqualitas est. Idẽ o sic amicitiã esse animã in corpori in duobus.* — *Patriæ debemus plurima.* — *Quid sanguis et cõiunctio, qd amicis potissimum debeamus.*

℣ Eiusdem gentis. ℣ Gentes Romanis erant, qui Romano imperio non erant subiectæ. & illos homines appellabant gentiles. Sicut Christiani hodie, ut quondam Iudæi, gentes gentilesq; siue ethnici appellantur, qui Christi nomen non agnoscunt. Lege de hoc Alciat. lib. 1. cap. 13. Parerg. Nationes autem & linguæ plures in orbe Romano fuerunt. Vna Germanorum natio ita lingua uariat, ut inferiores à superioribus uix intelligantur: & qui hodie sunt Heluetii, partim germanice, partim gallice loquuntur. Intelligit autem non dubie Cicero nationes populo Rom. subiectas. Quatuor enim nationum species Alciatus facit. l. hostes hi sunt. ff. de uerborum signific. Alias populo Romano subditas, ut prouinciales: alias fœderatas, quo iure quædam ciuitates & in Asia & in Hispania aliisq; prouinciis utebantur: sic etiam Aetolos, Liuio teste, Romanis iunxisse. alias penitus liberas, & suis legibus relictas, nisi quòd maiestatem Populi Rom. coniter obseruare tenerentur, ut Massilienses: alias hostiles ut Parthi & Germani, quorum illi propter æmulationem, hi pro libertate aduersus Roma. semper pugnarint. Hæc eo libentius adscripsi, quòd in his ipsis quidam gradium ordo cernitur, licet in posterioribus speciebus gentis nomenclatura et ratio uerius esse uidetur. ℣ Eiusdem ciuitatis. } In Verriis libris scriptum fuit, ciuitatem et pro loco, & pro oppido, & pro iure quoque omnium, & pro hominum multitudine accipi. Locũ Græci, oppidumq; πόλιν appellant: ius & societatem, πολιτείαν, ab administratione. Hoc loco ius ciuitatis intelligitur. Nec obstat quicquam, quin etiam societatem ciuium intelligas, Aristotelisq; desinitio locum habeat, qui de Repub. primo. eam definit κοινω-νίαν τινα οὖσαν ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν συνεστηκυῖαν. Sed illa Speusippi cãptior, ut ad institutũ magis quadrãs κοινωνία πλήθους ἔννομος. Arcta ciuitatis eius.ẽ necessitudo est, cũ uiuunt; quos bonarum legũ uinculum ita sociaret, ut idem corpus ueluti multa membra constituant, id quod Menenius Agrippa doctissimo apologo significarat. Sed quemadmodum manus manui, quàm manus pedi cõiunctior est: ita in Romanorum Repub. (ad hanc enim Cicero ferè solam respexit) gradus quidam & coniunctionum differentiæ fuerũt. Nam aut ius ciuitatis merum habebant, plerique ius Quiritium, nõnulli libertatem, aliqui ius municipii et fœderis, plures ius Latii, alii tanquam coloni aut stipendiarii habiti fuerunt. Quirites cætera ciues erant, milites aũt minime: ita ut milites ignaui, exauthorati, depositis armis & sagulis Quirites fierent. Neq; omnes qui in ciuitatem adsciscebantur, protinus suffragii ius in tribubus habebãt, neq; ad magistratus admittebantur. neq; municipes accessionem ad honores in urbe habebant, nec suffragiorũ participes erant. De quibus plura Alexãder ab Alexãdro lib. 4. c. 10. Foro, fanis, porticu, uiis peregrini quoq; utuntur: sed ut peregrini, nõ ut ciues. Hos gradus Lal. ẽt de Amicitia attingit, his uerbis: Sic.n. mihi pspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter oẽs esset societas quædã, maior aũtẽ: ut quisq; pxime accederet. Itaq; ciues potiores sunt q̃ peregrini, & propinqui q̃ alieni, cũ his.n. amicitiam natura ipsa peperit, &c. ℣ Societatis ppinquorũ. } Propinquos plerũq; pro affinibus interpretantur. Sed in Cicc. uersantibus facile notescet, eam uocem generalem esse recteq; et affinitati et consanguinitati tribui. pro Planc. Qui est cum illis maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus, pro Quintio. Si pro-

tate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. ¶ Prima societas in ipso coniugio.} Arist. de Re familiari primo: κοινωνία γὰρ, inquit, φύσει τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρρενι μάλιστα ἐστιν. & de Rep. primo, ἀνάγκη δὲ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν. Sed illud non placet quod adijcit, οὐκ ἐκ προαιρέσεως. Illi enim qui sine delectu in quamlibet amoris furore feruntur, nō ratione frui, hoc est nihil à feris differre uidentur. alioquin & stupra & adulteria naturalia fuerint. Reliqua cū Cicerone melius conueniunt. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον. ¶ Cū sint omnis.} Domesticos ob id Charondas ὁμοσιπύους, eadem arca utentes, appellat. ubi ego, doctorum uenia, ὁμοσίτους legere malim. Epimenides ὁμοκάπους eodem præsepi communicantes uocat. Vbi alij mea sententia ὁμοκάπνους legunt id est qui eodem utuntur fumo. ¶ Id autem est principium urbis.} Aristot. locis supra citatis, τὴν κώμην, id est pagum ex multis domib. ciuitatem uero ex multis pagis cōstare docet: cæterum ciuitatem φύσει domo, ut totum partibus, esse priorem, œconomicam uero politicæ γενέσει. ¶ Consobrinorum.} παῖδας παίδων uidetur hoc nomine ex Aristot. transferre uoluisse. In Hecyra Terent. consobrini sunt, ex fratre & sorore nati, si Donato credimus. Pompeius Festus Aelium Gallum authorem citās, sobrinum patris sui filium, & matris suæ consobrinæ filium appellat. In Andria Terentiana Crito Chrysidis sobrinus, id est ex sorore Chrysidis natus, est. Paulus Iureconsultus eos aut ras, qui quæ'ue ex sororibus nati natæ'ue sunt, consobrinos & consobrinas appellari ait, quasi cōsororinos. Sed differentia confunditur plerūq; quæ neque hoc loco religiosius inquirenda est, cum prolis propagationem generatim intelligat. Græci, ut Pollux libro.3. docet, ἀνεψιοὺς uocant, siue ex duobus fratribus, uel ex duabus sororibus, siue ex fratre & sorore. & ex aniepsiis natos, inter se ἀνεψιάδας nomine patronymico. ¶ In alias domos tanquā in colonias.} Cic. Aristot. pro more, sententiam exprimere uolens, Romanorum potius quàm Græcorum consuetudinem sequi maluit. Verba ut conferas, ex primo Polit. subijciam μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι οὓς καλοῦσί τινες ὁμογάλακτας, παῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. docetq; id ex analogia regni. Quondam enim ciuitatibus singulis, singuli reges imperitabant: postea regna ita sunt temporis progressu propagata, ut se in totas nationes diffunderēt, & qui regiæ stirpis natu maximus erat, ἐμφυτεύσεως iure reliquis imperabat. Sic in re familiari, qui ex ascendētibus natu maior superstes est, nō in domesticos modo, sed in totam sobolis propagationem, imperium sibi iure uendicat. Sic apud Philosophum sequitur,

διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις. καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη, ἐκ βασιλευομένων γὰρ συνῆλθον. πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου, ὥστε καὶ αἱ ἀποικίαι διὰ τὴν συγγένειαν. καὶ τοῦτο ἐστὶν ὃ λέγει ὅμηρος, — θεμιστεύει δὲ ἕκαστος

παίδων, ἠδ' ἀλόχων. — σποράδες γὰρ, καὶ οὕτω τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν.

¶ Magnum est enim eadem habere monumenta maiorum.} Monumenta, sicut Græcis μνημεῖα, eo quod nos alicuius rei commoneant, appellantur. Quia de sepulchris infertur: hic intelligo statuas, trophea, & suas etiam fumosas imagines, quæ posteros auita uirtutis admoneant. ea familijs communia fuisse, ignorat antiquitatis studiosus nemo. Cic. de Clar. or. Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta & monumenta seruabant, & ad usum siquis eiusdem generis occidisset, & ad memoriā laudum domesticarū, & ad illustrandā nobilitatem suā. ¶ Iisdē uti sacris.} Sacra, Festo authore, aut domestica sunt, aut peregrina, aut publica, aut priuata. Lex de sacris priuatis duodecim tabularum erat: Sacra priuata perpetuo manento. (hæc gentilia Macrob. appellat) quam scilicet legem Cic. de Legibus.2. & Aymarus Riuallius de historia Iuris C.lib.2. sic interpretantur: Hæc iura pōtificum authoritatem consecuta sunt, ut ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret, sed ijs adiūcta esset, ad quos eiusdem morte pecunia uenisset. unde sacris alligabantur, ordine tamē seruato, hæredes: & qui tantūdē acceperant quantum omnes hæredes, & qui plurimum è defuncti bonis habuerant. creditorq; et debitor. sacris alligabantur. Priuatorum sacrorū meminit Plin Cæcilius in Panegyrico his uerbis: Itaq; illis irrogatum est, his remissum, uidelicet quod manifestum erat, quanto cum dolore laturi, seu potius non laturi homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorū deniq; societate meruissent: quæq; nunquam ut aliena & speranda, sed ut sua semperq; possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent. Hinc Iureconsulti per μετάληψιν filios filias'ue familias, nepotes item neptesq; & suos omnino hæredes in potestate patris auiq; constitutos, in sacris ipsius esse dicunt. Exempla Iustiniani sunt in l. cū in adopt. §. quæ in filio. C. de adopt. & l. cum oportet. §. 1. C. de bonis quæ lib. Consule præterea Alciat. lib. Prætermissorum. 1. & Bonifacium Amerbachium præceptorem meum uere beneficum, in Instit. tit. qui sint sui uel alien. iur. Eras. in prouerbio, Sine sacris hæreditas. ¶ Sepulchra habere cōmunia.} Sepulchra erant gētilia & familiaria, toti familiæ & genti comparata: qui mos temporis tractu abolitus alia lege fuit, donec nouo postea edicto ad genus et familiam pertinuerunt. Miser habitus est, cui in patrio sepulchro humari non cōtingebat, ut qui ultimo afficiebantur supplicio, id quod ex orationis pro Cluentio epilogo colligitur. Eos Græci eleganti nomine ἀποτάφους appellitant, qui maiorum sepulchris sunt Exuti. Fuerunt etiam sepulchra hæreditaria, in quæ tamen hæredi cadauer inuito patrefamilias inferre non licebat. Lex erat, ne quis in urbe sepeliretur. quare in agris quisque suis, aut in fundo suburbano, seu auito aut patrio solo, ex senatusconsulto Cn. Duilio Cos. Romæ humare consueuere. Frequentius tamē in Flaminia aut Latina uia, ac suburbibus & anfractibus uiarum, ut alibi annotauimus, Romanorum gentilitia sepulchra fuerunt. Porro de uario sepeliēdi ritu circūfertur doctus Lilij Gregorij Ferrariensis libellus, nec parum multa sunt apud Alexand. ab Alexandro lib.1.cap.2. & lib.6. cap.14. Aymarum Riuallium lib.2. de historia Iuris ciuilis, Cælium Rhodiginum lib.9.cap.44. Volaterranum in Philologia. Blondum lib.2. Triumphantis Romæ. ¶ Sed omnium societatum.} Quæ ad amicitiæ locum attinere uisa sunt, in Lælio annotauimus. ¶ Id quod Pythag.} Prouerbium, Amicitia æqualitas, amicus alter ipse. Item, μία ψυχή. ¶ Interdum etiam obiurgationes.} Iuxta prouerbium, Amicorum est mutuo admonere. exemplū, Demea & Mitio.

Optime autem.} ¶ Hæc fuit tertia pars ultimi præcepti de Liberalitate. AMERB. Prout enim quisque nobis est aut coniunctior, aut alienior, ita liberalius, aut parcius in eum conferri debēt beneficia: & sic dignitas personarum in gradibus etiam propinquitatis consideranda est, ac pro illius ratione & ordine officia sunt distribuenda. Recitat autem Cicero uarios gradus humanæ societatis, seu

tis seu cõmunionis, orditurq; à remotissimo, & maxime generali, in quo sequitur iustum ordinem, qui est à nobis notioribus, ad natura, seu simpliciter notiora. Sunt enim, ut docet Arist. uniuersalia nobis notiora, particularia uero natura. Primus gradus & cõmunissimus est omnium inter se hominũ, quicunq; sint. Secundus inter eos, qui sunt in una gente, seu natione. Tertius inter eos, qui sunt in una ciuitate. Quartus est cognatorum. Quintus affinium: & in ijs duobus gradibus sunt etiam alij multi gradus, ut coniuges, liberi, parentes, fratres, sorores, gener, nurus, socer, socrus, patruus, amita, auũculus, matertera, & multi alij in utroq; genere cognationis, & affinitatis, de quibus diligẽtissime scriptũ est à iurisconsultis. Sextus est honestorũ inter se uirorum amicitia: sic Cicero praefert omni cognationi, & affinitati ueram & honestam amicitiam. Septimus ac postremus est Reipu. uel patriae: pro hoc ordine sunt collocanda & moderanda officia. Plurimum debetur patriae, caeteris plus aut minus, pro eo, ac aut ad postremum gradum propius accedunt, aut longius ab eo recedunt. Quòd si quis postremum gradum uelit primũ appellare, et primum postremum, atq; adeò totum hunc ordinem inuertere, sicut iurisconsulti faciunt, non admodum errabit, modo rei discrimẽ teneat. Primo gradui sunt addita praecepta, in quibus exponitur uetus Graecorũ prouerbiũ, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. Et ostenditur quae officia debeantur hominibus primi gradus. In fine huius loci monet aliquid de alijs circunstantijs, nec semper hunc ordinem seruari posse ostendit, uerum ista mutari aliquando, & pro personarum alijs rationibus, & pro ratione ipsorum officiorum.

MELAN. Optime autem.} Quomodo consideranda sit uitae cõmunitas. Aperit autem fontes societatis humanae, et quomodo natura nos finxerit ad cõmunicanda officia: addidit enim orationem, ut significaret nos ad societatem factos. ⌈In qua.} Quomodo sint res cõmunicandae. Sunt enim primũ omnia cõmunicanda, quae citra incommodum aut iniuriam praestari possint, iuxta prouerbiũ, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. Sunt autem humanissimi uersiculi Ennij: qui docent quae res sine iniuria cõmunicari possint. ⌈Gradus.} Quo ordine gratificandum sit. Ordine autem, quem natura parit, sunt coniux, liberi, parentes, cognati, propinqui, ciues, amici, uirtute adiuncti. ⌈Qui cum una do.} Platonis est sexto de Legibus, οἷον εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτούς. Ad hunc modum saepe alias elegantissimae figurae ex Platone uersae sunt. ⌈Vnus fiat ex plu.} σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. ⌈Quo est detestabilior.} πάθος rhetoricum ornamentum obiter accersitum. Inuehitur autem in eos, qui lacerarunt Rempublicam.

Liberalitatis officia non solum ab his gradibus societatis, sed etiam ab alijs circunstantijs spectari oportere.

Vicinis quid debeatur.

Sed in his omnibus officijs tribuendis uidendum erit, quid cuique maxime necesse sit; & quid quisque nobiscum, uel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Itaque non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum: suntq; officia, quae alijs magis, quàm alijs debeantur; ut, uicinum citius adiuueris in * frugibus percipiendis, quàm aut fratrem, aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquum potius & amicum, quàm uicinum defenderis. Haec igitur, & talia circunspicienda sunt in omni officio; & consuetudo, exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus; & addendo, deducendoq; uidere, quae reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuiq; debeatur, intelligas. Sed, ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis praecepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine usu, & exercitatione consequi possunt: sic officij conseruandi praecepta traduntur, illa quidem ut faciamus ipsi; sed rei magnitudo usum quoque, exercitationemq; desiderat. Atque ab ijs rebus, quae sunt in iure societatis humanae, quemadmodum ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis ferè diximus.

* fructibus

BETVL. Sed.} Haec consideratio nata uidetur ex Aristot. Morandum nono, quo loco interpres caput secundum signauit. ⌈Vicinum citius.} Paterfamilias in Apologo cassitae apud Gellium primum amicos, deinde propinquos & uicinos ad operas rogarat. Hesiodus in Ergis docet, quanta commoditas uicini boni sit. eos enim, si ipsorum opera opus habeas, abiectis proprijs negotijs, tibi incunctanter affuturos. Propterea inuitandos eos esse. Et Terentius in propinqua amicitiae parte ponit uicinitatem. ⌈Si lis in iudicio sit.} Sic apud Terentium in Eunucho, Archidemides cognatum Lachetem sibi aduocatum rogat. ⌈Vt boni ratiocinatores.} Arithmetici, qui datorum acceptorumq; officiorum rectam inire rationem queant. ⌈Addendo deducendoq;.} Eadem loquendi figura Cicero alibi dixit summam facere, subducere summam, de Oratore, detrahere de summa, ad Atticũ, & decessionem de summa trahere, pro Rabirio. His arithmetices speciebus Aurelius Cassiodorus summam uim inesse dicit. quare illis ut potissimis pro tota calculi ducẽdi ratione usus est. Est autem addere, plures numeros, aut unitates in unum cõponere, ut summus in⌈Sed.}de cognoscatur numerus. Deducere autem est numerũ e maiori uel aequali numero subtiliter auferre, ut facta subtractione, si quod fuerit residuũ, inde restat. Praeter caeteros consule Oront. lib. 1. ca. 2. & 3. ⌈Quae reliqua summa sit.} Facere non possum, quin obganniã istis Aristarchis, qui in cõflictu scolastico substantiuorum cõparatiuas gradus afferentem naso suspendebant, hãc uocem ut barbarã explodentes. Admittebant optimates, ἀρίστους, primates, priores etiã, πρεσβυτέρους maxime: & si non omnino adiectiua, μέσα tamen. Summã uero arithmeticorum miror cur repudiarint, quibus interim tam dulce quiddam sonarint dialecticorũ maximae. Maiores nostros pro eis quos Hebraei patres nostros uocant, Liuio & alijs elegantiam esse, & idiotismum bene latinum: iureconsultis etiam latinissime minores substantiue uocari, qui annum 25. nondum attigerint. Nec promptius in ore quicquã aliud habebant, quàm ut uel maiorem negarent, uel minorẽ pro ratiocinationis partibus, quas Graeci κρινόμενα & αἰτίας appellitant: cum non deessent uoces latiniores ab ipsis classicis authoribus usitatae, quarum illam Cicero propositionem, hanc assum-

ptionem nominauit. Maiori absurditate ἀναλύσεως libros substantiue priorum posteriorumq; citabant. In ipsorum elegantijs hæc ferè regnat, qua animam agentes, in extremis laborare dicunt. Latiniora sunt illa, conari ultima, tentare postrema. Neque minus latinum est, in altissimis, quàm ἐν τοῖς ὑψίστοις græcum. Sic ima petere non semel apud Maronem legitur. Hæc uniuersa alijs magis, minus alijs probabantur. una Summa communibus ipsorum suffragijs in nescio quam Seriphum deportabatur, cum Ciceroni nulla harum usitatior sit, Taceo quando pro quæstionis capite accipitur, sed hæc ipsa metaphora: ut summam facere, subducere summam, detrahere de summa, &c. Illud satis obstruendis ipsorum oris erat, quod Terentius dixit, Ad te summa rerum peruenit. ❡ Sed ut nec medici.} Vsus enim magister artium recte appellatur. Quod Cicero de Medicis & Imperatoribus dicit, hoc maxime locum in Christianismi professoribus habet, qui inter pocula diserte de pietate garriunt, cæterum uita professioni respondet minime. Nec alia calamitas ædificationem ecclesiæ nem ecclesiæ perniciosius impedit, id quod tam eleganter quàm uere ostendit Lactantius libro quarto capite uigesimo tertio. ❡ Atque hæc.} Epilogus iustitiæ. Ius enim societatis humanæ per periphrasin iustitiam significat, ne ius humanum tibi imagineris. Imo, qui hoc intelligas, nihil prohibet, cum hoc in suo complexu omnes iustitiæ formas foueat, & æquitatem legibus scriptis uerius syncerriusq; doceat, & cum effectu pectoribus insculpet.

ERAS. Vt enim ab illa discedatur infinitate.} Infinitas pro immensitas, uox est non admodum frequēs. ❡ Interius etiam est.} pro coniunctius, siue magis affine. ❡ Post cōsobrinorū, sobrinorumq;.} Videtur appellare patrueles consobrinos, sobrinos duarum sororū filios. ❡ Sed omnes omnium charitates.} Rarum est charitates numero multitudinis. ❡ Quo est detestabilior istorum immanitas.} Pro, eoq; est detestabilior. ❡ Principes sint patria & parē.} Principes dixit primi loci, quemadmodū et principē uitæ diem dicimus.

MELAN. Sed in his.} Circunstantiæ sæpe mutant gradus ordinemq; eorum, quibus largiendum est.

Magnanimitas tertius officiorum fons, quæ ex rerum humanarum contemptu, & animi amplitudine quadam nascitur: declaratur autem potissimum in periculis adeundis, arduis rebus obeundis. Huic ad dexteram est audacia, pertinacia, immanitas, arrogantia, crudelitas, confidentia, morositas, ira, sæuitia, ambitio: ad læuam, timiditas, ignauia, stupor, & id genus uitia. Exercetur autem magnanimitas partim in rebus bellicis, magis autem in negocijs urbanis, denique & priuata in uita: de quibus omnibus uarie disserit Cicero.

Intelligendum est autem, cum proposita sint genera quatuor; è quibus honestas, officiumq; manaret, splendidissimum uideri, quod animo magno, elatoq;, humanasq; res despiciente, factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est, siquid tale dici potest:

*Vos etenim iuuenes, * animos geritis muliebres,*
Illaq; uirgo uiri. et siquid est eiusmodi:
Salmaci da spolia sine sanguine, & sudore.

Contraq; in laudibus, quæ magno animo, & fortiter, excellenterq; gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris; hinc noster Cocles, hinc Decij, hinc Cn. & P. Scipiones, hinc Marcus Marcellus, innumerabilesq; alij; maximeq; ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quòd statuas quoque uidemus ornatu ferè militari.

TETVL. Humanasq; res despiciente.} Despicere est negligere, nō metuere. metuimus mala, inquit Aristoteles, sed non omnia: imo sola mala res enim humanæ mala nō sunt, ut mors, paupertas, morbi, inimicitiæ. Imo ne infamia quidem homini Christiano pertimescenda: quæ si pro nomine Christi suscipitur, solida gloria censenda, teste Apostolo, erit. ❡ Vos etenim iuuenes.} Sunt qui putant Ennianos uersus esse. Ego statuæ ipsius equestri insculptos fuisse suspicor. Huiusq; opinationis causam præbet Seneca in libro de Consolatione, cuius hæc uerba sunt: Equestri insidens statuæ in sacra uia celeberrimo loco Chœlia, exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus. Statuæ meminit Plinius libro trigesimo quarto capite sexto. Historiam scribunt Liuius libro secundo Vrbis conditæ, Dionysius lib. quinto Antiquitatum, Plutarchus in Publicola, & capite decimoquarto de Claris mulierib. item Boccatius capite quinquagesimo de Claris mulieribus, Eutropius libro primo Valerius libro tertio cap 2. Plin. decimotertio de Viris illustribus Flor. libro primo capite decimo, Sabellicus scriptores discordantes conciliat Enneadis secundæ libro septimo, Meminerunt ex poetis Vergilius in octauo, Sillius libro decimo. ❡ Salmacida spolia.} Suspicor prouerbialem loquendi formulā antiquis fuisse, ex Hermaphrodyti fabula natam, quæ extat apud Ouidium libro quarto, Boccatius libro tertio capite uigesimo primo. Et quòd adijcitur, sine sanguine & sudore, ἀναιμωτὶ, καὶ ἀνιδρωτὶ. simile prouerbio. apud Eras. ἀκονιτὶ, citra puluerem: de palestrico puluere, quo se pugnaturi spargebant. unde prouerb. Citra puluerem. & Bud. in L. athleta. ff. de ijs qui notantur infamia. Similes ferè, citra tamen ignominiam, sunt illæ: ἀναίμακτον ἀνέστησαι τρόπαιον, ἄδακρυς πόλεμος Archidami filij Agesilai contra Arcadas: & Aemylij Pauli de Persa, ἄδακρυς νίκη, & πόλεμος ἀσίδηρος. Fabio tamen Cunctatore duce Romanus sedendo uincebat. ❡ Contraq;.} A loco cōtrariorum: Si ignauia summam ignominiam meriat, ergo bellicæ uirtuti maxima gloria debetur. ❡ Pleniore ore.} Ciceronis compositioni magis conuenit, pleno ore. ❡ Hinc rhetorum campus.} Campi rhetorum sunt, syluæ poetarum. Exercuerunt enim olim iuuenes apud Rhetores in genere encomiastico maxime. ❡ De Marathone.} Non tam propter Marathonium taurum à Theseo ibi confectum, de quo Plutarchus in Theseo, Strabo libro nono, Pausanias in Atticis, Ouidius libro octauo, quàm propter insignem Miltiadis contra Persas in Marathonis ciuitatis Atticæ campo uictoriam:

Ex Ennio uerba imperatoris, exemplo Chloeliæ multorum ignauiam increpantis.

In hoc carmine mollitiei exprobratio, quoniam Salmacis fōs potu effœminare dicitur.

* animū geritis muliebrem.

riam: in qua Herod. libro octauo ex Persis sex milia trecenta, ex Atheniensibus centum tantum modo & nonagintaduos cecidisse scribit. Iustin. libro secundo uero memorat, Athenienses decem milibus ciuium, & mille Plateensibus auxiliarijs aduersus sexcenta milia hostium in campos Marathonios egressos fuisse. Quod quidem Miltiadis trophæum Themistocli æmulationis ardore concitato, somnium adimebat: authoribus Valerio libro octauo capite decimo quinto Plutarch. in Themi. & Apophthegmatibus Græcorũ. Eusebius in Chronicis hanc uictoriam Olympus. L X X I I factam fuisse scribit. Gell. ab Vrb. cond. CCLX. aut nõ multo amplius quæ tempora non male conueniunt. sexto die mensis βοηδρομιῶνος, qui nobis Augustus est: Plutarch. in Camillo. Scribunt historiam præter citatos, Oros. libro secundo capite octauo. Otto Phrysing. lib. 2. cap. 16. Sabellicus Ennead. lib. 1. Meminit præterea huius Thucidides lib. 2. Plutarch. uero in Camillo, Aristide, & Flaminio, & de Sero à numine uindicatis. Plato in Gorgia, Valerius de Ingratis, tam huius, quàm sequentium aliquot meminerunt. ⁋ Salamine. } Insula obiecta Atticæ continenti, suburbana ferè; Solino: ut Cos, Ceos, Sunium olim Atheniensibus, Lacedæmoniorum sententia, eo quòd inde Aiace Telamonio duce cum Atheniẽsibus ad Ilium profecti sint. Eam ante Solon uelut hostilem arcem ex propinquo saluti Atheniensiũ imminentem recuperauerat. In sinu Salaminico Themistocles Atheniensium dux, totius tum Græciæ imperator, rem feliciter contra Xerxen, quem fraude in prelium nauale illexerat, gessit. ob quam uictoriam Salaminenses gratulaturi simulachra posuerunt, teste Isocrate. Gell. quatuor annis ante Coriolani uexationem hæc gesta scribit. Historiam referunt Plutarch. in Themistocle, Herod. lib. 8. Iustinus lib. 2. Oros. lib. 2 cap. 9. Meminit Isocr. tum alibi, tum in Panegyrico & Panathenaico. Plato & Valer. locis supra citatis. De hoc plura inferius libro tertio Boccatius de Claris mulieribus cap. 55. de Arthemisia. ⁋ Plateis. } Plateæ, arũ, uel ut Poeta singulariter protulit πλάταια, Bœotiæ urbs, à latitudine dicta, uel quòd latis usi sint remis, uel quòd procul à lacubus sita sit à Thebis. L X X. stadijs ad fluuium Asotum, ea uia quæ Athenas ducit. Hinc celeberrima Pausaniæ, totius Græciæ ducis de Mardonio Persa uictoria, quam ibi Aristidis auxilio uicit, cognomen acquisiuit. Ibidem Iouis Liberatoris templum est, & gymnicum certamen in cæsorum honorem cõstitutum, & trophæa pro uniuersa Græcia contra uim Asiæ posita. Historiam scribunt Herod. lib. 9. Plutarchus in Aristide, Oros. lib. 2. cap. 11. Iustin. lib. 2. Meminerunt Thucydides libro secundo Plutarchus in Cimone, & Isocrates in Plataico: qua oratione post aliquot annos ab Atheniensibus contra Thebanos Platæensibus auxilia petit. ⁋ Thermopylis. } Thermopylæ, angustus (quà Oetæ montis cacumen attollitur) uiatoribus ex Thessalia & à littore Locros petentibus transitus est, ad quem murus erat à Phocensibus Thessalorum metu ædificatus, & in eo πυλαὶ, id est portæ (Clausen) transitum præbebant, & quia iuxta in ipsis faucibus θερμαὶ essent, uel ut Herodotus habet, θερμαὶ λουτραὶ, Thermopylæ locus est appellatus. Thermæ sacræ erant Herculi, cui ara supra extructa locum religione complebat. ex Strabone, Herodoto & Liuio. Vbi Leonides Lacedæmoniorum rex contra Xerxen innumero exercitu instructum, deficientibus socijs parua ciuium manu, deuotione facta, fortissime occubuit. Historiam scribunt Herod. lib. 8. Iustinus libro secundo Oros. lib. 2. cap. 9. Sabellicus Ennead. 3. lib. 1. Meminerunt Valerius libro tertio capite de Fortitudine, Seneca lib. epist. 10. in fine. Gell. lib 3. cap. 7. Liuius libro sexto Decad. 4. Plutar. in Pelopida, item Parallelo septimo, item in Apophthegmatis Laconicis. Isocrates in Panegyrico, & Panathenaico. ⁋ Leuctris. } Oracula, uocesq; deorum Lacedæmonios sæpe monuerant, ut sibi à Leuctrica ira cauerent. Sed (quemadmodum oracula animos ambiguos tenent) de loco cauendo nemini certo constabat, cum apud Megalem Arcadiæ ciuitatem eo nomine locus esset, & in Laconia iuxta mare oppidum: ubi Epaminondas Thebanorum dux Lacedæmonios Græciæ imperio, quod semper affectauerant, ita exuit, ut spem una amiserint. Refertur historia à Iustino libro sexto, Oros. lib. 3. cap. 1. Ottone Phyrsing. lib. 2. cap. 24. Sabellico Ennead. 4 libro secundo. Meminerunt Valer. Max. lib. 3. cap. de Fortit. Cicer. de Finibus libro secundo. Item Episto. 12. lib. 5. Isocrates in Panegyrico & Philippico, Polybius lib. 2. Plutarc. in Coriolano, Agesilao, Pelopida & Artaxerxe. item in Apophtheg. Laconicis & Græcis. item in Eroticis. Diodorus Siculus de gestis Philippi. Gell. lib. 17. ca. 21. Xenophon sub finem septimo ἑλληνικῶν attingit, neq; enim is ad finem historiam perduxit ⁋ Cocles. } Inductione ostendit, fortitudinem omnium uirtutum maxime gloriosam esse. & enumeratis exẽplis externis, ad domestica pergit, ex quibus innumeris paucula insigniora recenset. Coclitis historia notior est, quàm quæ longa narratione egeat. Sed quia semel suscepimus Camertis in annotando rationem sequi, non grauabor scriptorum loca, quantum nobis constat, indicare. Scribunt historiam ex professo, Liuius libro secundo ab Vrbe condita, Dionysius Halic. libro sexto, Flor. libro primo capite decimo, Plutarchus in Publicola, Plinius de Viris illustribus capite undecimo, Eutrop. libro primo capite undecimo, Sabellicus libro septimo Ennead. secundo. Mentionem huius in scriptis suis fecerunt honorificam Valerius libro tertio capite de Fortitud. Cicero Parad. 2. Plutarch. Paralello. 16. Seneca lib. Epist. 21 ep. 1. Vergi. in octauo, Silius libro decimo, August. de Ciuit. lib. 2. cap. 8. Plinius lib. 36. cap. 15 Gell. libro quarto capite quinto. ⁋ Decij. } De his in Catone annotatum est. ⁋ Cn. & P. Scipiones. } Duo illa fulmina belli: &, Belligeri (ut Silius uocat) Mauortia pectora fratres. quorum Pub. Maioris Africani pater fuit: Cn. uero Scipionis Nasicæ, uiri totius senatus censura optimi, bello Punico secundo in Hispaniam missi. in quo Publium uulneratum, filius prætextatus protexit. Cuius mentionem fecit Seneca de Beneficijs tertio cap. 32. Valerius de pietate filiorum erga parentes. Cneus re feliciter gesta, Magonem cepit. Liuius libro Decad. tertiæ. 1. Asdrubalem uicerunt, & Hispaniam suam fecerunt, libro eiusdem Decad. 3. Post res per octo annos feliciter gestas, prope cum totis exercitibus cæsi, tristem exitum tulerunt libro quinto. Historiam præterea scribunt Appianus in Libyco, Flor. lib 2. cap. 6. Oros. lib 4 cap 17. Eutrop. lib. 3. cap. 5. Sabellicus Ennead. 5. libris aliquot ordine. Otto Phrysing. libro secundo Scipionum in Hispaniam missorum meminit Polybius libro tertio interfectorum Silius lib. 13 & 15. Interiere anno eodem, quo Syracusæ à Marcello captæ sunt. hoc est, D X L I I. ab Vrbe condita. de quo etiam in Catone Maiore diximus. ⁋ Marcellus. } M. Claud. Marcellus anno D X X X I X. prætor, ad Nolam aduersus Annibalem prospere pugnauit. Anno sequẽti Cos. in Sicilia, quæ prope tota ad Pœnos defecerat, Syracusas obsedit. Anno D X L I I. ingentem se uirum gerens, expugnat Liuius Decade tertia, lib. 3. 4. 5 Res à Marcello gestas lege, præterea apud Plutarchum in eius uita, apud Sabellicum libro. 3. Enneadis. 5. apud Florum lib. 2. cap. 6. Pliniũ de Viris illustribus cap. 45. Siliũ lib. 12. apud Valerium lib. 1 cap. 1. lib. 2. cap. 3. lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 1. lib. 8. cap. 7. de Archimede, item apud Plinium lib. 7. cap. 25.

¶ *Ornatu militari.* } Raro togato, qui antiquitus, teste Plinio, dicabantur. Argumentum à signis, fortitudinem reliquis officijs illustrius esse, splendidiusq́;. Et Plinius, qui libro tregesimo quarto de statuis scribit, innuit Romanas statuas ferè militares thoracas habuisse, Cæsaremq́; loricatam sibi dicari in foro suo passum esse. Romuli pedestris spolia ferens, & coronata apud Plutarchum legitur. Legimus item Scipionis chlamyde fuisse indutam, & crepundijs. Scipio, ut Cice. Verrina. 4. commemorat statuarum finem, non luxuriem, sed ornatum phanorum atque oppidorum. quod ego de statuis, diuis in Capitolio positis, ut Herculis, Iani, Fortunæ, Victoriæ, Nemeseως intelligo. Claris autem uiris, ut in Philipp octaua Cicero refert, qui pro Repub. obierunt, ut pro breui uita diuturnam memoriam redderent, & ut uita mortuorum in uiuorum memoria esset posita. Sed quàm caduca illa gloria sit, docet Plutarch. in Polit. ostendens clarorum uirorum statuas ipsis uiuis subuersas, & ignominia affectas fuisse.

AMERB. INtelligendum est. } Nunc ingreditur Cicero disputationem de fortitudine, quæ est tertia pars honestatis, & sic definitur ab Aristotele in tertio libro Ethicorum: Quòd sit medium circa timorem & audaciam: sed ipse utitur plurali numero, περὶ φόβους καὶ θάῤῥη dicens, id est, circa timores & audacias, facitq́; utrinsque duo extrema, quæ uocat excessum, & defectum. Nihil autem aliud uult in tota illa parte suæ disputationis, quàm quòd fortitudo sit timere, ubi sit timendū, & non timere, ubi non sit timendum: item confidere, seu bene sperare, ubi sit confidendum, & bene sperandum. Et contra faciendum, ubi recta ratio id postulet: atque id in omnibus uirtutibus est seruandum, & tota res ad definitionem uirtutis referenda, quæ est in secundo libro Ethicorum, his uerbis: ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε. De hac uirtute multa à Platone sunt tractata, cum in alijs locis, tum in Dialogo de fortitudine, cuius titulus est Laches, & in III I. libro de Repub. Declarat autem primum Cicero communi hominum iudicio, maxime Poetarum, & Rhetorum, tum uitij contrarij dedecus, ac uituperationem, tum ipsius uirtutis dignitatem, ac laudes.

MELAN. SAlmacida spolia. } Metaphora à Salmaci fonte, de quo Ouid. Metamorph. quarto. Reliquas historias require ex Iustino. ¶ *Leuctris.* } Sabellicus legit Leuctris Stratoq́;. Nam Stratos urbs est, de cuius gestis rebus Thucydides libro secundo scribit. Stratocles uero dux Atheniensis ad Cheroniam, de quo Aeschynes κατὰ κτησιφῶντος. Cætera nomina sunt locorum insignium, non ducum.

A

Fortitudinem si ab honestate recedat, nomen suum amittere.

SEd ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus; si iustitia uacat, pugnatq́; non pro salute communi, sed pro suis commodis: in uitio est. Non enim modo id uirtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. Itaque probe definitur à Stoicis fortitudo, cum eam uirtutem esse dicunt propugnantem pro æquitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est; insidijs, & malitia laudem est adeptus. Nihil enim honestum esse potest, quod iustitia uacat. Præclarum igitur Platonis illud: Non solum, inquit, scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda: uerum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur; audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis. Itaque uiros fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, ueritatis amicos, minimeq́; fallaces esse uolumus: quæ sunt ex media laude iustitiæ. Sed illud odiosum est, quòd in hac elatione, & magnitudine animi facilime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. Vt enim apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate uincendi: sic ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult princeps omnium esse, uel potius solus esse. Difficile autem est, cum præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maxime propria. Ex quo fit, ut neque disceptatione uinci se, nec ullo publico, ac legitimo iure patiantur. Existuntq́; in Republica plerunque largitores, & factiosi, ut opes quammaximas consequantur, & sint ui potius superiores, quàm iustitia pares. Sed quo difficilius, hoc præclarius. Nullum enim est tempus, quod iustitia uacare debeat. Fortes igitur, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. Vera autem, & sapiens animi magnitudo honestum illud, quod maxime natura sequitur; in factis positum, non in gloria iudicat: principemq́; se esse mauult, quàm uideri. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non est habendus. Facilime autem ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo, & gloriæ cupido. Qui locus est sanè lubricus, quòd uix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq́; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Prouerbio Socratis, Pulchra quæ difficilia.

Qui gloriæ spe pericula subit, ambitiosus, non fortis.

SEd ea animi elatio. } Dialecticorum regulæ non habent, ut remota una specierum, remoueatur & altera. sed quæ sub uirtutis ambitu cōtinentur, tanta necessitudine inter se coniunctæ sunt, ut nec fortitudo sine iustitia fortis sit, sed temeraria. Quare Nicias in Platonis Lachete ἀνδρεῖα τὰ φρόνιμα uocat, nō τὰ θαρσέα. Nec BETVL.

fortitudinem

fortitudinem inepte depingunt, sic describentes, ut sit mediocritas timiditatis & temeritatis: quarum altera separatur à modo, altera præstat in transcendentiæ affectu. Nec iustitia sine prudentia iusta est, sed ἀκριβοδίκαιον, & quæcunque se à reliquarum consortio subtrahunt, modi terminum, quem ultro citroq; rectum consistere nequit, transiliunt, & fiunt extrema, quæ Græci tum ἄκρα, tum παρεκβάσεις uocitant. quæ cum recta nunquam sint, in uitio sunt semper, laudem haud unquam merentur. & ob id etiam raro nomen inueniunt. μεσότης ergo, id quod nomen ipsum postulat, in medio ponatur, quam ἀρετὴν στοχαστικὴν uocant: quòd ad eam ceu ad scopum in medio fixum consilia nostra, nostrasq; actiones dirigere, quasiq; collimare conueniat. à quo si uberrasti, cõmisisti coniectando errorem. Quòd si, quàm par erat, consiliorum arcum tetendisti uehementius, τὰς ὑπερβολὰς, (sic enim cuiusque uirtutis excessum uocant) tetigisti: sin remissius, aut auersæ, quasi errabis in ἐλλείψει, quam defectum interpretantur. Atque hunc docendi modum non modo Plato & Aristoteles, & cum his Cicero & alij philosophi secuti sunt, sed poetæ quoque adumbrarunt doctissime. Legitimæ educationis extrema Terentius effinxit, cum Demea durior æquo pater, filium alterum seueritate nimia perdit: Mitio supra modum mitis, remissione & indulgentia alterum eneruat, & eius mores prorsus dissoluit. Memini me supra quodam loco huius rei, quòd ad institutionem attinet, hypotyposin ponere.

ΑΚΡΑ, Extrema

ὑπερβολαὶ, Excessus.		ἐλλείψεις, Defectus.
	μεσότης,	
πανουργία, Calliditas.	φρόνησις, Prudentia.	ἀφροσύνη, Imprudentia.
ἀκριβοδίκαιον, Summum ius.	δικαιοσύνη, Iustitia.	ἀδικία, Iniuria.
θρασύτης, Audacia.	ἀνδρία, Fortitudo.	ἀνανδρία δειλότης, Ignauia.
	σωφροσύνη, Temperantia.	ἀκολασία, Intemperantia.

Et quia superius benignitatis locus expositus diligenter satis est, operæpretium me facere puto, si tam ipsius quàm eius affinium extrema eadem opera ponam.

Excessus.	Medium.	Defectus.
ἀσωτία, Prodigalitas.	ἐλευθεριότης, Liberalitas.	ἀνελευθερία. Sordes.
ὑπερβολὰς ἑτέro nomina inuenire, superius dis quo loco indicauimus.	ἐνεργεσία Beneficentia,	
	μεγαλοπρέπεια, Magnificentia.	μικροπρέπεια Inofficiositas.
	κοσμία δαπάνης,	
Elegantia.	Splendor.	
Conuessabilitas.	Conuenientia.	Inconuenientia.

Atque sic Hesiodo, dimidium plus toto, Hinc uirtus in medio consistere uulgo dicitur. Ob hoc medium tenuere beati: & Apollo Phaetonti, Medio, inquit, tutissimus ibis. ⸢Non enim.⸣ A contrariorum remotione. ⸢Propugnantem pro æquitate.⸣ Vitiosa fortasis isthæc definitio uideri queat, si non diligenter expendatur: sed quia ὁριζόμενον recte ad ὁρισμὸν applicari potest, possunt hæc eadem uice conuerti, nec sunt fines angustiores quàm rei natura se extendat, recte defendi potest. Nec obstat illa Socratica, quæ τὴν ἀνδρίαν definit ἐπιστήμην δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων. Pugnat enim etiam is pro æquitate, qui contra animi affectiones pugnat. Et certe, si rem theologica ratione examinaueris, inuenies bellum illud intestinum, quod turbulentiores affectus contra spiritus imperium gerunt, longe periculosissimum esse. Et cum Crispus ille Romanorum historicus æquum fateatur, ut corporis obsequio, animi uero imperio magis utamur: recte sibi cauet, qui id declinat quod ratio declinare iubet. Hoc enim cautio à metu differt, quod hic rationi aduersus est, & illa in solo sapiente intelligitur. Quid? quod & stratagemata laudem merentur, & Fabij cunctatio non recte à multis reprehensa fuit. ⸢Pro æquitate.⸣ Hinc Agesilaus dicebat, fortitudine opus non esse, si omnes essemus iusti. ⸢Scientia quæ est remota.⸣ Amerbachius hoc annotauit ex epitaphio. Ipse porrò Plato in Lachete quoque ex sententia Socratis, ἐπιστήμην in definitione fortitudini genus tribuit. qua authoritate Aristote. nixus lib. Moralium. 5. cap. 9 censet τὴν ἀνδρείαν ἐμπειρίαν εἶναι τὴν περὶ ἕκαστα, ut in re militari militum, ita proportione in singulis alijs singulorum. Quare ἡ πανουργία (id quod uox indicat) recte fortitudini per excessum opponitur. Paulus ad Corinth. τὴν πανουργίαν τῇ σοφίᾳ obijcit. atque hoc nomine sapientiam mundi intelligit, quæ uersicolor ipsa cum sit, & ut Aristo. definit, δεινότης οὐκ ἐπαινετὴ, ob simplicitatem candidam rerum diuinarum cognitionem & pietatis scientiam, hoc est, solidam sapientiam, aspernatur ac fastidit. Facit fortasis & hoc pro defensione Socratis, quod Laertius ex Platonis sententia fortitudinis tres fecit species; πρακτικὴν, ποιητικὴν, θεωρητικὴν. licet Socrates ipse in Politico duas tantum faciat, πρακτικὴν unam, alteram γνωστικὴν μόνον. ⸢Simplicis ueritatis.⸣ Alia ratio, cur calliditas à Platone fortitudini diserte obiecta sit: à loco contrariorum. Si bonus omnis simplex est, & nemo fortis est nisi bonus, relinquitur fortissimum quenq; maxime simplicem esse. Ergo qui callidus est, quia bonus non est, fortis esse non potest. Pugnant enim hæc duo prorsus ex diametro. Cæterum simplicem ueritatis orationem esse, prouerbium docet. ⸢Morem Lacedæmon.) Amerbachius locum ex Lachete annotauit. Sed idem Plato in Alcibiade secundo, religionis simplicitati Spartanorum uictorias tribuit: Ammonium sacerdotem Atheniensium legato responsitasse, Lacedæmoniorum supplicationes Ioui magis placere, quàm reliquorum Græcorum tauros auratis cornibus sacrificatos. Sed Isocrates in Panathenaico, Lacedæmonios cum Atheniensibus conferens, penes illos imperium uix decennium fuisse, cum hi LXV. continuos imperitarint, nec illos alia ratione imperio quàm iniqua dominatione excidisse: atque dum maris imperium affectarint, terræ dominatum eos amisisse, testatur idem Isocrates in Philippico. Nec defuerunt qui dicerent, scire Lacedæmonios parere, imperare minime. ⸢Seruare æquitatem, quæ fort. prop.⸣ Aequalitatem ego malim. Interim nõ nego iustitiam sine epieicéia nullam esse. Certe Plato τὴν φιλοτιμίαν cædis causam facit, de Legib. 9. ⸢Disceptatione.⸣ Manifesta inter disceptationem & legitimas contentiones differentia. disce-

ptationes arbitri diriment, legitima uero controuersiæ, de quibus prætor pronunciat. Hinc disceptatores sæpe ijdem qui arbitri, qui non scriptum, sed æquitatem in ferendis sententijs sequuntur. ⁋ Existunt. } Perstingit rursus Cæsarē. ⁋ Sed quo difficilius. } δύσκολα γὰρ τὰ καλά. ⁋ Fortes igitur. } Hoc agit, ut ostendat uirtutes insolubili uinculo colligatas esse. ⁋ Principemq; se esse. } Tum enim recte uixeris, si studes esse quod audis. ⁋ Etenim qui ex errore. } Nunquam enim tam bene (inquit Seneca) cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi, turba est. quæramus quid optime factum sit, non quid usitatissimum: & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat, non quid uulgo ueritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autem, tam chlamydatos quàm coronatos uoco, &c.

AMER. Sed ea animi elatio. } Propius nunc ad descriptionem, seu definitionem uirtutis accedit: nō enim tantum in magnitudine animi, id est, in contemptu quodam periculorum uersari hanc uirtutem docet, uerum etiam in despicientia rerum aliarum externarum, ut est honor, gloria, utilitas, & alia eiusdem generis: nec posse fortitudinem sine iustitia consistere, sed uelut propugnatricem eius esse, ac omnino propter factum ipsum fortiter faciendum esse, non propter gloriam, aut aliud commodum. Quæ sanè est natura omnium uirtutum, ut se ipsæ contentæ sint, non habeant opus aliqua alia re, ad quam perspicere & referre se debeant, id quod eleganter Poeta expressit, cum inquit:

Iudice te mercede caret per seq; petenda est
Externis uirtus inconitata bonis.

Vtitur autem Cicero ad hoc confirmandū autoritate Platonis, & multa simul dicit de uirtutis huius difficultate, ac uelut impedimentis quibusdam. Recitantur etiam obiter ambitionis mala, quod uitium dicit plerunq; nasci in magnis animis. Ita hic locus est plena quædam & perfecta fortitudinis definitio, quæ conuenit cum Platonis & Aristotelis definitionibus. Quod autem ad duo dicta Platonis, quæ hic citantur, attinet, existimo prius non esse ex uno loco sumptum, sed cōsutum ex duobus, aut etiam pluribus. Sic dicit Plato in Epitaphio: πᾶσα τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. Ad hæc uerba puto hic Ciceronem alludere, ac reliquam partem aliunde sumpsisse. Alter locus integre est in Lachete, his uerbis: οἱ σὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν, καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες πλεονεκτεῖν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. Loquitur autem ibi de Lacedæmonijs Plato.

ERAS. Quocirca nemo. } Quocirca pro quamobrem, siue idcirco. Id annotaui, quòd multi uitent hoc uerbū ceu parum Latinum. Vtitur hac uoce & inferius aliquanto. ⁋ In hac elatione, & magnitudine animi. } Elatio dixit etiam in bonam partem. ⁋ Existuntq; in Repub. } Existunt pro oriuntur, iam & ante dixit. ⁋ Largitores & factiosi. } Vt largitio in malum sonat. ita largitor, hoc sanè loco. Et tamen largitor inusitata uox est. ⁋ Quod maxime natura sequitur. } Sequi dicitur, qui expetit: assequi, qui obtinet. ⁋ Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet. } Pendet hinc, & pendet ex hac re. Horat. dixit, De te pendentis, etiam si nonnulli codices habent de errore. ⁋ Hic in magnis uiris non est habendus. } Pro, in numero magnorum, Græco more, nequis hoc reprehendat alibi lectum.

ELAN. Sed ea. } Fortitudo iustitiæ propugnatrix est: ergo ubi à iustitia remoueris, furor est, non uirtus. ⁋ Sed illud odiosum. } Cognatum fortitudini uitium ambitio. ⁋ Difficile autem, &c. } Prouerb. χαλεπὰ τὰ καλά.

Vera magnanimitas duabus in rebus potissimum sita, in contemnendis tum prosperis, tum aduersis, & in arduis rebus gerendis.

Omnino fortis animus, & magnus, duabus rebus maxime cernitur: quarū una in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit nihil hominē, nisi quod honestum, decorumq; sit, aut admirari, aut optare, aut expetere; nulliq; neque homini, neq; perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, ut cum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem, et maxime utiles, sed uehementer arduas, plenasq; laborum, & periculorum cum uitæ, tum * aliarum rerum quæ ad uitam pertinent. Harum rerum duarum splendor omnis, & amplitudo est, àddo etiā utilitatē, in posteriore: causa autem, & ratio efficiens magnos uiros, est in priore. In eo enim est illud, quod excellentes animos, & humana contemnentes facit. Id autē ipsum cernitur in duobus: si & solum id, quod honestum sit, bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber sis. Nam & ea, quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili, firmaq; contemnere; fortis animi, magniq; ducendū est: & ea, quæ uidentur acerba, quæ multa, & varia in hominum vita, fortunaq; uersantur; ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis: hoc robusti animi est, magnæq; constantiæ. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; nec qui inuictum se à labore præstiterit, * uinci à uoluptate. Quamobrem & hæc vitanda sunt, & pecuniæ fugienda cupiditas. nihil enim est tam angusti animi, tamq; parui, quàm amare * diuitias: nihil honestius, magnificētiusq; quàm pecuniā contēnere, si nō habeas, si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemq; conferre. Cauenda est etiam gloriæ cupiditas, ut supra dixi: eripit enim libertatem; pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam ægritudine, & uoluptate animi, & iracundia; ut tranquillitas adsit, & securitas, quæ afferat tum constantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem & sunt, & fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetētes, à negotijs publi-

* multarū

Turpius à uoluptate uinci, quàm à dolore.

Humilis animi mirari diuitias.

cis se

cis se remouerunt, ad otiumq; perfugerunt. In his & nobilissimi philosophi, longeq; principes, & quidam homines seueri, & graues, nec principum mores ferre potuerunt, uixeruntq; nonnulli in agris, delectati re sua familiari. His idem propositum fuit, quod & regibus; ut ne qua re egerent, necui parerent, libertate uterentur: cuius proprium est sic uiuere, ut uelis. Quare, cum hoc commune sit potentiæ cupidorũ cum ijs, quos dixi otiosis; alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant; alteri, si contenti sint & suo, & paruo. In quo quidem neutrorum omnino contemnenda est sententia. Sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis, aut molesta uita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem, amplitudinemq; aptior eorum, qui se ad Rempub. & ad res magnas gerendas accommodauerunt. Quapropter & ijs forsitan concedendum sit Rempu. non capessentibus, qui eccellenti ingenio, otio, doctrinæq; sese dediderunt; & ijs, qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti, à Repu. recesserunt: cum eius administrandæ potestatem alijs, laudemq; cõcederent. Quibus autem talis nulla sit causa, si despicere se dicant ea, quæ plerique admirentur imperia, & magistratus, ijs non modo non laudi, uerum etiam uitio dandum puto. Quorum iudicium in eo, quòd gloriam contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu est non probare: sed uidentur tum labores, & molestias, tum offensionum, & repulsarũ quasi quandã ignominiam timere, & infamiam. Sunt enim qui in rebus contrarijs parum sibi constent; uoluptatem seuerissime contemnant, in dolore sint molliores; gloriam negligant, frangãtur infamia, atq; ea quidem nõ satis constanter. Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus sunt, & gerenda Respub. est: nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo potest. capessentibus autem Rempu. nihil minus, quàm philosophis, haud scio an magis etiam, & magnificẽtia, & despicientia adhibẽda sit rerum humanarum, quam sæpe dico, & tranquillitas animi, atque securitas: siquidem nec anxij futuri sunt, & cum grauitate, constantiaq; uicturi. Quæ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patent multa in eorũ uita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent; & quia si quid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non possunt. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur, * maiorq; cura efficiendi, Rempu. gerentibus, quàm quietis: quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & uacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem * qui accedit, caueat, ne id modo consideret, quàm illa res honesta sit: sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotijs prius, quàm agrediare, adhibẽda est præparatio diligens.*

* est

* maioraq; efficiendi,

Maiora uil[...] bus aggredi [...] meritacio illa[...] quæ possis, in[...] his tibi diffi[...] dere, ignauiæ[...]

BETVL.

OMnino.} Diuisio isthæc ex ea definitione nascitur, quæ in rhetoricis extat. quæ causas fortitudinis enumerat. Atq; hinc roborantur superius dicta, nempe quod fortitudo absq; honesto esse non potest.

Fortitudinis causæ ueræ	Finalis, honestum. Materialis, res magnæ. Formalis, pulchrum. Efficiens, magnitudo animi.	Effectus, splendor, amplitudo, & gloria.

Non est autem consentaneum.} Male colligitur, Remota specie una, remouetur & altera. Sunt enim cupido (quam alibi libidinem appellat) & metus, animi motus opinione differentes. Nam sicut metus, quæ putat futura mala, expauescit: ita cupido quæ putat futura bona, exoptat. Vtrunq; cum ratione pugnat, ut in Tusculanis quæstionibus secundum Pythagoræ Platonisq; dogma explicat. quod ut puerili animo facilius insculpatur, deductione apodicticа demonstrabo.

Animæ partes duæ,
- Rationis particeps. In hac est trãquillitas animi, hoc est placida & tranquilla constantia. De qua paulo inferius.
- Rationis expers, in hac motus turbidi, & rationi inimici, πάθος, auersa à recta ratione cõtra naturã animi commotio. nascuntur ex duobus opinatis
  - Bonis: Libido rerum futurarum. Lætitia rerum præsentium.
  - Malis: Metus rerum futurarum. Aegritudo rerum præsentium.

Nec qui inuictũ se à labore.} Id est ægritudine. nisi quòd labor ad corpus quoque refertur. Et habet labor ita se ad uoluptatem, ut metus ad cupidinem habuit. Vtrunque, ut uidimus, præsentium rerum: alterum opinione boni, alterum mali. Vtrusque genus: est τὸ πάθος. Non ergo contraria sunt, sed (ut Socrates in Phædone inquit) ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ᾽ ὄντε. Hoc est, ueluti ex uno uertice connexum utrunque est. ut si unum adsit, necessario alterum sequatur. ¶ Quamobrem.} Sed hic locus cõtrariorum est: quia fortitudo uirtus est: cupiditates uero uitia: cupidus

est, ergo non fortis. Huius per distributionem cupiditatumq; enumerationem causas reddit. ¶ Nihil tam angusti animi.} Magno animo opponitur, qui res fluxas ac caducas nihil facit. ¶ Magnificentiusq;.} Ergo nemo fortis, nisi idem sit iustus. Est enim magnificentia & liberalitas pars iustitiæ, ut supra. ¶ Cauenda est etiam gloriæ cupiditas.} Quam tum maxime amittis, cum maxime affectas. Liuius: Nonnunquam contemptus honor loco est maximi honoris. ¶ Eripit enim libertatem.} Vt ea quæ maxime popularis est. ut pro Murena Cice. ¶ Nec uero imperia.} Id quod lex de ambitu non prohibuit, imo ne petere quidem: sed munerum corruptela per eam est sublata. Neq; hoc agit Cicero, sed si quis parum idoneus sit, aut eum priuatum agere, magis ex Repub. sit. ¶ Aut deponenda nonnunquam.} Vt Tarquinius Collatinus, Bruti primi Cos. collega, quo ciuitatē metu exoneraret, non modo consulatu se abdicauit, sed etiam suis omnibus Lauinium translatis, ciuitate cessit. ¶ Vt tranquillitas adsit.} Superius in distributione partium animæ, uidimus tranquillitatem esse in ea parte animæ quæ rationi placide obtemperat. Ergo fortitudo nihil cōtra rationis dictamen delinquit. Hinc etiam est quod τὰς ἀρετὰς definiunt ἀπαθείας καὶ ἠρεμίας, hoc est quietas & affectu carentes. Aristo. Ethic. 2. Seneca stabilem hanc animi sedem Græcis εὐθυμίαν uocari ait, quam ipse tranquillitatem uocat, ui rei, non uocis facie consideratá. Democritus hanc finē omniū facit, aliāq; longe esse quàm ἡδονήν. Hanc etiā εὐεστὼ appellat idē Democritus, à bona nimirū mentis constitutione. ¶ Constantiam.} ὑπομονὴν, uel etiam ἐπιμονὴν, hoc est perseuerantiam: id est in re cū ratione bene considerata stabilem permansionem. ¶ Dignitatem} Hoc est, ut ipse interpretatur, authoritatem honestam. Pro Murena docet duas artes esse, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, unā imperatoris, alteram oratoris boni. ab hoc enim pacis ornamenta retineri, ab illo belli pericula repelli. per oratorem uirum consilijs domesticis ualentem intelligit. de utraq; inferius plura. Non est quod quisquam de dignitatum gradibus curiosius quærat: de quibus legere si cupis, lege Alciatum lib 3. Dispunct. cap. 4 ¶ In his.} Exemplum si quæras, sufficiat unus Pomponius Atticus ¶ Cuius propriū est uiuere ut uelis.} Hinc in definitionibus Platonicis definitur ἡ ἐλευθερία ἡγεμονία βίου αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί, ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ &c. ¶ Si opes magnas habeant.} Hinc libertas ibidem definitur ἀφειδία ἐν χρήσει, καὶ ἐν κτήσει οὐσίας. eo quod qui opes possidet, se ipsarum præsidio nihil non posse credit. Sed quàm falsum hoc sit, non est huius instituti conuellere. ¶ Quibus autem tales.} Plato de Legib. 1. docet, bonos ad magistratum suscipiēdum aut præmijs inuitandos esse, aut pœna cogendos. Mulctam non capessentibus Rempub. constituit eam: si nolent Remp. saluam, ut subeant. Cæterum turpe esse, nec ambitus nota uacare, si quis sese ipsum in functionem publicam ingerat. Cum Platone facit Aristot. Polit. 2. ubi de Lacedæmoniorū Repub. scribit. ¶ Quasi quandā ignominiam.} Cum ignominiæ nō tam sint, quàm solidæ gloriæ materies. Neq; enim Camillus periclitāti patriæ tam præsenti auxilio esse poterat, ni prius inuidia in exiliū fuisset actus. ¶ Parum sibi cōstent.} Medij uidelicet terminos transilientes. Stulti enim uitia dum uitant, in contraria currunt. ¶ Adiumenta.} Vt sunt prudentia, eloquentia, dexteritas, cōstantia & adeo tandē animus excelsus. ¶ Quæ eo faciliora sunt.} Quare Pla. lib. 5. de Rep. eā demū felicē ciuitatis administrationē censet, si aut philosophi imperitēt, principes philosophētur. ὑγιείως τε καὶ ἱκανῶς. Philosophū autem eū iudicat, nō qui hanc illam'ue partem gustarit, sed qui uniuersæ sapientiæ studeat. & in Phædone, soli philosopho ueram & prudentiam & fortitudinem, uerissima Reipub. administrandæ adminicula tribuit. ¶ Efficiendi facultatem.} Cice. Lentulo: Plato, inquit, iubet tantum in Repu. contendere, quantum tuis ciuibus probare possis. ¶ Priusquam aggrediare.} Præparatio est ad sequentia. Diu magnum, inquit Sallust. inter mortaleis certamen fuit, ui'ne corporis, an uirtute animi res magis militaris procederet. nā & priusquam incipias, consulto: & ubi consulueris, mature facto opus est. Ita utrunq; per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

OMnino fortis animus.} Post definitionē sequitur diuisio fortitudinis: facit enim duas species huius uirtutis Cicero: Altera priuata est, & tanquam fundamentum reliquæ omnis fortitudinis: Altera publica, & uelut perfectio huius uirtutis. Priorem etiā hic explicat, effectus eius & officia ostendit, nempe fortitudinē debere animos hominum ad hoc adducere, ut honestatem solam pro bono habeant, & nō turbentur ullis affectibus: id autem fieri, quando nec expetamus ea, quæ, cum non sint, putentur tamen à multis bona, ut sunt honores, pecunia, uoluptates: neque metuamus ea, sed feramus constanter, quæ iudicantur mala esse, ut est dolor, paupertas, exilium, & similia. Addit etiam in conclusione huius loci quædam singularia præcepta, quòd nō sit amanda pecunia, quis debeat esse usus eius, uitandam ambitionem, ac in uniuersum uacandū esse omnibus affectibus, atq; hoc ex Stoicorum doctrina sumptum est. Est etiam hoc sciendum, Ciceronem pleraq; hic tribuere fortitudini, quæ Aristoteles continentiæ, aut modestiæ tribuit. ¶ Multi autem sunt.} De altera parte etiam aliquid tractaturus Cicero, peropportune hanc quæstionem prius de gerenda Republica explicauit. Est autem nata ex præcedente præcepto, de fugienda gloriæ cupiditate, & retinenda animi tranquillitate, aut ex eo, quod generaliter dixerat, fortitudinis munus esse despicere ea quæ uideantur alijs præclara, inter quæ uel præcipuū est gloria. Quare per occupationē hæc adiecta sunt. Reprehenduntur autem ij, qui sine iusta causa abstinent à Reipub. cura & tractatione. Metuere enim & fugere istos pericula & molestias, quod est contra fortitudinem: Adeo in uitium, ut ait Horatius, uitij ducit fuga, si caret arte. Ex hac disputatione colligi debet, alias etiam res externas ita contemnendas esse, ut ne quid fiat tamen contra ullam uirtutem, & immodicum studium: ac usum talium rerum uituperari, non moderatum, aut mediocrem, quanquam sæpe est necessarius. Duo autem hominum genera facit, quibus liceat recedere à Rebuspublicis: excellenter idoneos ad Philosophiam, & ualetudinarios: reliquis, si apti sint, uersandum esse in Rebuspublicis omnibus modis tradit. Demum posterioris fortitudinis munus exponit per comparationem cum Philosophis, quòd magis uacare debeant animi perturbationibus, qui præsunt Rebuspublicis, quàm ulli Philosophi, cum non tam uarijs rebus oppugnentur animi Philosophorum, quàm administrantium Respublicas. AMERB.

NOn est autem consentaneum.} Pro eo quod est, non est probabile, siue pugnat, neque cohæret, &c. ERAS.

OMnino.} Partitur fortitudinem in domesticam, & politicam. Domestica priuatum animum armat aduersus fortunam: de qua dixit Horatius: MELAN.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam lætitia.

Politica tuetur societatem ciuilem hominum.

¶ Cauenda est, &c.} Inuictum animum aduersus gloriam gerere oportet

oportet. ⁋ Multi autem & sunt. } De ijs, qui se à Republica remouerunt, περὶ τοῦ λάθε βιώσας.

Longe fortius esse ciuilibus in rebus quàm bellicis antecellere, multis argumentis docet, nonnihilq; de se.

SEd cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quàm urbanas; minuenda est hæc opinio. Multi enim bella sæpe quæsierunt propter gloriæ cupiditatem: atque id in magnis animis, ingenijsq; plerunque contingit; eoq; magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si uolumus iudicare, multæ res extiterunt urbanæ maiores, clarioresq;, quàm bellicæ. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solonis, illustrius; citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit Areopagitas: non minus præclarum boc, quàm illud, iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati. Hoc consilio leges Atheniensium, hoc maiorum instituta seruantur. * Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit: At ab illo uerum est adiutum esse Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio Senatus eius, qui à Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania, Lysandroq; dicere: quorum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmonijs dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & disciplinæ conferendi sunt. Quin etiam ob has ipsas causas * & parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Mihi quidem neq; pueris nobis, M. Scaurus C. Mario, neque cum uersaremur in Republica Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur. Parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Aphricanus singularis & uir, & imperator, in excidenda Numantia Reipublicæ profuit, quàm eodem tempore P. Nasica priuatus, cum Tyberium Gracchum interemit: quanquàm hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit enim & bellicam, quoniam ui, manuq; confecta est; sed tamen id ipsum gestum est consilio urbano, sine exercitu. Illud autem optimum est, in quo inuadi solere ab improbis, & inuidis me audio:

Vide disputationem, in Calij Calcagnini

* Parentiores

Hic è inuidiosus ille uersiculus, quo Cicero gloriatus è se in toga Catilinariã coniurationem oppressisse.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Vt enim alios omittam, nobis Rempublicam gubernantibus, non'ne togæ arma cessere? Neque enim in Republica periculum fuit grauius unquam, nec maius odium. Ita consilijs, diligentiaq; nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. Quæ res igitur gesta est unquam in bello tanta? quis triumphus conferendus? Licet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certe uir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, ut diceret, frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in Rempu. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus: in quibus plus etiam, quàm in his, operæ, studijq; ponendum est. Omnino enim illud honestum, quod ex animo excelso, magnificoq; quærimus; animi efficitur, non corporis uiribus. Exercendum tamen corpus, & ita afficiendum est, ut obedire consilio, rationiq; possit in exequendis negotijs, & in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura, & cogitatione: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati Reipublicæ præsunt, quàm qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata: ut, M. Catonis bellum tertium Punicum, in quo etiam mortui ualuit authoritas. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Sed cauendum, ne id bellandi magis fuga, quàm utilitatis ratione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita uideatur. Fortis uero animi, & constantis est, non perturbari in rebus asperis; nec tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur; sed præsentis animi uti consilio, nec à ratione discedere: quanquam hoc animi, illud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione futura; & aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utranque partem; & quid agendum sit, cum quid euenerit; nec cõmittere aliquid, ut aliquando dicendum sit, * Non putaram. Hæc sunt opera magni animi & excelsi, & prudentia, consilioq; fidentis. Temere autem in acie uersari, & manu cum boste confligere; immane quiddam, & beluarum simile est: sed cum tempus, necessitasq; postulat; decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda.

Ter triũphauit Pompeius: de Afris & tertiũ de Hispanis: tertiũ de Mithridate.

Turpe, nõ putaram, Scipionis apophthegma.

SEd cum pleriq. } Cicero utitur hoc loco amphidexio, uelutiq; gladio delphico. Nam pro Murena contra Seruium Sulpitiũ, uirum iuris prudentia clarissimũ, contentione demonstratiua utria

usque dignitatem conferens, Muraenam hominem bellica gloria clarissimum illi merito in petitione consulatus prælatum, fortissime contendit, resq; bellicas ciuilibus clariores haberi rectissime demonstrat. Hic uero, ut alijs multis locis, Antonij collegæ arma suæ togæ posthabet. Hanc controuersiam Poeta expressit in undecimo, ubi Drances facundia, consilijs & studio pacis potior, Turnus contra armis & uirtute bellica splendidior, introducuntur. Et apud Ouidium Vlyssis & Aiacis super armis Achillis contentio hoc ipsum repræsentat. Et Phoenix apud Homerum Iliad. 1. se à Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum ait, ut illum efficeret μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. Et Philippus hunc Alexandro filio doctorem acciuit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & eloquendi. Et Pericles doctrina, consilio, eloquentia excellens, quadraginta annos præfuit Athenis, & urbanis eodem tempore & bellicis rebus. Macrobius libro de Somnio Scip. posteriore, cap. postremo, hoc negotium in hunc ferè modum tradit.

Virtutes, quibus cordati uiri beati facti sunt, interdum
- Diuiduntur in
  - Negotiosas. Atque in hoc genere ponitur Romulus, cuius uita uirtutesq; nunquam deseruit.
  - Otiosas, quo loco est Pythagoras, agendi nescius, solas doctrinæ uirtutes sequutus. Huic uacationem à Repu. paulo superius, non minus quàm Scipioni ualetudinario Cicero dedit.
- Miscentur. In quo genere apud Græcos est Lycurgus, & hic noster Solon: inter Romanos Numa, Catones ambo, & multi alij, qui & philosophiam hauserunt altius, & firmamentum Reipub. præstiterunt.

Hæc fortassis uideri queant rem propositam non recte attingere. Propius huc accedunt, quæ Plutarchus de Phocione scribit: qui cum animaduertit ciuitatis principes munera publica quasi sorte inter se partitos esse, ut alij ex rebus bellicis, alij in foro & curia gloriam quærerent, in his Eubulum, Aristophanem, Demosthenem, Lycurgum & Hyperidem esse: in illis Diopethen, Menestheum, Leosthenem & Charem: ipse uero in bellicis & urbanis iuxta excellere studuit, memor Periclis, Aristidis & Solonis, quorum quisque, ut est apud Archilochum,

ἀμφότερον θεράπων μὲν ἐνυαλίοιο θεοῖο,
καὶ μουσέων ἐρατῶν δῶρον ἐπιστάμενος.

Nec ignorauit, unam & eandem Palladem bellicam simul ac ciuilem & esse & appellari. Hactenus quid alij sentiant, Ego ita censeo, partem suo toto nec prius nec potius esse. Atqui Platoni in Protagora ἡ πολεμικὴ τέχνη τῆς πολιτικῆς μέρος ἐστί. Res ergo bellicæ ciuilibus merito posthabentur. Quod ipse in ciuili liquido testimonio affirmat. Cuius in Epist. 8. rationem reddit eam, satius esse ut animi uirtus uirtute corporis potior habeatur. Qui autem fiat quòd bellicæ ciuilibus clariores uulgo habeantur, docet Arist. in Problematib. sect. 27. Problemat. 5. uerba ascribam: διὰ τί μάλιστα τὴν ἀνδρείαν τιμῶσιν αἱ πόλεις, οὐ βελτίστην οὖσαν τῶν ἀρετῶν; ἢ ὅτι διατελοῦσιν ἢ πολεμοῦντες, ἢ πολεμούμενοι, αὕτη δὲ ἐν ἀμφοῖν. τιμῶσι δ᾽ οὐ τὰ βέλτιστα ἀλλὰ τὰ αὑτοῖς βέλτιστα. ⟦Quanius enim Themistocles.⟧ Res inter se collaturus, personas melius committit. Hinc enim splendidior fit multo. Et est sanè elegans contentionis demonstratiuæ ratio, quæ rem apprime præclaram pro dignitate sui celebramus, ut alteram quam cum ea conferimus multis gradibus ut aurum argento anteponamus. Primo loco utitur exemplo Atheniensium. ⟦Citeturq; Salamis.⟧ De hac superius. ⟦Areopagitas.⟧ iudices quadringentos, qui quid quisq; Atheniensium ageret, aut quo'nam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebant, ut homines honestatem, uitæ rationem memores reddendum esse, sequerentur. Valer. lib. 2. Et licet tam incorrupti de capitis causis pronunciare soliti sint, ut noctu atq; in tenebris, non interdiu ac luci causas cognouerint: hoc tamen impensius, ut Isocrates in Areopagitico docet, curabant, quo modo nihil pœna dignum admitteretur, quàm ut exquisitis supplicijs nocentes punirent. Nemo autem in eum senatum, ut idem Isocrates indicat, cooptabatur, nisi & stemmate nobilis, & perspecta uirtute dignus totius Græciæ iudex putaretur. Vtrum autem Solon Areopagum instituerit, inter scriptores non conuenit. Plutarchus in eius uita refert uulgatiorem esse famam, à Solone Areopagum esse constitutum. Pro diuersa tamen parte Solonis legē allegat, in qua se ad Areopagitas & Ephetas iudices, eorumq; sententias refert. Neq; ex Isocratis Areopagitico colligitur, Solonem huius ordinis fuisse authorem. Neq; Laertius ullam huius constitutionis mentionem in eius uita facit. Aristoteles lib. de Repub. 3. circa finem defendit Solonem, quod nec delectum magistratuum sustulerit, qui optimatium erat: nec Areopagi consilium, quod paucorum, eo quod populo superborum potentia presso, libertatem dare optimo temperamento fuerit conatus. quo tantum (si Iustino credimus) inter plebem senatumq; egit, cum si quid pro altero ordine tulisset, alteri displiciturum uideretur, ut ab utrisque parem gratiam traheret. Areopagi consilium multo ante Solonem tempore fuisse, fabulosæ historiæ probant. Narratur enim in Areopago iudicium capitis primum peractum, quod Halirrhothius Neptuni filius, Alcippæ, quam ex Aglauro Cecropis filia sustulerat, uim intulisset, ut Cælius lib. 7. cap. 19. Lect. antiq. ex Pausania & Hellanico annotauit. Cæterum de Areopagi nomenclatura, memini me alibi annotasse. ⟦Hoc semper proderit.⟧ Collapsa fuerat huius senatus authoritas, ad quam restaurandam Isocrates sermonem, qui Areopagiticus inscribitur, habuit. Restituta item Periclis temporibus à Cimone est, postquam ab Ephialte fuisset labefactata, author Plutarchus. ⟦Pausania.) Cleombroti filio. de quo supra, de uictoria Plataica dictum est Secundo loco confert Lacedæmonios. ⟦Lysandro.⟧ Qui & Athenienses uicit, & de Antiocho trophæa statuit. Eius uitam scribit Plutarch. historia est apud Thucydidem. ⟦Lycurgi legibus.⟧ De quibus lege Xenophontem in eo libro, quem de Lacedæmoniorum legibus conscripsit: Plutarchum in eius uita, & in Agide, atque rursus in Apophteg. Iustinum lib. 3. Valerium libro. 2. cap. 3. Isocratem in Panathenaico. Lucianum de Astrologia. Cyrillum contra Iulianum lib. 3. Sabellicum Ennead. 2. lib. 2. Fertur Rhadamanti & Minois in Creta legibus à Thalete musico edoctus. Constans opinio est, eum circiter Agrippæ Syluij tempora floruisse: quo tempore Pharnaces Medus Sardanapalum imperio & uita priuauit, teste Paterculo. Sublatæ sunt eius leges & disciplina, postquam DCCC. annis steterunt, anno ab Vrbe cond. DLXV. M. Fuluio & Cn. Manlio Volso Coss. Vixit annis LXXXV. Lucian. in Macrobys. ⟦Quin etiam ob has ipsas causas.⟧ Ab effectu. Licet disciplina militaris suas leges habeat, imperij tamen auspicia irrita sunt, nisi senatus creuerit populus'ue iusserit de quo lege Ciceronem lib. de Legib. 3. ⟦Pueris nobis.⟧ Cicero tertio post Scauri consulatum anno natus est, id quod ex consulari Chronologia colligi potest, si Gell. adhibeas lib. 15. cap. 28. &

Ciceronis

Ciceronis Brutum. ¶ M. Scaurus. } Huic Cicero ad Lętulum, summam grauitatem & constantiam tribuit. In Bruto, in eius oratione sapientis hominis & recti grauitatem summam, & naturalem quandam fuisse authoritatem, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret. Huius grauitatis exemplum est apud Valerium lib.3. cap. De fiducia sui. Cos. is fuit cum Ser. Sulpitio Galba, anno Vrb. cond. D C X L V I. in quo consulatu leges de sumptibus & libertinorum suffragijs tulit. author Plin. de Viris illustribus. Tantum authoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam & Saturninum priuato consilio armaret. Nec interim bellica gloria caruit: ut qui de Ligurib. Cos. triumphauit. ¶ C. Mario } Marius septies Cos. à quieto uitę genere ita abhorruit, ut studia literarum neglexerit prorsus, maxime grecarum. Memorantur expeditiones eius bellicę, contra Iugurtham, contra Mithridatem memoratur Hispania latrocinijs purgata. Tantam rebus egregie gestis laudem meruit, ut tertius Romę instaurator dictus sit. Victorias multas reportauit, in quibus clarissima de Cimbris est. Glorię bellicę obfuit, quòd uictorijs uti nesciuit. Claritudinem eius foris acquisitam deleuit pestis intestina. Prӕter Plutarchum eius uitę scriptorem, lege Plinium de Viris illust. tit. 67. Sallust. in Iugurth. Oros lib.5. cap.16. Flor. lib.3. cap.3. Abbreuiatorem Epit. 7. & 8. Decad. 7. Appian. in Celtico. Velleiũ Paterculum uolumine posteriore. Eutrop. lib.4. cap. ult. lib.5. cap.1. Ott. Phrysing. lib.2. cap.44. Meminerunt Plutar. in Sylla. & Apophtheg. Lat. & cap.37. Parall. Val. lib.2. cap.1. & 5. lib.3. cap.2. lib.8. cap.16. & alijs multis hinc inde locis. Plin. lib.17. cap.1. Quint. in Declamat. pro milite Mariano. ¶ Q. Catulo. } Luctatius hic Catulus est, qui Lepidi illius, qui Marianę factionis sopitos ignes rursus excitauit, quemq; Pompeius ex recenti uictoria triumphator in consulatum euexerat, collega, anno. D C L X X V I. Nec satis idoneus, qui collegę conatibus obijceretur, ut qui ciuilibus quàm bellicis rebus commodior. Quare Pompeius, qui melioribus iam se adiunxerat, aduersus Lepidum dux declaratur. Testimoniũ Plutarchi ex uita Pompeij subijciã. ὁ δὲ συνάρχων αὐτοῦ Κάτουλος, ᾧ τὸ καθαρὸν καὶ ὑγιαῖνον μάλιστα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου προσεῖχεν, ἦν μὲν ἐν ἀξιώματι σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης μέγιστος τῶν τότε ῥωμαίων. ἐδόκει δὲ πολιτικῆς ἡγεμονίας μᾶλλον, ἢ στρατιωτικῆς οἰκεῖος εἶναι. Hanc Historiã legere potes apud Liuij abbreuiatorẽ, Epit. 10. Decad. 9. Flor lib.3. cap. ult. Velleiũ Paterculũ uolumine posteriore. Appian. Bellorũ ciuiliũ. Oros. lib.2. cap.25. Eutrop. in fine. 5. & in principio lib.6. ubi annorum numerus nõ respondet, ut ferè apud Oros. & Eutrop. fit. Valer. lib.2. cap.3. Extant Salustij fragmenta, in quibus est Lepidi consulis ad Po. Ro. super hac re oratio, atq; L. Philippi in senatu. Hӕc fortassis παρέργως adducta quibusdã uideri queant. ¶ Cn. Põpeio. } Qui Ciceronis elogio plura bella gessit, quàm alij legerunt, Cicero lib. Epist. quinto, ad Pompeium scribens, ipsum cũ Scipione in re militari confert, sese in rebus ciuilibus Lӕlio. Verba sunt: Quӕ cum ueneris, tanto consilio, tantaq; animi magnitudine à me gesta esse cognosces, ut tibi multo maiori quàm Africanus fuit, me nõ multo minorem quàm Lӕlius, facile & in Repub. & in amicitia adiunctũ esse patiare. Bellicam Pompeij uirtutem celebrat Cicero tum alibi sӕpe, tũ uero maxime in orationibus pro lege Manilia, & pro Murena. Extat ipsius Pompeij epistola ad senatum, qua sua prӕclare facta cõmemorat. ¶ In excindenda Numantia. } Numantinũ bellũ, adeoq; excidiũ, scribũt Abbreuiator Liuij Epit. 59. cum aliquot antecedentibus. Florus lib.2. cap.18. Plinius de Viris illust. in uitis Scipionis & Mancini. Oros. lib.5. cap.6. Eutrop. lib.4. cap.7. Sabellicus lib.9. Ennead.8. Otto Phrysing. lib.2. ca.43. Meminerunt Augustin. de Ciuit. lib.3. cap.21. Velleius Paterculus uolumine posteriore. Val. Max lib.2. cap.2. lib.3. cap.2. lib.7. cap.6. Plutarchus in Mario. Excisa est anno Vrb. cond. D C X X I. ¶ P. Nasica. } Cn. Scipiõis filius, Africani maioris patruelis, uir optimus ob hoc ipsum facinus à senatu iudicatus. Historiam scribunt Plutar. in uita Gracchorum, Appian. lib.1. Bellorum ciuilium. Plinius de Viris illustrib. cap.64. Oro. lib.5. cap.7. Val. lib.3. cap. de Fort. Velleius Paterculus uolumine posteriore. Sabellicus lib.9. Ennead.5. frequẽs huius memoria est apud Ciceronem. Sallust. in Iugurth. in C. Memmij oratione. Et ex catholicis August. lib 3. Ciuit cap.24. Annotauimus de hoc etiam in Lӕlio. ¶ Priuatus. } πρὸς τι hoc dicitur, & amplificationem ex relatione habet. ἰδιωτεύων, respectu consulis, quo cunctante, priuatus ipse (quod non nisi in rebus grauibus à cõsule dictatoreue fieri solebat, ut nequid detrimẽti Respub. caperet, curarent) qui saluam Rẽpu. uellet se sequatur, uociferatus est. Priuatus hic dicitur, qui nullam publicam functionem administrat. Plaut. in Capt. Hic qualis imperator nunc priuatus est. Cicero in Rhet. In fortuna quӕritur, priuatus ne, an cum potestate sit. ¶ Improbis. } Antonio. ¶ Inuidis. } Pisone & Salustio, quibus in orationibus respondet ipse. uersus reprehenditur. Quintil. lib.11. cap.1. In carminibus utinam pepercisset, quӕ non desierunt carpere maligni.

Cedant arma togę, concedat laurea linguӕ. Et,
O fortunatam natam me consule Romam.

Et, Iouem illum à quo in concilium deorum aduocatur, & Mineruam quӕ eum artes edocuit, quӕ sibi ille, sequutus quӕdam Grӕcorum exempla permiserat. Plutarchus eum in poetica ualuisse testatur. ostendit hoc ipsius Aratus. ¶ Non'ne togę arma cessere. } Per μετωνυμίαν toga pacis studium significat, de quo uide Lazarum Baysium. Laurea triumphum, de qua Plinius lib.15. cap.30. Audi Quintiliani elogium: Supplicationes, inquit, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur, in toga meruit. Atq; rursus aliud Plinij, liquidum & liberale: sed quo, inquit, te M. Tulli piaculo taceam? quo'ue maxime excellentem insigni prӕdicem? Quo potius quàm uniuersi populi, & illius gentis amplissimo testimonio & in tota uita tua, & ad consulatum tantum operibus electis? te dicente legem agrariam, hoc est alimenta sua, abdicauerunt tribus: te suadẽte, Roscio theatralis seditionis authori leges ignouerunt, notasq; sedes ignominię discrimine ӕquo animo tulerunt: te orante, proscriptorum liberos honores petere puduit. tuum Catilina fugit ingeniũ: tu M. Antonium proscripsisti. Salue primus omnium parens patrię appellate, primus in toga triumphum, linguӕq; lauream merite, & facundię literarum latinarum parens: atq; (ut dictator Cӕsar, hostis quondam tuus de te scripsit) omniũ triumphorum lauream adeptӕ maiorem, quanto plus est ingenij Romani terminos in tantum promouisse quàm imperij. ¶ Quem hӕreditas huius glorię. } Cicero ad Cœlium lib. Epist.2. Filio meo quem tibi charũ esse gaudeo, si erit ulla Respub. satis amplum patrimonium relinquam in memoriam nominis mei, &c. ¶ Tertium triumphum. } De Mithridate, Marsus satis diligenter ex Plutarcho. ¶ Sunt ergo. } Conclusio. ¶ Omnino. } τὸ καλὸν finis. Animus magnus, causa efficiens fortitudinis est. ¶ Obedire consilio. } Animi enim imperio, corporis seruitio magis utimur. Sallust. Supra huius rei rationem ex doctrina Platonis reddidimus. ¶ Catonis. } De hoc alibi annotauimus. Lege omnino quӕ annotauit Camers apud Florum lib.2. cap.15. ¶ Vt nihil aliud nisi pax quӕsita esse. } Belli finis pax est. Inter Salustij

fragmenta extat oratio ad Cæsarem de Republica ordinanda, in qua hæc leguntur uerba: Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otij sustentant. Nisi illam firmam efficis, uinci an uicisse quid retulit? Plato de Legibus primo. οὔτ᾽ ἂν νομοθέτης ἀκριβὴς, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης. *[Nec tumultuantem de gradu deijci.} Pro eo quod est animo consternari, ac uelut à statu mentis dimoueri. Erasmus in Chiliadibus. Similis est, animum exisse de potestate: quando imperium, quod in effectus habet, amittit, illisq; subijcitur turpius. [Non putaram.} Hoc apophthegma refert Valerius libro septimo capite de Sapienter dictis & factis. Seneca libro de Ira secundo capite tregesimoprimo ad Fabium authorem refert. Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse, Non putaui. Ego turpissimam homini puto. Plutarchus & Volaterranus tribuunt Iphicrati. [Et mors seruituti.} Hoc disputat Cicero noster tum alibi, tum in Epistola quadam ad Plancum, lib. decimo. Porro hanc regulam Plato quoq; in Legibus sexto bono uiro præscribit his uerbis:* τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως ἐὰν ἀνάστατον ἀνάγκη φαίνεται γίγνεσθαι, πρὶν ἐθέλειν δούλειον ὑπομείνασα ζυγὸν ἄρχεσθαι χειρόνων, ἢ λείπειν φυγῇ τὴν πόλιν.

AMERBACHIVS.

SEd cum pleriq;.} Alia hic quæstio, & quidem difficilis explicatur. Docetur enim res domi & in pace gestas, aut maiorem laudem mereri, aut non inferiorem rebus, foris & in bello gestis. Probatur hoc comparatione contrariorum exemplorum, & argumento à non indigendo sumpto, quod sanè firmum est, ac esset multo firmius, si omnino urbani Magistratus non indigerent castrensibus. Quanquam enim non opus habuit Solon opera Temistoclis ducis in constituendo consilio Areopagitico, non tamen potuisset fortasse pacem habere, in qua hoc faceret, nisi à superioribus ducibus fuisset parta, aut conseruata. Nec tantum in uiribus corporis est posita fortitudo castrensis. Nam sicut fortitudo in priuatam ac publicam diuisa est supra, ita potest diuidi publica in urbanam & castrensem, & quæ est illarum ratio inter se, eadem inter has est ratio: & uidetur ad

hoc Cicero

hoc Cicero hic respexisse, nec potest alteru in uniuersum altera carere. Probat hoc suo exemplo defendens una quoddam suum de hac re dictum, & testimonio Pompeij. Item ab eo, in quo est fortitudo. In fine dicit etiam de causa bellorum, & repetit multa ex superioribus de officijs fortitudinis. Cæterum sicut in hoc loco Cicero laudat urbium in pace regendarum uirtutem, & res domi gestas, præfertq; uirtuti militari, & rebus contra hostem gestis, ita præfert militarem uirtutem & res, non tantum urbanis, uerum etiam alijs omnibus uirtutibus, in oratione pro Muræna magnificis uerbis, quæ hic recitare uisum est. Sunt autem: Ac nimirum, dicendum est enim quod sentio, rei militaris uirtus præstat cæteris omnibus. Hæc nomen populo Romano, hæc huic urbi æternam gloriam peperit, hæc orbem terrarum parere huic imperio coegit: omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus, & industria latent in tutela ac præsidio bellicæ uirtutis: simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.

ERASMVS.

PArum enim sunt foris arma.} Parum dixit pro non satis sunt, siue non sufficiunt. In nonnullis, pro parum, scriptum erat parua. Vide num rectè legatur, Parui. [Et hæreditas huius gloriæ.} Hæreditas hominis dicitur, qui succedit: & rei dicitur hæreditas, in cuius possessionem succeditur: Vt hæreditas regni Dei. [Hæc sunt opera magni animi.} Quod Græci ἔργα, *hic uertit opera. Nos frequentius dicimus facta, quàm opera.*

MELANCHTHON.

SEd cum plerique.} Disputatio est qua ostendit res urbanas maiores esse bellicis, & togatorum consilia imperatoris laudi præponit. Locus communis: Artes pacis, & uirtutes togatæ, quibus domi Respublicæ tenentur, ac reguntur, non sunt inferiores artibus belli, seu castrensibus uirtutibus. Nam & urbana negotia prudentiam, magnitudinem animi, & præsentiam animi non minorem requirunt, quàm bella. [Bellum autem ita suscipiatur.} Notetur, bella pacis causa suscipienda.

BETVL.

Alienum est ab officio magnanimi crudelitatem, & item temeritatem.

...is seruiendi ...uictos.

DE euertendis autem, diripiendisq; urbibus, ualde illud considerandum est, nequid temere, nequid crudeliter fiat. idq; est uiri magni, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare; in omni fortuna, recta, atque honesta retinere.

...itudini ...cendum

BETVL.

DE euertendis.} Superbum Galli dictum in uictos Romanos erat, Victis nil nisi dolor. Victorem nihil perinde decet quàm clementia. Anchisæ umbra Aeneam filium in sexto apud Maronem, disciplinam futuræ Reipublicæ edocet, his uerbis:

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Quàm uero non seruarint, ne Marcellus quidem ipse qui hoc maxime studuit, conuincit eos D. Aurelius Augustinus prioribus sex capitibus libri primi de Ciuitate Dei. Cæterum quomodo uicti hostes tractādi sint, lege apud Platonem de Republica quinto.

De euertendis

AMERB. DE euertendis autem.} Pars quædam prudentiæ est, in expugnationibus ciuitatum non se, aut suos in periculum præcipitare: iustitiæ uero, non sæuire in uictos, uelut in pecudes, sed parcere innoxiæ plebi, & authores iniuriarum tantum punire: ad quod imperatoribus, cum uarie sæpe irritentur, opus est etiam fortitudine ad reprimendam iracundiam. id hic Cicero monet obiter. Quòd autem nō sint temere suscipienda pericula, sed pro eo, ac deceat, fortitudinisq; ratio requirat, & nō, nisi aliter non possis rebus consuli, pulchre expressit medicorū exemplo, nec ita quidem, ne piscemur aureo hamo, ut dicitur, aut quod Thucydides simili figura dixit: Argenteo uomere aremus. id est, ne minus sectemur, quàm hoc est, cuius periculo illud facimus.

MELAN. DE euertendis.} Describitur officium imperatoris in bello, urbeq; euertenda, diripiendaq;.

VT

BETVL. VT enim.} Quatenus forti uiro pericula suscipienda sint, disputat Aristoteles libro Ethicorum, Eudem. quarto, cap. 3. Velleius Paterculus uolumine posteriore hoc C. Octauio laudi adscribit: Spreuit, inquit, cœlestis animus humana consilia: et cum periclitando potius summa, quàm tuto humilia proposuit sequi. ⸿ Periculosas curationes.} Scipionis apud Plutarch. apophtegma est, Imperatorem quēadmodū & medicum, oportere ultima uti per ferrum curatione. Eras. suis Chiliad. prouerb. inseruit in hanc sententiam, τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν. Et Plutar. de Trāquillitate citat Sophoclis uersiculum huc congruentem, πικρὰν χολὴν κλύσουσι φαρμάκῳ πικρῷ. Quod ad medicos attinet, docet hoc Manardus authoritate Oribasii super quarto Aphorismo libro quarto, epistola secunda. ⸿ Vt Callicratides.} Subscribam ipsius uerba ex Xenophontis primo τῶν ἑλληνικῶν, ἕρμων δὲ μεγαρεύς, ὁ τῷ καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν, εἶπε πρὸς αὐτὸν, ὅτι εἴη καλῶς ἔχον ἀποπλεῦσαι. αἱ γὰρ τριήρεις τῶν ἀθηναίων πολλῷ πλείονες ἦσαν. καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται, αὐτοῦ ἀποθανόντος, φευβεῖν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἔφη. Huius dicti meminit Plutarchus quoque in Apophthegmatis Laconicis. In Lysandro historiam hanc scribens, nullam huius mentionem facit. Gesta sunt autem anno Romanorum CCCXLIIII. ⸿ Ab Arginusis.} Sitæ sunt in continente ante Lesbum, in Maleæ conspectu, contra Mitylenē. Xenophon, et Thucyd. ⸿ Cleōbrotus.} In præclara illa Leuctrica uictoria præter Xenophontem phontē, cuius uerba Melanchthon annotauit, lege Plutar. in Pelopida. Valer. lib. 3. cap. de Fortitudine. Gesta sunt anno Romanorum CCCLXXI. ⸿ Q. Fabius Maximus.} Eius uitam scribunt Plutarch. & Plin. de Viris illustr. Historiam scribunt Liuius lib. 2. Decad. 3. Polybius & Flor. lib. 2. cap 6. ⸿ Vnus homo.} Ennianus hic uersiculus citatur etiā in Catone maiore, ubi plura annotauimus. Vsurpatus est diuinitus à Marone lib. 6. de quo lege Macrob. lib. 6. cap. 1. Eras. in prouerb. Romanus sedendo uincit.

* reperias

Magnanimus non nisi idonea de causa pericula suscipit.

Bellissimæ metaphoræ.

AMERB. PEriculosa autem.} Supra dixit considerandum esse, ne quid in euertendis diripendisq; urbibus temere aut crudeliter fiat: & de altero breuiter explicauit, de altero, quod est fieri temere, incepit explicare. Significat enim ibi temere, periculose. & refertur ad expugnantes. Crudeliter, notæ est significationis, & refertur ad eos, qui sustinent expugnationē, nec separandi sunt hi loci. Nunc addit periculorum duas diuisiones. Sunt n. uel publica uel priuata, & hæc quidem aut de uita, aut gloria, aut aliis bonis. Ea quo ordine & ratione debeamus adire, docet hic Cic. ac reprehendit eos, qui Reipub. priuatam gloriam, aut uulgi fauorem præferunt: Et contra laudat eos, qui fecerunt diuersum, idemq; ad res urbanas accommodat.

ERAS. PEriculosa, & calida consilia.} Vt & Græci, facinus audax θερμὸν ἔργον uocant. ⸿ Nunquam omnino periculi fuga committendum.} Cōmittere pro facere, sed in malam partem. ⸿ In discrimen uocantur.} q. ueniant in periculū. ⸿ De gloria uocatur in discrimen.} qui gloriæ causa periclitātur: qđ ut noue dictū annotare uisum est.

MELAN. PEriculosa, & calida consilia.} θερμὰ, sicut apud

Pericula quatenus uiro forti suscipienda.

VT enim sunt, quemadmodum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponūt: sic * reperies multos, quibus periculosa, & calida consilia quietis cogitationibus & splendidiora, & maiora uideantur. Nunquam omnino periculi fuga committendum est, vt imbelles, timidíque uideamur. Sed fugiendum etiam illud ne offeramus nos periculis sine causa; quo nihil potest esse stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est; qui leuiter ægrotantes leuiter curant; grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est; subuenire autem tempestati quauis ratione, sapientis: eoq; magis, si plus adipiscare re explicata boni, quàm addubitata mali. Periculosæ autem rerū actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim Reipublicæ: itemq; alii de uita, alii de gloria, & beneuolentia ciuium in discrimen uocantur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad communia, dimicareq; paratius de honore, & gloria, quàm de cæteris commodis. Inuenti autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed uitā etiam profundere pro patria parati essent; iidem gloriæ iacturam ne minimā quidem facere uellent, ne Repub. quidem postulante: ut Callicratides, qui cum Lacedæmoniorum dux fuisset Pelopōnesiaco bello, multaq; fecisset egregie; uertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum qui classem ab Arginusis remouēdam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respōdit; Lacedæmonios classe illa amissa, aliā parare posse; se fugere sine suo dedecore nō posse. Atq; hæc quidem Lacedæmoniis plaga mediocris fuit:

illa pestifera; qua, cum Cleombrotus inuidiam timen, stemere cum Epaminunda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Fabius Maximus melius? de quo Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo postq; magisq; uiri nunc gloria claret.

Quod genus peccandi uitandum est, etiam in rebus urbanis. Sunt enim qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere.

Aristotelem θερμὸν ἔργον, *audax facinus* ⁋ *Periculosas curationes.* } *Vt in Mimo, Nunquam periculum sine periculo uincitur.* ⁋ *Plus adipiscare boni.* } *Extat in eam sententiam Augusti dictum, Aureo hamo piscari.* ⁋ *Promptiores igitur.* } *Quia publica salus priuatæ præponenda est.* ⁋ *Vt Callicratides.* } *De Callicratide Xenophon in Paralipomenis libro primo.* καλλικρατίδης δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος, φεύγειν δὲ αἰσχρὸν ἐστιν, ἔφη. ⁋ *Cleombrotus inuidiam timens.* } *Cur dixerit de Cleombroto, quód esset inuidiam timens, intelligi non potest, nisi ex historia, quæ extat in libro sexto.* ἔνθα δὴ τῷ κλεομβρότῳ οἱ μὲν φίλοι προσιόντες ἔλεγον, ὦ κλεόμβροτε, εἰ ἀφήσεις τοὺς θηβαίους ἄνευ μάχης, κινδυνεύσεις ὑπὸ τῆς πόλεως τὰ ἔσχατα παθεῖν. ἀναμνησθήσονται γάρ σου, καὶ ὅτι εἰς κυνὸς κεφαλὰς ἀφικόμενος, οὐδὲν τῆς χώρας τῶν θηβαίων ἐδῄωσας, καὶ ὅτι ὕστερον στρατευόμενος, ἀπεκρούσθης τῆς ἐμβολῆς, ἀγησιλάου ἀεὶ ἐμβάλλοντος διὰ τοῦ κιθαιρῶνος. εἴπερ οὖν ἢ σαυτοῦ κήδῃ, ἢ τῆς πατρίδος ἐπιθυμεῖς, ἀκτέον καὶ τοὺς ἄνδρας. οἱ μὲν φίλοι τοιαῦτα ἔλεγον. οἱ δὲ ἐναντίοι, νῦν δὴ ἔφασαν, δηλώσει ὁ ἀνήρ, εἰ τῷ ὄντι κήδεται τῶν θηβαίων, ὥσπερ λέγεται. *id est, ibi Cleombrotum amici accedentes dicebant: Si dimiseris Cleombrote Thebanos sine pugna, periculum est, ne à ciuibus extrema patiaris. Obycient enim quód neque hostium agrum uastaueris, cum in Cynos Cephalas uentum est, neque postea data pugnandi copia, cum hoste conflixeris, cum Agesilaus iniquiore loco per Cithæronem toties adortus sit hostes. proinde si quam tui rationem habes, aut patriam retinere cupis, dimicandum est. Atque hæc amici dicebant. Aemuli uero, Nunc, dicebant, palam erit, an uerum sit, eum cum Thebanis colludere, sicut dicitur.*

CTVL.

OMNINO *qui Reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant: Vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: Alterum, vt totum corpus Reipubl. curent; ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Vt enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem, atque discordiam. Ex quo euenit, vt alij populares, alij studiosi optimi cuiusque videatur, pauci vniuersorum. Hinc apud Athenienses magnæ discordiæ ortæ: in nostra Republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia: quæ grauis, & fortis ciuis, & in Republica dignus principatu fugiet, atque oderit, tradet'que se totum Reipubicæ; neque opes, aut potentiam consectabitur; totamq; eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium, aut inuidiam quenquam vocabit: omninoq; ita iustitiæ, honestatiq; adhærescet, vt, dum eam conseruet, quemuis grauiter offendat, mortemq; oppetat potius, quàm deserat illa, quæ dixi.*

OMNINO *qui Reipubli.* } *Alterum hominum genus, quod superius ex Macrobiana diuisione posuimus, ij sunt qui Rempublic. domi administrant, nec tropheis triumphis'ue fulgent. nec minor in illis quàm in his fortitudo requiritur. Hi autem maxime fortes sunt in eo, ut non succumbant affectibus. Enumerat ergo Cicero aliquot ordine perturbationes, cum quibus uiro politico lucta grauis est, ut sunt rei priuatæ studium, inimicitiæ, discordia, inuidia, ambitio, ira, morositas, & in puniendo libido.* ⁋ *Duo Platonis præcepta.* } *Non memini me isthæc præcepta iunctim in Platone legisse uspiam, tanquam ex his solis Reipubl. salus pendeat tota, nec interim inficias eo, nuspiam non ea in Platone uersantibus obuiã esse, maxime tamen de Republica,* & περὶ νομοθεσίας, *necnon in eo libro qui* πολιτικὸς *inscribitur. Prior ergo regula reperitur in primo de Republica, his uerbis,* οὐκοῦν ἦν δ' ἐγὼ ὦ θρασύμαχε, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ καθόσον ἄρχων ἐστίν, τῷ αὐτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ, οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ. ᾧ μὲν αὐτὸς δημιουργῇ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων, καὶ τὸ ἐκείνῳ ξυμφέρον καὶ πρέπον, καὶ λέγει ἃ λέγει, καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅπαντα. *Rationem huius reddit de Legib. 9. hac ipsa de re disputans,* γνῶναι μὲν γὰρ πρῶτον χαλεπὸν, ὅτι πολιτικῇ καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ, οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἀνάγκη μέλειν. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν ξυνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις. & *reliqua quæ sequuntur. Altera regula tangitur Politicorum quarto, his uerbis:* νῦν μὲν οὖν ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν, οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς θέντες, ἀλλ' ὅλην. *Atque rursus de Legibus quarto, hoc ipsum muto magistratui tribuens, Atheniensem hospitem sic loquentem facit:* ταύτας δήπου

τας δ᾽ ἤπου φαμὲν ἡμεῖς νῦν, οὔτ᾽ εἶναι πολιτείας, οὔτ᾽ ὀρθοὺς νόμους ὅσοι μὴ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν, οἱ δὲ ἕνεκά τινων στασιωτείας, ἀλλ᾽ οὐ πολιτείας τούτους φαμὲν, καὶ τὰ τούτων δίκαια, ἅ φασιν εἶναι, μάτην εἰρῆσθαι. Ne te lector pigeat similitudinem ex Politico legere: ὅν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ τὸ τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τὸ τῆς νεὼς καὶ ναυτῶν ἀεὶ ξυμφέρον παραφυλάττων διοικήσει. Quantum aũt magistratui priuatis rebus studere liceat, docet de Legib. sexto. Hæc in præsentiarum super hoc loco sufficiant, tantisper dum aliquis γνησιότερα reposuerit. ⁋ Tutela.} A' iureconsultis hoc petendum est, qui de tutela scribunt, libro Pandectarum 25.26. & 27. libro Institutionum primo tit. 13. cum aliquot ordine sequentibus. In Codice lib. 5. tit. 30. cum aliquot ordine sequentib. quam culpam, quasq́; ob causas præstare debeant, docet Alciat. in. l. ex illa parte. ff. de uerb sign. Tutores, qui à tuendis pupillis quasi tuitores dicti sunt, si rem suam cum pupilli damno curent, Alberico Tollitores tam non insulse quàm parum latine dicuntur. Ad hanc similitudinem respexit etiam noster Cicero in oratione, qua post reditum quiritibus gratias agit: Calendis uero Ianuarijs, posteaquam orba Respub. consulis fidem tanquã legitimi tutoris implorauit, Pub. Lentulus Cos. parens, deus, salutis nostræ, uitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, simul ac de sole, de religione retulit, &c. Nec inepta isthæc analogia est: par enim in utroque ratio latius se pariter diffundit. nam quemadmodum à coniugatis non rite colligit, non tuetur res pupilli, ergo non tutor est, Alciat. in l. inter tabernacula. ff. de uerb. sig. ita uicissim non legitime ratiocinaberis, Non consulit Reipub. ergo non consul: non bene regit, ergo non rex est. Potestas enim tantisper durabat, dum tempus finitum duraret. licet quidam ante tempus finiti magistratus in ordinem redacti legantur apud Alexandrum ab Alexandro lib. 4. cap. 6. Sed quemadmodum pupilli maiores facti tutores curatoresq́; conuenire possunt, ut est in tit. de administ. tut. ita magistratus ante abdicationem causam dicere non cogebatur. cuius exempla extant apud Liuium & Valerium non pauca. ⁋ Sic procuratio. λειτουργία, administratio publica. sic ferè hæc uox à Cicerone usurpatur. de Orat. Si est idem in procuratione ciuitatis egregius. In Acad. Dum me Reipub. non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officijs implicatus. Procurator autem frequentius priuata aliena negotia domini mandato administrat, iuxta Vlpiani definitionem. l. 1. ff. de procurat. & defensorib. nisi quòd procuratores Cæsaris fuerunt ab Augusto constituti, non quidem in uniuersum alicui prouinciæ dati, sed particulariter alicui negotio, quorum deinceps imperatores aliam formam commenti sunt. de quo lege Alciati libellum de Magistratibus ciuilibusq́; & militaribus officijs. atque rursus de procuratore fisci. in tres post. lib. Cod. ⁋ Qui autem parti.} Perniciosa ergo Romanorum Respub. fuit, ubi patres suos magistratus habebant, suos item plebs: ubi ex consulibus alter patricius, alter plebeius, suam uterque contra alterum partem non sine magno Reipub. detrimento defendebant. Rectius Plato, qui optimis ex toto populo quibusque Reipub. gubernacula deferri uoluit. ⁋ Populares.} δημοκρατικοὶ, qui dignitatem in libertate constituunt. Vnde Cicero alicubi dicit, nihil esse tam populare, quàm libertatem. Nimium autem libertatis studium Plato æque perniciosum Reipub. censet, quàm si uel unius imperio, uel paucorum potentia ciues iniquius premantur: quæ si inualeat, ὀχλοκρατεία recte atq; odioso uocabulo appellatur. ⁋ Optimi cuiusq;.} Optimatis, τοῦ ἀρίστου. unde ἀριστοκρατικοὶ, optimatium statum fouentes. ⁋ Apud Athen. mag. discord.} Qualis est Cyloniorum, apud Plutarch. in Solone. Atque rursus Diacriorum popularium contra Pedieos, oligarchiæ studiosos. quam statim alia τῶν ἑκτημορίων aduersus diuites, quibus obligati oberatiq́; erant. ibidem. Item contra Pysistratum, quas omnes Solon composuit dexterrime. ⁋ In nostra Repub. non solum seditiones.} Vt secessiones in montem Sacrum, & item Gracchorum, & quæ decemuiratus propter Appij insolentiam. & alia, quibus enumerandis spiritus deficiat. ⁋ Bella ciuilia.} Syllanum, Catilinarium, Cæsareanum, Triumuirorum.

AMER. Omnino qui Reipublicæ.} Plato in sua disputatione de Republ. docet. Politicæ artis, seu facultatis proprium officiũ esse, tantum spectare, & quærere salutem, & commodum omnium ciuium, non aliter, quàm faciant reliquæ omnes artes. Id enim curare solum, & proprie unãquãq;, ad quod destinata sit, non suum commodum quærere, sed alienum. Idem hic Cicero præcipit. Quia uero iustitia maxime necessaria est uirtus in ciuitatibus, non debent aliqui tantum curari ab ijs, qui regunt eas, sed omnes æquali quodam iure. Secus autem plerunq; in Republica fieri, & alios plebi se iungere, alios potentioribus, alios cognatis, alios amicis: ita ut alios aut negligant omnino, aut non consulant eis, ut debebant, res ipsa testatur.

ERAS. Vnum ut utilitatem.} ἕν Græco more dixit, neq; tamen non Latine, quanquam usitatius est, alterum & alterum.

MELA. Omnino.} Vtilissimum præceptum, ne totam rempub. complectantur ij, qui præfuturi sunt rebusp. Nam & nostris temporibus dum soli plebi consulunt concionatores, euertunt respublicas.

Miserrima.}

BETVL. Miserrima.} Cicero Planc. lib. 10. Is denique bonos mihi uideri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris uiris defertur & datur. Quare si modo aliqua Respub. in qua bonos elucere possit, omnibus mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Is autem qui uere appellari potest bonos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ uirtutis est premiũ, &c. Græci etiam magistratus honores appellant. Aristote. Polit. 3. cap. 7. τιμὰς γὰρ λέγομεν τὰς ἀρχὰς, &c. ⁋ Honorum contentio.} Quatenus uiro bono honores petere conueniat, docet Aristote. ἠθικῶν νικομαχείων 4. capi. 4. ⁋ Apud Plato.} περὶ τῆς βασιλείας, probans Reipub. administrationem recte ad sapientem, hoc est uirum legum cognitione instructum pertinere qui eius scientiam habeat, docet similitudinibus à medico & gubernatore ductis. Neq; enim

De honoribus uehementer contendere, contra officium esse magnanimi.

MISERRIMA est omnino ambitio, honorumq́; contentio: de qua præclare apud eundem est Platonem; similiter facere eos, qui inter se contenderent, vter potius Rempubli. administraret; vt, si nautæ certarẽt, quis eorum potissimum gubernaret. Idemq́; præcipit, vt eos aduersarios existimemus, qui arma contra ferant; non eos, qui suo iudicio tueri Rempub. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio.

quiſquam uel ægrotos recte curabit, uel nauim probe gubernabit, niſi eius artis peritiam habeat, philoſophis autem uel ſapientia cum ipſiſſima Reipubli. adminiſtrandæ ſcientia ſit, rectiſſime philoſophos Reipub. gubernacula tenere. quæ alieni ab illa legum cognitione & obſeruatione, hoc eſt, quibus licet quod libet, nunquam ſine periculo publico capeſſent. Leges autem non ſcriptas modo, & publice latas intelligit, ſed æternam illam dexteritatem bonorum, ingenijs diuinitus inſculptam. In ea inquam diſputatione hoc ipſum, quod Cicero hic docet, pluribus quàm huc expediat referri, ſcribit. Sed ſignantius leguntur de Republica 6. his uerbis: νόητον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον, εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι, εἴτε μιᾶς ναύκληρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ ἅπαντας, ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι, καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην, μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ, μήδε χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε. πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα ὡς διδακτὸν, ἑτοίμους κατατέμνειν. αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περικεχύσθαι δεομένους, καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψοι. & reliqua quæ ſequuntur. ⁋ Qui arma contra ferant. } Plato de legibus 9. docet, qui Reipub. hoſtes cenſendi ſint, quo de fortaſſis alibi commodius. Viri boni diſſentire quandoq; deprehenduntur, cũ tamen aliud quàm bonum haud ullus uelle poteſt: quod in libro de Sanctitate, Plato deorum exemplo docet. qui dum mali nihil uolunt, nec tamen eadem uolunt ſemper. Ita etiam in libris de Legibus Plato, leges legib. antiquari poſſe docet. cum prioris legis lator non ad alium quàm honeſti finem reſpexerit: atq; nouæ legis ſuaſor ad eundem ſcopum collimans, ſi ciuibus perſuaſerit, diuerſa prioribus ſtatuet: quod ſine animorum diſſenſione fieri non poteſt. Hinc fortaſſis etiam κεραμεὺς κεραμεῖ, & laudabilis illa Heſiodia contentio, quæ inter ſolos bonos frequenter ſine magno Reipublicæ damno in mortalium uita uſq; gentium exercetur. ⁋ Q. Metellum. } Velleius Paterculus huius de Repub. cum inimicis contentiones acres quidem, innocentes tamen appellat. & Valerius lib. 4. cap. de Moderat. animi, horum contentionem ab æmulatione uirtutum profectam, ad graues teſtatasq; inimicitias progreſſam fuiſſe ſcribit: ita tamẽ, ut eam præcipua ueneratione deleuerit moderatio. Plinius lib. 7. cap. 44. horum inimicitias inter calamitates Metelli ducit. Nec deſunt qui Metellum in ſuſpicionem rapiant, ut qui necis Africani conſcius autor'ue fuerit. De hoc nonnihil in Lælio dictum eſt.

Miſerrima eſt omnino. ⁋ Supra his de ambitione dictum eſt, q. uitari debeat: hic idem repetitur, & adduntur duo alia præcepta, cum his cognata. Prius eſt non habendos pro aduerſarijs, qui nobiſcum de adminiſtratione Reip. contendant, & utitur ad hoc Platonis quodam dicto, & exemplo Aphricani ſuperioris, & Metelli Macedonici. Addit hoc etiam in ſua diſputatione Plato, ſi eſſet aliqua ciuitas, in qua boni uiri eſſent, ita inter ſe certaturos eos, ne præeſſent, ſicut nunc certent, ut præſint. Et debet hoc referri ad illud, quod in præcedente capite eſt annotatum ex Platone de proprijs politicæ & aliarum artium officijs. Poſterius præceptum eſt de officio principum in libera Republica erga ſuos ciues, cum in admittendo ad colloquium de rebus ſuis, tum in tractandis eis, quando aut non in tempore uenerint, aut per imprudentiam aliquid interrogauerint. AMERB.

Honorumq; contentio. } Noue dixit, contentionem bonorum, contentionem ſuſceptam bonorum gratia, Nam bonores uocat magiſtratus. ⁋ Similiter eos facere. } Noue ſimiliter aduerbio ſubdidit, ut ſi nautæ inter ſe certarent. perinde atque uſitatius eſt. ERAS.

Miſerrima eſt omnino ambitio. } Vt cum iuſtitia, ita cum uera fortitudine, ambitio pugnat. ⁋ P. Africanum, & Qu. Met. } Vide Valerium Maximum de moderatione animi. MELAN.

⁋ Quæ placet Peripatet. } Citat Ariſtotelis ſententiam de mediocritate. Nam Ariſtoteles omnes uirtutes ita definijt, eſſe mediocritatem inter extrema uitioſa: ut inter timiditatem, & audaciam fortitudo eſt.

Sua moderari, proprium fortitudinis.

NEC vero audiendi ſunt, qui grauiter iraſcendũ inimicis * putabunt, idq; magnanimi & fortis viri eſſe * cenſebunt. Nibil enim laudabilius, nibil magno & præclaro viro dignius placabilitate atq; clementia. In liberis vero populis, & in iuris æquabilitate, exercenda etiam eſt facilitas, & altitudo animi quæ dicitur: ne ſi iraſcamur aut intempeſtiue accedentibus, aut impudenter rogantibus; in moroſitatem inutilem, & odioſam incidamus. Et tamen ita probanda eſt manſuetudo, atque clementia, vt adbibeatur Reipub. cauſa ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt.

putant. censent.

…roſitas cõ officij for…dinis.

…ETVL. NEC uero audiendi. } Poterat hic locus uideri rectius ad temperantiam pertinere. & Cicero ſane ipſe in Rhetoricis, clementiam temperantiæ ſpeciem facit. Sed quia ira, quæ puniendi libido definitur, imbecillitas eſt, & ut Seneca inquit, muliebre uitium, non male fortitudini opponitur, & magnanimitatis quaſi defectus conſtituitur. ⁋ Idq; mag. } Mimus Publianus eſt, Iratus etiam facinus conſilium putat ⁋ Placabilitate atque clementia. } Clementia proprie illius eſt, qui pro imperio puniendi poteſtatem habet. placabilitas in omnes eos ſe extendit, qui concitati facile placantur. Ariſtote. inter πρᾳότητα & συγγνωμονίαν diſcernit his uerbis: οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾷος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Seneca ſic definit, clementia eſt temperantia animi in poteſtate ulciſcendi, uel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis. Huic non ſeueritatem, quæ, ut Mimus habet, bono iuſtitiæ proxima eſt, opponit: ſed crudelitatem, quæ puniendi cauſam habet, modum non habet. In iuris æquabilitate. } ἰσονομίαν intelligit, quod ius ἀνάλογον uocant, de quo multa diſerte docet ex Ariſtotele Budæus in Annotationibus. ⁋ Intempeſtiue. } De importunitate & moroſitate, lege Theophraſtum in notis. ⁋ In moroſitatem inutilem. } Moroſitas iræ ſpecies eſt, & placabilitati opponitur, cui ἡ χαλεπότης uerius opponetur. Ariſto. δυσκόλους καὶ δυσερίδας τοῖς ἀρέσκοις ex oppoſito ponit. Videtur autem δύσκολος Ariſtoteli idem eſſe, qui Theophraſto αὐθάδης.

Omnis

In animaduertendo maxime ab ira temperandum.

OMNIS autem & animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet: neque ad eius, qui * punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipub. vtilitatem referri. Cauendum est etiam, ne maior pœna, quàm culpa sit; & ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Probibenda autem maxime est ira in puniendo. Nunquam enim iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum: quæ placet Peripateticis; & recte placet, modo ne laudarent iracundiam, & dicerent, vtiliter à natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est: optandumq́; vt ij, qui præsunt Reipub. legum similes sint; quæ ad puniendum non iracundia sed æquitate ducuntur.

BETVL. OMNIS autẽ.} Quod animaduersionis genus Græcis παράδειγμα, Latinis exemplum appellatur, cum punitio fit ut cæteri à similibus peccatis, quæ probiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ terreantur, ut Gellius lib. 6. cap. 14. ex Platonis Gorgia docet. Cæterũ ignoscere humanũ quidẽ, ut Mimus Publianus ait, ubi pudet, cui ignoscitur. Seneca uero censet, omnibus ignoscere tam crudelitatis esse, quàm nulli. Certe iudex damnatur, ut alius Mimus habet, cum nocens absoluitur: quia bonis nocet, ut alius testatur Mimus, quisquis pepercerit malis. ¶ Neque ad eius qui punit.} τιμωρίαν eam appellant, & hoc differre à κολάσει, quia is qui deliquit, attentior fiat & emendatior. ut ibidẽ Gellius docuit. Eandem differentiã apponam ex Aristote. rhet. ad Theod. 1. διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκα, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα πληρωθῇ. id est, ut puniendi libidini satis fiat. quod Gellius dignitatis tuendæ causa, honestiori prætextu fieri scribit. Significat autem τιμωρία uindictam, quæ & cum ira fit, ut definitio ipsa docet. Definiunt enim ὄρεξιν τιμωρίας φαινομένης. hoc est, ut Cic. interpretatur, libidinem puniendi. & Plato de Legib. 5. τὴν τιμωρίαν ἀδικίας ἀκόλουθον facit, τὴν δὲ δίκην καλὸν πάθος εἶναι asserit. ¶ Ne pœna maior sit.} Pœnarum legalium octo genera sunt apud iureconsultos. 1 Damnum, siue mulcta. 2 Vincula, siue carcer. 3 Verbera. 4 Talio. 5 Ignominia, seu infamia, seu capitis diminutio, media uel maxima. 6 Exilium, quod uel est deportatio, id est perpetuum exilium: uel relegatio, idest temporarium exilium, & successit deportatio ignis & aquæ interdictioni. 7 Seruitus. 8 Mors, seu capitis diminutio maxima. Hæc Alciat. in praxi iuris, sub tit. de accusationib. Lege ad hæc Vlpian. l. si quis forte. §. fi. ff. de pœnis. Sed quod ad pœnæ irrogationem attinet, conuenit iureconsultis cum Cicerone. scribam Martiani uerba ex. l. 11. ff. de Pœnis: Respiciendum, inquit, est iudicanti, ne quid durius aut remissius constituatur quàm causa deposcit. nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gratia affectanda est: sed perpenso iudicio prout quæq́; res postulat statuendum est. Plane in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, &c. ¶ Ne iisdem de causis.} Contentione demonstratiua partem alteram per αὔξησιν exaggerat, alteram per μείωσιν extenuat. Hinc licentia & nimia libertas, res tranquillitati publicæ perniciosissima oritur: illinc ius summum, quæ summa est iniuria. Hinc Anacharsis leges Solonis aranearum telis comparabat: Plutarch. in Solone. Iuuenalis:

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Meminheris interim hanc isonomiam personarum respectu ipso iure nihil impediri, argumento eorum quæ traduntur in l. moris est. §. istæ ferè sunt pœnæ. item. l. quædam delicta. ff. de pœnis. ubi Bart. l. nemo clericus. § igitur si cler. C. de summa trin. ubi Alciat. Multa nonque in iure ciuili contra rationem pro utilitate communi recepta sunt. l. si ita uulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. ¶ Alij plectantur.} πλήκτω, ferio. plecto generale uerbum publicis priuatisq́; castigationibus conueniens. Et plectimur mulcta, damno, pugnis, ignominia, pœna capitali. Hic apparet pro grauiore aliqua punitione accipi, q̃ pro delicti qualitate modũ excedit ¶ Alij ne appellentur quidẽ.} Hoc uitiũ in Sylla Plutarch. notat. Appellare. i. iudiciũ dicare, actionẽ dictare, formulam intendere, λαγχάνειν δίκην. Bud. ¶ Nunq̃. n. iratus.} Quare Plato cũ esset cõmotior, seruum alij castigandũ cõmisit. ¶ Quæ est inter nimiũ & parũ.} Lege cõ no Platonem lib. de Repub. 3. ¶ Quæ placet Peripat.} Marsus, p defendẽdo Arist. locũ ex secũdo Moraliũ adducit, et (si Musis placet) explicat, quẽ ut ad amussim expẽdas, oculis subijciã.

Α Κ Ρ Α

ἐπερβάλλον, Μέσος, Ἔλλειπον

ὀργίλος. πρᾶος. ἀόργητος.

μανία, μεσότης, ἔλλειψις,

ὀργιλότης. πρᾳότης. ἀοργησία.

Deme ἀπὸ τῆς ἀοργησίας priuationẽ, numquid tibi aliquid iræ uel iracundiæ relinquatur? quod qua uitiũ est, utrũ τῇ πρᾳότητι insit, philologos censebit. Adde, ὅτι πᾶσα ὄρεξις ἄλογος, teste in Platonis Timæo, Proclo. Ira aũt ὄρεξις est, ut uestræ hæresços princeps definit ipse. Sed quid infans ego principi eloquẽtiæ defensionẽ paro? Audiamus ipsam cãm suam cõtra Peripateticos agẽtẽ. Sic. n. ipse in 4. Tusc. q̃st. perorat: Quocirca mollis & eneruata putanda est Peripateticorũ rõ & oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt. Sed adhibent modũ quendam, quem ultra progredi non oporteat. Modum tu adhibes uitio? an uitium nullum est, non parere rationi? An ratio parum præcipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter: aut adeptus, te efferas insolenter? &c. Satis porro grauiter contra Aristo. disputat Seneca lib. de Ira. 1. Peripateticorum dogmate fultus Politianus, Leonis decimi discipuli sui ingenium patri commendat. Pro Peripateticorum sententia, lege multa apud Cælium in Antiq. lectionibus, lib. 12. cap. 54. cum aliquot antecedentibus & sequentibus. Eadem disputatio est apud Aul. Gell. lib. 1. cap. postremo. ¶ Legum similes sint.} Cicero de Legibus 3. Vt enim magistratib. leges, ita populo præsunt magistratus: uereq́; dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Qui locus partim ex Platonis νομοθεσίᾳ desumptus, qui in quarto libro saluam eam Rempub. affirmat, in qua magistratus legis seruus & famulus sit: partim ex Xenophonte de Pædia Cyri lib. 8. ubi princeps lex uidẽs appellatur. Pindarus, citante Plutarcho, legem reginam simili figura appellat: Nec dissimilis prorsus illa diui Hieronymi ad Galatas interpretatio, qui legem synagogæ maritum facit.

Omnis autem & animaduersio.} Est iustitiæ pœnam æquare cum peccato, humanitatis & mansuetudinis est pœnam mitigare, crudelitatis, pœnam augere. Sic itaq́; faciendum est, ut uideamur potius in puniendis sontibus, si medium non possimus tenere, ad AMER

Pendere legit Nonius Marcellus & Sosipater.

Mores'uo: Virtus est mediũ uitiorũ utrinque redactũ. Stoici affectibus uacare, Peripatetici moderari sapientem uolunt.

id, quod parum est, quàm ad id, quod nimium est, accedere, nec impediti ullis affectibus ab hoc medio recedere. Atq; id, in hoc loco prolixe docet Cicero. Maxime autem oppugnant rationem, ira & res secundæ: quare ibi singularis cura debet adhiberi. Nam (ut Mimus inquit) fortuna, quem nimium fouet, stultum facit. Item Ouidius:

Nec facile est æqua commoda mente pati.

Illustrat

Illustrat hunc locum Cicero exemplis Socratis, Lælij, Philippi, Alexandri Macedonum regum, & Scipionis insigni quodam dicto, per similitudinem. Insertum est etiam aliquid de ueris amicis, & adulatoribus. Item repetuntur quædam de duplici genere hominum, Politico & Oeconomico. In fine traditur præceptum de paranda re familiari, atq; sic finitur tertia pars disputationis de honestate.

Atque

TVL.

Magnanimi est neque secundis rebus insolescere, neque deiici aduersis

ATQVE etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamq; magnopere fugiamus. Nam vt aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est. Præclaraq; est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademq; frons: vt de Socrate, itemq; de C. Lælio accepimus. Philippum quidem Macedonum regem rebus gestis, & gloria superatum à filio: facilitate vero, & humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit: vt recte præcipere videantur, qui monent, vt quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorem Aphricanum, & familiarem suum solitum ait dicere, *sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, vt his facilioribus possint vti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere, vt *perspicerent rerũ humanarum imbecillitatem, varietatemq; fortunæ. Atque etiam in secundissimis rebus maxime est vtendum consilio amicorum, hisq; maior etiam quàm ante, tribuenda est authoritas, iisdemq; temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus: in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus.

ATQVE etiam.} Fortitudinis est, utranq; fortunam iuxta ferre: quæ ut Boetius ait, æstuantis more feruet Euripi. De fortunæ contẽptu philosophorũ multi multa memoriæ tradiderunt: postremo D. Budæus totius Galliæ lumẽ, de Cõtẽptu rerũ fortuitarũ, ut omnia, egregie scripsit. Certe Xenophonti res secundas ferre difficilius uidetur, q̃ aduersas. Gobryæ uerba sunt ad Cyrũ lib. Pædiæ 8. δοκεῖ δέ μοι, ὦ κῦρε χαλεπώτερον εἶναι, εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. ⁋ Superbiam.} Hinc prouerbialis ille dimeter, ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν. Valerius lib. 6. cap. 9. enumerat quædam exempla, eorum quos felicior fortunæ afflatus meliores reddiderit. ⁋ Vt de Socrate.} Socratem eodem semper fuisse uultu memorat idem Cicero lib. Tusc. quæst. 3. Seneca lib. epist. 18. & Plin. lib. 7. cap. 19. Solinus cap. 4. Gell. lib. 2. cap. 1. inconniuentem, id est ἀσκαρδάμυκτον, ore atq; oculis eundem in locum directis cogitabundũ, tanquam quodam secessu mentis atq; animi facto à corpore. Aristophanes hoc illi uitio uertit, citante etiam Laertio, κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖ. D. Hieronymus hoc de ipso confingi censet, contra Pelagianos dialogo tertio, & in Esaiam cap. 42. ⁋ Lælius.} Nihil quod dicam habeo. ⁋ Philippum.} Increpuit Philippus Alexandrum filium, ut Valerius commemorat, quòd Macedonum beneuolentiam largitione ad se attraheret, cum ipse maiore ex parte mercator Græciæ quàm uictor fuerit: atque ut Diodorus testatur, auro sibi quàm imperio magis acquisierit. Neq; à Demosthene alio nomine peius audit, quàm quòd malis artibus imperium sibi acquisiuerit. Quid quod & post secundum fortunæ afflatum, tyrannum factum legimus. Nec scio num sit commemoratione dignum, q. (ut ex Aphthonio rhetore claret) Græca iuuentus in uituperando Philippo se exercuit, caruit ergo uera & solida gloria: quæ, ut ipse dicis

Cicero, incorrupta uox bene iudicantium est, & consentiens laus bonorum. ⁋ A filio.} Alexandro, cuius rebus prosperis Theophrastus angebatur, interitum Callisthenis deplorans. Itaque dicebat, Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaq; fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conueniret. Cic. Tusc. quæst. 3. Seneca lib. de Ira 3. simili comparatione Alexandrum ab aui patrisq; humanitate degenerasse, Cliti & Lysimachi optimorũ amicorũ cæde docet. Non ergo εὐπραξία in Alexandro fuit, sed ἀπραξία, q̃ in ipso non ἦθος, sed πάθος excitauit. Lege omnino super hoc loco, Luciani dialogum, inter Alexandrũ & Philippum patrem. ⁋ Alter semper magnus.} Frigida prorsus sup hoc loco disputatio est Angeli Decembrij, cuius Politia nihil impolitius in lucem edi potuit. Locus est libro. 6. parte 73. ⁋ Panætius.} Apophthegma. ⁋ Vt equos.} Videtur respexisse ad illam Platonis, de equis bonis & malis, quos ratio auriga gubernat. Verg. 3. Georg.

At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare,
Compositis.

De arte equestri, præter Xenophontẽ, lege Pollucẽ lib. 1. c. 11. & Camerarij Hippocomicum.

AD uoluntatem nostram fluentibus.} ῥέοντων. Et hoc à Græcis sumpsit. Sumpta metaphora ab æstu maris, aut fluminis, uentisq;. In nonnullis reperi scriptum, ad uoluptatem: sed mendose, ni fallor: etiam si Græci dicunt πρὸς ἡδονήν. ⁋ Nec adulari nos sinamus.} Videtur passiue dixisse adulari, pro adulatione deleniri.

IN rebus prosperis.} Verg.

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Item Sallust. Secundæ res etiam sapientum animos fatigant. Quanto superiores. γνωμή, Bis uincit, qui se uincit in uictoria. Vt equos, &c. Parabola insignis.

[margin] ...elcani / ...phthegmas

[margin] ...nanimus / ...tationes / ...recipiis

[margin] * ut

[margin] * perspicerẽt

ERAS.

MELAN.

Officia

Officia magnanimi in otio honesto.

* autem

ILLVD * enim sic est iudicandũ, maximas geri res, & maximi animi ab ijs, qui Rempub. regant; quòd eorum administratio latissime pateat, ad pluriмosq; pertineat. Esse autem magni animi, & fuisse multos, etiam in uita otiosa; qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, seq; suarum rerum finibus continerent: aut interiecti inter philosophos, & eos, qui Rẽpub. administrarent; delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes, neq; excludentes ab eius usu suos, potiusq; & amicis impertientes, & Reipub. siquando usus esset. Quæ primum bene parata sit, nullo neq; turpi quæstu, neq; odioso: tum quamplurimis, modo dignis, se utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia: nec libidini potius, luxuriæq;, quàm liberalitati, & beneficentiæ pateat. Hæc præscripta seruantẽ licet magnifice, grauiter, animoseq; uiuere, atq; etiam simpliciter, fideliter, uitæq; hominum amice.

Priora ertia ad negotialẽ uitã posteriora ad otiosam pertinent.

BETVL. ILLVD etiam. } Docet in tertio illo genere hominum fortitudinem requiri. Nam si priuatus tibi tuisq; Musis uiuas, si uiri boni officium facere uoles, non deerunt monstra, contra quæ animi uires exeras.

TEMPERANTIA.

Quartus offi iorum fons temperantia, quam Aristoteles moderationẽ esse putat cupiditatum, earũ dũtaxat, quæ circa gulæ, & inguinis voluptates uersantur. Temperans, inquit, cl c pit, quæ oportet, & ut oportet, & quãdo oportet. Huius est caput, ut cupiditas rationi pareat, sicut puer pedagogo. Indidem oritur illud decorum, quemadmodum a natura, ac ceteris circũstantijs ducatur, omneq; uitæ officium cohonestet, diuinitus tradit Cicero.

* illa

SEquitur ut de * una reliqua pte honestatis dicendum sit: in qua uerecundia, & quasi quidam ornatus uitæ, temperãtia, & modestia, omnisq; sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum potest. Græce enim enim τὸ πρέπον dicitur. Huius uis ea est, ut ab honesto non queat separari. Nam & quod decet, honestum est; & quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti, & decori; facilius intelligi, quàm explanari potest. Quicqd enim est, quod deceat; id tum apparet, cum antegressa est honestas.

Decorum honesti comes

BETVL. SEQVITVR ut de. } Supra quodam loco de partibus animæ dictum est, quarum altera rationi paret sua sponte, altera recalcitrat obstrepera. Huic temperantia imponit frena, et ut Cicero loquitur, in rationis gyrum agit. Sapientis animus ratione semper bene utitur, & perturbatione tantum uacat, quantũ illi temperantiæ accessit. Quare Cicero eam hic sedationem perturbationum animi uocat. & in superioribus tribus τὸ καλὸν reperitur: quod ut clarius elucescat. temperantia, quam eandẽ in Tusc. quæst. frugalitatem (ἀβλάβειαν) appellat, ijs quæ recte, hoc est cum uirtute & officio fiunt, τὸ πρέπον adijcit: uel τὸ σώφρον, hoc est τὸ τῆς ψυχῆς κόσμιον. Vnde etiam σωφροσύνη temperantia dicta, & ὁ σώφρων temperans. Quod ut euidentius perspicias, hypotyposi tibi demonstrabo.

- τό καλὸν partes habet insolubili uinculo iunctas,
  - Prudentiam / Iustitiam / Fortitudinem
    - Non temperans uel frugi est, qui propter
      - Temeritatem male rem gessit. / Auaritiam, clam depositum non reddit. / Metum præsidium reliquit.
        - Quod est
          - Stultitiæ. / Iniustitiæ. / Ignauiæ.
  - Temperantiam, uel frugalitatem, animorũ moderatricem. quæ diffusa per uniuersas, et singulas illustrat.
    - Prudentiam / Iustitiam / Fortitudinem
      - Quibus omnibus modum adhibet, omnium uirtutum pulcherrimam. & fit τὸ πρέπον.

¶ Parte honestatis. } Partem cum specie uel forma, contra suam ipsius diuisionem confundit, in re tam seria securus, Platonem suum imitatus, qui eas nunc μέρη, nunc εἴδη honesti appellat. ¶ Ornatus uitæ. } εὐκοσμος, Cicero in rhetoricis rectum appellat, quod cum uirtute & officio fit. ¶ Temperantia & modestia. } Nõ plures formas enumerat, quod quibusdam placere uideo; sed cõiunctiones interpretatiue positæ, cõgeriem synonymorũ copulant. Neque enim hic modestia quàm temperantia, arctius significat. Haud interim nescio, modestiam temperantiæ partem eam esse, per quam pudor honestus claram & stabilem comparat authoritatem. Sed nemo melior interpres quàm author sui ipsius, qui in 3. Tusc. quæst. lib. sapientem perturbatione animi uacare docens, temperantiæ adminiculo id fieri indicat. Verisimile, inquit, etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamq; uirtutem σωφροσύνην uocant, quam soleo equidem tum temperantiam tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. Atq; sic

D. quoque Ambrosius intellexit, & deinde Cic. per dubitationem subiungit eam ipsam uirtutem, quòd reliquas tres superiores in se complectatur, frugalitatem, quæ homines frugi facit, nō inepte uocari, eamq; à fruge dici, neq; quicquam melius è terra oriri. ⁋ Omnisq; sedatio anim.) Eius enim, inquit ibidem Cicero, uidetur esse proprium motus animi appetentis regere & sedare, semperq; aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiā. ⁋ Et rerum modus. } quem ultra citraq; nequit consistere rectū. Horat. ⁋ τὸ πρέπον. } à uerbo πρέπειν, quod est Latinus decere: à πρέπειν, quod inter cætera ornare significat, & adaptare. ⁋ Ab honesto. } ἀπὸ τοῦ καλοῦ, quod apud Plat. & Arist. pulchrum interpretantur, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν. Cic. definit id esse, quod propter se est expetendum. τὸ ἀγαθὸν, Platoni αἴτιον τῆς σωτηρίας, καὶ τὸ αἴτιον παντὸς τοῦ πρὸς αὐτό, ἀφ' οὗ συμβαίνει ἃ χρὴ αἱρεῖσθαι. Pulchrum ergo & bonum, sunt idem. ⁋ Nam & quod decet. } Legitimum ergo pronunciatum est, & decorum pulchri uere propriū. nam conuerti secundum dialecticorum præceptum possunt, quia illi πρὸς ἅπαντα tribuuntur. Cætera Vitus Amerbachius diserte, nisi quod Socratem præter meritum sugillare uidetur. Præsumptio siquidem est, eum qui hoc pulchrum cernat, insipientiæ lippitudinem iampridem abstersisse: quia neque honestum, neq; bonum quisquam nisi sapiēs querit. si ergo apparet, sapiēti apparet. & licet Aesopicus ille gallus unionem in sterquilinio aliud agens repererit, rem tamen pretiosissimam præ uoluptatis studio neglexit, confessus se pretiū rei inuentæ ignorare. Stolidus ergo, & si in hoc pulchrum forte incidit, æstimationem tamen eius ignorans negligit.

HERB. Sequitur ut de una. } De quarta parte honestatis inchoatur hic disputatio. Vocatur autem illa apud Latinos proprie temperantia, uel continentia. Græci eum σωφροσύνην tum ἐγκράτειαν appellant, & est eius officium coercere uoluptates, & dolores mitigare, hoc est, medium seruare in uoluptatibus & doloribus, corporis tamen, & alio modo, quàm fortitudo facit, ut docet Aristotel. in 3 lib. Ethicorum. Cicero admiscet etiam huic uirtuti multa de modo, qui est in dictis, & gestibus, ac motibus corporis, quæ uirtus apud Aristotelem distincta est à temperantia, & uocatur proprie meo iudicio, modestia apud Latinos, apud Græcos εὐσχημοσύνη. Est & hic Cicero ut ferè ubiq; magis quàm alios, Platonem secutus, qui reliquarū uirtutum ueluti speciē quandam, aut ornatum, & conuenientiam facit temperantiam. κόσμός που τίς ἐστ', ἐγὼ ἡ σωφροσύνη, inquit, ἐστί, καὶ ἡδονῶν τινῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασιν. Et in eodem libro aliquanto post: τί δὲ σώφρονα, οὐ τῇ φιλίᾳ, καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τούτων. ὅταν τό, τε ἄρχον, καὶ τῷ ἀρχομένῳ ὁμοδοξοῦσιν, ὡς δεῖν ἄρχειν τὸ λογιστικὸν, καὶ μὴ στασιάζωσιν αὐτῷ. Commode uidetur mihi hoc omnino dictum esse, nec Cicero frustra Platonem est secutus, cum nec iustitia possit esse, nec fortitudo, sine quadam uel temperātia, uel moderatione, quam Plato uocat etiam ἁρμονίαν. atq; ita esse inueniet haud dubie, qui de hac re paulo tantum diligentius cogitauerit: ac nullo modo sic abijcienda est Platonis Philosophia non modo Ciceronis exemplo, sed multorū aliorum, etiā in Theologia principum, sicut uidetur obiter eum inspicientibus aliquando. Sed harum rerum subtilior disputatio ex ipso Platone & Aristotele est petenda. Cicero quoque de hac uirtute in alijs plerisque locis docet, nusquam tamen copiosius, & accuratius, quàm in tertio lib. Tusc. quæst. Verum, ut redeam ad institutum, Cicero facit initio huius loci duas partes decori: Alteram generalem, alteram specialem. Generale decorū est idem, quod ipsa honestas, aut uelut splendor quidam, & lux honestatis. Speciale est singularum uirtutum lumen, & harmonia, quæ in postrema parte honestatis ferè oculis & auribus deprehendi potest. Quòd autem Cicero separat honestum à decore, uidetur sumptum esse ex Platonis Hippia, ubi hæc etiam quæstio prolixe agitatur: ac potest intelligi sententia Ciceronis ex duabus similitudinibus, quibus ipse usus est, & alijs, quæ multæ fingi possunt: ut sonus & proportiones in Musica nō possunt re uera separari, non tamē idem est sonus, quod proportiones. Sed sonus est tanquam accidens, quod non potest à proportionibus separari. Et unitas non potest absque imparitate esse, aut binarium absque paritate. Non tamen idem est imparitas, quod unitas, aut paritas, quod binarium. Item sicut figuræ & magnitudines à corporibus in genere non possunt seiungi, aliud tamē est ipsa corporum substantia, aliud figuræ, & magnitudines: aut sicut omnino forma non potest esse absque materia, in rebus naturalibus, nec tamen est forma id, quod est materia, ut Philosophi docent: ita hic etiam honesti uelut forma quædā decorum est. Sed nihil est opus hac subtilitate: & Aristoteles pro eodem ubique, nisi fallor, τὸ καλὸν usurpat. Verum idem prorsus est apud Latinos decorum esse cum bon sto, uel inde apparet, q. decorum, cui respōdet Græce uox πρέπον, proxime naturam uocis καλὸν, quod honestum significat, exprimit. Non enim, ut Socrates apud Platonem argute ratiocinatur, quod uidetur tantum, & simpliciter uidetur, decorum est, sed quod uidetur sapienti, & prudenti. Nam de honesto & decoro, quatenus ad nos refertur, hic est disputatio, non de eo, quod simpliciter, & per se prorsus est honestum, quæ uox est ab honore facta, & significat, quod dignum est honore, & eatenus ad aliquid dicitur. Aristoteles τίμιον appellat, omnino simili dictione. Notum autem est, q. honor sit premium uirtutis. Porro quod de Poetico decoro additur, est uelut probatio quædam specialis decori, & una ostenditur discrimen inter hoc decorum, & id quod poetæ habent. Poetarum autem decorum, est oratio cuique personæ conueniens pro sua natura, & moribus, & conditione. Id sic describit Horatius:

Intererit multum Dauus'ne loquatur, herus'ne.
Et in eodem opere:
Respicere exempla uitæ morumq; iubebo
Doctum imitatorem, & ueras hinc ducere uoces.

Decorum hoc philosophicum est id, quod conuenit cum unaquaq; uirtute, & uel intelligi ab hominibus sapientibus, & prudentibus potest, uel percipi etiam sensibus. Quanquam, si quis uelit rem diligentius intueri, inueniet, inter hoc decorum & poeticum nihil interesse aliud, quàm quod interest inter ueritatem practicam, & ueritatem contemplatiuam. Tota enim res in poematis est imitatio: & nisi congrueret sermo cum personis, fieret contra ueritatē. Veritas autem maxime est secundum naturam, & tam debet poeta seruire huic decoro, quàm debet historicus rem, ut sit gesta, exponere. Exēpla de hoc genere decori in Cicerone sunt adscripta.

Cum antegressa est honestas. } Id est, cum precessit. Noue dixit Cicero, quod fortasse Græcus diceret προκεῖται, siue προηγεῖται. ERAS.

Temperantia & modesti. } Sunt obscuri loci duo hic. Prior, quid inter honestum, & decorum intersit. Id fortasse potest ex hac similitudine intelligi. Bonus habitus corporis, seu ualetudo bonum colorem gignit: malus habitus, malum colorem. Ita MELAN.

honestas

honestas parit decorum. Estq; decorum, uirtutis color quidam, seu spẽs. Posterior locus, gñale decorũ nihil contra naturã facere. Nã facere cælẽ, prædari ex alieno, ut sunt cõtra naturã: ita deformia, & mõstrosa sunt. Cõtra, dignitas quædã est, & pulchritudo in iustitia, in prudẽtia, et fortitudine: qa nihil faciũt hæc cõtra naturã. Speciale decorũ est non mõ contra naturã facere, sed illa ipsa, quæ fert natura, delectu quodã, & ordine facere: ut cacare nihil habet uitij, at si more Diogenis caces in publico, uitiosum erit. Hoc secundum decori genus requiritur in hac quarta uirtute, quam modestiã uocauimus: ut non pugnat cõtra naturam uestiri peregrino more, at indecorum est, &c. Porro quòd dicit philosophos aliter de decoro loqui, atq; poetas, id ita accipias: philosophi negant decorum esse, si quid à natura dissentiat, ut in crudelitate neque dignitas, neque decorum est. At poetæ suum quoddam decorum singulis personis tribuunt, sicut pictores monstris etiam decorũ quoddam tribuunt, tametsi, si naturam spectes, in monstro nihil est decori.

BETVL. ITAQVE non solum.} Elegantissimum epagoges exemplũ, qualis etiã illa in tertio Tusc. quæst. Sed quia nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignauiæ: nec qui propter auaritiam clam depositum non reddidit, quod est iniustitiæ: nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiæ: frugi appellari solet, etc. ¶ Et ut uenustas.} Hãc similitudinẽ doctissima simul & facũda παραφράσει explicat D. Ambros. quã eudentiæ gratia inserere nõ piget, ut qui laborẽ hũc ꝓpter pueros suscepi, qui librorũ supellectile carent. Honestas, inqt, uelut bona ualetudo est, & quædã salubritas corporis. Decus aũt, tanq̃ uenustas aut pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo superare salubritatem, ac ualetudinẽ uidetur excellere, sine his tñ eẽ nõ põt, nec ullo separari modo: quoniã nisi bona ualetudo sit, pulchritudo esse ac uenustas non põt: sic honestas, decorum illud in se continet, ut ab ea profectum uideatur, & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusq; nostri honestas est, & sicut species est decorum, quod cum honestate confusum opinione distinguitur. Nã & si in aliquo uideatur excellere, tamen in radice est honestatis, sed flore præcipuo, ut sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est honestas, nisi quæ turpitudinem quasi mortẽ fugiat? Quid uero inhonestũ, nisi quod ariditatẽ ac mortẽ afferat? Virente igitur substantia uirtutis, decorũ illud tãq̃ flos enicat, qa radix salua est. At uero ꝓpositi nostri radice uitiosa, nihil germinat. ¶ Videtur aũt hæc similitudo ex analogia Platonica defluxisse, qui de Legib. 1. bona humana diuinis ἀναλογικῶς opponit, ita ut si diuina in Repub. reperiantur, humana necessario illic possideri. Hoc modo:

Decorum in prudentia.

Decorum in iustitia.

Decorum ab honesto se nõ separatur.

Vide disquisitionem XIIII. Cælij Calcagnini.

ἀγαθὰ

θεῖα.	ἀνθρώπινα.
φρόνησις,	ὑγίεια,
σώφρων ψυχῆς ἕξις,	κάλλος.
δικαιοσύνη.	ἰσχύς.
ἀνδρεία.	πλοῦτος μὴ τυφλός.

Et de Repub. 4. Virtutem sanitatem esse itaq; pulchritudinem dicit, robustumq; animi uigorẽ: prauitatem contra, morbũ, turpitudinem & imbecillitatem. ¶ Venustas & pulch.} Venustas εὐσχημοσύνη. εὐσχημόνως enim docente Ambrosio, fit, qđ fit bono habitu, bona specie. Pulchritudo autem, quod in hac dictione τὸ κάλλος. Nec minus recte respondent superiora φρόνησις & ὑγίεια. Quò respexit poeta ille qui ámico precatur, ut sit mens sana in corpore sano. ¶ Sed mente et cogit.} Quemadmodum dialectici album coruum in mente cõcipiunt, sibiq; imaginantur cygnum atrum. ¶ Hominis excellentiæ.} Hoc fundamento nixus Arist. asserit, præter hominem animãtia nulla temperantia esse, quæ circa ægrimonias tantũ uoluptatesq; fit, neq; alijs quàm gustus ac tactus sensibilis regnare. Locus est in magnis Moralibus lib. 2. cap. 21. & in Proble. sect. 28. Probl. 2. Quod uero metum, aliasq; id genus causas, temperantiam nihil impedire putat, non intelligo, qui cum Cicerone conueniat. Certe metus ut ἔλλειψις animum consternit, quo rem minus fortiter gerat. Et licet in cæteris animantibus metus maxime deprehendatur, quia tamen solis affectibus ducta rationis imperium non agnoscunt, fortia haberi nequeunt. ¶ Vt decoro, quod poetæ.} Græci, maxime Stoici; hoc

Duplex decorum: generale, quod in omni officio situm est: & speciale, quod temperantiam propriè consequitur. Diuus Ambrosius generale decorum accepit, quod ex harmonia, & consensu omnium inter se uirtutum existit, quale relucet in concordia uniuersitatis: speciale, quod in una quapiam parte relucat, potissimum tamen in temperantia.

Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco differendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, apparet. Nam & ratione uti, atq; oratione prudenter, & agere quod agas considerate, omniq; in re quid sit ueri, uidere & tueri decet; contraq; falli, errare, labi, decipi, tam dedecet, quàm delirare, & mentecaptũ esse. Et iusta omnia decora sunt: iniusta contra; ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim uiriliter, animoq; magno fit; id dignum uiro, & decorum uidetur: quod contra; id ut turpe, sic indecorũ. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, quod dico decorum; & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam, idq; intelligitur in omni uirtute, quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest, quàm re separari. *Et * ut uenustas, & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum illud quidem est cum uirtute confusum; sed mente, & cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate uersatur; & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic ferè definiri solet: decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ, in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differat. Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse uelit, quod ita naturæ cõsentaneum sit, ut in eo moderatio, & temperantia ap-

* Vt enim uenustas.

pareat cum specie quadam liberali. Hæc ita intelligi à philosophis possumus existimare ex eo decoro, quod Poetæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum seruare illud poetas dicimus, quod deceat; cũ id, quod quaq; persona dignum est, & fit, & dicitur: ut si Aeacus, aut Minos diceret,

Oderint, dum metuant; aut,

Natis sepulchrum ipse est parens:

indecorũ uideretur, quòd eos fuisse iustos accepimus. At Atreo dicente, plausus excitantur: est enim digna persona oratio. Sed poetæ quid quenq; deceat, ex persona iudicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstantiaq; animantium reliquorum. Quocirca poetæ in magna uarietate personarum, etiam uitiosis quid conueniat, & quid deceat, uidebunt. nobis autem cum à natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, uerecundiæ partes datæ sint; cumq; eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos aduersus homines geramus: efficitur, ut & illud, quod ad omnem honestatem pertinet decorum, quàm late fusum sit, appareat: & hoc, quod spectatur in unoquoq; genere uirtutis. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, et delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbationem eorum quibus cum uiuitur, ordine, & cõstantia, moderatione dictorum omnium, atq; factorum. Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, & optimi cuiusq;, & reliquorum. Nam negligere, quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat in omni ratione habenda inter iustitiam, & uerecundiam. Iustitiæ partes sunt, non * uiolare hoĩes; uerecundiæ, nõ offendere; in quo maxime ꝑspicitur uis decori. His igitur expositis, quale sit id, qđ decere dicimus, intellectũ puto.

[Margin notes:] Liberali, id est honesta. — Horatius: Reddere personæ scit conuenientia cuique. — Decorum poetarum honestis, ac turpibus commune. — Decorũ in ordine, constantia & modo. — Violamus iniuria, offendimus immodestia.

decorum definiunt λέξειν οἰκείαν τῷ πράγματι. De poetico decoro p æter Horat. & Plutarchus in Homero, & Aristot. in poetica nonnihil docuerunt. præ cæteris autẽ Hieronymus Vida lib. de arte poetica.2. qui hoc naturã appellat:

Præterea haud lateat te, nil conarier artem,
Naturam nisi ut assimulet, propiusq; sequatur.
Hanc unam uates sibi proposuere magistram,
Quicquid agunt, huius semper uestigia seruant.

¶ Hinc uarios mores, &c. quæ sequuntur, doctissima, quæ tibi puer diligenter legenda commẽdo. Nec poetis hoc solum, sed etiam oratoribus obseruandum est. de quo præter Cicero. lege Quintil. lib. 11. cap. de Apte dicendo, & cap. de pronunc. Lud. Viuem lib. 2. de corruptis artibus. ¶ Si Aeacus, aut Minos.} Hoc est, integer quispiã & incorruptus iudex. per antonomasiam. De his inferorũ iudicibus, uide Boccat. lib. 11. cap. 26. & lib. 12. cap. 45. ¶ Oderint dum metuant.} Tyrãnica uox, apud Cic. & Senecam celebris. In. 2. lib. ex Ennio citatur. Nescio an Marsus apud Accium legerit. Vide puerb. in Chiliadib. Eras. ¶ Natis.} Tantalo, Plysthenï, Harpagi. quos Atreus Thyesti fratri comedendos apposuit, ad quod facinus sol oriẽs creditus fuit recessisse. Citatur Thyestes Ennij, Materni, extat Senecæ. Citatur Atreus Accij, ad quam haud dubie respicit. Fabula est apud Hygin. Fabularũ cap. 88. & 244. et. 258. Boccat. lib. 12. aliquot ordine capitib. Truces Atrei oculi in prouerbiũ abierunt. Nomen immanitati respondet. dictus enim κατὰ τὸ ἀτηρὲς, ἄτρεστον, ἀτηρὸν, quòd intractabilis, noxius, nec ulla humanitatis

tatis ratione flexilis fuerit. Plato in Cratylo ¶ Nobis autẽ.} Vita enim humana nihil aliud, quàm fabula est, quæ in amplissimo huius mundi theatro agitur, cuius poeticæ ille μιμήσεις sunt, & speculum in quo cõtemplemur. nisi actiones nostræ personæ decoro recte respondeant. ¶ Pulchritudo corporis.} Cicero Tusculanarum quæstionum quarto. Et ut corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate, eaq; dicitur pulchritudo: sic in animo opinionũ, iudiciorumq; æqualitas & cõstantia. cum firmitate quadã & stabilitate uirtutem subsequẽs, aut uirtutis uim ipsam continẽs pulchritudo uocatur. ¶ Mouet oculos.} Allusio ad etymon τοῦ καλοῦ. Nam negligere.} Aristot. Ethic. 4. cap. 4. τὸν φιλότιμον & ἀφιλότιμον iuxta reprehendit. Atq; utrunq; rursus laudat, hunc μέτριον καὶ σώφρονα, illum uero ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον, medium autem, quia illi nomen nondum inuenit, ἀνώνυμον dicit. quod Cic. hoc loco reuerentiam uidetur appellare, alij uocãt modestiam. ¶ Verecundiæ.} Arist. in magnis Moralibus τὴν αἰδῶ medium facit τῆς ἀναισχυντίας καὶ καταπλήξεως. Vocat autem ἀναίσχυντον, qui quælibet cõtra quoslibet & dicit & agit, quod hic Cicero fortassis offensionis uerbo intelligit. Definiunt habitum esse metuentis turpitudinem, & indignantis admissa turpitudine.

Etiam uitiosis quid conueniat.} Vitiosos dicit improbos, secus quàm mancipium, equum, aut domum uitiosum dicimus. Ne hoc quidem admodum frequens.

ERAS. — ETVL.

Decorum secundum naturam esse, & cum in omnibus partibus, tum in temperantia plurimum ualere.

OFficium autem, quod ab eo ducitur, hãc primum habet uiam, quæ deducit ad cõuenientiam conseruationemq; naturæ: quam si sequemur ducem, nunquam ab-

OFFICIVM autem.} Alia rursus inductiõe ostendit, decorum speciale in singulas honestatis partes diffusum, eius tamen uim in temperantia esse, ut quæ fons totius conuenientiæ & ornamẽti est: atq;

OFFICIVM atq; adeo, ut Stoici τοῦ καλοῦ species enumerantes, τὸ κόσμιον ἀντὶ τοῦ σώφρονος usurpent. ut uidere est apud Laert. in Zenone. ¶ Quam si sequamur ducem.} Diuidit inter intellectũ & rationem, illum

Deo

Deo soli, hanc hominibus tri-
buunt. hinc illud Terent. Errasti
censen'me hominem esse. Alij
non distinguunt, sed ita sentiunt,
uti licet ratio & intellectus ab-
soluta animæ potentia sit, hanc
tamen sensuum uitio & phanta
siis per accidens decipi, & in
nullo errare, Dei potius quàm
hominis esse. ¶ Animi motus
probandi.} τὰ ἤθη, quæ temperata κρᾶσις gignit.

errabimus: sequemurq; & id, quod acutum, & perspi
cax natura est; & id, quod ad hominum consociatio-
nem accommodatum; & id, quod uehemens, atq; for
te. Sed maxima uis decori in hac inest parte, de qua
disputamus. Neque enim solum corporis, qui ad natu
ram apti sunt, sed multo etiã magis animi motus pro-
bandi; qui item ad naturam accommodati sunt.

ro demonstratur idem. Cum
enim idem sit, aut non multo di-
uersius decorum, quod hone-
stum, necesse est, eadem ab utro
que officia manare. Quod
hic additur de animi & cor-
poris motibus, ad hanc par-
tem honestatis, quæ continentia
& modestia nuncupatur, perti-
net.

DVPLEX est enim vis animorum, atque naturæ. Vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce; quæ hominem huc, & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendum'ue sit. Ita fit, vt ratio præsit, appetitus vero obtemperet. Omnis autem actio vacare debet temeritate, & negligentia: nec vero agere quicquam, cuius non possit causam probabilem reddere. Hæc est enim ferè descriptio officij. Efficiendum autem est, vt appetitus rationi obediant, eamq; neque præcurrant, nec propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignauiam deserant; sintq; tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. Ex quo elucebit omnis constantia omnisq; moderatio. Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam * exultantes siue cupiendo, siue fugiendo non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem, & modum transeunt. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ: à quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statusq; mutantur. Ex quibus illud intelligitur (vt ad officij formam reuertamur) appetitus omnes contrahendos, sedandosq;, excitandamq; esse animaduersionem, & diligentiam, vt nequid temere, ac fortuito inconsiderate, negligenterq; agamus. Neque enim ita generati à natura sumus, vt ad ludum, & iocum facti esse videamur: sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora, atque maiora. Ludo autem, & ioco, vti illis quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris, tum cum grauibus, serijsq; rebus satis fecerimus. Ipsumq; genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum, & facetum esse debet. Vt enim pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena; sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.

ὁρμὴ, quam in libris de Finibus appetitiones vocat, vnde oriũtur πάθη, i. perturbatiões.

Sic in libris de Finibus Cato officiũ, quod ait factum est, ut eius facti probabilis rõ reddi possit.

* excu-
tantes.

Indecorum & in corpore ex perturbationibus.

Gra[illegible] Vrbanitas quatenus adhibenda.

Licentia no[illegible] omnis aliena ab honestate.

AMERB. OFficium autem.} Sicut supra demonstratum est, officium esse honestatis, secundum naturam facere, ita hic de generali decoro de-

pontem omnis esse modestiæ, ut appetitus pareat rationi: Ad hunc ipsum putat Ambrosius omnium officiorum primarium esse fontem.

MELAN. OFficium autem.} Sensus communis indicat, quid deceat in ijs actionibus, quæ non sunt contra naturam. Est autem modestiæ maxima uis in frenandis libidinibus.

BETVL. DVPLEX est enim.} Hanc diuisionem superius, cum locus postularet, diductione demonstratiua posuimus, quam Cic. in Tusc. quæst. & Plutarchus in Placitis ad Pythagoram & Platonem authores referunt. Atqui Platonica diuisio accuratior, non in τὸ λογικὸν tantum, καὶ τὸ ἄλογον secernit. Tripartita namque fit, cum τὸ ἄλογον rursus diuiditur εἰς τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν: hoc est in iracundum. & cupidum. Et quia Cicero metaphoris, quibus in hoc tractatu respexisse uidetur ad illa Platonis figmenta, quæ tum in Timæo, tum in Phædro sunt, de Regina & auriga, atque duplici ciuium equorumq; genere, negotium rursus alia diductione tuis exhibebimus oculis.

μέρη τῆς ψυχῆς

- λογικὸν, diuinum & immortale, ab ipso Deo secundum sui imaginem creatum
- ἄλογον quasi mortale, & uariis perturbationib. obnoxium.
  - θυμητικὸν Irascibile.
  - ἐπιθυμητικὸν Concupiscibile.

In Timaeo Platonis constituuntur.

- Regi, in capite, uelut in arce constituto, qui imperium & sceptra in affectus subiectos exercet iustum.
- Ciuibus iracundis quidem illis, et ad seditionẽ pronis, nõ tamen perinde brutis, at fortitudinẽ prę se ferentibus. Illi sunt affectus, qui inter diaphragma & ceruicem suã sedem arci proxime habẽt.
- Ciuibus prorsus indomitis et efferis, imperio minime audientibus, sed subinde rebellãtibus. Affectus scilicet, infra praecordia, longe à regia, qua homo planè in pecudem desinit.

In Phaedro uero assimilantur

- Aurigę.
- Equo generoso, calcaribus nõ indigenti.
- Equo et uiciis duro, & flagello & stimulis uix obtemperanti.

Quae est ὁρμή.} ἡ ἄλογος κίνησις. & est τοῦ πάθους quasi genus quoddam, quod ex Stoicorum definitione facile colligitur, quae extat apud Laertium in Zenone his uerbis: ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος, ἡ ἄλογος, καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Quadrat autem haec uox tum ad celerem equi cursum, tum etiam ad seditiosum & ignobile uulgus, ad impetum et seditiones pronum. In. 2. de Nat. deorum, uoluntarios mundi motus hormas appellat. De multiiuga significatione uerbi ὁρμῆν, reuise commentaria Budaei. Lege super hac diuisione, cum aliis etiam Nemesium cap. 15. & aliquot ordine sequentibus. Neque praecurrant.} quod equi praeceleres facere solent. Nec propter temeritatem.} Quae cõtra prudentiam peccat. Nec propter pigritiam.} Respicit ad alterum iniustitiae genus, quando iniuriam passus deseritur. Nec propter ignauiam.} Quae impedit, ne rem fortiter geras.

ras. Longius euagantur.} ut equi ferociores. Exultant.} Exemplum in Chaerea Terentiano habes. Licet ora ipsa.} Exempla tragediae & comoediae suppeditant, atque etiam poemata heroica. Contrahendos.} ut equos ferocientes. Sedandos.} Ut populum ad seditiones spirantem. Neque enim.} Causa finalis, cur homo creatus sit. Ludum & iocum.} Zu kurtzweyl und schimpf. Sapit haec locutio prouerbiale quiddam, & iunctim ferè haec duo uerba leguntur, ut in illo Terent. Hic uero est qui si amare occeperit, ludum iocumq́; dices fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit. In Verr. per ludum & iocum euertere aliquem. Caeterum de differentia ludi & ioci, lege Vallam lib. 4. cap. 16. Ludo autem.} Obiectioni per occupationem respondet. Sicut somno. καθόλου γὰρ (inquit in Homeri uita Plutarch.) οἰκεῖόν ἐστι τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει μὴ μόνον ἐπιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀνίεσθαι ἵνα καὶ διαρκῇ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζῆν πόνους. & uices quietis & laborum prodesse, ipsius Homeri uerbis docet, qui dicit, ἀνὴν καὶ πολὺς ὕπνος. atque rursus alibi, ἀνὴν καὶ τὸ φυλάσσειν πάννυχον ἐγρήσσοντα. Causam reddit, quod somnus sit remedium corporis labore fatigati. Vt enim pueris.} Quintil. lib. 1. cap. 3. Cic. pro Caelio. Qui ludi Christianorum pueros deceant, lege apud diuum Hieron. in epist. ad Laetam, de instituenda filia. Cato pueris trochi ludum concedit, alea interdicit.

Dvplex est enim.} Plato & Aristoteles diuidunt animam humanam uim in duas partes: alterã appellãt λόγον ἔχον, aut ἔλλογον, alteram ἄλογον. Prior sequitur rectum iudicium & rationem, id est, hoc quod decet, & quod cum natura congruit, exequitur, seu medium seruat in rebus moralibus. (Est enim aliud λογικὸν, quod in intellectu est, & uocatur διανοητικὸν) Altera ἄλογον, id est ratione carens, quod fertur sine iudicio seu ratione, uelut exercitus sine duce, uocaturq́; haec etiam tum ἐπιθυμητικὸν, tum ὀρεκτικὸν, quae tamen, quando paret, fit etiam rationalis, seu, ut Aristoteles loquitur, ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικὸν. De his duabus partibus tradit hoc in loco Cicero, atque iubet rationi parere illam alteram partem, quae ratione uacat, & in qua sunt affectus & appetitiones, seu cupiditates: hanc quia communem habemus cum beluis, uocatur etiam θηριῶδες, id est, beluinum quiddam. Addit etiam aliquid de ludis & iocis, quatenus sit eis utendum, & qui sint laudabiles, qui non sint laudabiles. Sunt enim ludi uelut requies quaedam, de quibus egregie dicit Aristoteles: δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάπαυσις, καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ ἀναγκαῖον. AMERB.

Et Ouidius:

> Quod caret alterna requie durabile non est,
> Haec reparat uires, fessaq́; membra leuat.

Loquitur aũt adhuc de uirilibus ludis, ut sunt curules, equestres, scenici, gladiatorii, quae spectacula etiã et munera uocãtur, uenationes, & similes. De iocis est apud Aristotelẽ in quarto libro Ethicorũ. MELAN.

Dvplex est enim ius.} Duae hominis partes, ὁρμὴ appetitio, & λόγος iudicium de rebus.

DE

BETVL.

Vide discussionẽ ait Caelii calcagnini.

De scurrilitate & facet.} Haec nata uidentur ex undecimo Platonis de legibus, qui τὰ γελοῖα, si uel cum ira, uel sine ira fiant, poetis prohibet. In congressibus uero hominum, si bile careant, iactari concedit: liuidis autem poena graui inter-

...ueteris comoediae, Plau...tini, neque nõ ...ocratici la...

† De scurrilitate & facetiis

DVPLEX omnino est iocandi genus: Vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: Alterum elegans, urbanum ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus noster, & Atticorum antiqua comoe-

dicit. & de Repub. 4. probat, si pueri à primis annis παίζειν adsueuerint. Cic. pro Caelio ait contumeliam, si petulantius iactetur, conuitium: si facetius, urbanitatem nominari. Iocosam calumniam iureconsulti cauillationem uocant, Graece σόφισμα, & cauillari

*dia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multaq; multorum facete dicta; vt ea, quæ à sene Catone sunt collecta, quæ uocantur ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis ioci. Alter est, si tẽpore fit, ac remisso animo, *homine dignus: Alter ne *libero quidem, si rerũ turpitudini adhibetur uerborum obscœnitas.*

*libero
* homine

& cauillari communi sermone est σκώμματα in aliquem cõgerere. Scurrilibus & inimicis iocis Cicero et Quintil. ẽt oratoribus interdicunt, de facetis et urbanis precepta præscribunt: hic Inst. orat. lib. 6. cap. 4. ille li. de Orat. 2. Macrob. lib. 2. cap. 2. & ordine sequentib. quibus iam, multa multorum salse dicta congerit. ❡ Alterum elegãs. } Cic. lib. epist. (ut Macrob. citat) ad Cor. Nepotem 2. sic ait: Itaq; nostri, cum omnia quæ dixissemus, dicta essent, quæ facete & breuiter & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicteria uoluerunt. ❡ Plautus noster. } Symmachus in Saturnalibus Macrobianis lib. 2. cap. 1. Et iam primo, inquit, animaduerto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum, & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum uenustatem ceteris præstitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortẽ eius comœdiæ quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse, de iocorum copia noscerentur. & quæ de Cic. scribit Varro, dicit Musas, Aelij Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent, Quintil. refercte. Plura lege apud Crinitũ in eius uita, & Francisci Floridi Apologiam aduersus linguæ latinæ calumniatores. ❡ Atticorũ. } Vide prouerb. Atticus lepos, & Attica eloquẽtia. Quintil. negat Latinis Atticã Venerẽ in comœdijs concessam. Antiqua comœdia summa libertate nominatim, non ciuium solum primates, sed deos ipsos taxauit. Sic Aristophanis comœdiæ, ut Socratem: ita Iouem ipsum, & alios deos contũcijs proscindunt.

Apophthegma breuis & grauis sententia.

Hanc

Hanc libertatẽ Alcibiades Platonica fortassis lege, quã cõmemorauit, admonitus, antiquauit, quamobrẽ ἀρχαῖα postea nominari cœpta fuit. Super hac re cõsulito commẽtaria L. Viuis in lib. 2. Ciuit. Dei apud Augustin. cap. 8. Eras. in prouerb. de plaustro loqui. ❡ Socraticorũ libri. } De Socrate paulo inferius. ❡ A sene Catone. } Macrobius loco citato Catonẽ Censeriũ argute iocari solitũ fuisse cõmemorat, & Plutar. apophthegmata inter cætera Romana neutiquã obticet. Non desunt qui illũ libellũ, qui sub Catonis titulo à pueris teritur, Catonianũ asseuerare audent, quod Plutarch. alicubi illud dictũ citat, Nil mentiri debes, μὴ ψεύδου. Per me suũ cuiq; iudiciũ esto liberũ. ❡ Apophthegmata. } ἀποφθέγματα σύντομοι λόγοι, concisæ sunt sententiæ, sensu tinctæ, uerbis exiguæ, pondere graues. ἀποφθέγγω significat, multa paucis uerbis cõprehendo. Domitius Marsus seria in tria diuidit, honorificũ, cõtumeliosum mediũ, qđ ἀποφθεγματικὸν uocat. Quintil. lib. 6. ca. 4. ❡ Facilis igitur est distinctio } Sunt nonnulli tam sinistre sanctuli, ut in homine Christiano iocos nõ ferant. at Prudentius uates, multo prudentius hisce dactylis sapere uidetur: Seria, ludicra, uerbi, iocos, Denique quod sumus aut agimus, Trina superna regat pietas. Si tempore. } εὐκαιρῶς, in loco. ❡ Ac remisso animo. } ἄνευ θυμοῦ. Plato. ❡ Verborũ obscœnitas. } Hi ioci, teste D. Hieronymo, sunt principia morituræ uirginitatis. in uita Hilarionis. ❡ Apophthegma. } breue dictum, Latini scitum dixere.

MELAN

Ludendi. }

Et honesti lusus modum esse quendam.

LVDENDI *etiam est quidam modus retinendus; vt ne nimis omnia profundamus, elatiq; voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. Suppeditant autem & campus noster, & studia venandi, honesta exempla ludendi.*

BETVL. LVDENDI. } Nam si lusus, teste Fabio signum, alacritatis est, modus ergo ludendi laudem meretur: cuius extrema erunt morbus lusorius, & torpor ex altera parte languescens. Plato musicam & palestram maxime probat. Hinc Parmeno Terentianus fictitium suum Dorum à literis palestra & musicis Thaidi commendat: ut quæ æquum fuerit scire liberum adolescentem. Inter pueriles ludos fuerunt accusationes, defensiones detrusiones in carcerem, futuræ scilicet Reipub. præludia. Plutarch. in Catone Cens. De uarijs ludorum generibus conside Alexandrum ab Alexandro lib. Genialiũ dierum 3. cap. 21. ❡ Et campus noster. } P. Victor octo campos enumerat. Viminalem, Exquilini, Agrippæ, Martium, Codetanum, Bructanum, Lanatarium, Pecuarium: & unũ ultra Tybrim campum Vaticanum, extra numerum. Martium hic intelligit, qui ibi fuit, ut Põpon. Lætus refert, ubi est ecclesia S. Laurentij

Suppeditant, subministrant. Venatio,

rentij

rẽtij in Lucina cũ hortis. Fuit is olim Tarquiniorũ ager, de quo Plutar. in Publicola, Dionysius li. 5. Liu. li. 2. Decad. 1. Hũc cãpũ Marti sacrũ Romani suæ iuuẽtuti ad exercitãdã artẽ militarẽ destinarũt, de quo præter Dionysiũ legere potes Blondũ libro 6. Triũphantis Romæ. ❡ Venandi. } Honestũ hoc exercitiũ fuisse, indicat Simo Terentianus, quòd Pãphilus suus animũ semper ad studiũ aliquod honestũ adiunxerit, cũ uel equos aluerit, uel canes ad uenandũ. Xenophon, qui egregiũ de Venatione librum scripsit, hoc studiũ ad authores deos, Apollinẽ. s. & Dianã refert, longũq; catalogum præstantiũ recenset, qui huic dediti fuerunt. Platoni in Legibus nullũ aliud uenationis genus, nec piscatio, nec aucupium, nec præda libero homine digna uidetur, nisi sola ferarũ. quã alibi in ijsdẽ Legibus hoc maxime nomine cõmẽdat, quod per hãc regionis deuia iuuẽtuti explorata sunt. Venatores in sacris literis oẽs male audiunt.

Sed

Animi delectatio ab honestis studijs petenda: corporis voluptas, quia pecorina sit, aut plane reijcienda, aut quàm parcissime adhibenda.

SED *pertinet ad omnem officij quæstionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus, reliquisq; bestijs antecedat. Ille* enim nihil*

* enim f.

BETVL. SED pertinet. } Hoc capite uniuersale uniuersorum hominum decorum delineat, sequenti singulare singulorum. Apud Aristophanem uespæ, aues, ranæ suam personam tuentur. In apologis Aesopicis animalcula suã naturã exprimunt, uulpecula calliditatẽ, canis fidem, leo tyrannidem, lupus truculentiam, agnus simplicitatẽ. Simili ratione in uita mortaliũ, quam fabulam diximus, ὁ ἄνθρωπος erectum tollat ad sidera uultũ, cogitet suã originem, nec alienam quàm suã ipsius, hoc est semicœlestem

*sentiunt, nisi voluptatē, ad eamq; feruntur * toto impetu: hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit; videndiq;, & audiendi delectatione ducitur. quinetiam, si quis est paulo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere, (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paulo erectior, quamuis voluptate capiatur; occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam. Ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse dignam hominis præstātia, eamq; cōtemni & reiici oportere: sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse modum eius fruendæ. Itaque victus, cultusq; corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem. Atq; etiam si considerare * volemus, quæ sit in natura * excellentia, & dignitas; intelligemus, quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter viuere: quàmq; honestum parce, continenter, seuere, * sobrie.*

* omni

propensior, qui propēdēt, inclinatur.

voluptas ho[minis] ... indigna

* volumus

* hominis excellentia

* sobrieq;.

personam induat, belluinos mores abijciat, ne se cum porco in cœnum uoluptatis prouolutet. Hoc brutis homo interest, ut huius appetitus rationi pareant, illa ductum naturæ atque ingenij sui sequantur. ⟦Modo ne sit ex pecudum genere.⟧ Quæ naturæ impulsu nec affectant quicquam, nisi quod uoluptatis aliqua ratione sibi blanditur: neq; abhorrent à re quaq;, quæ non dolorē aliquē minitetur. τὸ καλὸν, quis mentis oculos non habēt, cernūt minime. passer ergo cum salax est, suū decorum sustinet: asinus, cum est iners: homo uero, cū ad honestatem anhelat, qui rationis præsidio solus pulchrum agnoscit, & in hoc solo τὸ πρέπον seruat, si hoc dictis & factis exprimat. ⟦Non re, sed nomine.⟧ Quia ab humanitate longissime absunt, & sunt beluini prorsus. ⟦Corporis uoluptatem.⟧ Nō uacat congerere, quid philosophi de uoluptate disputent. Tu studiose puer (pueris enim scribo) quod ad præsentis loci declarationem attinet, obserua, uoluptatem aut animi esse, aut corporis. quare Cato de Senectute, criminationem, qua intemperantes senectutem, tanquam omnis uoluptatis uacuam criminantur, tollens, hac diuisione nixus, pecuniam illam libenter amittit: hominis uero peculiarem ita senibus uendicat, ut ea peculiariter senes, soli sapientes utantur. Quia uero uoluptas etiam corporis quædam non omnino insipientibus conceditur, paucis hunc scirpum enodabimus. Voluptas corporis corporeis sensibus percipitur, atque sentitur. Sensualia uero organa sunt in corpore quinq;, quorum quædam soli homini uoluptatē adferunt, quædam uero brutis cum homine pariter res uoluptuosas administrant. Et quia hæc naturæ lex ita constituit, nihil absurdum homo facit, si naturæ beneficio fruatur. fruitur autem, si iuxta præscriptum rationis modum non transilit.

Sensus uoluptatum ministri, quinque	{Visus	}Soli homini uoluptatem præbent: in
	{Auditus	}quibus tamen ipsis modus requiritur.
	{Odoratus}	
	{Gustus	}Homini cum belluis communes, eos }reddūt ἀκολάστους, uel ἀκρατεῖς,
	{Tactus.	}id est incontinentes, uel intemperantes.

Hæc sunt ex doctrina Aristot. Moralium magnorum lib. 1. cap. 21. Item sect. 28. Probl. 2. de quo lege etiam Gell. libro. 19. cap. 2. ⟦Ad uires, non ad uoluptatē.⟧ Quare Socrates, ut est apud eundem Gell. dicebat, multos homines propterea uelle uiuere ut ederent & biberent: sese bibere atque esse, ut uiueret. Et Hippocrates diuina uir scientia, coitum uenereum existimabat μικρὰν ἐπιληψίαν. ⟦Excellentia & dignitas.⟧ Grauis hominibus mulcta est, si quis de dignitatis gradu deiectus in ordinem redigatus, uel capite diminutus, aut ἄπολις fiat, aut libertatem amittat. Et apud Cor. Tacitū male audiunt Germani, quod preciosissimam libertatem aleæ committentes, sese in turpissimā seruitutē coniecerunt. At quàm sumus nobis iniqui, qui nostra sponte, dignitate, quæ secundum cœlites maxima est, excidentes, ad turpissimas sordes nos deuoluimus.

AMERB.

Sed pertinet ad omnem. ⟧ Aliud præceptum hic additur. Cogitandum nobis hominibus esse, quæ sit propria uis nostræ naturæ. Est autem duplex illa, θεωρητική, & πρακτική, quarum est præclara comparatio in ultimo libro Ethicorum. Appetitiones, ut dictum est, sunt communes pecudibus nobiscum, inde colligit aliud præceptum Cicero, Aut non esse dandum aliquid uoluptatibus corporis, aut sic dandum, ut hoc modeste & recte faciamus, omnemq; uitam secundum illas partes, quæ sint nostræ naturæ propriæ, consumendam esse, quantum possit fieri, & certe ad hoc esse contendum summis uiribus. De refrenandis autem & moderandis corporis uoluptatibus dicit: Quia sunt etiam uoluptates animi, quæ, ut honestæ, ita maxime sunt licitæ, ut gaudere propter honeste actam uitam, aut inuentam aliquam artem: ac adeo quidem non sunt prohibitæ hæ uoluptates, ut Aristoteles in quodam loco scribat, quòd sint bonum per se expetendū, & quod quidem perficiat uirtutes. Nec aduersatur hoc religioni Christianæ, si absit utrunque genus contemptus, Dei & hominum, agnoscamusq; à Deo nos hæc bona, quæ habemus, habere, non autem ex nobis, aut à fortuna. Quanquam huius rei causa præcipue debemus leti esse, quòd, ut Christus, inquit, nostra nomina in cœlo scripta sint.

TETVL.

Intelligendum ⟧ Postquam de uniuersi generis humani decoro dixit, recte se ad singulare conuertit, & quid quemque mortalium pro dignitate, ætate, sexu, professione deceat, elegantissimis exemplis ostendit. ⟦Vt enim in corporibus.⟧ Persius Satyra quinta:

Mille hominum species, & rerum discolor usus,

Velle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno, &c. uide prouerbium, Quot homines, tot sententiæ. ⟦L. Crasso.⟧ De huius urbano lepore Marsus ex Bruto. Huic Quin. παρρησίαν, Tacitus grauitatē tribuit. Hic est ille L. Crassus, qui à Cicerone in libris de Oratore, de eloquētia disputās,

Animaduerte lector ordinem: primum ostendit quid decorum secundum naturam cum pecoribus communem: deinde quid secundum hominis præstantiam: deinceps quid deceat uniuscuiusque personam, uel à natura tributam, uel casu impositam, uel iudicio assumptam.

INTELLIGENDVM est etiā, duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum vna est communis, ex eo quòd omnes participes sumus ra-

Intelligendum.

tionis, præstantiæq; eius, qua antecellimus bestijs, à qua omne honestum, decorumq; trahitur, & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur: altera autem, quæ proprie singulis est * attributa. Vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere; itemq; in formis alijs dignitatem inesse, alijs venustatem) sic & in animis existunt etiam maiores varietates. Erat in L. Crasso, & in L. Philippo multus lepos; maior etiam, magisq; de industria in C. Cæsare Lucij filio: at ijsdem temporibus in M. Scauro, & in M. Druso adolescente singularis seueritas; in C. Lælio multa hilaritas; in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. De Græcis autem, dulcem, & facetum, festiuique sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt; Socratem accepimus: contra, Pythagoram, & Periclem summam authoritatem consecutos sine vlla hilaritate. callidum Annibalem ex Pœnorum, ex nostris ducibus Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. In quo genere Græci Themistoclem Atheniensem, & Pheræum Iasonem cæteris anteponunt. In primisq; versutum, & callidum factum Solonis, qui, quo & tutior vita eius esset, & plus aliquanto Reipub. prodesset, furere se simulauit. Sunt his alij multum dispares, simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici: itemq; alij, qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod velint, consequantur; vt Syllam, & M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimum, & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus; contraq; Callicratidem, qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. Itemq; in sermonibus alium quidem videmus, quamuis præpotens sit, efficere vt vnus de multis esse videatur. Quod in Catulo, & in patre, & in filio, itemq; & in Q. Mutio * Numantino vidimus. Audiui & ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica; contraq; patrem eius illum, qui Tyberij Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis; * ne Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum; ob eamq; rem ipsam magnum, clarumq; fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morumq;, minime tamen vituperandorum. Admodum autem tuenda

*tributa.

*idemq;

*Mancino

*necnon

Varietas ingeniorum à natura.

sputãs. eloquentissimus introducitur. & in 3. de Orat. se cum Antonio cõferẽs, se maiorẽ operã uerbis quàm sententijs eligendis impendisse dicit. Is uigesimo primo anno Carbonem oratione insecutus, apud Tacit. legitur. Antonius in 2. de Orat. affirmat, neminem omnium tot & tanta, quanta sint in Crasso, habuisse ornamenta dicẽdi. [Philippo.] Quia Marsus ex Bruto quæ huc faciunt, satis diligenter annotauit, ea repetere supersedeo. Cicero de Orat. 2 hunc Philippum in primis disertum & eruditum fuisse testatur, eumq; ita ad dicendum solitum surgere, ut quod primum uerbum habiturus fuerit, nescierit. [C. Cæsare.] Catuli patris fratre. De quo inferius de duplici orationis genere. Lucij autem patris in consulatu collega fuit Philippus, iam supra commemoratus, DCLXIII. tempore Socialis belli. [In M. Scauro.] De huius dicendi genere memini me superius dixisse. [M. Druso.] C. Drusi iureconsulti frater, cui in Bruto grauitatem tribuit. licet quibusdam magnus Bruti auunculus, alius ab illo uideatur.

Simplicitas.

[Lælio.] De Lælio & Scipione in Amicitia dictum est. [Scipione.] Fannius in Annalib. hunc εἴρωνα appellat. conferturq; in hoc cum Socrate. Cic. de Orat. 2. & in Bruto, & in Tuscu. quæst. [Socratem.] Atticus apud Cic. in Bruto: Ego, inquit, ironiam illam quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, Xenophontis & Aeschinis libris utitur, facetam & elegantem puto. Est enim & minime inepti, & eiusdem etiam faceti, cũ de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. ut apud Platonem Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerũ inscium fingit & rudem. Decet hoc nescio quo modo illũ, Quinti. lib. 9. cap. de fig. sent. Tum etiã uita uniuersa ironiã habere uidetur, qualis est in uita Socratis. Nam ideo dictus εἴρων, hoc est agens imperitũ, & admirator aliorũ tanquã sapientiũ. Seneca lib. 5 de Beneficijs, cap. 6. eius sermonẽ per figuras procedere, & omniũ derisorẽ, maxime potẽtiũ extitisse testatur. Timon apud Laertiũ, ironiã hãc Socrati uitio uertit, hoc uersiculo: μυκτὴρ ῥήτορ ὀμνῆτος ὑπαττικὸς εἰρωνευτής. De utilitate ironiæ Socraticæ, lege omnino Marsilium in argumento Euthydemi. Caue autem intelligas εἰρωνείαν eiusmodi, qualis à Theophrasto in Notis describitur, quæ sit προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων, quæ res & uerba in deterius dissimulet: sed quæ τῆς ἀλαζονείας contrariũ ab Aristotele ponitur, & τῆς ἀληθείας defectus, quæ aut negat ea quæ sibi insunt bona, aut extenuat. lib. Ethic. 4. cap. 4. [Pythagorã.] Pythagoræ authoritas, quæ discipulis ipsius pro ratione fuit, prouerbio locum præbuit, αὐτὸς ἔφη. Eã ex longinqua peregrinatione acquisiuit, & quia maxime ἀποκλίνων ἐπὶ δόξας fuerit, ut de eo apud Plutarch. i Numa Timon Phliasius testatur. eius authoritas celebratur apud August. lib. 2. de Orig. Nemo ignorat uitam eius à Laertio scriptã esse. [Periclẽ.] In tantã apud suos Athenienses authoritatẽ accreuit, ut cũ contra ipsorũ uoluntatẽ loqueretur, pro salute patriæ, seuerius tamẽ ad ipsum, quod ille cõtra populares homines diceret, populare id tamen & iucundum omnibus uideretur. Præter Plutarch. eius uitæ scriptorem, de eius authoritate lege Platonem in Alcibiade priore, Thucyd. li. 2. Isocratem pro pace, Cic. de Orat. 3. Valer. li. 8. cap. 9. Iustin. lib. 3. [Hannibalem.] De huius calliditate præter Liuiũ, et alios Punici belli scriptores, consule Valer. lib. 7. capite de Strategematis. [Q. Fabiũ.] De hoc superius, & i Cat. maiore. [Themistoclẽ.] Socr. apud Xenophõ

Vafri & ad omia uersatiles. Comitas & affabilitas.

*sunt sua cuiq;, non vitiosa, sed tamen propria; quo facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur. Sic enim est faciendum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus; ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur: ut, etiam si sint alia grauiora atq; meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud: ideo, quia nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua, id est, aduersante & repugnante natura. Omnino, si quicquam est decorum; nihil est profecto magis, quàm æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum: quam conseruare non possis, si aliorum naturam imiteris, omittas tuam. Vt enim sermone eo debemus vti, qui notus est nobis; ne, vt quidam Græca verba inculcantes, iure optimo irrideamur: sic in actiones, omnemq; vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunquam mortem sibi ipsi consciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat. * Num enim alia in causa M. Cato fuit, alia cæteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt *? Atqui cæteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quòd eorum vita lenior, & mores fuerant faciliores: Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura grauitatem; eamq; ipse perpetua constantia roborasset; semperq; in proposito susceptoq; cōsilio permansisset: moriendum potius, quàm tyranni vultus aspiciendus fuit. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cum & mulieribus (si Circe, & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus * affabilem & iucundum se esse vellet. domi vero etiam contumelias seruorum ancillarumq; pertulit; vt ad id aliquando, quod cupiebat, perueniret. At Aiax, quo animo traditur, millies oppetere mortem, quàm illa perpeti, maluisset. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui; eaq; moderari, nec velle experiri, quàm se aliena deceant. Id * enim maxime quenq; decet, quod est cuiusque suum maxime. Suum igitur quisque noscat ingenium; acremq; se & vitiorum & bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus, quàm nos, videantur habere prudentiæ. illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. * qui voce freti sunt, Epigonos Medeam'que; qui gestu, Menalippam, vel Clytemnestram; semper * Rutilius, quem ego memini, Antiopam; non sæpe*

tem Pericli incantationes, huic uarias artes in administranda Repub. tribuit, libro 2. De huius calliditate dicetur inferius suo loco. [Iasonem.] Thessalorum calliditas alioquin prouerbio celebratur. Præter ea quæ Philippus ex Xenophonte annotauit, eius calliditatem declarat etiam q Epaminundam Thebanum auro tentasse, apud Plutarchū in Apophtheg. legitur. Fit huius mentio apud Val. lib. 1. & 9. [Solonis.] Inter multa egregia huius uiri, & istud memorabile fuit. Inter Athenienses & Megarenses de proprietate Salaminæ insulæ prope usq; ad interitū armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de uendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacēdo parum Reipublicæ consuleret, aut censendo periculum sibi afferret, subitam dementiā simulat, cuius uenia non dicturus modo prohibita, sed facturus erat. Deformis habitu, more uecordium in publicū euolat: factoq; cōcursu hominū, quo magis cōsiliū dissimularet, insolitis ibi uersibus suadere populo cœpit, quod uetabatur: omniūq; animos ita cepit, ut extēplo bellū aduersus Megarenses decerneretur, insulaq; deuictis hostibus Atheniensiū fieret. Hæc Iustinus lib. 2. uersus extant apud Laert. Cōmemorat eadē Plutarch. in eius uita. [Quiduis patiāmur.] Nō uitiū hoc est, ut apud Terētiū in Gnatone, qui cibū è flāma petere posse Parmenoni uisus est: sed quemadmodū Apostolus oībus oīa factus est. [Syllā.] Plutarchus in eius uita scribit, tātā morū ipsius fuisse inæqualitatē, ut secum discrepare sit uisus: rapuisse multa, largitū plura (qđ Cicero etiā supra de iustitia taxauit) honorasse indignos, cætera fuisse contumeliosissimū: eos coluisse quorum opera opus habuerit, ludibrio habuisse supplices: ut nescias utrū cōtēptor natura magis, an adulator fuerit. In animaduertēdo porro ita sibi dissimilē fuisse, ut alios leuiusculis ex causis grauissime torserit, aliorū rursus, iniurias maximas æquo tulerit animo. Ad inexpiabilia facinora facile placabilis: leues cōtra, nulliusq; momēti offensas cæde, bonorumq; publicatione mulctarit. [Crassum.] Quibus sordibus Crassus ad tantas peruenerit diuitias, uidere est apud eundē Plutarchū. [Lysandrū.] βαρὺς ἐξουσίας διὰ χρείαν ἐντυχεῖν δύσκολος. Plutarch. [Callicratidē.] Argumēto est, quod moram Cyri responsum de petito stipēdio differētis iā difficulter tulerit. de quo legēdus est Xenophon ἑλληνικῶν lib. 1. & Plutarch. in Apophtheg. Lacon. [Itēq; in sermonib.] Trāsitio à decoro morū, ad decorū sermonis. [Vt unus de multis.] unus è uulgo. Lucian. in Somnio: ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων. [Catulo patre atq; filio.] Vide Ci. ī Bru. [Q. Mutio Numātino.] Alij Numātio. Eqdē nec de Numātio, nec de Numātino unquā qcq̄ memini me legere. Ego de Q. Mutio Scæuola augure intelligo, qui enucleate qdē & polite dicere solebat: nequaq̄ aūt ea ui atq; copia, quā genus illud iudicij et magnitudo causæ postulabat. Cic. [In P. Scipione Nasica.] De cuius uita (sicut ēt Scæuolæ) copiosissime legere potes apud Bernardinū Rutiliū in catalogo iurecōs. De Gracchi cæde in Lælio dictū est. [Nec nō Xenocratē.] Quod Philippus annotauit, Platonē illi dixisse, σπεῦδε ταῖς χάρισι. Apud Plutarchū ī Mario, et Laertiū in ipsius uita, θῦε ταῖς χάρισι legitur. De eius grauitate multi multa, præsertim Plutarch. in Phocione & Apophtheg. Valer. lib. 4. cap. 3. [Naturam uniuersam.] Generale decorum. [Propriam naturam.] Speciale decorum. [Naturæ regula.] Sicut Horatius prouerbiali figura, Quenque se suo modulo, suoq; pede metiri dixit. Vide Chiliad. [Sequi, assequi.]

πæpe-

...nō frustra cō ... natura pugnā ... nō. Hora. Tu nihil inuita di... res, faciesue Minerua.

...ve apud Luci... nō à Mutio ri... etur Albuci: Chære Tite.

Cato Vticæ si... bi mortē con... sciuit.

Circe Solis filia, Calypso nympha, qua... cum hospitio Vlysses aliquā... diu usus est, ut procos uxoris perderet.

...comici, histrio... es e scena.

Epigoni cla... nosa tragœ... dia, de Thebis ... pteis. ...adea nota.

* non

* .

* affabilem se ess.

* n. quenq;

* qui n. voce

* Rupilius,

Aesopus Aiacem. Ergo histrio hoc videbit in scena, quod non videbit sapiens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in ijs potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia: vt ea si nō decore, at * quamminime indecore facere possimus. Nec tam est enitendum, vt bona, quæ nobis data non sunt sequamur, quàm vt vitia fugiamus.

* quā minimum.

παρονομασία. ⌈Inuita Minerua.} Consule Chiliad. Erasmi. ⌈Vt enim.} ὁμοίωσις. Siquidem autem oratio mentis interpres est, & omnino in hoc loquimur ut intelligamur, debemus uti sermone recepto. Vtamur Græcis confessis tum, cum nostra desunt, ut præcipit Quintilianus: aut cum græca latinis sunt significātiora. De quo Erasmus in Copia uerb. 1. ca. 11. Nec minus inepte faciunt, admonente Apostolo, qui in ecclesia linguis loqui uolunt. ⌈Naturarū.} ingeniorū. Significat enim etiam ἡ φύσις non modo habitum illum totius uniuersitatis, sed ingenium cuiusque peculiare, hoc est τὴν φυσικὴν δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν. Vel etiam τὴν διάθεσιν. Sicut de Luciano auunculus δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶσθα ἔχων δεξιῶς, ad statuariam ipsum idoneum indicant. ut ξενοκράτης ἦν τὴν φύσιν νωθρός, Xenocrates erat ingenio tardus. ⌈Vt nonnunquam mortem sibi.} Hanc quæstionem attigimus in Catone maiore. ⌈Cato.} De huius obitu scribunt Plutarchus in eius uita, & in Cæsare. Item in libello, Quod eruditio in principe requiratur: Lucanus lib. 9. Appian. lib. 2. Flor. lib. 4. cap. 2. Hircius lib. 6. Abbreuiator Epit. 1 14. Oros. lib. 6. cap. 16. Eutrop. cap. 5. libri 6. Sabellicus Enneadis 6. lib. 7. Seneca in 6. Suas. & Epist. 24. Val. lib. 3. cap. 2. Gell. libro 13. cap. 18. Lact. lib. de Falsa sapientia, cap. 18. negat Catonem tam ob id necem sibi consciuisse, ut Cæsaris tyrannidem effugeret, quàm ut Stoicorum mandato obtemperaret. Quàm autem recte hoc fecerit, disputat Augustin. lib. 1. cap. 22. Ciuitatis dei extabat olim Materni tragœdia, Cato inscripta. ⌈Si Circe.} Homer. Odyss. 10. Bocc. li. 4. cap. 14. & lib. 11. cap. 4. Hygin. cap. 125. ⌈Calypso.} Homer. Od. 4 & 5. Boccat. lib. 4. cap. 41. lib. 1. cap. 40. Hygin. cap. 125. ⌈Mulieres appellandæ sunt.} Non credo Ciceronem eas pro deabus habuisse, quæ nec secundum moralem expositionem quicquam bonarum rerum habent, nec si theorias mythologicas respexeris. Nam qui Vlyssis errores enarrant, per Vlyssem mentem animæ ducem intelligunt: per socios autem, cogitationes quas Cicero paulo superius ὁρμὰς appellari dixit, & uires ab ipsa statim origine corpori insitas. Aeæam autem insulam, aiunt significare regionem omni miseriarum genere plenam. Circen porro ueneficam, typum faciunt uoluptatis, quæ suis præstigijs cogitatus humanos, & naturales illas quæ in homine tumultuantur motiones uitiat, & in deterius transformat, ad quam dulcissimis pellectæ illecebris, in beluinam quandam & omni ratione uacuam naturam sine ulla moderatione abeunt. Rebus uero ita deploratis succurrit mens (quam ueluti ducem aut reginam esse, supra ex Platone docuimus) quæ rationis præsidio collapsam fortunam restaurat, antidotum præsens aliquod, quo præstigiosum uoluptatis uenenum pellat, adhibet, & prodigiosam illam atque beluinam habitudinem sano consilio reformat. Non dissimili ratione alterum quoque membrum exponunt, ubi Vlyssis nomine intelligunt quemlibet hominem, qui utilitatis opinione in turpissimas uoluptates magna temeritate collabitur: casum autem suū tam grauem animaduertens, iugi pœnitudine, assiduisq; ploratibus ad pristinæ temperantiæ decorum, atq; animi dignitatem unde exciderat, tantisper respirat, dum secundus diuinæ prouidentiæ afflatus reducem saluum quasi postliminio ipsum sibi reddiderit, & ad sui possessionem reuersus procos, hoc est omnem intemperiem & turpitudinem iugulet, atq; è medio tollat. Sed hæc παρέργως fortassis. Quod ad Cic. sententiam Vlyssisq; decorum attinet, confessum iam tritumq; non modo apud Homerū illius poeseos autorē est, sed apud tragicos quoque, aliosq; oīs generis autores, πολύτροπον esse. ⌈Seruorum.} Melanthij. Odyss. ρ ⌈Ancillarū.} Melāthus, Odyss. ε ⌈Quod cupiebat.} Occidere scilicet procos, & tranquillo Penelopes coniugio frui. Odyss. χ. Dictys Cretensis lib. 6. ⌈At Aiax.} Telamonius. Extat Sophoclis Aiax. De Aiace porro lege Hom. Iliad. 16. Ouid. 13. Metamorph. Boccat. libro 12. cap. 48. Hygin. cap. 107. ⌈Illi enim optimas.} Videntur hæc facere ad id quod Erasmus in dialogo de Pronunciatione docet, olim aliam agendorū ludorū rationē fuisse, cum unus recitaret fabulā, & ad huius uocē histriones personati gestus obtemperarent. ⌈Ne scenici plus.} Theatricorū artificum partim gymnici, partim scenici fuerunt. Scenici sunt, qui scenicos agonas exercent, qui & musici & Dionysiaci dicuntur. quare & homines ipsi scenici, uno uerbo à Græcis Dionysiaci artifices dicuntur. In his sunt comœdi, tragœdi, mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, ethopœi, omnes uno nomine hypocritæ dicti, & ipsorum actio hypocrisis. De Gymnicis alibi. uide Bud. l. athletæ. ff. de ijs qui notantur infamia. ⌈Epigonos.} Epigonos & Menalippa inter L. Accij fabulas à Crinito numerantur, ubi Menalippa forte pro Menalippus legendum est. Medea Euripidis extat græca, sicut latina Senecæ. citatur Ennij, Pacuuij, Accij, Nasonis, Materni Galli. Clytemnestra Pacuuij fortassis, sicut etiam Antiopa eius citatur. ⌈Semper Rutilius.} Alij Rupilij, & fortassis emendatius ⌈Sæpe Aesopus.} Hunc Cicero in pronunciando imitatus est. Plutarch. in Cic. Macr. lib. 3. cap. 4. Cicero ad Q. fratrem, fatetur hunc sibi familiarem esse. Quintil. lib. 11. cap. de Pronunc. concitatiorem Roscium, hunc grauiorem fuisse testatur. De huius luxu & patina lege Pliniū lib. 10. cap. 51. lib. 35. cap. 12. Budæum de Asse lib 2. & 4. ⌈Ergo histrio.} Comparatione maioris ad minus. Latine histriones, ludiones & ludij, qui Græcis hypocritæ, hoc est scenici actores. Budæus.

INtelligendū est etiā ⌈Valde ornant hanc disputationem, quæ sunt addita hic de ingeniorū & naturarū diuersitate, ac magis quidē Rhetorice, ac Politice, q̄ Philosophice, si ipsam honestatē & eius partes exacte cōsideres. Nō. n. aliter cōcedi potest Ciceroni, Pati imperiū Cæsaris, aliquibus potuisse nō turpe esse, cū Catoni fuerit turpe. Sicut. n. cōstantia et æquabilitas decet omnes homines, ita omnes decuit aut dedere se Cæsari, aut nō dedere. Et pertinet hoc genus decori magis ad Poeticū decorū q̄ ad Philosophicū: nec est per se decorū, sed quia est in hac aut illa persona, etiā si mala sit, et mores eius corrupti. Nā idē est decorū, quod honestū. Et honestū per se nō ex uarietate personarū, nec aliū alio magis, aut minus decet agere, uel secundum totam honestatem, uel secundum eius partes, quamquam interim non eadem omnes decent. Atque hoc est aut ex rebus quæ aguntur, aut ex personis, quæ agunt. Et personæ quidem ex ætate sunt potius et uitæ conditione, quàm ex moribus æstimandæ. Mores enim sunt illud ipsum, quod malum est, aut bonum, hoc est, uirtutes ipsæ, aut uitia. Res autem faciunt, ut

alios deceat eas agere, alios non deceat, quando sunt mediæ, & nec turpes, nec honestæ per sese, ut est nauigare, uxorem ducere, ædificare: & quanquam hæc per se media sunt, tamen additis circunstantijs sæpe fiunt non media, ut Regi non uxorem ducere, quando hæres deest regno, & cætera sunt paria, non est liberum. Nutrire autem liberos non est medium, quia nunquam non debent nutriri. Et talia quidem ad uirtutes proxime pertinent. Nunc si parere Cæsari per se, & simpliciter turpe esse iudicauit Cicero, non debuit ulla personæ ratio hoc mutare: sicut nulla personæ ratio, aut nulla alia circunstantia debet facere, ut non agamus honeste, aut secundum uirtutem. Si autem uoluit seruitutem esse rem per se mediam, sicut egregie docet Plato in quadam Epistola: δουλία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερ βάλλουσα μὲν ἑκατέρα πάγκακον, ἔμμετρος δὲ οὖσα παναγαθὸν, *fuit non tradere se Cæsari liberum, uerum non tantum Catoni, sed etiam alijs: & ne quidem hoc modo persona ex moribus sumpta ius habuit mutandi rem mediam in rem non mediam, id est, facere non liberum quod fuit liberum. Sed non illa exacta ratione disputat hic Cicero de Officijs, ut sub initium operis ipse ostendit, nec ego Ciceronem reprehendo, sed ostendere uolui, quomodo possit & fortasse debeat de hac re disputari secundum Aristotelis doctrinam. Præterea quod hic Cicero de Socrate dicit, simulatorem eum fuisse, expositum est ab Aristotele in IIII. lib. Ethicorum, ubi* εἰρωνείαν *&* ἀλαζονείαν *inter uitia ponit. Et est proprie* εἰρωνεία *dissimulatio,* ἀλαζονεία *simulatio: atque alterum pugnat contra uerum, alterum pro falso, & hoc illo minus prope ad medium accedit. Cicero in secundo libro de Oratore uocat* εἰρωνείαν *tum simulationem, tum dissimulantiam, & numerat inter ornamenta orationis, dicitq; talem etiam Africanum fuisse apud Romanos, qualis fuit apud Græcos Socrates. Nec multo aliter Aristoteles docet. De Epigonis Tragœdia facit etiam Cicero mentionem in libello de optimo genere Oratorum, & utitur hac uoce Pausanias non pro fabula, sed pro filijs interfectorum in bello Thebanorum.*

RAS. *Aiax quo animo traditur.* } *Hanc sermonis formam satis annotauit Valla.*

MELAN. *Sic & in animis existunt.* } *In decoro dijudicando primum natura hominis, deinde suum cuiusque ingenium spectandum est. Itaque hic uarietatem ingeniorum tractat, iuxta illud:*

Tu nihil inuita dices, facies'ue Minerua.

¶ *In C. Lælio multa hilaritas.* } *Vide apud Silium Italicum lib. 15. Lælij descriptionem:*

—Cum dulcia solueret ora,

Aequabat Pyliæ Neleia uerba senectæ.

¶ *Et Periclem.* } *De Pericle apud Thucyd. lib. 2.* Ἐκεῖνος μὲν δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι, καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἐγένετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἦγε, διὰ τὸ, μὴ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν, πρὸς ἡδονήν τι λέγειν. ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν, ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι. καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως, ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν. Ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. *id est.*

Pollebat ille cum dignitate, tum consilio, minime omnium pecunia expugnabilis. Plebem in officio liberaliter retinebat: neque uero ex eius uoluntate pendebat, sed eam sibi parere cogebat. Nam cum bonis artibus potentiam adeptus esset, nihil erat cur adsentaretur multitudini. Eamq; sæpe offendebat, etiam cum pro authoritate refragaretur. Proinde siquando temere audere eam animaduertit, metu incusso dicendo repressit. Contra stulto formidantibus animum restituit. Videbaturq; in speciem summa rerum penes populum esse, uerum re ipsa penes unum Periclem erat. ¶ *De Themistocle.* } *ex Thucydide lib. 1. Nam inde Cicero & hæc, & alia est mutuatus. Et quia personarum descriptiones apud historicos in primis obseruandæ sunt, et uel ad mores, uel ad eloquentiam multum conducunt, excerpsimus:* ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε. ὧν δὲ ἄπειρος εἴη κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. τό, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα. καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, φύσεως μὲν δυνάμει, μελέτης δὲ βραχύτητι, κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν, τὰ δέοντα ἐγένετο. *id est,*

Erat Themistocles firmissimo naturæ robore præditus, propter quod apud omnes eximia admiratione merito fuit. Suopte enim ingenio, quod doctrina neque exercuerat, neque auxerat, præsentium, & improuisarum rerum breuissima deliberatione egregius erat æstimator. Futura autem nemo unquam uel longius, uel certius prospexit. Quæ tenebat, in'que manibus habebat, explicare potis erat. In certa uero, & obscura, donec deprehendisset, non acquiescebat. In rerum delectu, quo facto, quo'ue prætermisso opus esset, nullis indicijs erat oculatissimus. De quacunque re incidisset, dicebat naturæ bonitate, negligentissime meditatus. Neque quisquam hunc ex temporali in rebus necessarijs usu unquam uicit. ¶ *Et Pheræum Iasonem.* } *Iason Pheræus non est Argonauta ille, de quo est in fabulis, ut quidam suspicati sunt, sed fuit Thessalorum princeps proxime ante Philippum Macedonem: dictus Pheræus ab oppido Thessalorum* φέραις, *ubi imperauit. Extat autem eius elegans* προσωπογραφία *apud Xenophontem libro sexto, ad quam hic allusit Cicero, scribens fuisse uafrum ingenium uiri.* φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν, ὡς ὅσα τε λανθάνειν καὶ ὅσα φθάνειν, καὶ ὅσα βιάζεσθαι ἐπιχειρεῖ. οὐ μάλα ἀφαμαρτάνειν ἱκανὸς γάρ ἐστι καὶ νυκτὸς ἅπερ ἡμέρας χρῆσθαι, καὶ ὅταν σπεύδῃ ἄριστον καὶ δεῖπνον ποιησάμενος, ἅμα πονεῖσθαι, οἴεται δὲ καὶ ἀναπαύεσθαι χρῆναι, ὅταν ἀφίκηται ἔνθ' ἂν ὁρμώμενος, καὶ διαπράξηται ἃ δεῖ, καὶ τοὺ μετ' αὐτοῦ δὲ ταῦτα εἴθικεν. ἐπίσταται δὲ καὶ ὅταν ἐπιπονήσαντες ἀγαθόν τι πράξωσιν οἱ στρατιῶται, ἐκπλῆσαι τὰς γνώμας αὐτῶν, ὥστε καὶ μεμαθήκασι πάντες οἱ μεθ' αὐτοῦ ὅτι ἐκ τῶν πόνων, καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται. καὶ μὴν ἐγκρατέστατός γε ἐστίν, ὧν ἐγὼ οἶδα τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν. ὥς τε οὐδὲ διὰ ταῦτα ἀσχολίαν ἔχει εἰς τὸ μὴ πράττειν ἀεὶ τὸ δέον. *id est,*

Catus adeo dux est, ut cum fallere hostem, aut anteuortere, aut ui adoriri instituit, haud ferè frustretur. Noctu ac die iuxta paratus: ne tum quidem, cum conuiuium agitat, otiosus. Nec antea acquiescit, quàm eò, quò tendit, peruenerit, quamq; effecerit, quæ ex

usu

usu sunt. Ad eundem modum & milites adsuefecit: quibus & prolixe indulget, ubi facinus aliquod egregium fecerunt: estq; persuasum omnibus, qui apud eum stipendia merent, uoluptatem atque otium labore parari. Ipse uero omniū, quos noui, parcissime uoluptatibus fruitur: quare nec hæ morantur quo minus recte res gerat. ⁋ Lacedæmoniorum Lysandrum.} Vide Plutarchi Lysandrū. ⁋ Xenocratem quidem seueriss.} Tanta is fuit seueritate, ut Plato sæpe diceret ei, πεῦθε χάρισι. ⁋ Epigonos.} ἐπίγονοι, nomen fabulæ: dicuntur autem Epigoni à Græcis posteri eorum, qui Polynice duce ad Thebas occubuerant. Hi duce Alcmeone postea renouarunt bellum: cuius belli meminere Diodorus Siculus in quinto, & Pausanias in Bœotijs. ⁋ Menalippam, uel.} Menalippa uterum ferens, in carcerem coniecta est. Diodo. lib. 5. ⁋ Quàm ut uitia fugiamus.} Horatius: Est uirtus uitium fugere, & sapientia prima, &c.

Decorum ab ijs, quæ nobis fortuna attribuit, quæve nobis iudicio ipsi adsciscimus.

AC duabus ys personis, quas supra dixi; tertia adiungitur, quam casus aliquis, uel tēpus imponit: quarta etiā, quā nobismet ipsis iudicio nostro * accōmodamus. Nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eaq; quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem quam personam gerere uelimus à nostra uoluntate proficiscitur. Itaq; se aly ad philosophiam, aly ad ius ciuile, aly ad eloquentiam applicant; ipsarumq; uirtutum in alia alius mauult excellere. Quorum uero patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere: ut Q. Mutius P. filius in iure ciuili, Pauli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius; qui cum belli laude non inferior fuisset, quàm pater; ad eam laudem, doctrinæ & ingeny gloriam adiecit. Fit autem interdum, ut nonnulli omissa imitatione maiorū, suum quoddam institutum consequantur: maximeq; in eo plerunq; elaborant y, qui magna sibi proponūt, obscuris orti * maioribus. Hæc igitur omnia, cum quærimus quid deceat, complecti animo, & cogitatione debemus.

* accommodabimus

Quæ quisque studia maxime sequatur.

Timotheus &c orator Isocratis discipulus.

Conon inclytus dux Atheniensium. Homines nouі.

* parentibus.

BETVL. AC duabus.} Nihil est quod maiorem in autoribus enarrandis euidentiam ac perspicuitatem adferat, quàm si ordo pulchre obseruetur. id commodissime per transgressiones fit, quibus sequentia præcedentibus aptissime connectuntur. Quare hanc tibi Ciceronis transitionem ob oculos ponam, ut negotium non modo inspicias, sed perspicias potius.

Decorum uitæ humanæ nobis aut
- Natura insevit
  - 1 Generale, quo homines à bestijs differunt.
  - 2 Speciale, quo homines inter ipsos.
  - De his dictū habemus.
- κατὰ συμβεβηκὸς inditum.
  - 3 Casu, uel temporibus.
  - 4 Iudicio & arbitrio nostro.
  - De hoc dicetur.

⁋ Q. Mutius.} Quem tum Cicero hoc loco, tū Pomp. de orig. iur. Publium nominant. In Chronologia consulari anno DCXXI. Caius perperam legitur. Reliquit is de iure ciuili libros X. fratrē adoptiuum P. Crassum Mutianum oratorem, iuris doctrina tantum imbuit, quantum oratorio muneri necessarium existimauit. Q. aūt hic non Augur, sed Pontifex Max. est, qui in oratorum numero non fuit, quem suus in consulatu collega Crassus orator iurisperitorum eloquentissimum, eloquentium iurisperitissimum existimauit. Huius eloquentiæ meminerunt Quintil. lib. 12. cap. 3. Gell. lib. 8. cap. 14. Præter Ciceronis Brutū, & Pomponij catalogum, consule Bernardinum Rutilium in iureconsultorū uitis. ⁋ P. filius Africanus.} De huius adoptione alibi dictum est, Quanto autem studio literas rei militari coniunxerit, dicetur in principio tertij. Quàm autē patri auoq; similis fuerit, scribit Paterculus his uerbis: Ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, uir auitis P. Africani, paternisq; L. Pauli uirtutibus simillimus, omnibus belli ac togæ dotibus ingenijsq; ac studiorum eminentissimus seculi sui, qui nihil in uita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit, &c. ⁋ Timotheum.} Isocratis discipulum, qui præceptori æream imaginem dicauit. Cic. de Orat. 3. & Plutarchus in uita Ciceronis. De eius fortuna lege Erasm. in Prouerb. Dormientis rete trahit, ex Plutar. Apophtheg. & Suida annotantem. ⁋ Obscuris orti maiorib.} Exempla extant apud Valerium Maximum libro. 3 cap. 4. & apud Lucianum in Somnio.

Constituendum genus uitæ, & institutum.

IN primis autem constituendum est, quos nos, & quales esse uelimus, & in quo genere uitæ: quæ deliberatio est omnium difficilima. Ineunte enim adolescentia, * cui inest maxima imbecillitas consily, tunc id sibi quisq; genus ætatis degendæ cōstituit, quod maxime adamauit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursuq; uiuendi, quàm potuit, quod optimū esset, iudicare. * Nāq; Herculem * Prodicium dicūt, ut est apud Xenophontem; cum primum pubesceret, quod tempus à natura ad deligendum, quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus, datum est; exisse in solitudinem; atq; ibi sedentem diu secum, multumq; dubitasse, cum duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius esset. Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere; nobis non * idem, qui imitamur quos cuiq; uisum est, atque

* cum

* Nam

* Prodi... dicit

Prodici so... stæ de Her... fabula p... stua refe... apud Xeno... phontem 2. Memor... lium.

* item

Decorum

ad eorum studia, instituta'q; impellimur. Plerunque autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem, morem'q; deducimur. Alij multitudinis iudicio feruntur; quæ'q; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maxime exoptant. Nonnulli tamen siue felicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina, rectam uitæ secuti sunt uiam. Illud autem maxime rarū genus est eorum, qui aut excellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione, atque doctrina, aut utraq; re ornati, spatium deliberandi habuerunt, quem potissimum uitæ cursum sequi uellēt. In qua deliberatione, ad suam cuiusq; naturam consilium est omne reuocandum. Nam cum in omnibus quæ

* quę quisq; est natus. *aguntur, ex eo modo * quo quisq; natus est, ut supra dictum est, quid deceat exquirimus: tum in tota uita constituenda multo est rei cura maior adhibenda; ut*

Perpetuitate, idest constantia. *constare in uitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. Ad hāc autem rationem, quoniam maximam uim natura habet, fortuna proximam; utriusq; omnino ratio habenda est in deligendo genere uitæ. sed naturę magis: multo enim & firmior est, & constantior: ut fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare uideatur. Qui igitur ad naturæ suæ non uitiosæ genus, con*

* uitæ *silium * uiuendi omne cōtulerit; is constantiam teneat: id enim maxime decet: nisi forte se errasse intellexerit in deligendo genere uitæ. Quod si acciderit, potest autem accidere; facienda morum institutorum'q; mutatio est. Eam mutationem, si tempora adiuuabunt, faci*

Bo cōmutandum uitæ genus. *lius, commodius'q; faciemus: sin minus; sensim erit, pedetentim'q; facienda: ut amicitias, quæ minus delectēt, & minus probentur; magis decere censent sapiētes sensim dissuere, quām repente præcidere. Commutato autem genere uitæ, omni ratione curandum est, ut id bono consilio fecisse uideamur. Sed quoniā paulo añ dictum est, imitandos esse maiores: primum illud exceptum sit, ne uitia sint imitanda: deinde, si natura non feret, ut quædam imitari possint; ut superioris Afri-*

* Paulo Aemylio *cani filius, qui hunc * Paulo natum adoptauerat, propter infirmitatem ualetudinis non tam potuit patri similis esse, quām ille fuerat sui, si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalitatē, modestiā, temperantiam; quo minus ab eo id, qđ deest, requiratur. Optima autem hæreditas a' patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior, gloria uirtutis, rerum'q; gestarum: cui dedecori esse, nefas et uitium iudicandum est. Et quoniā officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaq; sunt iuuenum, alia seniorum; aliquid etiam de hac distinctione dicendum est.*

De comm. ab ætate.

BETVL.

IN primis autem. } Postquam de decoro primum generali speciali'q;, quod natura uniuersis ac singulis inseuit, deinde de eo quod nostro delectu arripimus, egit, non utili minus quām eleganti παρεκβάσει de constituendo in primis annis uitæ genere disserit. qui locus ad œconomiam pertinet maxime. Et quia uirtus pleruq; post nummos, paucissimos hodie inuenias, qui hanc rem, ut par erat, in cogitationem ponant. Aut enim ab ijs qui rerum omnium securi in diem uiuunt, negligitur prorsus: aut illecebris sibi blandientibus allecti, in uoluptatis uiam præcipitati, per fas & nefas ad cōstitutum finem magno uitæ mortalium communis detrimento grassantur, Imbecillitas consilij. } Quæ, ut alibi dixit, senum regenda prudentia est. Nam neq; Herculem. } Socrates apud Xenophontem libro ἀπομνημονευμάτων 2. de amico comparando cū Aristippo disputans, hæc ex Prodico recitat. Verba Socratis, quia huc mirifice quadrant, paulo altius repetam: ἔτι δὲ αἱ μὲν ῥᾳδιουργίαι, καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ, οὔτε σώματι εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐργάζεσθαι, ὥς φασιν οἱ γυμνασταὶ, οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν. αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι ποιοῦσιν, ὥς φασιν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. λέγει δέ που καὶ ἡσίοδος.

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως, λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τοπρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐπίχαρμος ἐν τῷ δε. τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθοὶ θεοί. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησὶν, ὦ πονηρὲ μήτι μάλα κακῶς ὁ μὴ τὰ σκλήρ' ἔχεις. καὶ πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς, ἐν τῷ συγγράμματι τὸ περὶ τοῦ ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡς σαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι. φησὶ γὰρ ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας. τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν, καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπλότητα καὶ καλλωπισμένην δὲ, τῷ μὲν χρώματι, ὥστε λευκοτέραν τε, καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι. τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι. τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα, ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, κατασκοπεῖσθαι δ' ἅμα ἑαυτὴν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. ὡς

δ' ἐγένετο

δ' ἐγένετο πλησιαίτερον τοῦ Ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ῥηθεῖσαν ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δ' ἑτέραν φθάσαι βουλομένην προσδραμεῖν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ εἰπεῖν. ὁρῶ σε ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥάστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσῃ, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσῃ. πρῶτον μὲν γάρ, οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενος διέσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον, ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις. ἢ τίνα ἰδὼν τερφθείης. ἢ τίνων ὀσφραινόμενος, ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης. τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπανίως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα οὐ φόβος, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι. ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται. τούτοις σὺ χρήσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδᾶναι. πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς ἐμοὶ ξυνοῦσιν ἐξουσίαν ἔγωγε παρέχω. καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, ὦ γύναι ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἡ δέ, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι ἔφη, καλοῦσί με εὐδαιμονίαν. οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι, ὀνομάζουσίν με κακίαν. καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν. καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σὲ ὦ Ἡράκλεις, εἰ δυνατοὺς γεννήσαντές σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν φανῆναι. οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ᾗπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. ἀλλ' εἴ τε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴ τε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴ τε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴ τε ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν Ἑλλάδα πειρατέον εὐποιεῖν. εἴ γε τὴν γῆν φέρειν σοι καρποὺς ἀφθόνους, τὴν γῆν θεραπευτέον. εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον. εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι, καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευθεροῦν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον. εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. καὶ ἡ κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὥς φησι Πρόδικος· ἐννοεῖς ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. καὶ ἡ ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένουσ', ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι πάντων ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίουσα, πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα, ἵνα μὲν ἡδέως φάγοις ὀψοποιοὺς μηχανωμένη, ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς. ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάσεις. οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὅ,τι ποιῇς, ὕπνου ἐπιθυμεῖς. τὰ δ' ἀφροδίσια, πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρωμένη. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσα. ἀθάνατος δὲ οὖσα ἐκ θεῶν μὲν ἀπέρριψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ. τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ. καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος, ἀθέατος. οὐδὲν γὰρ πώποτε σεαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι. τίς δ' ἄν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; οἳ νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι. πρεσβύτεροι γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι. ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες, τοῖς πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι. τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον, οὔτε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται, τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις οἷς προσήκει. ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις. εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις. ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων. βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις, ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις, ἀνέχονται γὰρ ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν, ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμόχθοις. καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται. εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν, ὅτ' ἂν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. τοιαῦτά σοι ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ, τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι. οὕτω πως διώκει Πρόδικος, τὴν ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν. ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν. Meminit eiusdem Quintil. lib. 9 cap. 2. & Cicero ad L. Luceium lib. 5. Maximus Tyrius Ser. 4. Cum hoc Prodici figmento cõuenit Christi doctrina de arcta & lata porta, Matthæi 7. & Pythagoræ de litera bicorni, de qua præter carmen illud, quod Vergilij titulo puerorum manibus teritur, uidendus est Lact. lib. 6. cap. 3. & 4. Lege ad hæc quæ annotauit Eras. in prouerbio, Difficilia quæ pulchra. Item, Publicam uiam ne ieris. Hesiodium autē biuium exponit etiam Plato in Protagora, & de Legib. 4. [Prodicus] Hunc Ceum alij, alij Chium faciunt. Socrates in Protagora huius se discipulum fatetur, eiusq; doctrinā & sapiētiā diuinam ad Simo-

pidem refert. Quintilianus etiam hunc Protagoræ σύγχρονον facit. Plato in Lachete hunc mirificũ in explicandis nominibus artificem fuisse testatur. Et in Axiocho, neminem eum gratis docuisse, quod & Laertius in Protagora fatetur. Et in Hippia maiore, ex priuata doctrina magnam pecuniæ uim lucratum fuisse legitur. ¶ Apud Xenophontem.} Xenophon, ut audiuimus, σύγγραμμα περὶ τοῦ ἡρακλέους citat. ὧραι huic operi si Suidæ credimus, fuit. ¶ Pubesceret.} ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο. Variationem interpretationis Budæus notauit in Comment. περὶ τῆς ἥβης & ætatis humanæ gradibus, in Catone M. dictum est. ¶ Hercule Iouis satu edito.} Fabulosam Herculis genituram Plautus in Amphitryone celebrauit. Lege Boccatium libro. 13. cap. 1. Non puto operæpretium, commemorare Herculis nomen cõmune quoddam epitheton fortium urorũ esse, poetasq; ex multis fortitudine præstantibus unum quoddam exemplum confinxisse. ¶ Nobis non idem.} Luciano idem propemodum, qui ad imitationẽ nostri Herculis, in somno sibi Statuariam & Pæliam apparuisse fingit, quarum pro se utraq; ipsum ad sui studium trahere conata sit. ¶ Plerunq; autem parentum.} Quare Plutarchus parentum uitã filijs tanquam speculum propositũ uult, in libello de Educandis pueris. ¶ Nonnulli tamen.} Videtur alludere ad tria hominum genera, ab Hesiodo nobis proposita.

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
φρασσάμενος, τάτ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δὲ καὶ μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων,
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

¶ Quo quisq; est.} Sic & nasci poetam uerius dicunt, quàm fieri. ¶ Fortuna proximam.} Plato de Legibus 10. quorundam authoritate ait res omnes quæ uel fiant, uel futuræ sint, uel quæ sint factæ, pulcherrimas natura fortunaq; fieri, cæterum arte minores. Vnde quæstio illa nascitur, utrum ars certior an natura. hinc liquidum fit, annui'ne producat an ager. ¶ Potest autem accidere.} Syrus Terentianus in Adelphis, hominis proprium esse errorem indicat, seni respondens, Censen' me hominem esse? Erraui. ¶ Fortuna non unquam.} Cõplures enim fortuna seruos, natura philosophos fecit. de quibus Gell. lib. 2. cap 18. Quid quòd Plautus in pistrino, Næuius in carcere fabulas scripsit, teste eodem Gellio lib. 3. cap. 3. & Protagoram fortuna baiulum fecit, natura philosophum, quem Democritus suo ingenio reddidit. Gell. lib. 5. cap. 3. ¶ Facienda morum.} Videtur omnino alludere ad illud Mitionis Terentiani; qui Platonem in 10. de Republica secutus, uitam hominum confert lusui tesserarum, in qua si illud quod est maxime opus iactu, non cadit, illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Et Ligurinus libro primo de gestis Friderici,

Nunc igitur ueluti cum luditur alea prudens,
Si qua mala acciderint, ea lusor corrigit arte:
Sic nos, humanæ lusit quos alea fortis,
Consilio fati casum properemus iniqui
Corrigere, & tanto solatia ferre dolori.

¶ Vt amicitias.} De hoc in Lælio. ¶ Ne uitia sint imitanda.} D. Hieronymus in Apol. contra Ruffinum, docet magistrorum non uitia, sed uirtutes imitandas esse. fuisseq; Romæ qui se Afri grammatici præceptoris æmulum putaret, si stridorem linguæ eius, & uitia tantum oris exprimeret. sic Platonici, præceptoris incuruos humeros: Aristotelici, balbutiem imitari traduntur. Plutarchus. ¶ Paulo Aemilio.} Qui Scipionis filius, nihil de paterna maiestate, præter speciem nominis uigoremq; eloquentiæ retinuit. Paterculus. ¶ Quàm ille sui.} Qui post multas in Hispania uictorias occisus fuit. ¶ Optima autem hæreditas.} Sic supra partem gloriæ suæ iure quodam hæreditario ad filium pertinere dixit. Lege super hoc loco Plutarc. in libello, De his qui sero à numine corripiuntur. ¶ Concionibus tenere.} Hanc eloquentiæ uirtutẽ Lucia. in Hercule Gallico expressit. ¶ Et quoniã.} Transitus ad sequentia.

ET in quo genere uitæ.} Præcipit de quarto gradu. ¶ Herculem Prodicium} Prodicus rhetor finxit Herculi uoluptatẽ, ac uirtutem adparuisse, Silius in Scipione lib. 15. imitatus est. ¶ Sensim dissuere.} Sic præcepit & in lib. de Amicitia. MELAN.

Adolescentiam quæ proprie deceant.

EST igitur adolescentis maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos, & probatissimos, quorum consilio atq; authoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum cõstituenda & regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas à libidinibus arcenda est; exercendaq; in labore, patientiaq; & animi, & corporis: ut eorum & in bellicis & ciuilibus officijs uigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos, & dare se iucunditati uolent; caueant intemperantiam, meminerint uerecundiæ: quod erit facilius, si eiusmodi quoque rebus maiores natu interesse uelint.

BETVL. EST igitur.} Vide Valeriũ lib. 2. cap. De instit. antiqs. Plat. de Legibus nono ¶ Exercendaq;.} q; pro εἶτα per enallagẽ. Verecundia. Causatiua est, quia laboribus libido maxime tollitur. Disciplina. iuxta illud:

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

¶ Si huiusmodi.} Aristot. c. ult. lib 7. Polit. Quintil. lib. 1. cap. 3. Industria.

AMERB. EST igitur adolescentis.} Omnes eruditorum & sapientum libri pleni ferè sunt his uocibus, ut minores natu colãt, & obseruent maiores natu, ab hisq; discant uirtutes, & honestas artes. Quia ut est in Græco uersiculo:

γνῶμαι ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.

Et ut Aristoteles ait:

οἱ νέοι ἄπειροι τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων.

Sed ut est officium hoc adolescentum, ita senum est sapere, docere, cõsulere, monere, gubernare, sicut hi etiã uersiculi Ouidij suauiter indicant in. 6. Fasto.

Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est,
Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit.

Quod tamen sic intelligendum est, ut discere non sit turpe seni etiam à iuuene, aut adolescente, si, ut sæpe fit, minus sapiat, q̃ minor natu. Inueniuntur enim, qui nullum habent argumentũ, quo probent se diu uixisse, præter ætatem, ut Seneca inqt, & pulchre Aristoteles monet, ubi ait: διαφέρει δ' οὐδὲν νέον τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός. Item pulchre monet Græcorum prouerbialis uersiculus:

πολιὰ χρόνου μήνυσις οὐ φρονήσεως.

Additæ sunt hic etiam aliæ circũstantiæ conditionum, quod sit magistratuum, quod priuatorum, quod peregrinorum officium.

Est

MELAN. EST igitur.} Adolescentis officia. Hoc uero præceptum in primis est necessarium, ut adolescens & in studijs: & in instituenda uita proponat sibi aliquem, quem effingat, quemq; exprimat summo studio. Ideo Vergilius de Pallante ait:

– Sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Eadem apud homerum de Achille.

Sub

Senectutem quæ deceant maxime.

SEnibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. Danda uero opera, ut & amicos, & iuuentutē, & maxime Rēp. consilio, & prudentia quamplurimum adiuuent. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se, desidiæq; dedat. Luxuria uero, cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Sin *autē libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malū est; quòd & ipsa senectus cōcipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem alienum est de magistratuum, de priuatorum, de ciuium, de peregrinorū officijs dicere. Est igitur proprium munus magistratus intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatē & decus sustinere, seruare leges, iura describere, * & ea fidei suæ commissa meminisse. Priuatum autem oportet æquo, & pari cum ciuibus iure uiuere, neq; submissum, & abiectum, nec se efferentem; tum in Rep. ea uelle, quæ tranquilla, & honesta sint. Talem enim & sentire bonum ciuem, & dicere solemus. Peregrini autem, & incolæ officium est, nihil præter suum negotiū agere, nihil de alio inqrere, minimeq; in aliena esse Repu. curiosum. Ita ferè officia reperientur, cum quæretur quid deceat, & quid aptū sit personis, temporibus, ætatibus. Nihil est aūt, quod tam deceat, quā'm in omni re gerenda, consilioq; capiendo seruare cōstantiam.

BETVL. SENIBVS.} De his in Catone maiore dictum abunde est. Gelliū obiter lege lib. 2. cap. 14. ⁋ Dāda uero opera.} Gell. lib. 2. cap. 14. ⁋ De priuatorū, de ciuium.} De priuatorum ciuium, meo iudicio rectius leges. Neq; enim quatuor, sed tria tātum membra esse, ex sequētibus facile patet. Est tamen gradus inter magistratum & priuatū ciuem. Aristoteles enim quarto Polit. differentiam faciens inter magistratus & curationes munerum, ita inquit: Maxime aūt magistratus (ἀρχὰς) appellare eos debemus, quibus de quibusdam cōsultare datum est & iudicare, ac pro potestate iubere: præcipue uero hoc ultimum. iubere enim pleniorem notā magistratus obtinet. Quibus autē hoc non licet, hos ἐπιμελητὰς καὶ ἐπιστάτας uocat: quasi dicat, curatores & præpositos. Hæc Budæus in annotationibus posteriorib. Quid iter magistratum & ciuem bonum discriminis sit, uide apud Arist. Polit. 3. ⁋ Est igitur.} ὁ πολιτικὸς καὶ κύριος, ἢ καθ' αὑτὸν ἢ μετ' ἄλλων τοῖς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας. Arist. 3. Polit. Platoni πολιτικόν ἐστι τό γε δίκαιον. ⁋ Seruare leges.} Non oīs magistratus custos legis est, ne apud Platonē quidem de Legib. 6. qui inter cæteros magistratus, imo præ cæteris νομοφύλακας constituit, eiś; legis custodiā demandat. Minos, qui in Creta nouem annis Iouis cōsilijs fretus, dexterrime regnauit, in urbe Gnosso, Rhadamantho uiro optimo legū custode usus est: extra urbem Taloe, qui ter in singulos annos regionē passim obibat, custodia legum intentus, æreasq; legum tabulas pagatim circūferebat, de quo Plato in Minoe. Cic. de Legib. 3. antiquas leges recitās, prætorem quidē iuris ciuilis custodem nominat, & censori legū custodiam tribuit: fatetur tamen, imo conqueritur, Romanos suos legū custodiam memoriam'ue publicam nullam habere, Græcosq; in hoc diligentiores fuisse, qui νομοφύλακας creare soliti sint. Copiosius de his Bud. in tit. de Offic. præfecti prætorio. ⁋ Iura describere.} τίμημα γράφειν, mulctam irrogare. Sic Cice. Verrem iura magis pretio quām æquitate descripsisse testatur. Sic Esaiam 10. cap. intelligit: ubi ue prophetis imprecatur ijs qui iniquas leges condunt, & iniquitatem scribunt. Hoc enim sequentia flagitare uidentur, maxime

SENIBVS
xime uersiōe græca. οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν, γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσιν, ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, ἁρπάζοντες κρίμα πενήτων τοῦ λαοῦ μου. ⁋ Neq; submissum.} Aristo. bonum ciuē agit, qui imperare pariter, obedireq; , cū opus sit, posfit. ⁋ Pari cū ciuibus iure.} Alludit ad definitionem legis, quæ ait legē esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu. Quære qui nō pari cum ciuibus iure uiuit, is uit iure singulari: qđ quia singula ueteres priua dixerunt, priuilegiū appellatur. De quo Cic. de Legibus 3. Gell. lib. 10. cap. 20. Bud. in l. legis uirtus. ff. de legibus & S. C. Meum institutū non est discipere, sint'ne priuilegia è Republ. nec'ne. Cic. uidetur odisse: Oldēdorpius impensius fauet, tum in eo tractatulo quē de iure singulari cōscripsit, tum etiam in 12. tabul. expositione. Quid de sacrificijs nostris cēsebimus? Nam si omnis qui ciuitatē aliquā incolit, aut ciuis est, aut peregrinus, uel incola (nam cum peregrinis īcolas ipse Cic. numerat) ciuis est uel cum magistratu, uel priuatus: nostri sacrifici, si ciues sunt, merito ciuilia onera sustinent: sin uero incolæ, de aliena Repub. curiosiores nō sunto. & multo minus ciuitatis imperia sibi uendicanto. Indulta obijciunt. Audio, sed non agnosco, id quod in detrimentum & contra libertatem indultum est. Liturgi sunt? Non opinor. liturgus enim nemo nisi ciuis esse, in Repub. recte formata constitutaq; esse debet. Quare? sequetur, ⁋ Peregrini.} Aristot. 3. πολιτικῶν, μετοικὸς γάρ ἐστιν, ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. Cic. confundit hoc loco Vallæ differentiam, qui peregrinum uocat, qui in ciuitate non est: hospitem, qui in aliena est. Et Marsilius apud Platonem τοὺς ξένους peregrinos interpretatur tum alibi, tum de Legibus duodecimo, ubi quatuor peregrinorum genera ex quatuor peregrinationis causis facit. Ad hanc peregrinorum legem allusit ipse Cicero pro C. Rabirio. Adeo'ne hospes huiusce urbis, adeo'ne ignarus es disciplinæ consuetudinisq; nostræ, ut hæc nescias, ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uideare?

MELAN. SEnibus.} Apud Homerum Nestor:
βουλῇ καὶ μύθοισι· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Marginalia: * corporis sint in — Exercendus uel mus. Vt prosint aliis. — Turpis res desidiosa senectus, Luxuriosa turpior, Libidinosa turpissima. — Priuatū quid deceat. — Hospitis officium. — * autem et. — * et

ETVL.

Decorum a cultu, motuq; corporis.

Sed, quoniam decorum illud in omnibus factis, & dictis, in corpore demq; motu, & statu cernitur; idq; p situm est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto: (difficilius ad eloquendum, sed satis erit intelligi. In his autem tribus continetur cura etiam illa, ut * pbemus ys, quibus cum, & apud quos uiuamus:) his quoq; de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem; quæ formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eā posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ, * atque formā; eas contexit, atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum uerecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis, ipsiq; necessitati dēt operam, ut quam occultissime pareant: quarumq; partium corporis usus sunt necessarij, eas neq; partes, neq; earum usus suis nominibus appellant: quodq; facere turpe nō est, modo occulte, id dicere obscœnū est. Itaq; nec aperta actio rerum illarum petulantia uacat, nec * orationis obscœnitas. Nec uero audiēdi sunt Cynici, aut si q fuerunt Stoici penè Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quòd ea, quæ turpia re non sunt, uerbis flagitiosa dicamus; illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. Pluraq; in eam sententiam ab eisdem contra uerecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorū, auriumque * approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid effœminatū, aut molle, * & nequid durum, aut rusticum sit. Nec uero histrionibus, oratoribusque concedendum est, ut iis hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tātam habet à uetere disciplina uerecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, si quo casu euenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Retinenda est igitur huius generis uerecūdia, præsertim natura ipsa magistra, & duce.

* pbentur ab ijs

* atq; turpem, eas

* oratio ob scœnitate.

Cynici, & uerius Stoici ... putant ... obscœnum, quod factu turpe non esset.

... neque rusticus.

Exemplum uerecundiæ, & a scena petitū.

Exemplū Romanæ uerecūdiæ.

* ō. robatione

* aut

Sed quoniam. } Harmonia quædam corporis & animi est. Huius pfectio, bonitas, s. illius perfectionē pulchritudinē gignit, quæ feminis im ueluti flos quidā uidetur. Quæ coniunctio καλοκαγαθία Græcis appellatur. de quo plura Viuec lib. de Anima 3. ∇ Formositate. } Nam Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus. ∇ Principio. } Vtitur Cic. hoc quoq; loco, uti gladio Delphico. Nā lib. Epist. 9. ad Papyriū, Stoicorū, adeoq; Cynicorū partes defendit, quorum impudētiæ hic Academicorum uerecūdiā multis gradibus præfert: censentq; membra non prætextatis, ut Gell. uerbis utar, sed puris honestisq; noīanda esse. Et Quītil. lib. 8. obscœna uerba in oratore nō fert. ut quæ ornatum uehemēter officiūt. Isocr. in Parænetico. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, inqt, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Multa huc conferūt, quæ annotauit Eras. de cop. uerb. de uerbis obscœnis. ∇ Imitata ē hoīm uerecūdia. } Cuius fines siqs semel trāsierit, eū bene & nauiter oportet esse impudētē. Cic. L. Luceio lib. 5. Obserua latentē προσωποποιΐαν. ∇ Id dicere obscœnum. } Priscian. ab obs et cano: sicut obsoletus, ab obs & oleo. uel ἀπὸ τοῦ κυνὸς, inde inquino. ∇ Cynici. } Cognomē ignominiæ, ἀπὸ τοῦ κυνὸς, qa obuios quosq; admonēdo allatrare uerius q̄ alloq soliti sunt: uel qa in propatulo cum coniugibus canū more coire, ipsi mos fuit. Quorū imprudētiā incessat D. Aurel. August. lib. 14 cap. 20. de Ciuit. dei itē ad Valer. lib. 1. cap. 21. cōtra Iulianū Pelagianum lib. 4 cap. 15 Lact. lib. 3. c. 15. Lud. Viuec de Anima. 3. Lucianus more suo dignis eos modis exagitat in Vitarū auctiōe, sub psona Diogenis. atq; rursus in dialogo cui titulus Cynicus est. Author huius sectæ (si Laertio credimus) fuit Antisthenes, qui Socratis audiēdi gratia quotidie 40. stadia emēsus fuit. Principes huius factionis fuerunt, is quē modo notaui Antisthenes, et Diogenes Synopæus, Crates Thebanus, et Menippus Phœnix. ∇ Oculorū auriumq;. } De horū sensuum officio, cōsule Platonē in Timæo. Nā sicut motuū uarietas sine oculorum bñficio animaduerti nō pōt, ita sermonum adeoq; harmoniæ iudices aures sunt. De horū sensuū præstantia, etiā Cic. de Orat. 2. uidendus est. ∇ Manuū motus. } χειρονομία ∇ Nostro qdē. } Hoc idē memoriæ pdidit Valer. lib. 2. cap. 1. de Viriplaca. ∇ Natura ipsa magistra. } πρός τι dicitur. uerecūdia enim naturæ discipula. et προσωποποιΐα plusculā rei gratiam adhibet.

AMERB.

Sed quoniā decorū. } Sub initium huius disputationis de quarto gñr honesti ostēsum est, Cic. coniungere temperantiā cū modestia, & p una eadēq; uirtute illas hēre, quæ sunt ī Arist. distinctæ uirtutes. Hactenus tractauit tū de tēperantia, tū etiā de modestia: posthac tantum de modestia docebit, excepto eo, qđ deformæ pulchritudine interponit. Hæc. n. aliud quoddam genus boni est, nec sitū ualde in nostra ptāte. Vtitur autē initio propositione per quādā diuisionem, in qua dicit, in quot rebus & cernatur, & uersetur decorum. Statim deinde explicat partem eorum, quæ proposuerat, nempe de factis, & dictis, quòd nihil sit aut faciendū, aut dicēdū contra naturā, seu qđ aures, aut oculos honestorū hoīm offēdat: atq; oīa ut hoc uelut exēplis quibusdā cū præcipit de tegēdis mēbris à natura occultatis, et deuitādis obscœnis dictis. Non enim hæc tantum pertinent ad decorum in dictis & factis, sed multa etiā alia. Præterea quamq̄ in principio fecit distinctas modestiæ partes, nō tñ prorsus seruat nec ordinē præscriptū: & cū ex superioribus pleraq; repetit, tū, quæ aliarū partiū sunt, alijs partibus aspgit, ut hic non tantū de factis: & dictis, sed de motibus etiā corporis loquitur. Item in prīcipio de formæ quadā rōne.

Quæ forma uirum, quæ fœminam deceat, & quatenus utrique colenda: quis item gestus, qui motus decorus.

CVm autem pulchritudinis duo genera sint; quorum in altero uenustas sit, in altero dignitas: uenustatem muliebrem * dicere debemus, dignitatem uirilem. Ergo & à forma remoueatur omnis uiro non dignus ornatus: & huic simile uitium in gestu, motuq; caueatur. Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptijs non uacant; & in utroque genere quæ sunt recta, & simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est; color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia, non odiosa, neque exquisita nimis; tantum quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus: in quo sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cauendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant: quod assequemur, si cauebimus, ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus; & si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt; alteri cogitationis, alteri appetitus: cogitatio in uero exquirendo maxime uersatur; appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur; appetitum, rationi obedientem præbeamus.

Dignitas u[irorum], Venu[stas] mulierum.

* ducere

Cogitatio. Appetitus.

BETVL. CVM Autem.} Decorum à circumstantia sexus. ¶Venustatem.} Cicero de Natura Deorum secundo uenustatem magis à Venere, quàm Venerem à uenustate nominatam credit. Venerem autem, quod ad eam omnia ueniant. uenustatem & dignitatem (ἀξιωπρεπὲς ἢ σεμνοπροσωπίαν, ἢ σεμνοπρέπειαν) natura nobis indidit, & ob id in arbitrio nostro positæ non sunt. si quid ergo hic peccatur, natura peccatur. & ob id officium à uenusto uiro, uel graui muliere non deseritur, nisi quantum cultu ascititio iuuatur. Lactantius de Opificio hominis, ex Varronis sententia, uirum à uirtute, mulierem à mollitie dictam putat. & Plato mulierem hoc uno nomine uiris in rebus obeundis posthabet, quod imbecillior est. Pulchritudo rebus recte factis plusculum gratiæ conciliat. Gratior enim Maroni est, pulchro ueniens è corpore uirtus. ita tamen ut uirtus quàm pulchritudo spectatior sit, iuxta illud Xenophontis in Oeconomico, τὰ γὰρ καλά τε κἀγαθὰ οὐ διὰ τὰς ὡραιότητας, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς εἰς τὸν βίον τοῖς ἀνθρώποις ἐπαύξεται. ¶Viro non dignus ornatus.} Hinc Diogenes Cynicus adolescenti composito quippiam roganti, non prius se affirmauit responsurum, quàm aperte exploraret, uir'ne esset an mulier. ¶Color exercitationibus.} Quintilianus libro duodecimo. Nam & lacertos exercitatione constringere, & augere uires, & colorem trahere naturale est. Causas reddit Aristoteles in Problem. sectione ultima problem. tertio, quarto, quinto. ¶Munditia non odiosa.} De splendore Pontanus librum posteritati reliquit, non indoctum: cui quasi species subiecit, supellectilem, ornamenta, cultum corporis, apparatum. Cultum autem corporis (quem Cicero hic obiter perstringit) considerat secundum circumstantias personarum, fortunæ, ætatis, sexus, temporis. Splendorem mediocritatem ponit, extrema luxum & sordes. ¶Vt pomparum ferculis.}

Horatius libro primo satyra tertia.

— Sæpe uelut qui
Currebat fugiens hostem, persæpe uelut qui
Iunonis sacra ferret.

uide prouerbium, Iunonium ingredi. ¶Examinationes.} quæ comites pauoris sunt. Pauor autem sapientiam omnem ex animo expectorat, sicut conturbatio cogitata excutit. Tragœdiæ exempla ministrant. ¶Motus autem animorum duplices.} Hoc est. animæ rationalis sunt duo officia: intellectus, quem uocant uim rationalem apprehẽsiuam: & uoluntas, quæ dicitur uis rationalis motiua, quæ aliud quàm affectus est nihil. ¶Cogitatio.} Intellectus, quem dixi, Græcis νοῦς est. huius operatio est, quam cogitationem hic Cicero uocat, Græcis νόησις uel διάνοια, quando mens deliberat, & consilium capit: cuius decretum appetitus deinde exequitur. ¶Appetitus.} Executor. sed quemadmodum carnifex nihil crudelitatis adijcit, præterquam sententia à Iudice lata est: ita affectus sedatior rationis imperio paret. nam si irruat impotentius, fiet quod Cicero cauere iussit, ut animi motus à natura recedens, in perturbationes atque exanimationes incidat. Sic enim hanc animæ rationalis partem diuidunt, ut quæ lenior sedatiorq; est, nihilq; contra mentis dictamen designat, ἦθος Græcis appelletur: πάθος uero, perturbatio illa uehementior. quas superius ex Platonis doctrina equis calcitrantibus, & ciuibus non bonis similes esse diximus.

AMER. CVM Autem pulchritudinis.} De pulchritudine formæ, seu figuræ humanæ, & ornatu, ac gestibus corporis hic præcipitur. Repetit quoque de motibus animi nonnihil ex præcedentibus, ut rationi pareant tam uoluntas, quàm appetitiones. Pulchritudo autem, cum sit duplex, altera uirilis, altera muliebris, utrique suus ornatus est tribuendus. Ad quam rem multum ualet tum iudicium tum comprobatio bonorum urorum, tum etiam consuetudo. Videmus enim non tantum eodem tempore alios homines, sed eosdem etiam homines alio tempore alium uestitum decere. Atque est quidem in hac re propemodum infinita uarietas, facilis tamen distinctu etiam oculorum iudicio.

Duplex orationis genus, rhetoricum, & quotidianum.

ET Quoniam magna uis orationis est, eaq; duplex; altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus: sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiaribus uersetur, persequatur etiam conuiuia. contentionis præcepta rhetorũ * sunt multa, nulla sermonis: quanquam haud scio, an possint hæc quoq; esse. Sed discentium studijs inueniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli: rhetorum turba referta omnia. Quanquam quæ uerborum, sententiarumq; præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cũ orationis * indicem uocem habeamus, in uoce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suauis: utrũque omnino à natura petendum est: uerum alterũ exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, & leniter * quod fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum *: quanquam erant literati, sed & alij. Hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ; ne aut obscurũ esset, aut putidum. Sine contentione uox, nec languens, nec canora. Vberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale uero, & facetijs Cæsar Catuli patris frater, uicit omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone uinceret. In omnibus igitur his elaborandum est; si in * omni re, quid deceat, exquirimus.

* sint nulla ser.

Pronunciatio huiusmodi.

* iudicem

Catuli, pater & filius, de quibus in Bruto.

Putidũ, id est, odiosũ, & affectatum.

* omnibus, quod

* quid

* l

CETVL. ET quoniam.} Sunt in hanc sententiam lectu digna apud Senecam li. Epist. 5 epi. 18. & sequentibus aliquot. ¶ Iudiciorũ, cõcion.} Vnde tria causarum genera apud rhetores. De concionibus Valla libro tertio Gellius lib. 18. cap. 7. uidendi sunt. ¶ Sermo in circulis.} Hoc mihi præbuit occasionem, quòd in Lælio hemicy lum pro corona uel sedentium uel stantium in colloquio uirorum interpretatus sum. ¶ Sequatur etiam conuiuia.} Quales in conuiuijs sermones doctorum ac prudentum uirorum esse debeant, facile discitur ex conuiuijs Platonis, Xenophontis, Plutarchi, Macrobij, Philelphi, Erasmi, Peutingeri. ¶ Rhetorum turba.} Rhetores sunt qui artis præcepta præscribunt. de horum officio lege Quintilianum lib. 2. cap. 1. & 5. Circumfertur libellus Tranquilli titulo, quo recensentur rhetores aliquot insigniores, qui circa Ciceronis tempora floruerunt. Rhetores olim urbe pulsos fuisse, lege apud Gellium li. 15. cap. 11. ¶ Sed discentium studijs.} Quis honos alit artes. ¶ Quanquam quæ uerborum.} Nam inquit de Orato. 3. Crassus: Omnis ex re atq; uerbis cõstat oratio. neq; uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris: neq; res lumen, si uerba submoueris. Lege plura apud Quintilianum lib. 10. cap 1 sub init ũ. Vehementer ingratos eos pronuncio, qui præclarissimum Erasmi de Copia uerborum & sententiarum opus, atro signare calculo non uerentur. ¶ Orationis indicem uocem.} De uoce Cice. de Orat. 3. ad Heren. 3. Quintilianus lib. 11. ¶ Vt sit clara.} λευκος, cui contraria est fusca, quo loco fusa corrupte apud Quintilianum legitur.

¶ Quid fuit in Catulis.} patre potissimum. De quo eiusdem Ciceronis testimonium ex libro de Orat. 3. adscribam: Quid iucundius auribus nostris unquam accidit huius oratione Catuli? quæ est pura sic, ut latine loqui penè solus uideatur. sic autem grauis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum audiens, equidem sic iudicare soleo: quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, uitiosius & deterius futurum. Atque rursus eodem libro paulo post de pronunciatione disserens, Catulum his uerbis alloquitur: Me autem tuus sonus & subtilitas ista delectat, omitto uerborum, quanquam est caput, uerum id affert ratio, docent literæ, confirmat consuetudo & legendi & loquendi, sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos Atticorum, sic in latino sermone huius urbis est propriũ. Hæc de patre quidem seorsim. in Bruto uero iunguntur, sed cum quadam exceptione, his uerbis: Fuit igitur in Catulo sermo latinus, quæ laus dicendi non mediocris ab oratoribus plerisque neglecta est. nam & sono uocis, & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam: quanquam filius non fuit in oratorum numero, &c. Ex his liquido apparet, id quod Quintilianus uenuste dictum testatur libro primo capite nono, aliud esse latine, aliud grãmatice loqui. Orationem item Romanam, nõ peregrinam esse oportere. ¶ Literæ neq; expressæ.} Lege omnino dialogũ Erasmi de Pronunciatione. ¶ L. Crassi.} De huius dicendi genere, nisi memoria me fallat, superius dictum est. Consule Brutum Ciceronis, & egregios de Oratore libros sparsim. ¶ Catuli patris frater.} Anemocius hunc locũ sine ratione immutauit. Nam constat Catulos patrem & filium fuisse celebres. Catuli patris igitur legendũ est, ut τὸ patris uel appositiue dicatur, uel sic adiectiuum seu epitheton me tũ. Cæsarem autem Caium Lucij filiũ Catuli patris fratrem fuisse, superius quodam loco didicimus. fitq; ista ipsa sanguinis necessitudo manifestior ex li. de Orat. 2. ubi ita legimus: Postero igitur die, quàm illa erant acta, hora ferè secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem iambularet cum Cotta in porticu, repẽte eò Q. Catulus senex cum C. Iulio fratre uenit. quòd ubi audiuit, cõmotus Crassus surrexit. C. autem Iulius est, quem alio loco, atque rursus in Bruto, Cæsarem appellat.

L. Cæsar.

Q. Catulus pater. — C. Iul. Cæsar.

Catulus filius.

AMBR. ET quoniam magna uis orationis est.} Quod non eodem modo sit loquendum in foro, & uel in disputationibus, uel in congressibus familiaribus, nec tantum huius rei iudicium, & curam ad artem pertinere, sed etiam ad mores, nemo ignorat. De hoc itaque discrimine hic aliquid indicat Cicero. Nam in alijs libris tum hoc discrimen, tum alia multa solent explicari copiosius. Et quidem tantum indicato genere altero, quod contentionem uocat, de altera præcipit. Primum qualis debeat esse uox, & unde fiam debeat. Vtitur ad hoc declarandũ aliquot exẽplis. Deinde ut sermo sit plenus,

non

non uehemens, aut pertinax, utq; sermonem cum alijs communicemus, quem Plutarchus etiam docet communem esse debere, ut sunt communes cibi & potus. Tertio, ut accommodetur sermo rebus, de quibus habetur sermo. Quarto, ne corruptos esse mores demonstret. Quinto, ut intra suos limites uersetur, aut referatur ad eos, ubi digressio fieri cœperit. Sexto, ut in loquendo non commoueamur animo. Septimo, non utendum esse obiurgationibus, nisi cum necessitas postulet, & quomodo obiurgandi sint homines. Octauo, quomodo sit respondendum etiam ijs, qui sunt nobis inimicissimi, & à quibus nobis sunt facta conuitia. Nono fugiendam esse iactantiam, quæ sane certum est stultitiæ signum & cognata cum eo uitio, quod paulo ante ἀλαζωνίαν ex Aristotele appellauimus.

MELAN. SErmo in circulis. } laudata in Ennij carmine apud Gellium libro duodecimo capite quarto.

Sermo familiaris quemadmodum moderandus.

SIT Igitur hic sermo, in quo Socratici maxime excellunt; lenis, minimeq; pertinax: insit in eo lepos. Nec uero, tanquam in possessionem suam uenerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, uicissitudine nonnunquam utendum putet. ac uideat in primis, quibus de rebus loquatur; si serijs, seueritatem adhibeat; si iocosis, leporem. In primis prouideat, ne sermo uitium aliquod indicet inesse moribus. Quod maxime tum solet euenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuere, aut maledice, contumelioseq; dicitur. Habentur autem plerunque sermones aut de domesticis negotijs, aut de Republica, aut de artium studijs, & doctrina. Danda igitur opera est, ut, etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio; sed utcunque aderunt res, neque enim omnes ijsdem rebus, nec in omni tempore, nec similiter delectamur. animaduertendum est etiam quatenus sermo delectationē habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Sed quoniam in omni uita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus; id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet uacare; ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut quid tale appareat. Maximeq; curandum est, ut eos, quibus cum sermonem * cōferemus, & uereri, & diligere uideamur. Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ; in quibus utendum est fortasse & uocis contentione maiore, & uerborum grauitate acriore. Id agendum etiam est, ut * ne ea facere uideamur irati: sed ut ad

Vt honestis de rebus.

Ne uagus, & inæqualis.

Ne concitatio.

Ne cōmmotio sit in amicos.

* conferemus

Obiurgatio quatenus adhibenda.

* ea facere non uidi.

urendum, & secandum, sic ad hoc genus castigandi raro inuitiq; ueniamus; nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit; cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autem parte elementi castigatione licet uti, grauitate tamen adiuncta, ut & seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius causa, qui obiurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ijs, qui adsunt, approbari. Deforme etiam est, de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

*secan… medici… nos ad b…

Ne tum q… referendi… le dicti, cū… le audient…

Indecora i… ctantia Th… soni. 2.

SIT Igitur. } De Oratorio dicendi genere quia alibi dixit disertissime, in transcursu hic attingere tantum uoluit. Disputatorum inter familiaria numerauit. huius decorum iam proponit obseruandum. ¶ In quo Socratici. } Licet philosophi inter se dissentientes, ab ipso orti Socrate, Socraticos se omnes dici uoluerunt: uetus tamen ista & Socratica contra alterius opinionem disserendi ratio in Academia remansit, ut cum is qui audiret, dixisset quid sibi uideretur, alter contradiceret. Cicero Tuscul. quæst. 1. Hanc Cice. ipse in Tuscu. & Academicis quæstionibus imitatus est, alijsq; philosophicis oratorijsq; dialogis. ¶ Tanquā in possessionem. Prouerbium sapit, ut illud de Orat. In tuo regno. De Orat. 2. Quod ubi sensi me in possessione iudicij ac defensionis meæ constitisse, quod & populi beneuolentiam mihi conciliarem, &c. ¶ Minimeq; pertinax. } Nihil enim certo statuunt Academici, Socratem suum secuti, qui disputator quàm orator melior, & ut Marsilius censet, opiniones falsas redarguens, ueras non tam docet quàm indicat, quo ingenia acutiora, falsis agnitis, sine magna opera, uera inuestigarent ipsa. ¶ Quibus de rebus. } Ne scilicet audias, Nihil ad fides, aut οὐδὲν πρὸς ἵππος. ¶ De absentibus detrahendi. } Contra obtrectationem, lege Linguam Erasmi. ¶ Domesticis negotijs. } Quo in genere est Xenophontis Oeconomicus. ¶ De Republica. } ut Platonis & Ciceronis. Nam Aristotelis scripta, quia dialogica non sunt, minus etiam contentionis habent, & scriptis quàm dictis similiora sunt. Relucet autem ex Platonicis Ciceronianisq; sermonibus antiquus ille honestissimusq; congressionum & conuersationum ritus, qui nobis decori illius studiosis exemplo esse potest, incitationisq; non contemnendæ materiem præbet. ¶ De artium studijs. } Cuius generis est Platonis Gorgias, & Ciceronis oratorij dialogi. ¶ Si aberrare. } Incautius. Nam digressiones studio fiunt, in amœniores plerunque locos, quæ ob id ipsum & remissiores esse solent, & suapte sponte, quia in figuris numerantur, redeunt. ¶ Desinendi modus. } Ne audias, Manum de tabula. ¶ Obiurgationes. } Est enim amicorum mutuum admonere, iuxta illud Homericum Iliad. λ. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. Appositum huius exemplum est apud

BETVL…

Plautum in Trinum. ubi Megaronides Calliclem amicum magna grauitate admonet. Pulcherrima admonitionis præcepta traduntur à Plutarcho, in eo libro cui titulus est, De discrimine adulatoris & amici ueri. ¶ Ira absit. } Vergilius, Furor iraq; mentem Præcipitant. De comprimenda ira scribit egregie Cice. ad Quint. fratrem libro primo, Epist. tertia. ¶ Militem gloriosum. Trasonem.

ERAS. QVatenus sermo delectationem habeat. } Quatenus pro in quantum, & quemadmodum.

MELAN. OBiurgationes, &c. } Plautus in Trinummo: Ne amicum castigare ob meritam noxiam immane est facinus, uerum in ætate necessarium. ¶ Ira absit, cum qua, &c. } Vergil. Furor iraq; mentem Præcipitant.

¶ Quatenus

¶ Et

In ædificijs extruendis qui modus.

ET quoniam omnia * persequimur; dicendum est etiā, qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. cuius finis est usus: ad * quā accōmodanda est ædificandi descriptio; & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisq; diligētia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est; honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in Palatio, & plenā dignitatis domum: quæ cum uulgo uiseretur, suffragata domino, nouo homini ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus, accessionē adiunxit ædibus. Itaq; ille in suam domum consulatum primus * attulit: hic summi, & clarissimi uiri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit, sed ignominiam etiam, & calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et ut in cæteris habenda ratio non * sui solum, sed etiā aliorum: sic in domo clari hominis, in quā & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusq; generis multitudo; adhibenda est cura laxitatis. Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo; & maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino. Quod idē his tēporibus in multis licet dicere. Cauendum est etiam præsertim si ipse ædifices; ne extra modū sumptu, & magnificentia prodeas. quo in genere multum mali etiam in exēplo est. Studiose enim pleriq;, præsertim in hac parte; facta principum imitantur: ut L. Luculli summi uiri uirtutē quis? at quàm multi uillarum magnificentiam imitati sunt? Quarum quidem certe est adhibēdus modus, ad mediocritatemq; reuocandus: eademq; mediocritas * ad omnem usum, cultumq; uitæ referenda est. Sed hæc hactenus.

* quem

* intulit

* sus

ETVL. ET quoniā. } Iouianus Pontanus de Magnificentia librum conscripsit, quam definit mediocritatem in sumptibus & quidem magnis, cum delectu faciendis. Extrema utrinque collocat. hinc uentositatem (sic enim uitium uocat sumptuum faciendorum nescium) illinc mediocritatem, quæ sumptus non pro dignitate facit. sed intelligit sumptus tantū eos, quos Reip. causa, & maxime in ædificijs publicis facimus. Aristoteles uero, quem ipse secutus uidetur, in magnis Moralibus, τὴν μεγαλοπρέπειαν μεσότητα facit τῆς ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας. Definit hoc modo: ἔστι δ' ἡ μεγαλοπρέπεια περὶ δαπάνας, ἃς τῷ πρέποντι γίνεσθαι προσήκει. δαπ. autem quamlibet sumptum, præcipue conuiuiorum significat. Certe Cicero hic magnificentiam priuatorum ædificiorum splendorem appellat, non eam quam in rhetoricis rerum magnarum cum ampla animi cogitatione administrationē definit. & Speusippus in definitionibus sic, μεγαλοπρέπεια, ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον. Sit ergo nobis hoc loco magnificentia, ædificiorum decor & dignitas, ἡ τῆς οἰκοδομίας σεμνότης. ¶ C. Octauio. } Tria ponit exempla, unum mediocritatis, duo excessus. In Chronologia primus Octauius Cos. Cn. prænomen habet, anno Vrbis conditæ. DLXXXIX. & sic habet antiqua lectio, quam etiam agnoscit Marsus. ¶ In Palatio. } Palatiū dictū à Palanto urbe Arcadiæ, unde rex Euander uenit. In eo monte fuit sedes Imper. populi Romani propter quam causam, ubicunque est sedes magni principis, Palatium appellatur. Hæc Pōpon. Lætus. Quàm splendide fuerit ædificatum, lege apud Martianum libro tertio capite quinto & septimo. ¶ Hanc Scaurus. } Memoratur etiam huius domus inter eas quæ in Palatio sitæ sunt. De prodigiosa huius magnificentia, lege Plinium libro trigesimo sexto capite decimo quinto Budæum de Asse. 3. circa finem. ¶ Ornanda est enim. } Antistrophe indignitatem rei singulari energia ostendit. ¶ Dignitas domo, non ex domo dignitas. } Priori loco dignitas κοσμιότητα significat, cuius contrarium est ἀκοσμία, posteriori ἀξίωμα, id est existimatio nominis. ¶ Sic in domo clari. } Male uulgo, nec immerito; audit ille qui diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Sed ædium amplitudinem magnificam fortunæ circumstantia excusat, si usus cū honestate coniunctus sit, alioqui diuinæ literæ grauissime detestantur ædiū continuationem. ¶ Hospites multi. } Hospitalitatis celebritatem hodie totam concidere conqueritur Enthusiasmus noster, hoc tetrastico:

Iuppiter est Xenius multis iam
 cultus ab annis,
Nec potius quicquam dogmata
 sancta docent.
Publica nunc aliud mādant edicta potentum,
Mores inuersi, nunc pietas scelus est.

¶ O domus antiqua. } Enarrationem huius loci ex Erasmi Chiliadibus adscribam. Videtur & illud Ennij carmen prouerbijs adscribēdū, quod refert M. Tullius Offic. lib. 1. O domus antiqua quàm dispari domino dominaris. Id conueniet in disciplinam cōmutatam in peius, eorum uitio qui successerunt: uelut in domum, in urbem, in Academiam, in monasterium, aut collegium ad peiora degenerans

degenerans. Quanquam suspicor carmen Ennia num in codicibus esse uitiatum. Legendum autem: O domus Anti, quàm dispari domino dominaris. ut notarit Antij successorem. Iam quoniam in dispari, prima syllaba natura longa est, sublato s, quod Ennius subinde facit (nisi forte pro Anti mauis Anci, aut Anni, quem Lucilius taxat alias) fit breuis: itaque constat metrum. Scriba parum eruditus, putans anti quàm unam esse dictionem mutauit, Antiqua. Alius nolens omittere quod erat in plerisque codicibus, adiecit quàm. Respexit huc M. Tullius Philippica secundo, O tecta ipsa misera, quàm dispari domino. quanquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur? Hactenus Erasmus. ⁋ L. Luculli uiri summi uirtutem. } Is fortitudine, uigilantia, prudentia, æquitate, alijs animi dotibus excelluit. Is anno Vrbis conditæ. DCLXXX. Cos. Asiam sortitus, Mithridatem sæpe multis locis fudit, proconsul Cizycum Mithridatis exercitu fame ferroq; deleto, uictoria liberauit: Tygranem regum maximum, in Armenia uicit. Quibus si ingenium & fortuna accessisset, non Euphratem, sed ipsius adeo Asiæ fines terminum imperij Romani positurus fuisset. Qua gloria non modo propter habendi morbum excidit, sed monstrosi luxus uoluptatisq; dissolutæ studio, merita laude fraudatus est. De rebus ab eo præclare gestis, lege Plutarchum in eius uita. Cice. libro Acad. quæst. secunda, Velleium Paterculum uolumine posteriore. Abbreuiat. Epit. 94. & sequent. Flor. libro tertio capite quinto, Appianum in Mithridatico, Orosium lib. 6. Sabellicum Ennead. sexto libro quarto. Cicero pro lege Manilia, Delphico suo gladio utitur. ⁋ Villarum magnificentiam. } Censorium, teste Plinio, fuit, plus soli uerrere quàm arare. At Luculli uilla agro caruit, Scæuolæ contra fundus uilla. libro decimo octauo capite quinto, De ædificio quod in Tusculano habuit, Varro de Re rustica tertio capite quinto, & Plutarchus Lucullianos hortos inter sumptuosissimos regum, instructissimosq; dinumerat. Fuerunt autem in circo Flaminiore, ferente Pub. Victore: iuxta mare circa Neapolim exciso monte, molibus mari iniectis maiore impendio quàm uillam ædificauit, Euripum in piscinas immisit, ipsi Neptuno de piscatu non concessit. Quare ipsum Tubero Stoicus Xerxen togatum appellauit, ut in eius uita Plutarchus testatur, uel ut in Apophthegmatibus Pompeius de gloria æmulus. cui sententiæ astipulantur Plinius & Paterculus. & tempora ipsa, quibus Tubero aliquanto antecessit, affirmare uidemur: licet ne Bernardinus quidem Rutilius de eo obticeat. Meminit eiusdem in ædificando profusionis, Varro de Re rustic. libro tertio circa finem. Multa non copiose minus quàm diserte Budæus de Asse. 2. 3. libris. Aedificiorum frugalitatem commendat in Miltiade & Aristide Demosth. Olynth. 3.

ET quoniam omnia persequimur. } Non minus modus non seruatur in ædificando, quàm in reliquis rebus ad uitam necessarijs. Quod uitium adeo fuit apud Romanos magnum, ut C. Cæsar, sicut Plinius scribit, solum foro extruendo emerit mille ducentis sestertijs, hoc est, triginta millibus aureorum Gallicorum. Milo habitauerit in domo centum quadraginta septem millibus sestertijs empta, quæ summa facit Gallicæ monetæ tricies sexies centena, & septuaginta quinq; millia aureorum. Quod merito Plinius addit mirari se, ut regum insaniam, & inter prodigia humani habere, quòd postea Milo debuerit septingenta millia sestertia, quæ sunt Gallicorum aureorum centies septuagies quinquies centena millia. Itaque hic Cicero etiam ostendit, qualis debeat esse domus clari & excellentis ciuis, nempe, non tantum ad usum, uerum etiam ad dignitatem ædificata & splendorem. Et tamen existimandum esse, quòd domus sine uirtutibus parum ornet uirum, sed domum potius ornare uirum. Propterea liberalitatem, & munificentiam in tali domo debere esse, nec magnorum uirorum splendida ædificia relictis uirtutibus imitanda esse. Cæterum M. Scaurus reprehenditur ob eandem rem in. 36. lib. Plinij. AME

IN domum multiplicatam. } Multiplicatam dixit pro auctam. Nam quod proximarum ædium solum fuit, ædibus adiunxerat Scaurus. ⁋ Et ut in cæteris est habenda ratio, non sua solum, sed aliorum. } Opinor pro Sua legendum Sui. Et ratio reciproci pronominis seruabitur, si subaudias, habenda homini. ⁋ Alter domus ampla decori domino sæpe fit. } Planè aliter usurpauit pro alioqui. ⁋ Ne extra modum prodeas. } Id est, ne modum excedas. ERA

ET quoniam } Modus præscribitur in ædificando. Xenophon in Oeconomico damnat φιλικοικοδόμους. MELA

⁋ In omni

Tria omni in uita seruanda.

IN omni autem actione suscipiēda tria sunt tenenda: Primum, ut appetitus rationi pareat; * quod nihil est ad officia conseruanda * cōmodatius: Deinde, ut animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere uelimus; * ut ne'ue maior, ne'ue minor cura, & opera suscipiatur, quàm causa postulet: Tertium est, ut caueamus, ut ea quæ pertinent ad * liberalitatem, specie, & dignitate moderanda sunt. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus; nec progredi longius. Horum autem trium præstantissimum est appetitum obtemperare rationi.

Vt cōsilio cupiditas [...] (margin, cut off)

* quo
* accommodatius.
A ME
* neu
* liberalitatem speciem, dignitate moderanda sint.

BETVL. IN omni autē. } Si tria hæc præcepta recte expendas, nullum sine alijs constabit. De primo supra quodam loco ex Platone satis dictum est. Alterius etiā meminit dominus Christus in Euangelio, Lucæ decimoquarto, ubi similitudine à monarcha quopiam ducta, docet neminem prudētum quenquam negotiorum quicquam subiturū, quin prius uires sumptumq; reputauerit. Tertium, ut author ipse paulo superius docuit, naturalis uerecundia præscribit. Hæc inquam ita inter se congruunt, ut si rationis non uitiatæ dictamini pareatur, & par rebus præsentibus cura suscipiatur, nec contra modum fiat quicquam. Ita qui uires sumptusq; subeundi negotij expendit, consilio expendit, quod solius rationis officium est, neque contra decorum quicquam decernit. Et ea quæ cū decoro fiunt, fiunt consilio sano, & rationi decreto.

IN omni autem. } Generale præceptum est hic additum ad præcedentia, quid sit faciendum in omni actione. Est autem diuisum in tres partes, quarum tamen duæ posteriores recte sub prima comprehenduntur. Ea est, ut quicquid agimus, agamus sic, ut affectus, seu appetitiones non præcurrant rectæ rationi, sed ei pareant, hoc est, ut medium seruetur, aut quod idem est, secundum uirtutem agatur.

Decorum à loco, ac tempore.

DEinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendũ est. *Hac autem scientia continetur ea, quã Græci εὐταξίαν nominant, non *hæc quã interpretamur modestiam, quo in uerbo modus inest: sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio. Itaque ut eandem nos modestiam appellemus, sic definitur à Stoicis; ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum. Itaque, uidetur eadem uis ordinis, & collocationis fore. Nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis, & accommodatis locis. Locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunũ Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. Sic fit, ut modestia hæc, quam interpretamur ita ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed potest *esse eadẽ prudẽtiæ definitio; de qua principio diximus. Hoc autem loco de moderatione, & Temperantia, & harum similibus uirtutibus quærimus. Itaque quæ erant prudentiæ propria, loco suo dicta sunt. Quæ autem harum uirtutum, de quibus *iandiu loquimur; pertinent ad uerecundiam, & ad eorum approbationem, quibuscum uiuimus: nunc dicenda sunt.

*hæc autẽ scientia continet eam,
*hanc,
*eadẽ esse
*iam diu

BETVL. DEinceps.} Supra proposuit, se de formositate, ordine, ornatu dicturum. De formositate & ornatu dictum est. restat ordo, quẽ εὐταξίαν apposito nomine appellat, ἀπὸ τοῦ τάττεσθαι. Vnde etiã εὐτάκτως ζῆν, & εὔτακτοι dicuntur, qui uti cõuenit, uitam suam ducunt. Contra uero ἀτακτεῖν, est immoderate, insolenter, ac dissolute uiuere. τάξις simpliciter Platoni τῆς ἐργασίας ὁμοιότης. Et in Gorgia, quemadmodũ in corpore τάξιν ait esse ὑγίειαν, sic in anima τὸ νόμιμον. ⁋ Quam interpretantur modestiam.} μετριότητα. ⁋ Modus inest.} μέτρον. Hinc τάξις Platoni κοινωνίας συμμετρία. ⁋ Quæ aguntur & dicuntur.} Sic superius: omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur ordo & modus, in quo inest modestia & temperantia. Nam ut uulgo dicitur, & exemplis quotidianis discimus uerũ esse, quòd ubi ordo nullus est, ibi esse oportere confusionem. quod etiam Plato de Legib. 6. credidit: πᾶν μὲν γὰρ, inquit, ὅτι περ ἂν τάξεως καὶ νόμου μετέχον ἐν πόλει γίγνηται, πάντα ἀγαθὰ ἀπεργάζεται. τῶν δὲ ἀτάκτων, ἢ τῶν κακῶς ταχθέντων λύει τὰ πολλὰ τῶν ἐν τεταγμένων ἄλλα ἕτερα. Et in Gorgia τάξεως ἄρα καὶ κόσμον τυχοῦσα οἰκία, χρηστὴ ἂν εἴη, ἀταξίας δὲ μοχθηρά. Nec uolo mihi fraudi esse, quod taxin pro eutaxia usurpo, cum illæ constitutiones ferè ab ordinando, idest statuendo, ordinationes appellẽtur. Atqui quod legibus & decretis decernitur, ita in Republica rectè instituta decernitur, ut suo quidque loco atque ordine fiat. quare τάξις aliud quàm εὐταξία uideri, nulli meo iudicio debet. Mihi accedit ipse Cicero, qui ut inter modestiam illam & ordinem nullam differentiam admittit, ita temporis quoq; opportunitas frequentius καιρὸς, quàm εὐκαιρία, ab idoneis scriptoribus nominata legitur. Et Græci τὸν καιρὸν Deum fingunt masculum, quæ Latinis fœmineo sexu pingitur Fronte capillata, post hæc occasio calua. Qua de ne nimius uidear, refero me ad ea quæ collegit D. Erasmus in prouer. γνῶθι καιρὸν. rursum, Premẽda occasio. ⁋ Nam & ordinem.} τάξιν. Definitionibus probat ordinem & modestiam, hoc est τάξιν & εὐταξίαν idem esse. Nam quibus eadem congruit definitio, idem sunt: modestiæ & ordini eadem definitio congruit: ergo modestia & ordo idem sunt, aut certe admodum exiguo discrimine distant, ut uix discerni queant. ⁋ Sed potest eadem.} Non prorsus. nam prudentiæ definitio latius quàm ad locum tempus'ue se extendit, ut quæ in uniuersum de rebus bonis & malis iudicat. ⁋ Hoc autem loco de moderatione.} Occupatione se defendit, ne uideatur prudentiam cũ temperantia, cuius iam nobis tractatus in manibus est, confudisse.

AMERB. DEinceps de ordine rerum.} Ordo fiat una de partibus decori seu modestiæ antea propositis. De illo nunc sic docet Cicero, ut ostendat eum adhibendum & retinendum esse in omnibus actionibus. Quantum autem habeat momenti, & quòd non eadẽ pariter sint omnibus apta, ut inquit Propertius, sed alia cõuenire alijs, et alio tẽpore ac loco alia conuenire, & in summa, rationem officiorum uarie mutari circunstantiarum ratione, supra monitum est aliquoties. Docet etiã hic Cicero maiorem curam in effugiendis peccatis exiguis adhibendam esse, quàm in magnis, quòd hæc possint facile iudicari, illa non statim cernantur. Atque ita hoc de intelligendo, aut præcipiendo magis quàm de faciendo accipi debet. Minus enim magna peccata fieri debent, quàm parua. Vsurpauit ibi perbellam similitudinem, & unà argumentũ ex minore. Deinde præcipit ex alienis uitijs debere nos nostra emẽdare, cum facilius aliena, quàm nostra cernamus. quod sic Persius dixit:

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Postea iubet nos adhibere doctos homines iudices in ijs rebus, de quibus dubitamus, diligẽterq; obseruandum esse, quid quisque de nobis, & cur dicat, & sentiat, uelut artifices facere solent. Notum autem est, quod de Apelle Plinius scribit. Additum quoque est per occupationem, non licere contra ciuilem consuetudinem facere, aut dicere alijs, etiam si hoc fecerit Socrates, aut alius aliquis excellens uir. Damnat etiam Cynicorum impudentiam iterum, & docet præclaros, & honestos uiros in Repub. obseruandos, & colendos, ac rationem & delectum in personis habendum esse. Atque omnino hoc studendum, ut conseruetur communis societas. In initio autem huius loci explicat tantum uocabulũ {Ordo} bene multis uerbis, ubi subtiliter uocabulum etiã {Modestia} ad Græcam uocem {εὐταξία} accommodat. Et ex Stoicorum doctrina ordinem refert tantum ad temporis circunstantiam, & eum quidem locum appellat ex quadam similitudine, quam habet ordo actionum cum debita collatione partium totius alicuius, quæ Græcis harmonia dicitur. Quanquam alioqui hæc uox {Locus} aliquando pro tempore, aut occasione, quæ est pars quædam, uel qualitas temporis, uidetur magis usurpari, quàm pro eo, quod proprie, & in Philosophia significat, ut

cum

...ταξία,
...ug eadem
...odestia,
...ud fit.

...καιρία,
...g Latine
...portuni
..., quid fit
...ρὸς occa
..., καιρος
...portu-
...s, ἄκαιρος
...portu-
...s.

cum dicimus: Non est nunc locus disputandi. Et apud Terentium: Video eos in loco uereri. Certe si nō significatur tempus in talibus orationibus, mixtum tamē quiddam ex tempore & loco significatur, cū uocabula occasio & tempus in iisdem orationibus poni possint. Idem accidit in dictione {Spatium} quæ, quanquam magna ex parte locum significat, tamen pro tempore usurpatur manifeste. Et itaq; ordo in hoc loco harmonia quædam, seu conuenientia, seu ratio in dictis, factis, & omnibus corporis motibus. Et hæc conuenientia non tantum ad tempus debet referri, sed etiam ad locum, personas, modum, & alias omnes circumstantias. Quamprimum enim aliquis ab illarum aliqua dissentit, non amplius est decorum & ordo, sed confusio & indecorum. Porro quod sequitur, modestiā esse scientiam, ex Platone est sumptū, qui in plerisq; locis uirtutem scientiam esse docuit. Ideo addidit etiam obiectionem de prudētia, quæ si est tātum scientia modestiæ, prorsus nihil aliud à modestia differt, quàm quod differt totum à parte, aut genus à specie. Vtraq; enim uersatur circa ea, quæ sunt hominibus bona, & tamen latius patet prudentia, quàm modestia. Multo expeditior est Aristotelis doctrina, qui posuit prudentiam in intellectu, & statuit eam inuentricem & gubernatricem uirtutum: uirtutes uero in appetitu, & uelut ministras prudentiæ, quanquam intellectū à uirtutibus non separauit.

MELAN. DEinceps de ordine.} Quomodo circumstantiæ uarient officia. Obiurget Thersites Agamemnonem, seditiosum est: faciat idem Nestor, uidebitur è Rep. fieri. εὐταξία est ordinis obseruatio: εὐκαιρία; temporis obseruatio. {Et harum similibus.} Est sane prudentia cum modestia cognata: sed modestiam hactenus uocamus, quatenus gestus ipsos, & tanquam illam actionem, καὶ ὑπόκρισιν gubernat.

Quid quo loco, ac tempore deceat, dedeceatq;.

TAlis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione cōstanti, sic in uita * sint omnia apta inter se, & conuenientia. Turpe est enim, ualdeq; uitiosum, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hiq; de cōmuni officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles, ō puerum pulchrum Pericle: at, At enim prætorem Sophocle decet nō solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Atq; hoc idem Sophocles si in * athletarum probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. Tanta uis est & loci, & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus uideatur, inscitia temporis. Sed ea, quæ multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas; facile apparēt, nec magnopere admonitionē, & præcepta desiderant: quæ autē parua uidētur esse delicta, neq; à multis intelligi possunt, ab iis est diligētius etiā declinandū. ut * in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulū discrepēt, tamē id à sciēte animaduerti solet: sic uiuendum est in uita, ne forte quid discrepet; uel multo etiam magis, quo maior, & melior actionū, quàm sonorum concentus est. Itaque ut in fidibus musicorum aures uel minima sentiunt; sic nos, si acres, ac diligentes iudices esse uolumus, animaduersoresq; uitiorum; magna sæpe intelligemus ex paruis. Ex oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis, ex submissione, ex cæteris similibus facile iudicabimus, quid * eorū apte fiat, quid ab officio, naturaq; discrepet. Quo in genere non est incommodū, quale quodq; eorū sit, ex aliis iudicare; ut, si quid dedeceat in * aliis, uitemus et ipsi. Fit enim nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquitur. Itaq; facillime corriguntur in discendo, quorum uitia imitantur emendandi causa magistri. Nec uero alienum est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiam usu peritos; & quid his de uno quoque officii genere placeat, exquirere. Maior enim pars eò ferè deferri solet, quò à natura ipsa deducitur. In quibus uidendum est non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisq; sentiat, atq; etiam qua de causa quisq; sentiat. Vt enim * pictores, & ii, qui signa * fabricantur, et uero etiam poetæ, suū quisq; opus à uulgo considerari uult; ut si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur; hiq; & secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & non facienda, * & immutanda, & corrigenda sunt. Quæ uero more aguntur & institutis ciuilibus, de iis nihil est præcipiendum: illa enim ipsa præcepta sunt. Nec quenquam hoc errore duci oportet; ut si quid Socrates, aut Aristippus contra morem, cōsuetudinemq; ciuilem fecerint, locutiue sint; idem sibi arbitretur licere. magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum uero ratio tota est eiicienda. est enim inimica uerecundiæ; sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos * autem, quorum uita perspecta in rebus honestis, atq; magnis est, bene de Repu. sentientes, ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore, aut imperio affectos, obseruare & colere debemus; tribuere etiam multum senectuti; Cedere iis, qui magistratum

Margin notes:

* omnia sint apta & inter se con.

Indecorum aut in re seria nugari, aut in re iocosa seuerum esse.

Athletæ, qui uirtutis exercendæ gratia certant.

Harmoni[...] in fidibus [...] & in uita [...]

* apte rum si.

* illis,

* fabric[...]

Id de Ape[...] fert Plin. & [...] Marone [...] literis pr[...] tum.

* muta[...]

Q uid [...] quanq; pe[...] nam dece[...]

alios deceat eas agere, alios non deceat, quando sunt mediæ, & nec turpes, nec honestæ per sese, ut est nauigare, uxorem ducere, ædificare: & quanquam hæc per se media sunt, tamen additis circumstantijs sæpe fiunt non media, ut Regi non uxorem ducere, quando hæres deest regno, & cætera sunt paria, non est liberum. Nutrire autem liberos non est medium, quia nunquam non debent nutriri. Et talia quidem ad uirtutes proxime pertinent. Nunc si parere Cæsari per se, & simpliciter turpe esse iudicauit Cicero, non debuit ulla personæ ratio hoc mutare: sicut nulla personæ ratio, aut nulla alia circunstantia debet facere, ut non agamus honeste, aut secundum uirtutem. Si autem uoluit seruitutem esse rem per se mediam, sicut egregie docet Plato in quadam Epistola: δουλία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερ βάλλουσα μὲν ἑκατέρα πάγκακον, ἔμμετρος δὲ οὖσα πανάγαθον, *fuit non tradere se Cæsari liberum, uerum non tantum Catoni, sed etiam alijs: & ne quidem hoc modo persona ex moribus sumpta ius habuit mutandi rem mediam in rem non mediam, id est, facere non liberum quod fuit liberum. Sed non illa exacta ratione disputat hic Cicero de Officijs, ut sub initium operis ipse ostendit, nec ego Ciceronem reprehendo, sed ostendere uolui, quomodo possit & fortasse debeat de hac re disputari secundum Aristotelis doctrinam. Præterea quod hic Cicero de Socrate dicit, simulatorem eum fuisse, expositum est ab Aristotele in IIII. lib. Ethicorum, ubi* εἰρωνείαν *&* ἀλαζωνείαν *inter uitia ponit. Et est proprie* εἰρωνεία *dissimulatio,* ἀλαζωνεία *simulatio: atque alterum pugnat contra uerum, alterum pro falso, & hoc illo minus prope ad medium accedit. Cicero in secundo libro de Oratore uocat* εἰρωνείαν *tum simulationem, tum dissimulantiam, & numerat inter ornamenta orationis, dicitq; talem etiam Africanum fuisse apud Romanos, qualis fuit apud Græcos Socrates. Nec multo aliter Aristoteles docet. De Epigonis Tragœdia facit etiam Cicero mentionem in libello de optimo genere Oratorum, & utitur hac uoce Pausanias non pro fabula, sed pro filijs interfectorum in bello Thebanorum.*

RAS. A *Iax quo animo traditur.* } *Hanc sermonis formam satis annotauit Valla.*

ELAN. S *Ic & in animis existunt.* } *In decoro dijudicando primum natura hominis, deinde suum cuiusque ingenium spectandum est. Itaque hic uarietatem ingeniorum tractat, iuxta illud:*

Tu nihil inuita dices, facies'ue Minerua.

¶ *In C. Lælio multa hilaritas.* } *Vide apud Silium Italicum lib. 15. Lælij descriptionem:*

— Cum dulcia solueret ora,
Aequabat Pyliæ Neleia uerba senectæ.

¶ *Et Periclem.* } *De Pericle apud Thucyd. lib. 2.* Ἐκεῖνος μὲν δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι, καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἐγένετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἦγε, διὰ τὸ, μὴ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν, πρὸς ἡδονήν τι λέγειν. ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν, ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι. καὶ δεδιῶτας αὖ ἀλόγως, ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν. Ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. *id est.*

Pollebat ille cum dignitate, tum consilio, minime omnium pecunia expugnabilis. Plebem in officio liberaliter retinebat: neque uero ex eius uoluntate pendebat, sed eam sibi parere cogebat. Nam cum bonis artibus potentiam adeptus esset, nihil erat cur assentaretur multitudini. Eamq; sæpe offendebat, etiam cum pro authoritate refragaretur. Proinde siquando temere audere eam animaduertit, metu incusso dicendo repressit. Contra studio formidantibus animum restituit. Videbaturq; in speciem summa rerum penes populum esse, uerum re ipsa penes unum Periclem erat. ¶ *De Themistocle.* } *ex Thucydide lib. 1. Nam inde Cicero & hæc, & alia est mutuatus. Et quia personarum descriptiones apud historicos in primis obseruandæ sunt, et uel ad mores, uel ad eloquentiam multum conducunt, excerpsimus:* ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν. οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε. ὧν δὲ ἄπειρος εἴη κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. τό, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα. καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, φύσεως μὲν δυνάμει, μελέτης δὲ βραχύτητι, κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν, τὰ δέοντα ἐγένετο. *id est,*

Erat Themistocles firmissimo naturæ robore præditus, propter quod apud omnes eximia admiratione merito fuit. Suopte enim ingenio, quod doctrina neque exercuerat, neque auxerat, præsentium, & improuisarum rerum breuissima deliberatione egregius erat æstimator. Futura autem nemo unquam uel longius, uel certius prospexit. Quæ tenebat, in'que manibus habebat, explicare potis erat. In certa uero, & obscura, donec deprehendisset, non acquiescebat. In rerum delectu, quo facto, quo'ue præterito opus esset, nullis indicijs erat oculatissimus. De quacunque re incidisset, dicebat naturæ bonitate, negligentissime meditatus. Neque quisquam hunc extemporali in rebus necessarijs usu unquam uicit. ¶ *Et Pheræum Iasonem.* } *Iason Pheræus non est Argonauta ille, de quo est in fabulis, ut quidam suspicati sunt, sed fuit Thessalorum princeps proxime ante Philippum Macedonem: dictus Pheræus ab oppido Thessalorum* Φέραις, *ubi imperauit. Extat autem eius elegans* προσωπογραφία *apud Xenophontem libro sexto, ad quam hic allusit Cicero, scribens fuisse uafrum ingenium uiri.* φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν, ὡς ὅσα τε λανθάνειν καὶ ὅσα φθάνειν, καὶ ὅσα βιάζεσθαι ἐπιχειρεῖ. οὐ μάλα ἀφαμαρτάνειν ἱκανὸς γάρ ἐστι καὶ νυκτὸς ἅπερ ἡμέρας χρῆσθαι, καὶ ὅταν σπεύδῃ ἄριστον καὶ δεῖπνον ποιησάμενος, ἅμα πονεῖσθαι, οἴεται δὲ καὶ ἀναπαύεσθαι χρῆναι, ὅταν ἀφίκηται ἔνθ' ἂν ὁρμώμενος, καὶ διαπράξηται ἃ δεῖ, καὶ τοὺ μετ' αὐτοῦ δὲ ταῦτα εἴθικεν. ἐπίσταται δὲ καὶ ὅταν ἐπιπονήσαντες ἀγαθόν τι πράξωσιν οἱ στρατιῶται, ἐκπλῆσαι τὰς γνώμας αὐτῶν. ὥστε καὶ μεμαθήκασι πάντες οἱ μεθ' αὐτοῦ ὅτι ἐκ τῶν πόνων, καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται. καὶ μὴν ἐγκρατέστατός γε ἐστίν, ὧν ἐγὼ οἶδα τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν. ὥς τε οὐδὲ διὰ ταῦτα ἀσχολίαν ἔχει εἰς τὸ μὴ πράττειν ἀεὶ τὸ δέον. *id est,*

Catus adeo dux est, ut cum fallere hostem, aut anteuortere, aut ui adoriri instituit, haud ferè frustretur. Noctu ac die iuxta paratus: ne tum quidem, cum conuiuium agitat, otiosus. Nec antea acquiescit, quàm eò, quò tendit, peruenerit, quamq; effecerit, quæ ex

usu

usu sunt. Ad eundem modum & milites adsuefecit: quibus & prolixe indulget, ubi facinus aliquod egregium fecerunt: estq; persuasum omnibus, qui apud eum stipendia merent, uoluptatem atque otium labore parari. Ipse uero omniū, quos noui, parcissime uoluptatibus fruitur: quare nec hæ morantur quo minus recte res gerat. ⁋ Lacedæmoniorum Lysandrum.} Vide Plutarchi Lysandrū. ⁋ Xenocratem quidem seueriss.} Tanta is fuit seueritate, ut Plato sæpe diceret ei, πεῦθε χάρισι. ⁋ Epigonos.} ἐπίγονοι, nomen fabulæ: dicuntur autem Epigoni à Græcis posteri eorum, qui Polynice duce ad Thebas occubuerant. Hi duce Alcmeone postea renouarunt bellum: cuius belli meminere Diodorus Siculus in quinto, & Pausanias in Bœotijs. ⁋ Menalippam, uel.} Menalippa uterum ferens, in carcerem coniecta est. Diodo. lib. 5. ⁋ Quàm ut uitia fugiamus.} Horatius: Est uirtus uitium fugere, & sapientia prima, &c.

Decorum ab ijs, quæ nobis fortuna attribuit, quæve nobis iudicio ipsi adsciscimus.

*AC duabus ijs personis, quas supra dixi; tertia adiungitur; quam casus aliquis, uel tēpus imponit: quarta etiā, quā nobismet ipsis iudicio nostro * accōmodamus.* [* accommodabimus] *Nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eaq;, quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem quam personam gerere uelimus à nostra uoluntate proficiscitur. Itaq; se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant; ipsarumq; uirtutum in alia alius mauult excellere. Quorum uero patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere: ut Q. Mutius P. filius in iure ciuili, Pauli filius Africanus in re militari.* [Quæ quisque studia maxime sequatur.] *Quidam autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius; qui cum belli laude non inferior fuisset, quàm pater; ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit.* [Timotheus fe orator Isocratis discipulus.] [Conon inclytus dux Atheniensium.] *Fit autem interdum, ut nonnulli omissa imitatione maiorū, suum quoddam institutum consequantur: maximeq; in eo plerunq; elaborant ij, qui magna sibi proponūt, obscuris orti * maioribus.* [Homines noui.] [* parentibus.] *Hæc igitur omnia, cum quærimus quid deceat, complecti animo, & cogitatione debemus.*

BETVL. AC duabus.} Nihil est quod maiorem in authoribus enarrandis euidentiam ac perspicuitatem adferat, quàm si ordo pulchre obseruetur. id commodissime per transgressiones fit, quibus sequentia præcedentibus aptissime connectuntur. Quare hanc tibi Ciceronis transitionem ob oculos ponam, ut negotium non modo inspicias, sed perspicias potius.

Decorum uitæ humanæ nobis aut
- Natura insitū
  - 1 Generale, quo homines à bestijs differunt.
  - 2 Speciale, quo homines inter ipsos.
  - De his dictū habemus.
- κατὰ συμβεβηκὸς inditum.
  - 3 Casu, uel temporibus.
  - 4 Iudicio & arbitrio nostro.
  - De hoc dicetur.

⁋ Q. Mutius.} Quem tum Cicero hoc loco, tū Pomp. de orig. iur. Publium nominant. In Chronologia consulari anno DCXXI. Caius perperam legitur. Reliquit is de iure ciuili libros X. fratrē adoptiuum P. Crassum Mutianum oratorem, iuris doctrina tantum imbuit, quantum oratorio muneri necessarium existimauit. Q. aūt hic non Augur, sed Pontifex Max. est, qui in oratorum numero non fuit, quem suus in consulatu collega Crassus orator iurisperitorum eloquentissimum, eloquentiam iurisperitissimum existimauit. Huius eloquentiæ meminerunt Quintil. lib. 12. cap. 3. Gell. lib. 8. cap. 14. Præter Ciceronis Brutū, & Pomponij catalogum, consule Bernardinum Rutilium in iureconsultorū uitis. ⁋ P. filius Africanus.} De huius adoptione alibi dictum est, Quanto autem studio literas rei militari coniunxerit, dicetur in principio tertij. Quàm autē patri auoq; similis fuerit, scribit Paterculus his uerbis: Ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, uir auitis P. Africani, paternisq; L. Pauli uirtutibus simillimus, omnibus belli ac togæ dotibus ingenijsq; ac studiorum eminentissimus seculi sui, qui nihil in uita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit, &c. ⁋ Timotheum.} Isocratis discipulum, qui præceptori æream imaginem dicauit. Cic. de Orat. 3. & Plutarchus in uita Ciceronis. De eius fortuna lege Erasm. in Prouerb. Dormientis rete trahit, ex Plutar. Apophtheg. & Suida annotantem. ⁋ Obscuris orti maiorib.} Exempla extant apud Valerium Maximum libro. 3 cap. 4. & apud Lucianum in Somnio.

Constituendum genus uitæ, & institutum

*IN primis autem constituendum est, quos nos, & quales esse uelimus, & in quo genere vitæ: quæ deliberatio est omnium difficilima. Ineunte enim adolescentia, * cui inest maxima imbecillitas consilij,* [* cum] *tunc id sibi quisq; genus ætatis degendæ cōstituit, quod maxime adamauit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursuq; uiuendi, quàm potuit, quod optimū esset, judicare. * Nāq; Herculem * Prodicium dicūt,* [* Nam] [* Prodicius dicit] *ut est apud Xenophontem; cum primum pubesceret, quod tempus à natura ad deligendum, quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus, datum est; exisse in solitudinem; atq; ibi sedentem diu secum, multumq; dubitasse, cum duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius esset.* [Prodici [illegible] de Hercule fabula [illegible] apud Xenophonte [illegible] Memorabilium.] *Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere; nobis non * idem, qui imitamur quos cuiq; uisum est, atque* [* item]

Decorum

ad eorum ſtudia, inſtitutaq́; impellimur. Plerunque autem parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem, moremq́; deducimur. Alij multitudinis iudicio feruntur; quæq́; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maxime exoptant. Nonnulli tamen ſiue felicitate quadam, ſiue bonitate naturæ, ſiue parentum diſciplina, rectam uitæ ſecuti ſunt uiam. Illud autem maxime rarũ genus eſt eorum, qui aut excellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione, atque doctrina, aut utraq; re ornati, ſpatium deliberandi habuerunt, quem potiſsimum uitæ curſum ſequi uellẽt. In qua deliberatione, ad ſuam cuiuſq; naturam conſilium eſt omne reuocandum. Nam cum in omnibus quę aguntur, ex eo modo * quo quiſq; natus eſt, ut ſupra dictum eſt, quid deceat exquirimus: tum in tota uita conſtituenda multo eſt rei cura maior adhibenda; ut conſtare in uitæ perpetuitate poſsimus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare. Ad hãc autem rationem, quoniam maximam uim natura habet, fortuna proximam; utriuſq; omnino ratio habenda eſt in deligendo genere uitæ. ſed naturę magis: multo enim & firmior eſt, & conſtantior: ut fortuna nonnunquam tanquam ipſa mortalis, cum immortali natura pugnare uideatur. Qui igitur ad naturæ ſuæ non uitioſæ genus, conſilium * uiuendi omne cõtulerit; is conſtantiam teneat: id enim maxime decet: niſi forte ſe erraſſe intellexerit in deligendo genere uitæ. Quod ſi acciderit, poteſt autem accidere; facienda morum inſtitutorumq́; mutatio eſt. Eam mutationem, ſi tempora adiuuabunt: facilius, commodiusq́; faciemus: ſin minus; ſenſim erit, pedetentimq́; facienda: ut amicitias, quæ minus delectẽt, & minus probentur; magis decere cenſent ſapiẽtes ſenſim diſſuere, quàm repente præcidere. Commutato autem genere uitæ, omni ratione curandum eſt, ut id bono conſilio feciſſe uideamur. Sed quoniã paulo añ dictum eſt, imitandos eſſe maiores: primum illud exceptum ſit, ne uitia ſint imitanda: deinde, ſi natura non feret, ut quædam imitari poſſint; ut ſuperioris Africani filius, qui hunc * Paulo natum adoptauerat, propter infirmitatem ualetudinis non tam potuit patri ſimilis eſſe, quàm ille fuerat ſui, ſi igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere: illa tamen præſtare debebit, quæ erunt in ipſius poteſtate, iuſtitiam, fidem, liberalitatẽ, modeſtiã, temperantiam; quo minus ab eo id, qđ deſit, requiratur. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq́; patrimonio præſtantior, gloria uirtutis, rerumq́; geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & uitium iudicandum eſt. Et quoniã officia non eadem diſparibus ætatibus tribuuntur, aliaq́; ſunt iuuenum, alia ſeniorum; aliquid etiam de hac diſtinctione dicendum eſt.

[Margin notes: ...quẽ quiſq; ...ſit nactus. — ...perpetuitate, ...eſt conſtan... — ...uitæ — ...ſo cõmu... ...ndum uitæ ...us. — Paulo Ae... ...ylio — Decorum, ab ætate.]

BETVL.

IN primis autem. } Poſtquam de decoro primum generali ſpecialiq;, quod natura uniuerſis ac ſingulis inſeuit, deinde de eo quod noſtro delectu arripimus, egit, non utili minus quàm eleganti παρεκβάσει de constituendo in primis annis uitæ genere diſſerit. qui locus ad œconomiam pertinet maxime. Et quia uirtus plerũq; poſt nummos, pauciſſimos hodie inuenias, qui hanc rem, ut par erat, in cogitationem ponant. Aut enim ab ijs qui rerum omnium ſecuri in diem uiuunt, negligitur prorſus: aut illecebris ſibi blandientibus allecti, in uoluptatis uiam præcipitati, per fas & nefas ad cõſtitutum finem magno uitæ mortalium communis detrimento graſſantur. ¶ Imbecillitas conſilij. } Quæ, ut alibi dixit, ſenum regenda prudentia eſt. Nam neq; Herculem. } Socrates apud Xenophontem libro ἀπομνημονευμάτων 2. de amico comparando cũ Ariſtippo diſputans, hæc ex Prodico recitat. Verba Socratis, quia huc mirifice quadrant, paulo altius repetam: ἔτι δὲ αἱ μὲν ῥᾳδιουργίαι, καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ, οὔτε σώματι εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐργάζεσθαι, ὥς φασιν οἱ γυμνασταὶ, οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν. αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι ποιοῦσιν, ὥς φασιν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. λέγει δέ που καὶ Ἡσίοδος.

τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως, λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τοπρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν τῷ δε. τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθοὶ θεοί. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησὶν, ὦ πονηρὲ μήτι μάλα καλῶς ὁ μὴ τὰ σκλήρ' ἔχεις. καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς, ἐν τῷ συγγράμματι τὸ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι. φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προσιέναι μεγάλας. τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν, καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπλότητα καὶ καλλωπισμένην δὲ, τῷ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε, καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι. τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι. τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα, ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, κατασκοπεῖσθαι δ' ἅμα ἑαυτὴν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. ὡς

δ' ἐγένετο

δ' ἐγένετο πλησιέστερον τοῦ ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ῥηθεῖσαν ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δ' ἑτέραν φθάσαι βουλομένην προσδραμεῖν τῷ ἡρακλεῖ, καὶ εἰπεῖν. ὁρῶ σε ὦ ἡράκλεις, ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥᾴστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσῃ, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσῃ. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενος δίεσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον, ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις. ἢ τίνα ἰδὼν τερφθείης. ἢ τίνων ὀσφραινόμενος, ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης. τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπανίως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα οὐ φόβος, μή σε ἄγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι. ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται. τούτοις σὺ χρήσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδᾶναι. πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς ἐμοὶ ξυνοῦσιν ἐξουσίαν ἔγωγε παρέχω. καὶ ὁ ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, ὦ γύναι ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἡ δέ, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι ἔφη, καλοῦσί με εὐδαιμονίαν. οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι, ὀνομάζουσί με κακίαν. καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπε, καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σὲ ὦ ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν φανῆναι. οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ᾗπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν ἑλλάδα πειρατέον εὐποιεῖν. εἴγε τὴν γῆν φέρειν σοι καρποὺς ἀφθόνους, τὴν γῆν θεραπευτέον. εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον. εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι, καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευθεροῦν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον. εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. καὶ ἡ κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὥς φησι πρόδικος· ἐννοεῖς ὦ ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. καὶ ἡ ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένουσ', ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι πάντων ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίουσα, πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα, ἵνα μὲν ἡδέως φάγοις ὀψοποιοὺς μηχανωμένη, ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς. ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὅ,τι ποιῇς, ὕπνου ἐπιθυμεῖς. τὰ δ' ἀφροδίσια, πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρωμένη. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσα. ἀθάνατος δὲ οὖσα ἐκ θεῶν μὲν ἀπέρριψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ. τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ. καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος, ἀθέατος. οὐδὲν γὰρ πώποτε σαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι. τίς δ' ἄν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; οἳ νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι. πρεσβύτεροι γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι. ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες, τοῖς πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι. τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον, οὔτε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται, τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις οἷς προσήκει. ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις. εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις. ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων. βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις, ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις, ἀνέχονται γὰρ ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν, ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων ἢ τοῖς ἀμόχθοις. καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται. εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες. ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν, ὅτ' ἂν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. τοιαῦτά σοι ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ, τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι. οὕτω πως διώκει πρόδικος, τὴν ὑπ' ἀρετῆς ἡρακλέους παίδευσιν. ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν. *Meminit eiusdem Quintil. lib. 9 cap. 2. & Cicero ad L. Luceium lib. 5. Maximus Tyrius Ser. 4. Cum hoc Prodici figmento cõuenit Christi doctrina de arcta & lata porta, Matthæi 7. & Pythagoræ de litera bicorni, de qua præter carmen illud, quod Vergilij titulo puerorum manibus teritur, uidendus est Lact. lib. 6. cap. 3. & 4. Lege ad hæc quæ annotauit Eras. in prouerbio, Difficilia quæ pulchra. Item, Publicam uiam ne ieris. Hesiodium autẽ biuium exponit etiam Plato in Protagora, & de Legib. 4.* [Prodicus] *Hunc Ceum alij, alij Chium faciunt. Socrates in Protagora huius se discipulum fatetur, eiusq; doctrinã & sapiẽtiã diuinam ad Simo-*

pidem refert. Quintilianus etiam hunc Protagoræ σύγχρονον facit. Plato in Lachete hunc mirificũ in explicandis nominibus artificem fuisse testatur. Et in Axiocho, neminem eum gratis docuisse, quod & Laertius in Protagora fatetur. Et in Hippia maiore, ex priuata doctrina magnam pecuniæ uim lucratum fuisse legitur. ❡ Apud Xenophontem.} Xenophon, ut audiuimus, συγγράμματα περὶ τοῦ ἡρακλέους citat. ὧραι huic operi si Suidæ credimus, fuit. ❡ Pubesceret.} ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο. Variationem interpretationis Budæus notauit in Comment. περὶ τῆς ἥβης & ætatis humanæ gradibus, in Catone M. dictum est. ❡ Hercule Iouis satu edito.} Fabulosam Herculis genituram Plautus in Amphitryone celebrauit. Lege Boccatium libro. 13. cap. 1. Non puto operæpretium, commemorare Herculis nomen commune quoddam epitheton fortium uirorũ esse, poetasq; ex multis fortitudine præstantibus unum quoddam exemplum confinxisse. ❡ Nobis non idem.} Luciano idem propemodum, qui ad imitationẽ nostri Herculis, in somno sibi Statuariam & Pædiam apparuisse fingit, quarum pro se utraq; ipsum ad sui studium trahere conata sit. ❡ Plerunq; autem parentum.} Quare Plutarchus parentum uitã filijs tanquam speculum propositũ uult, in libello de Educandis pueris. ❡ Nonnulli tamen.} Videtur alludere ad tria hominum genera, ab Hesiodo nobis proposita.

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
φρασσάμενος, τά τ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾗσιν ἀμείνω.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων,
ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ.

❡ Quo quisq; est.} Sic & nasci poetam uerius dicunt, quàm fieri. ❡ Fortunæ proximam.} Plato de Legibus 10. quorundam authoritate ait res omnes quæ uel fiant, uel futuræ sint, uel quæ sint factæ, pulcherrimas natura fortunaq; fieri, cæterum arte minores. Vnde quæstio illa nascitur, utrum ars certior an natura. hinc liquidum fit, annus'ne producat an ager. ❡ Potest autem accidere.} Syrus Terentianus in Adelphis, hominis proprium esse errorem indicat, seni respondens, Censen' me hominem esse? Erraui. ❡ Fortunæ non nunquam.} Cõplures enim fortuna seruos, natura philosophos fecit. de quibus Gell. lib. 2. cap. 18. Quid quòd Plautus in pistrino, Næuius in carcere fabulas scripsit, teste eodem Gellio lib. 3. cap. 3. & Protagoram fortuna baiulum fecit, natura philosophum, quem Democritus suo ingenio reddidit. Gell. lib. 5. cap. 3. ❡ Facienda morum.} Videtur omnino alludere ad illud Mitionis Terentiani, qui Platonem in 10. de Republica secutus, uitam hominum confert lusui tesserarum, in qua si illud quod est maxime opus iactu, non cadit, illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Et Ligurinus libro primo de gestis Friderici,

Nunc igitur ueluti cum luditur alea prudens,
Si qua mala acciderint, ea lusor corrigit arte:
Sic nos, humanæ lusit quos alea sortis,
Consilio fati casum properemus iniqui
Corrigere, & tanto solatia ferre dolori.

❡ Vt amicitias.} De hoc in Lælio. ❡ Ne uitia sint imitanda.} D. Hieronymus in Apol. contra Ruffinum, docet magistrorum non uitia, sed uirtutes imitandas esse. fuisseq; Romæ qui se Afri grammatici præceptoris æmulum putaret, si stridorem linguæ eius, & uitia tantum oris exprimeret. sic Platonici, præceptoris incuruos humeros: Aristotelici, balbutiem imitari traduntur. Plutarchus. ❡ Paulo Aemilio.} Qui Scipionis filius, nihil de paterna maiestate, præter speciem nominis uigoremq; eloquentiæ retinuit. Paterculus. ❡ Quàm ille sui.} Qui post multas in Hispania uictorias occisus fuit. ❡ Optima autem hæreditas.} Sic supra partem gloriæ suæ iure quodam hæreditario ad filium pertinere dixit. Lege super hoc loco Plutarc. in libello, De his qui sero à numine corripiuntur. ❡ Concionibus tenere.} Hanc eloquentiæ uirtutẽ Lucia. in Hercule Gallico expressit. ❡ Et quoniã.} Transitus ad sequentia.

MELAN. ET in quo genere uitæ.} Præcipit de quarto gradu. ❡ Herculem Prodicium} Prodicus rhetor finxit Herculi uoluptatẽ, ac uirtutem adparuisse, Silius in Scipione lib. 15. imitatus est. ❡ Sensim dissuere.} Sic præcepit & in lib. de Amicitia.

BETVL. EST igitur.} Vide Vale. in lib. 2. cap. De instit. antiqs. Plat. de Legibus nono. ❡ Exercendaq;.} q; pro εἶτα per enallagẽ. Causatiua est, quia laboribus libido maxime tollitur. iuxta illud:

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

❡ SI huiusmodi.} Aristot. c. ult. lib. 7. Polit. Quintil. lib. 1. cap. 3.

CAMERB. EST igitur adolescentis.} Omnes eruditorum & sapientum libri pleni ferè sunt his uocibus, ut minores natu colãt, & obseruent maiores natu, ab hisq; discant uirtutes, & honestas artes. Quia ut est in Græco uersiculo:

γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων,

Et ut Aristoteles ait:

οἱ νέοι ἄπειροι τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων.

Sed ut est officium hoc adolescentum, ita senum est sapere, docere, cõsulere, monere, gubernare, sicut hi etiã uersiculi Ouidij suauiter indicant in. 6. Fasto.

Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est,
Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit.

Quod tamen sic intelligendum est, ut discere non sit turpe seni etiam à iuuene, aut adolescente, si, ut sæpe fit, minus sapiat, q̃ minor natu. Inueniuntur enim, qui nullum habent argumentũ, quo probent se diu uixisse, præter ætatem, ut Seneca inqt, & pulchre Aristoteles monet, ubi ait: διαφέρει δ' οὐδὲν νέον τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός. Item pulchre monet Græcorum prouerbialis uersiculus:

πολιὰ χρόνου μήνυσις οὐ φρονήσεως.

Additæ sunt hic etiam aliæ circũstantiæ conditionum, quod sit magistratuum, quod priuatorum, quod peregrinorum officium.

Adolescentiam quæ proprie beccanti

EST igitur adolescentis maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos, & probatissimos, quorum consilio atq; authoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum cõstituenda & regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas à libidinibus arcenda est; (Verecundia.) exercendaq; in labore, patientiaq; & animi, & corporis: (Disciplina.) ut eorum & in bellicis & ciuilibus officijs uigeat industria. (Industria.) Atque etiam cum relaxare animos, & dare se iucunditati uolent; caueant intemperantiam, meminerint uerecundiæ: quod erit facilius, si eiusmodi quoque rebus maiores natu interesse uelint.

Est

MELAN. EST igitur.} Adolescentis officia. Hoc uero praeceptum in primis est necessarium, ut adolescens & in studijs: & in instituenda uita proponat sibi aliquem, quem effingat, quemq; exprimat summo studio. Ideo Vergilius de Pallante ait:

–Sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Eadem apud homerum de Achille.

Sub

Senectutem quae deceant maxime.

SEnibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendae uidentur. Danda uero opera, ut & amicos, & iuuentutē, & maxime Rēp. consilio, & prudentia quamplurimum adiuuent. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se, desidiaeq; dedat. Luxuria uero, cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. Sin *autē libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malū est; quòd & ipsa senectus cōcipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem alienum est de magistratuum, de priuatorum, de ciuium, de peregrinorū officijs dicere. Est igitur proprium munus magistratus intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatē & decus sustinere. seruare leges, iura describere, * & ea fidei suae commissa meminisse. Priuatum autem oportet aequo, & pari cum ciuibus iure uiuere, neq; submissum, & abiectum, nec se efferentem; tum in Rep. ea uelle, quae tranquilla, & honesta sint. Talem enim & sentire bonum ciuem, & dicere solemus. Peregrini autem, & incolae officium est, nihil praeter suum negotiū agere, nihil de alio inqrere, minimeq; in aliena esse Repu. curiosum. Ita ferè officia reperientur, cum quaeretur quid deceat, & quid aptū sit personis, temporibus, aetatibus. Nihil est aūt, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, consilioq; capiendo seruare cōstantiam.

* corporis sunt in

* autem & l.

* es

BETVL. SENIBVS.} De his in Catone maiore dictum abunde est. Gelliū obiter lege lib. 2. cap. 14. ¶ Dāda uero opera.} Gell. lib. 2. cap. 14. ¶ De priuatorū, de ciuium.} De priuatorum ciuium, meo iudicio rectius leges. Neq; enim quatuor, sed tria tātum membra esse, ex sequētibus facile patet. Est tamen gradus inter magistratum & priuatū ciuem. Aristoteles enim quarto Polit. differentiam faciens inter magistratus & curationes munerum, ita inquit: Maxime aūt magistratus (ἀρχὰς) appellare eos debemus, quibus de quibusdam cōsultare datum est & iudicare, ac pro potestate iubere: praecipue uero hoc ultimum. iubere enim pleniorem notā magistratus obtinet. Quibus autē hoc non licet, hos ἐπιμελητὰς καὶ ἐπιστάτας uocat: quasi dicat, curatores & praepositos. Haec Budaeus in annotationibus posteriorib. Quid īter magistratum & ciuem bonum discriminis sit, uide apud Arist. Polit. 3. ¶ Est igitur.} ὁ πολιτικὸς καὶ κύριος, ἢ καθ' αὑτὸν ἢ μετ' ἄλλων τοῖς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας. Arist. 3. Polit. Platoni πολιτικόν ἐστι τό γε δίκαιον. ¶ Seruare leges.} Non oīs magistratus custos legis est, ne apud Platonē quidem de Legib. 6. qui inter caeteros magistratus, imo prae caeteris νομοφύλακας constituit, eiq; legis custodiā demandat. Minos, qui in Creta nouem annis Iouis cōsilijs fretus, dexterrime regnauit, in urbe Gnosso, Rhadamantho uiro optimo legū custode usus est: extra urbem Taloe, qui ter in singulos annos regionē passim obibat, custodiae legum intentus, aereasq; legum tabulas pagatim circūferebat, de quo Plato in Minoe. Cic. de Legib. 3. antiquas leges recitās, praetorem quidē iuris ciuilis custodem nominat, & censori legū custodiam tribuit: fatetur tamen, imo conqueritur, Romanos suos legū custodiam memoriam'ue publicam nullam habere, Graecosq; in hoc diligentiores fuisse, qui νομοφυλάκας creare soliti sint. Copiosius de his Bud. in tit. de Offic. praefecti praetorio. ¶ Iura describere.} τίμημα γράφειν, mulctam irrogare. Sic Cice. Verrem iura magis pretio quàm aequitate descripsisse testatur. Sic Esaiam 10. cap. intelligit: ubi uae prophetis imprecatur ijs qui iniquas leges condunt, & iniquitatem scribunt. Hoc enim sequentia flagitare uidentur, maxime uersiōe graeca. οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν, γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσιν, ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, ἁρπάζοντες κρίμα πενήτων τοῦ λαοῦ μου. ¶ Neq; submissum.} Aristo. bonum ciuē agit, qui imperare pariter, obedireq;, cū opus sit, possit. ¶ Pari cū ciuibus iure.} Alludit ad definitionem legis, quae ait legē esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu. Quaere qui nō pari cum ciuibus iure uiuit, uiuit iure singulari: qd' quia singula ueteres priua dixerunt, priuilegiū appellatur. De quo Cic. de Legibus 3. Gell. lib. 10. cap. 20. Bud. in l. legis uirtus. ff. de legibus & S.C. Meum institutū non est dispicere, sint'ne priuilegia ē Republ. nec'ne. Cic. uidetur odisse: Oldēdorpius impensius fauet, tum in eo tractatulo quē de iure singulari cōscripsit, tum etiam in 12. tabul. expositione. Quid de sacrificijs nostris cēsebimus? Nam si omnis qui ciuitatē aliquā incolit, aut ciuis est, aut peregrinus, uel incola (nam cum peregrinis īcolas ipse Cic. numerat) ciuis est uel cum magistratu, uel priuatus: nostri sacrifici, si ciues sunt, merito ciuilia onera sustinent: sin uero incolae, de aliena Repub. curiosiores nō sunto. & multo minus ciuitatis imperia sibi uendicanto. Indulta obijciunt. Audio, sed non agnosco, id quod in detrimentum & contra libertatem indultum est. Liturgi sunt? Non opinor. liturgus enim nemo nisi ciuis esse, in Repub. recte formata constitutaq; esse debet. Quare? sequetur, ¶ Peregrini.} Aristot. 3. πολιτικῶν, μέτοικος γάρ ἐστιν, ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. Cic. confundit hoc loco Vallae differentiam, qui peregrinum uocat, qui in ciuitate non est: hospitem, qui in aliena est. Et Marsilius apud Platonem τοὺς ξένους peregrinos interpretatur tum alibi, tum de Legibus duodecimo, ubi quatuor peregrinorum genera ex quatuor peregrinationis causis facit. Ad hanc peregrinorum legem allusit ipse Cicero pro C. Rabirio. Adeo'ne hospes huiusce urbis, adeo'ne ignarus es disciplinae consuetudinisq; nostrae, ut haec nescias, ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uideare?

Exercēdus animus. Vt prosint alijs.

Turpis res desidiosa senectus, Luxuriosa turpior, Libidinosa turpissima.

Priuatū quid deceat.

Hospitis officium.

MELAN. SEnibus.} Apud Homerum Nestor:
βουλῇ καὶ μύθοισι· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων,

xime

Decorum a cultu, motuq; corporis.

SEd, quoniam decorum illud in omnibus factis, & dictis, in corpore demq; motu, & statu cernitur: idq; positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto: (difficilius ad eloquendum, sed satis erit intelligi.) In his autem tribus continetur cura etiam illa, ut * pbemus ijs, quibus cum, & apud quos uiuamus: his quoq; de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem: quæ formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eā posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ, * atque formā; eas contexit, atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum uerecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis: ipsiq; necessitati dāt operam, ut quamoccultissime pareant: quarumq; partium corporis usus sunt necessarij, eas neq; partes, neq; earum usus suis nominibus appellant: quodq; facere turpe nō est, modo occulte, id dicere obscœnū est. Itaq; nec aperta actio rerum illarum petulantia uacat, nec * orationis obscœnitas. Nec uero audiēdi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici penè Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quòd ea, quæ turpia re non sunt, uerbis flagitiosa dicamus: illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. Pluraq; in eam sententiam ab eisdem contra uerecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorū, auriumque * approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid effœminatū, aut molle, * & nequid durum, aut rusticum sit. Nec uero histrionibus, oratoribusque concedendum est, ut ijs hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tātam habet à uetere disciplina uerecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, si quo casu euenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Retinenda est igitur huius generis uerecūdia, præsertim natura ipsa magistra, & duce.

ETVL. SEd quoniam. } Harmonia quædam corporis & animi est. Huius pfectio, bonitas, s. illius perfectionē pulchritudinē gignit, quæ seminis sui ueluti flos quidā uidetur. Quæ coniunctio καλοκαγαθία Græcis appellatur, de quo plura Viues lib. de Anima 3. ▽ Formositate. } Nam Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus. ▽ Principio. } Vtitur Cic. hoc quoq; loco, uti gladio Delphico. Nā lib. Epist. 9. ad Papyriū, Stoicorū, adeoq; Cynicorū partes defendit, quorum impudētiæ hic Academicorum uerecūdiā multis gradibus præfert: censetq; membra non pretextatis, ut Gell. uerbis utar, sed puris honestisq; noīanda esse. Et Quītil. lib. 8. obscœna uerba in oratore nō fert, ut quæ ornatui uehemēter officiāt. Isocr. in Parænetico, ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, inqt, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Multi fice huc conferūt, quæ annotauit Eras. de cop. uerb de uerbis obscœnis. ▽ Imitata ē hoīm uerecūdia. } Cuius fines siqs semel trāsierit, eū bene & nauiter oportet esse impudētē. Cic. L. Lucceio lib. 5. Obserua latentē προσωποποιίαν ▽ Id dicere obscœnum. } Priscian. ab obs et eano: sicut obsoletus, ab obs & oleo. uel ἀπὸ τοῦ κυνὸς, inde inquino. ▽ Cynici. } Cognomē ignominiæ, ἀπὸ τοῦ κυνὸς, q̃a obuios quosq; admonēdo allatrare uertius q̃ aliorū soliti sunt: uel q̃a in propatulo cum cōiugibus canū more coire, ipsi mos fuit. Quorū imprudētiā incessat D. Aurel. Augusti. lib. 14 cap. 20. de Ciuit. dei itē ad Valer. lib. 1. cap 21. cōtra Iulianū Pelagianum lib. 4 cap. 15 Lact. lib. 3. c. 15. Lud. Viues de Anima. 3. Lucianus more suo dignis eos modis exagitat in Vitarū auctiōe, sub psona Diogenis. a q; rursus in dialogo cui titulus Cynicus est. Author huius sectæ (si Laertio credimus) fuit Antisthenes, qui Socratis audiēdi gratia quotidie 40. stadia emēsus fuit. Principes huius factionis fuerunt, is quē modo noīaui Antisthenes, et Diogenes Synopæus, Crates Thebanus, et Menippus Phœnix. ▽ Oculorū auriumq;. } De horū sensuum officio, cōsule Platonē in Timæo. Nā sicut motuū uarietas sine oculorum bñficio animaduerti nō pōt, ita sermonum adeoq; harmoniæ iudices aures sunt. De horū sensuū præstantia, etiā Cic. de Orat. 2. uidendus est. ▽ Manuū motus. } χειρονομία ▽ Nostro qdē. } Hoc idē memoriæ pdidit Valer. lib. 2. cap. 1. de Viriplaca. ▽ Natura ipsa magistra. } . πρός τι dicitur. uerecūdia enim naturæ discipula. et προσωποποιΐα pluscula rei gratiam adhibet.

AMERB. SEd quoniā decorū. } Sub initium huius disputationis de quarto gn̄e honesti ostēsum est, Cic. coniungere temperantiā cū modestia. & p una eadēq; uirtute illas hēre, quæ sunt ī Arist. distinctæ uirtutes. Hactenus tractauit tū de tēperantia, tū etiā de modestia: posthac tantum de modestia docebit, excepto eo, qđ deformæ pulchritudine interponit. Hæc. n. aliud quoddam genus boni est, nec sitū ualde in nostra ptā'e. Vtitur autē initio propositione per quādā diuisionem, in qua dicit, in quot rebus & cernatur, & uersetur decorum. Statim deinde explicat partem eorum, quæ proposuerat, nempe de factis, & dictis, quòd nihil sit aut faciendū, aut dicēdū contra naturā, seu qđ aures, aut oculos honestorū hoīm offēdat: atq; oīa hic hoc uelut exēplis quibusdā cū præcipit de tegēdis mēbris à natura occultatis, et deuitādis obscœnis dictis. Non enim hæc tantum pertinent ad decorum in dictis & factis, sed multa etiā alia. Præterea quanq̃ in principio fecit distinctas modestiæ partes, nō tñ prorsus seruat nec ordinē præscriptū: & cū ex superioribus pleraq; repetit, tū, quæ aliarū partiū sunt, alijs partibus aspgit, ut hic non tantū de factis: & dictis, sed de motibus etiā corporis loquitur. Item in prīcipio de formæ quadā rōne.

Marginal notes: * atq; turpem, eas — * pbemur ab ijs — * oratio obscœnitate. — Cynici, & uerus stoici ni[illegible] quod fa[illegible] turpe non esse. — * cō. robatione — * aut — Exemplum uerecundiæ, & a scena petitū, — Exemplū Romanæ uerecūdiæ.

CVM

BETVL. CVM Autem.} Decorum à circumstantia sexus. ⁋Venustatem.} Cicero de Natura Deorum secundo uenustatem magis à Venere, quàm Venerem à uenustate nominatam credit. Venerem autem, quod ad eam omnia ueniant. uenustatem & dignitatem (ἀξιωπρεπὲς ἢ σεμνοπροσωπίαν, ἢ σεμνοπρέπειαν) natura nobis indidit, & ob id in arbitrio nostro positæ non sunt. si quid ergo hic peccatur, natura peccatur. & ob id officium à uenusto uiro, uel graui muliere non deseritur, nisi quantum cultu ascititio iuuatur. Lactantius de Opificio hominis, ex Varronis sententia, uirum à uirtute, mulierem à mollitie dictam putat. & Plato mulierem hoc uno nomine uiris in rebus obeundis posthabet, quod imbecillior est. Pulchritudo rebus recte factis plusculum gratiæ conciliat. Gratior enim Maroni est, pulchro ueniens è corpore uirtus. ita tamen ut uirtus quàm pulchritudo spectatior sit, iuxta illud Xenophontis in Oeconomico, τὰ γὰρ καλά τε κἀγαθὰ οὐ διὰ τὰς ὡραιότητας, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς εἰς τὸν βίον τοῖς ἀνθρώποις ἐπαύξεται. ⁋Viro non dignus ornatus.} Hinc Diogenes Cynicus adolescenti composito quippiam roganti, non prius se affirmauit responsurum, quàm aperte exploraret, uir'ne esset an mulier. ⁋Color exercitationibus.} Quintilianus libro duodecimo. Nam & lacertos exercitatione constringere, & augere uires, & colorem trahere naturale est. Causas reddit Aristoteles in Problem. sectione ultima problem. tertio, quarto, quinto. ⁋Munditia non odiosa.} De splendore Pontanus librum posteritati reliquit, non indoctum: cui quasi species subiecit, supellectilem, ornamenta, cultum corporis, apparatum. Cultum autem corporis (quem Cicero hic obiter perstringit) considerat secundum circumstantias personarum, fortunæ, ætatis, sexus, temporis. Splendorem mediocritatem ponit, extrema luxum & sordes. ⁋Vt pomparum ferculis.}

Horatius libro primo satyra tertia.

—Sæpe uelut qui
Currebat fugiens hostem, persæpe uelut qui
Iunonis sacra ferret.

uide prouerbium, Iunonium ingredi. ⁋Examinationes.} quæ comites pauoris sunt. Pauor autem sapientiam omnem ex animo expectorat, sicut conturbatio cogitata excutit. Tragœdiæ exempla ministrant. ⁋Motus autem animorum duplices.} Hoc est. animæ rationalis sunt duo officia: intellectus, quem uocant uim rationalem apprehensiuam: & uoluntas, quæ dicitur uis rationalis motiua, quæ aliud quàm affectus est nihil. ⁋Cogitatio.} Intellectus, quem dixi, Græcis νοῦς est. huius operatio est, quam cogitationem hic Cicero uocat, Græcis νόησις uel διάνοια, quando mens deliberat, & consilium capit: cuius decretum appetitus deinde exequitur. ⁋Appetitus.} Executor. sed quemadmodum carnifex nihil crudelitatis adijcit, præterquam sententia à Iudice lata est: ita affectus sedatior rationis Imperio paret. nam si irruat impotentius, fiet quod Cicero cauere iussit, ut animi motus à natura recedens, in perturbationes atque exanimationes incidat. Sic enim hanc animæ rationalis partem diuidunt, ut quæ lenior sedatiorq; est, nihilq; contra mentis dictamen designat, ἦθος Græcis appelletur: πάθος uero, perturbatio illa uehementior. quas superius ex Platonis doctrina equis calcitrantibus, & ciuibus non bonis similes esse diximus.

Quæ forma uirum, quæ fœminam deceat, & quis utrique cultus: quis item gestus, qui motus decorus.

CVm autem pulchritudinis duo genera sint; quorum in altero uenustas sit, in altero dignitas: uenustatem muliebrem * dicere debemus, dignitatem uirilem. Ergo & à forma remoueatur omnis uiro non dignus ornatus: & huic simile uitium in gestu, motuq; caueatur. Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptijs non uacant; & in utroque genere quæ sunt recta, & simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est; color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia, non odiosa, neque exquisita nimis; tantum quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus: in quo sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cauendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant: quod assequemur, si cauebimus, ne in perturbationes, atque examinationes incidamus; & si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt; alteri cogitationis, alteri appetitus: cogitatio in uero exquirendo maxime uersatur; appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quamoptimas utamur; appetitum, rationi obedientem præbeamus.

Dignitas ... rus, Venus... mulierum ...

* ducere

AMER. CVM Autem pulchritudinis.} De pulchritudine formæ, seu figuræ humanæ, & ornatu, ac gestibus corporis hic præcipitur. Repetit quoque de motibus animi nonnihil ex præcedentibus, ut rationi pareant tam uoluntas, quàm appetitiones. Pulchritudo autem, cum sit duplex, altera uirilis, altera muliebris, utrique suus ornatus est tribuendus. Ad quam rem multum ualet tum iudicium tum comprobatio bonorum uirorum, tum etiam consuetudo. Videmus enim non tantum eodem tempore alios homines, sed eosdem etiam homines alio tempore alium uestitum decere. Atque est quidem in hac re propemodum infinita uarietas, facilis tamen distinctu etiam oculorum iudicio.

Cogitatio
Appetitus

Duplex orationis genus, rhetoricum, & quotidianum.

ET Quoniam magna uis orationis est, eaq́; duplex; altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus: sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium uersetur, persequatur etiam conuiuia. contentionis præcepta rhetorũ * sunt multa, nulla sermonis: quanquam haud scio, an possint hęc quoq; esse. Sed discentium studijs inueniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli: rhetorum turba referta omnia. Quanquam quæ uerborum, sententiarumq́; præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cũ orationis * indicem uocem habeamus, in uoce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suauis; utrũque omnino à natura petendum est: uerum alterũ exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, & leniter * quod fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum *: quanquam erant literati, sed & alij. Hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ; ne aut obscurũ esset, aut putidum. Sine contentione uox, nec languens, nec canora. Vberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale uero, & facetijs Cæsar Catuli patris frater, uicit omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone uinceret. In omnibus igitur his elaborandum est; si in * omni re, quid deceat, exquirimus.

ETVL. ET quoniam.} Sunt in hanc sententiam lectu digna apud Senecam lib. Epist. 5 epi. 18. & sequentibus aliquot. ¶ Iudiciorũ, concion.} Vnde tria causarum genera apud rhetores. De concionibus Valla libro tertio Gellius lib. 18. cap. 7. uidendi sunt. ¶ Sermo in circulis.} Hoc mihi præbuit occasionem, quòd in Lælio hemicy lum pro corona uel sedentium uel stantium in colloquio uirorum interpretatus sum. ¶ Sequatur etiam conuiuia.} Quales in conuiuijs sermones doctorum ac prudentum uirorum esse debeant, facile discitur ex conuiuijs Platonis, Xenophontis, Plutarchi, Macrobij, Philelphi, Erasmi, Peutingeri. ¶ Rhetorum turba.} Rhetores sunt qui artis præcepta præscribunt. de horum officio lege Quintilianum lib. 2. cap. 1. & 5. Circumfertur libellus Tranquilli titulo, quo recensentur rhetores aliquot insigniores, qui circa Ciceronis tempora floruerunt. Rhetores olim urbe pulsos fuisse, lege apud Gellium lib. 15. cap. 11. ¶ Sed discentium studijs.} Quia honos alit artes. ¶ Quanquam quæ uerborum.} Nam inquit de Orato. 3. Crassus: Omnis ex re atq; uerbis cõstat oratio. neq; uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris: neq; res lumen, si uerba submoueris. Lege plura apud Quintilianum lib. 10. cap 1 sub init ũ. Vehementer ingratos eos pronuncio, qui præclarissimum Erasmi de Copia uerborum & sententiarum opus, atro signare calculo non uerentur. ¶ Orationis indicem uocem.} De uoce Cice. de Orat. 3. ad Heren. 3. Quintilianus lib. 11. ¶ Vt sit clara.} λευκὸς, cui contraria est fusca, quo loco fusa corrupte apud Quintilianum legitur.

¶ Quid fuit in Catulis.} patre potissimum. De quo eiusdem Ciceronis testimonium ex libro de Orat. 3. adscribam: Quid iucundius auribus nostris unquam accidit huius oratione Catuli? quæ est pura sic, ut latine loqui penè solus uideatur. sic autem grauis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum audiens, equidem sic iudicare soleo: quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, uitiosius & deterius futurum. Atque rursus eodem libro paulo post de pronunciatione differens, Catulum his uerbis alloquitur: Me autem tuus sonus & subtilitas ista delectat, omitto uerborum, quanquam est caput, uerum id affert ratio, docent literæ, confirmat consuetudo & legendi & loquendi, sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos Atticorum, sic in latino sermone huius urbis est proprium. Hæc de patre quidem seorsim. in Bruto uero iunguntur, sed cum quadam exceptione, his uerbis: Fuit igitur in Catulo sermo latinus, quæ laus dicendi non mediocris ab oratoribus plerisque neglecta est. nam & sono uocis, & suauitate appellandarum literarum, quo uam filium cognouisti, noli expectare quid dicam: quanquam filius non fuit in oratorum numero, &c. Ex his liquido apparet, id quod Quintilianus uenuste dictum testatur libro primo capite nono, aliud esse latine, aliud grãmatice loqui. Orationem item Romanam, nõ peregrinam esse oportere. ¶ Literæ neq; expressæ.} Lege omnino dialogũ Erasmi de Pronunciatione. ¶ L. Crassi.} De huius dicendi genere, nisi memoria me fallat, superius dictum est Consule Brutum Ciceronis, & egregios de Oratore libros sparsim. ¶ Catuli patris frater.} Anemœcius hunc locũ sine ratione immutauit. Nam constat Catulos patrem & filium fuisse celebres. Catuli patris igitur legendũ est, ut τὸ patris uel appositiue dicatur, uel sic adiectiuum seu epitheton me liũ. Cæsarem autem Caium Lucij filiũ Catuli patris fratrem fuisse, superius quodam loco didicimus. fitq; ista ipsa sanguinis necessitudo manifestior ex li. de Orat. 2. ubi ita legimus: Postero igitur die, quàm illa erant acta, hora ferè secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem iambularet cum Cotta in porticu, repẽte eò Q. Catulus senex cum C. Iulio fratre uenit. quòd ubi audiuit, cõmotus Crassus surrexit. C. autem Iulius est, quem alio loco, atque rursus in Bruto, Cæsarem appellat.

L. Cæsar.

Q. Catulus pater. — C. Iul. Cæsar.

Catulus filius.

AMERB. ET quoniam magna uis orationis est.} Quod non eodem modo sit loquendum in foro, & uel in disputationibus, uel in congressibus familiaribus, nec tantum huius rei iudicium, & curam ad artem pertinere, sed etiam ad mores, nemo ignorat. De hoc itaque discrimine hic aliquid indicat Cicero. Nam in alijs libris tum hoc discrimen, tum alia multa solent explicari copiosius. Et quidem tantum indicato genere altero, quod contentionem uocat, de altera præcipit. Primum qualis debeat esse uox, & unde sumi debeat. Vtitur ad hoc declarandũ aliquot exẽplis. Deinde ut sermo sit plenus,

non

Margin (left, partly cut off): sunt nul- / ser. — onunciatio / huiusmodi. — indicem — ruli, pater / filius, de qui / s in Bruto. — ...idest, / ...tionis, & ab / tatum. — omnibus, — od

Margin (right): * .quid — * l

non uehemens, aut pertinax, utq; sermonem cum alijs communicemus, quem Plutarchus etiam docet communem esse debere, ut sunt communes cibi & potus. Tertio, ut accommodetur sermo rebus, de quibus habetur sermo. Quarto, ne corruptos esse mores demonstret. Quinto, ut intra suos limites uersetur, aut referatur ad eos, ubi digressio fieri cœperit. Sexto, ut in loquendo non commoueamur animo. Septimo, non utendum esse obiurgationibus, nisi cum necessitas postulet, & quomodo obiurgandi sint homines. Octauo, quomodo sit respondendum etiam ijs, qui sunt nobis inimicissimi, & à quibus nobis sunt facta conuitia. Nono fugiendam esse iactantiam, quæ sane certum est stultitiæ signum & cognata cum eo uitio, quod paulo ante ἀλαζωνίαν ex Aristotele appellauimus.

MELAN. SErmo in circulis. } laudata in Ennij carmine apud Gellium libro duodecimo capite quarto.

Sermo familiaris quemadmodum moderandus.

SIT Igitur hic sermo, in quo Socratici maxime excellunt; lenis, minimeq; pertinax: insit in eo lepos. Nec uero, tanquam in possessionem suam uenerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, uicissitudine nonnunquam utendum putet. ac uideat in primis, quibus de rebus loquatur; si serijs, seueritatem adhibeat; si iocosis, leporem. In primis prouideat, ne sermo uitium aliquod indicet inesse moribus. Quod maxime tum solet euenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuere, aut maledice, contumelioseq; dicitur. Habentur autem plerunque sermones aut de domesticis negotijs, aut de Republica, aut de artium studijs, & doctrina. Danda igitur opera est, ut, etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio; sed utcunque aderunt res: neque enim omnes ijsdem rebus, nec in omni tempore, nec similiter delectamur. animaduertendum est etiam quatenus sermo delectationē habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Sed quoniam in omni uita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus; id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet uacare; ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut quid tale appareat. Maximeq; curandum est, ut eos, quibus cum sermonem * cōferemus, & uereri, & diligere uideamur. Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ; in quibus utendum est fortasse & uocis contentione maiore, & uerborum grauitate acriore. Id agendum etiam est, ut * ne ea facere uideamur irati: sed ut ad urendum, & secandum, * sic ad hoc genus castigandi raro inuitiq; ueniamus; nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit; cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autem parte clementi castigatione licet uti, grauitate tamen adiuncta, ut & seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius causa, qui obiurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ijs, qui adsunt, approbari. Deforme etiam est, de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

[Margin notes: Ut honestis de rebus. — Ne longus, & inæqualis. — Ne concitatior. — Ne cōtumeliosus in amicos. — * conferemus. — Obiurgatio quatenus adhibenda. — * ea facere non iudi. — * secandi medici, ... nos ad h... — Ne eum qu... referendū ... le dictū, cū ... le audientur. — Indecora la... ctantia Th... sonis.]

SIT Igitur. } De Oratorio dicendi genere quia alibi dixit disertissime, in transcursu hic attingere tantum uoluit. Disputatorum inter familiaria numerauit. huius decorum iam proponit obseruandum. ¶ In quo Socratici. } Licet philosophi inter se dissentientes, ab ipso orti Socrate, Socraticos se omnes dici uoluerunt: uetus tamen ista & Socratica contra alterius opinionem disserendi ratio in Academia remansit, ut cum is qui audiret, dixisset quod sibi uideretur, alter contradiceret. Cicero Tuscul. quæst. 1. Hanc Cice. ipse in Tuscu. & Academicis quæstionibus imitatus est, alijsq; philosophicis oratorijsq; dialogis. ¶ Tanquā in possessionem. Prouerbium sapit, ut illud de Orat. In tuo regno. De Orat. 2. Quod ubi sensi me in possessione iudicij ac defensionis meæ constitisse, quod & populi beneuolentiam mihi conciliarem, &c. ¶ Minimeq; pertinax. } Nihil enim certo statuunt Academici, Socratem suum secuti, qui disputator quàm orator melior, & ut Marsilius censet, opiniones falsas redarguens, ueras non tam docet quàm indicat, quo ingenia acutiora, falsis agnitis, sine magna opera, uera inuestigarent ipsa. ¶ Quibus de rebus. } Ne scilicet audias, Nihil ad fides, aut οὐδὲν πρὸς ἔπος. ¶ De absentibus detrahendi. } Contra obtrectationem, lege Linguam Erasmi. ¶ Domesticis negotijs. } Quo in genere est Xenophontis Oeconomicus. ¶ De Republica. } ut Platonis & Ciceronis. Nam Aristotelis scripta, quia dialogica non sunt, minus etiam contentionis habent, & scriptis quàm dictis similiora sunt. Relucet autem ex Platonicis Ciceronianisq; sermonibus antiquus ille honestissimusq; congressionum & conuersationum ritus, qui nobis decori illius studiosis exemplo esse potest, incitationisq; non contemnendæ materiem præbet. ¶ De artium studijs. } Cuius generis est Platonis Gorgias, & Ciceronis oratorij dialogi. ¶ Si aberrare. } Incautius. Nam digressiones studio fiunt, in amœniores plerunque locos, quæ ob id ipsum & remissiores esse solent, & suapte sponte, quia in figuris numerantur, redeunt. ¶ Desinendi modus. } Ne audias, Manum de tabula. ¶ Obiurgationes. } Est enim amicorum mutuum admonere, iuxta illud Homericum Iliad. λ. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. Appositum huius exemplum est apud

BETVL.

Plautum in Trinum. ubi Megaronides Callielem amicum magna grauitate admonet. Pulcherrima admonitionis præcepta traduntur à Plutarcho, in eo libro cui titulus est, De discrimine adulatoris & amici ueri. ⁋ Ira absit. } Vergilius, Furor iraq; mentem Præcipitant. De comprimenda ira scribit egregie Cice. ad Quint. fratrem libro primo. Epist. tertia. ⁋ Militem gloriosum. Trasonem.

⁋ Quatenus

Quatenus sermo delectationem habeat. } Quatenus pro in quantum, & quemadmodum. ERAS.

Obiurgationes, &c. } Plautus in Trinummo: Ne amicum castigare ob meritam noxiam immane est facinus, uerum in ætate necessarium ⁋ Ira absit, cum qua, &c. } Vergil. Furor iraq; mentem Præcipitant. MELAN.

⁋ Et

In ædificijs extruendis qui modus.

ET quoniam omnia * persequimur; dicendum est etiã, qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. cuius finis est usus: ad * quã accõmodanda est ædificandi descriptio; & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisq; diligẽtia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est; honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in Palatio, & plenã dignitatis domum: quæ cum uulgo uiseretur, suffragata domino, nouo homini ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus, accessionẽ adiunxit ædibus. Itaq; ille in suam domum consulatum primus * attulit: hic summi, & clarissimi uiri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit, sed ignominiam etiam, & calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et ut in cæteris habenda ratio non * sui solum, sed etiã aliorum: sic in domo clari hominis, in quã & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusq; generis multitudo; adhibenda est cura laxitatis. Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo; & maxime, si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino. Quod idẽ his tẽporibus in multis licet dicere. Cauendum est etiam præsertim si ipse ædifices; ne extra modũ sumptu, & magnificentia prodeas. quo in genere multum mali etiam in exẽplo est. Studiosè enim plerique, præsertim in hac parte; facta principum imitantur: ut L. Luculli summi uiri uirtutẽ quis? at quã multi uillarum magnificentiam imitati sunt? Quarum quidem certe est adhibẽdus modus, ad mediocritatemq; reuocandus: eademq; mediocritas * ad omnem usum, cultumq; uitæ referenda est. Sed hæc hactenus.

* quem

* intulit

* sua

ET quoniã } Iouianus Pontanus de Magnificentia librum conscripsit, quam definit mediocritatem in sumptibus & quidem magnis, cum delectu faciendis. Extrema utrinque collocat, hinc uentositatem (sic enim uitium uocat sumptuum faciendorum nescium) illinc modicitatem, quæ sumptus non pro dignitate facit. sed intelligit sumptus tantũ eos, quos Reip. causa, & maxime in ædificijs publicis facimus. Aristoteles uero, quem ipse secutus uidetur, in magnis Moralibus, τὴν μεγαλοπρέπειαν μεσότητα facit τῆς ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας. Definit hoc modo: ἔστι δ' ἡ μεγαλοπρέπεια περὶ δαπάνας, ἃς τῷ πρέποντι γίνεσθαι προσήκει. δαπάνην autem quamlibet sumptum, præcipue conuiuiorum significat. Certe Cicero hic magnificentiam priuatorum ædificiorum splendorem appellat, non eam quam in rhetoricis rerum magnarum cum ampla animi cogitatione administrationẽ definit. & Speusippus in definitionibus sic, μεγαλοπρέπεια, ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον. Sit ergo nobis hoc loco magnificentia, ædificiorum decor & dignitas, ἡ τῆς οἰκοδομίας σεμνότης. ⁋ C. Octauio. } Tria ponit exempla, unum mediocritatis, duo excessus. In Chronologia primus Octauius Cos. Cn. prænomen habet, anno Vrbis conditæ. DLXXXIX. & sic habet antiqua lectio, quam etiam agnoscit Marsus. ⁋ In Palatio. } Palatiũ dictũ à Palanto urbe Arcadiæ, unde rex Euander uenit. In eo monte fuit sedes Imper. populi Romani propter quam causam, ubicunque est sedes magni principis, Palatium appellatur. Hæc Põpon. Lætus. Quàm splendide fuerit ædificatum, lege apud Marlianum libro tertio capite quinto & septimo. ⁋ Hanc Scaurus. } Memoratur etiam huius domus inter eas que in Palatio sitæ sunt. De prodigiosa huius magnificentia, lege Plinium libro trigesimo sexto capite decimo quinto Budæum de Asse. 3. circa finem. ⁋ Ornanda est enim. } Antistrophe indignitatem rei singulari energia ostendit. ⁋ Dignitas domo, non ex domo dignitas. } Priori loco dignitas κοσμιότητα significat, cuius contrarium est ἀκοσμία, posteriori ἀξίωμα, id est existimatio nominis. ⁋ Sic in domo clari. } Male uulgo, nec immerito, audit ille qui diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Sed ædium amplitudinem magnificam fortunæ circumstantia excusat, si usus cũ honestate coniunctus sit, alioqui diuinæ literæ grauissime detestantur ædiũ continuationem. ⁋ Hospites multi. } Hospitalitatis celebritatem hodie totam concidere conqueritur Enthusiasmus noster, hoc tetrastico:

Iuppiter est Xenius multis iam
cultus ab annis,
Nec potius quicquam dogmata
sancta docent.
Publica nunc aliud mãdant edicta potentum,
Mores inuersi, nunc pietas scelus est.

⁋ O domus antiqua. } Enarrationem huius loci ex Erasmi Chiliadibus adscribam. Videtur & illud Ennij carmen prouerbijs adscribẽdũ, quod refert M. Tullius Offic. lib. 1. O domus antiqua quàm dispari domino dominaris. Id conueniet in disciplinam cõmutatam in peius, eorum uitio qui successerunt: uelut in domum, in urbem, in Academiam, in monasterium, aut collegium ad peiora

degenerans

degenerans. Quanquam suspicor carmen Ennia non in codicibus esse uitiatum. Legendum autem: O domus Anti, quàm dispari domino dominaris. ut notarit Antij successorem. Iam quoniam in dispari, prima syllaba natura longa est, sublato s, quod Ennius subinde facit (nisi forte pro Anti mauis Anci, aut Anni, quem Lucilius taxat alias) fit breuis: itaque constat metrum. Scriba parum eruditus, putans anti quàm unam esse dictionem mutauit, Antiqua. Alius nolens omittere quod erat in plerisque codicibus, adiecit quàm. Respexit huc M. Tullius Philippica secunda, O tecta ipsa misera, quàm dispari domino. quanquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur! Hactenus Erasmus. ¶ L. Luculli uiri summi uirtutem. } Is fortitudine, uigilantia, prudentia, æquitate, alijs animi dotibus excelluit. Is anno Vrbis conditæ. DCLXXX. Cos. Asiam sortitus, Mithridatem sæpe multis locis fudit, proconsul Cizycum Mithridatis exercitu fame ferroq; deleto, uictoria liberauit: Tygranem regum maximum, in Armenia uicit. Quibus si ingenium & fortuna accessisset, non Euphratem, sed ipsius adeo Asiæ fines terminum imperij Romani positurus fuisset. Qua gloria non modo propter habendi morbum excidit, sed monstrosi luxus uoluptatisq; dissolutæ studio, merita laude fraudatus est. De rebus ab eo præclare gestis, lege Plutarchum in eius uita. Cice. libro Acad. quæst. secunda, Veneium Paterculum uolumine posteriore. Abbreuiat. Epit. 94. & sequent. Flor. libro tertio capite quinto, Appianum in Mithridatico, Orosium lib. 6. Sabellicum Ennead. sexto libro quarto. Cicero pro lege Manilia, Delphico suo gladio utitur. ¶ Villarum magnificentiam. } Censorium, teste Plinio, fuit, plus soli uerrere quàm arare. At Luculli uilla agro caruit, Scæuolæ contra fundus uilla. libro decimo octauo capite quinto, De ædificio quod in Tusculano habuit, Varro de Re rustica tertio capite quinto, & Plutarchus Lucullianos hortos inter sumptuosissimos regum, instructissimosq; dinumerat. Fuerunt autem in circo Flaminiore, ferente Pub. Victore: iuxta mare circa Neapolim exciso monte, molibus mari iniectis maiore impendio quàm uillam ædificauit, Euripum in piscinas immisit, ipsi Neptuno de piscatu non concessit. Quare ipsum Tubero Stoicus Xerxen togatum appellauit, ut in eius uita Plutarchus testatur, uel ut in Apophthegmatibus Pompeius de gloria æmulus. cui sententiæ astipulantur Plinius & Paterculus. & tempora ipsa, quibus Tubero aliquanto antecessit, affirmare uidentur: licet ne Bernardinus quidem Rutilius de eo obticeat. Meminit eiusdem in ædificando profusionis, Varro de Re rustic. libro tertio circa finem. Multa non copiose minus quàm diserte Budæus de Asse. 2. 3. libris. Aedificiorum frugalitatem commendat in Miltiade & Aristide Demosth. Olynth. 3.

AMER.

ET quoniam omnia persequimur. } Non minus modus non seruatur in ædificando, quàm in reliquis rebus ad uitam necessarijs. Quod uitium adeo fuit apud Romanos magnum, ut C. Cæsar, sicut Plinius scribit, solum foro extruendo emerit mille ducentis sestertijs, hoc est, triginta millibus aureorum Gallicorum. Milo habitauerit in domo centum quadraginta septem millibus sestertijs empta, quæ summa facit Gallicæ monetæ tritiessexies centena, & septuaginta quinq; millia aureorum. Quod merito Plinius addit mirari se, ut regum insaniam, & inter prodigia humana habere, quòd postea Milo debuerit septingenta millia sestertia, quæ sunt Gallicorum aureorum centies septuagies quinquies centena millia. Itaque hic Cicero etiam ostendit, qualis debeat esse domus clari & excellentis ciuis, nempe, non tantum ad usum, uerum etiam ad dignitatem ædificata & splendorem. Et tamen existimandum esse, quòd domus sine uirtutibus parum ornet uirum, sed domum potius ornare uirum. Propterea liberalitatem, & munificentiam in tali domo debere esse, nec magnorum uirorum splendida ædificia relictis uirtutibus imitanda esse. Cæterum M. Scaurus reprehenditur ob eandem rem in. 36. lib. Plinij.

ERAS.

IN domum multiplicatam. } Multiplicatam dixit pro auctam. Nam quod proximarum ædium solum fuit, ædibus adiunxerat Scaurus. ¶ Et ut in cæteris est habenda ratio, non sua solum, sed aliorum. } Opinor pro Sua legendum Sui. Et ratio reciproci pronominis seruabitur, si subaudias, habenda homini. ¶ Alter domus ampla decori domino sæpe fit. } Plane aliter usurpauit pro alioqui. ¶ Ne extra modum prodeas. } Id est, ne modum excedas.

MELA.

ET quoniam } Modus præscribitur in ædificando. Xenophon in Oeconomico damnat φιλοικοδόμους.

¶ In omni

Tria omni in uita seruanda

IN omni autem actione suscipiẽda tria sunt tenenda: Primum, ut appetitus rationi pareat; * quod nihil est ad officia conseruanda * cõmodatius: Deinde, ut animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere uelimus; * ut ne'ue maior, ne'ue minor cura, & opera suscipiatur, quàm causa postulet: Tertium est, ut caueamus, ut ea quæ pertinent ad * liberalitatem, specie, & dignitate moderanda sunt. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus; nec progredi longius. Horum autem trium præstantissimum est appetitum obtemperare rationi.

Vt cõsilio, [...] cupiditate [...] sopiatur.

* quo

* accomodatius.

* neu

* liberale [...] speciem, [...] dignitatem moderata [...] sint.

BETVL.

IN omni autẽ. } Si tria hæc præcepta recte expendas, nullum sine alijs constabit. De primo supra quodam loco ex Platone satis dictum est. Alterius etiã meminit dominus Christus in Euangelio, Lucæ decimoquarto, ubi similitudine à monarcha quopiam ducta, docet neminem prudẽtum quenquam negotiorum quicquam subiturũ, quin prius uires sumptumq; reputauerit. Tertium, ut author ipse paulo superius docuit, naturalis uerecundia præscribit. Hæc inquam ita interse congruunt, ut si rationis non uitiatæ dictamini pareatur, & par rebus præsentibus cura suscipiatur, nec contra modum fiat quicquam, ita qui uires sumptusq; subeundi negotij expendit, consilio expendit, quod solius rationis officium est, neque contra decorum quicquam decernit. Et ea quæ cũ decoro fiunt, fiunt consilio sano, & rationi decreto.

AMER.

IN omni autem. } Generale præceptum est hic additum ad præcedentia, quid sit faciendum in omni actione. Est autem diuisum in tres partes, quarum tamen duæ posteriores recte sub prima comprehenduntur. Ea est, ut quicquid agimus, agamus sic, ut affectus, seu appetitiones non præcurrant rectæ rationi, sed ei pareant, hoc est, ut medium seruetur, aut quod idem est, secundum uirtutem agatur.

cum dicimus: Non est nunc locus disputandi. Et apud Terentium: Video eos in loco uereri. Certe si nō significatur tempus in talibus orationibus, mixtum tamē quiddam ex tempore & loco significatur, cū uocabula occasio & tempus in iisdem orationibus poni possint. Idem accidit in dictione {Spatium} quæ, quanquam magna ex parte locum significat, tamen pro tempore usurpatur manifeste. Et itaq; ordo in hoc loco harmonia quædam, seu conuenientia, seu ratio in dictis, factis, & omnibus corporis motibus. Et hæc conuenientia non tantum ad tempus debet referri, sed etiam ad locum, personas, modum, & alias omnes circunstantias. Quamprimum enim aliquis ab illarum aliqua dissentit, non amplius est decorum & ordo, sed confusio & indecorum. Porro quod sequitur, modestiā esse scientiam, ex Platone est sumptū, qui in plerisq; locis uirtutem scientiam esse docuit. Ideo addidit etiam obiectionem de prudētia, quæ si est tātum scientia modestiæ, prorsus nihil aliud à modestia differt, quàm quod differt totum à parte, aut genus à specie. Vtraq; enim uersatur circa ea, quæ sunt hominibus bona, & tamen latius patet prudentia, quàm modestia. Multo expeditior est Aristotelis doctrina, qui posuit prudentiam in intellectu, & statuit eam inuentricem & gubernatricem uirtutum: uirtutes uero in appetitu, & uelut ministras prudentiæ, quanquam intellectū à uirtutibus non separauit.

MELAN. DEinceps de ordine.} Quomodo circunstantiæ uarient officia. Obiurget Thersites Agamemnonem, seditiosum est: faciat idem Nestor, uidebitur è Rep. fieri. εὐταξία est ordinis obseruatio: εὐκαιρία temporis obseruatio. {Et harum similibus.} Est sane prudentia cum modestia cognata: sed modestiam hactenus uocamus, quatenus gestus ipsos, & tanquam illam actionem, καὶ ὑπόκρισιν gubernat.

Quid quo loco, ac tempore deceat, dedeceatq;.

TAlis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione cōstanti, sic in uita * sint omnia apta inter se, & conueniētia. Turpe est enim, ualdeq; uitiosum, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hiq; de cōmuni officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles, ô puerum pulchrum Pericle: ait, At enim prætorem Sophocle decet nō solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Atq; hoc idem Sophocles si in * athletarum probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. Tanta uis est & loci, & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus uideatur, inscitia temporis. Sed ea, quæ multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas; facile apparēt, nec magnopere admonitionē, & præcepta desiderant: quæ autē parua uidētur esse delicta, neq; à multis intelligi possunt, ab iis est diligētius etiā declinandū. ut * in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulū discrepēt, tamē id à sciēte animaduerti solet: sic uiuendum est in uita, ne forte quid discrepet; uel multo etiam magis, quo maior, & melior actionū, quàm sonorum concentus est. Itaque ut in fidibus musicorum aures uel minima sentiunt: sic nos, si acres, ac diligentes iudices esse uolumus, animaduersoresq; uitiorum; magna sæpe intelligemus ex paruis. Ex oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione aut contractione, ex mæstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis, ex submissione, ex cæteris similibus facile iudicabimus, quid * eorū apte fiat, quid ab officio, naturaq; discrepet. Quo in genere non est incommodū, quale quodq; eorū sit, ex aliis iudicare; ut, siquid dedeceat in * aliis, uitemus et ipsi. Fit enim nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis, siquid delinquitur. Itaq; facillime corriguntur in discendo, quorum uitia imitantur emendandi causa magistri. Nec uero alienum est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiam usu peritos; & quid his de uno quoque officii genere placeat, exquirere. Maior enim pars eò ferè deferri solet, quò à natura ipsa deducitur. In quibus uidendum est non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisq; sentiat, atq; etiam qua de causa quisq; sentiat. Vt enim * pictores, & ii, qui signa * fabricantur, et ueri etiam poetæ, suū quisq; opus à uulgo considerari uult; ut siquid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur; hiq; & secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & non facienda, * & imitanda, & corrigenda sunt. Quæ uero more aguntur & institutis ciuilibus, de iis nihil est præcipiendum: illa enim ipsa præcepta sunt. Nec quenquam hoc errore duci oportet; ut siquid Socrates, aut Aristippus contra morem, cōsuetudinemq; ciuilem fecerint, locutiue sint; idem sibi arbitretur licere. magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum uero ratio tota est eiicienda. est enim inimica uerecundiæ; sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos * autem, quorum uita perspecta in rebus honestis, atq; magnis est; bene de Repu. sentientes, ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore, aut imperio affectos, obseruare & colere debemus; tribuere etiam multum senectuti; Cedere iis, qui magistratum

* omnia sint apta & inter se con.

Indecorum aut in re seria nugari, aut in re iocosa serium esse.

Athletæ, qui uirtutis exercendæ gratia certant.

Harmonia in fidibus, ... & in uita.

* apte eorum fi.

* illis,

* fabricā...

Id de Apelle ... fert Plin. & ... Marone ... literis prod... tum.

* mutan...

Quid er... quanq; perle... nam deceat,

habebunt;habere delectum ciuis; & peregrini: in ipso quoque peregrino priuatim'ne, an publice uenerit. Ad summam, ne agam de singulis; communem totius generis hominum conciliationem, & consocialionem colere, tueri, seruare debemus.

BETVL. Talis est igitur.} De temporis lociq; decoro dicturus, quo expeditior differendi uia fieret, ea remouere uoluit, quæ uel nominum interpretatione, uel definitionum similitudine lectorem impedire poterant. Nunc ergo uidebimus clarius quid locis ac temporibus quibusq; maxime deceat. ¶ Turpe est enim } Sic contra etiam cum decoro pugnat, si quis, ut Cice. de Orat. 2. tragœdias in nugis agat. ¶ Bene Pericles. } Plutarchus in Pericle, Valer. lib. 4. cap. de Continentia. ¶ Collegam in prætura. } σογτρœτιγωῦττœ. Plutarchus contra Lacedæmonios uidelicet, cum Athenienses ante implicitι essent bello Peloponnesiaco & Bœotico. Orosius lib. 2. in fine. Quo loco, ut alijs plerisq; annorum numeris, error insignis est. Nō enim anno ante Vrbem conditam, sed ab Vrbe condita. X X X. uel potius. X X X I I I I. hoc est anno Olympiadis. L X X X I I. quarto: quo tempore Decemuiri Romæ creati sunt. ¶ O puerum pulchrum. } Gracchus ex Sardinia reuersus, pudicitiam suam Censoribus commendans, pueros eximia facie ante se stetisse negauit. Gellius lib. 15. ca. 12. ¶ Si in athletarū.} Hoc enim magistratum & maxime militarem decebat, ut curiosos oculos in eos figeret, qui uirtute aliqua militari præstarent, præsertim tum, cum de rebus bellicis consideraretur. cum interim casta ex eleganti puero delectatio turpitudinis suspitione non careat, adeò ut ne Socrates quidem suum Alcibiadem citra notam dilexerit. Athletarum autem nomine, Polluce authore, gymnicos omnes intellige. (nam supra theatricos artifices in scenicos et gymnicos diuisimus) πœλœιστὰς luctatores, δρομεῖς cursores, πύκτας pugiles, δισκοβόλους qui discum in sublime iaculantur, ἁλτικούς qui saltus pernicitate cōtendunt. Interim uide in græco exemplo decorum obseruari. nam apud Romanos athletæ quia artem ludicram non faciebant, sed uirtutis gratia sese exercebant, ignominia non notabantur. sed ne apud Græcos quidem, qui ex professo gymnicam profitebantur, infamia laborabant: qui ut ad uires cōparandas certo uictu utebantur, unde etiam athletica habitudo pro corpulenta dicitur, ita Cicero hoc loco athletice ualentes, & corpulenta firmaq; habitudine præditos, athletarum nomine significare uoluit. plura lege apud Budæum, l. athletæ ff. de ijs qui infamia notantur. Lege ad hæc Alexand. ab Alexand. lib. 3. Genialium dierum, cap. 9. ¶ Tanta uis.} Vt nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. ¶ Quæ autem parua.} Paulatim uela collige. ¶ In itinere. } Crebra in Comœdijs & Tragœdijs exempla sunt. ¶ In conuiuio. } Vnde lex illa conuiualis, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι ¶ Vt in fidibus. } Quia uita ἁρμονία est. ¶ Vt si quis in foro } Quo modo Lycurgus furorem simulauit. ¶ Oculorum. } Vultus enim tacitus animi sermo est. Cicero in Pison. Gellius lib. 13. cap. 24. ¶ Ex alijs. } Sic Terentianus senex filium suum aliorum uitas tanquam speculum intueri iubet. Fœlix siquidem is, quem faciunt aliena pericula cautum. ¶ Fit enim nescio quomodo. ¶ Non enim uidemus manticæ quod à tergo est: & festucā, &c ¶ Itaq; facillime. } Emendandi præcepta sunt apud Quintil. cap. 4 & 7. ¶ Sed etiam quid quisq; sentiat. } Alioqui fiet, ut de allijs interrogati, de cæpis respondeamus, neq; quicquam ad chordas simus dicturi ¶ Vt enim pictores. } Hinc illud, Ne sutor ultra crepidam. Plinius lib. 35. cap. 10. ¶ Et ueri etiam poetæ. } Trigesimum quintum apud Horat. in Arte, præcepta de criticis sunt. ¶ Quæ uero more. } Philosophus uitæ præcepta præscribit, à quibus citra mulctam receditur: uiris ciuilis præcepta ἀνόμοις pœnas statuunt: bonus uir utraq; seruabit. partes pro toto. Quid mores et instituta differant, docet Bud. in l. ius ciuil. de iustitia & iure ¶ Nec quicquam.} Occupatio, uel antipophora. ¶ Vt si quid Socrates aut Aristippus.} Hoc est, incorruptissimus quisq;, per antonomasian.

ERAS. INhumanus uideatur inscitia temporis.} Frequentius inscitia dicitur eius, qui insciens est. Hic noue ad rem refertur, pro ignoratione. ¶ Animaduersores uitiorū.} qui obseruant uitia. Noue dixit.

MELAN Fit enim nescio quomodo.} Catul. Sed nō uidemus, manticæ quid in tergo est.

Quæ artes, & qui quæstus sordidi, qui contra liberales.

*IAm de artificijs, & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint; hæc ferè accepimus. Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt; ut portitorū, *ut fœneratorū. Illiberales aūt, & sordidi quæstus mercenariorū, omniūq;, quorū operæ, nō quorū artes emuntur. est enim in illis ipsa merces authoramentum seruitutis. Sordidi etiam putandi qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant. nihil enim proficiunt, nisi admodū mentiantur. Nec uero quicquam est turpius uanitate. Opificesq; omnes in sordida arte uersantur. Nec uero quicquam ingenuum potest habere *officina: minimeq; artes hæ probandæ, quæ ministræ sunt uoluptatum; Cætarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius. adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut nō mediocris utilitas quæritur; ut medicina, architectura, ut doctrina rerum honestarum: hæ sunt ijs, quorum ordini conueniunt, honestæ. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est. sin magna, & copiosa, multa undiq; apportans, multisq; sine uanitate impertiens; non est admodum uituperanda. atque etiamsi satiata quæstu, uel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros, possessionesq; contulerit; uidetur iure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur; nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. De qua quoniam in Catone Maiore satis multa diximus, illinc assumes quæ ad hunc locum pertinebunt.*

[Margin: * & — * opificina — Ex Eunucho. — Artes honestæ. — Medicus fidelis. — Architectus. Studia. — Mercatura cōprobatur contra uanitatem. — Vide disputationē xx. Cælij Calcagnini. — Laus Agriculturæ.]

BETVL. IAm de artificijs.} Pro euidentiore huius capitis declaratione operæpretium aliquod facere uideor, si totum negotium secundum

dum doctrinam Aristotelicam diductione apodictica ob oculos ponam, ex primo Politicῶn.

τὰ τῆς χρηματιστικῆς μέρη

- οἰκονομικὴ αὐτόφυτος, ὑπ' αὐτῆς φύσεως διανομένη,
  - Res pecuaria, quam faciunt homines ἀργότατοι, quod genus uitæ patriarchæ maxime secuti sũt, ὥσπερ γεωργίαν ζῶσαν γεωργοῦντες.
  - Ex præda, cuius partes
    - Venatio
    - Piscatio
    - Aucupiũ
    - Militarem, ut maxime naturæ aduersam, reijcio.
  - Agricultura, omnium gentium & ætatum consensu maxime laudabilis.
  - Ex his nascitur commutatio rerum uilium, ut tritici pro uino, mimime præter naturam, neque species τῆς χρηματιστικῆς.
- καπηλικὴ μεταβλητικὴ, id est commutatitia, οὐ κατὰ φύσιν, iure g. instituta
  - ἐμπορία, mercatura, cuius tres partes
    - ναυκληρία
    - φορτηγία
    - παράστασις
    - Differunt fructu & securitate.
  - τοκισμὸς, fœneratio.
  - μισθαρνία, id est mercenaria.
    - βαναύσων τεχνῶν, de quibus suo loco.
    - ἀτέχνων, quarum operæ, non artes emuntur.
- Inter naturalem illam & commutatitiam, alia est tertia, è terra, terraq; nascentibus plurimum utilitatis, fructus nihil habens, ὑλοτομία, & μεταλλευτική.

Lege ad hanc rem non male congruentia apud eundem Aristotelem libro Oeconomicorum secundo. Quibus ita præmissis, & quasi fundamento posito, reliqua tutius innitentur. ¶ Qui in odia hominum incurrunt.} Aristoteles τὴν ὀβολοστατικὴν dignam odio pronunciat. ¶ Portitorum.} Hi sunt qui uectigalia portibus insidentes exigunt, & magnarijs publicanis subseruiunt. Alciat. in l. mercis appellatione. ff. de uerb. sig. Blond. libro quinto nascentis Romæ. illud uectigal, portorium appellatur. Publicanos autem ipsos inhonestos non fuisse, argumento est, quòd ex ordine equestri fuerunt, magnamq; passim apud Ciceronem commendationem habent. Plato de Legibus octauo in sua Republica uectigalia importandarum & exportandarum nulla uult. ¶ Fœneratorum.} τοκιστῶν, altera τῆς καπηλικῆς forma. Hic quæstus, si Aristoteli credimus, maxime contra naturam est. uocis etymon in argumentum adducit. ὁ δὲ τόκος, inquit, αὐτὸ ποιεῖ πλέον, ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν, ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. ὥστε καὶ μάλιστα παρὰ φύσιν οὗτος τῶν χρηματισμῶν ἐστιν. Sic etiam Gellius fœnus à fœtura pecuniæ parientis atque increscentis. Quàm odiosum ubique gentium, & quoties coercitum fœnus olim fuerit, legere potes apud Alexan. ab Alexand. lib. Genialium dierum. 1. cap. 7. ¶ Mercenariorum.} Apud Aristotelem uidimus mercenariã diuisam in duas partes. Prior erat τῶν βαναύσων, cuius nomina & uerba reperies apud Pollucem lib. 1. cap. 5. & lib. 7. cap. 1. altera τῶν ἀτέχνων, quorum opera hic Cicero, non artem emi ait. Plato de Repu. mercenarios ad complementum suæ ciuitatis admittit, ut qui roboris sui usum uendunt, præmium laboris μισθὸν appellantes, ipsi μισθωτοὶ nominantur. ¶ Authoramentum.} ὀψώνιον sordida uentris merces & obligatio, metaphora à militum stipẽdio sumpta. ¶ Qui mercantur à mercatoribus.} Venaliciarios Alciatus ibidem uocari ait, qui à magnarijs negotiatoribus minutatim emunt, quod pluris uendant. Aristot. uidetur hoc genus mercaturæ παράστασιν appellare, ἀπὸ τῆς παραστάδος, id est porticu fortassis. & hac analogia opinor institores Latinis dici, τοὺς πολυγκαπήλους. Plato de Repu. 2. in Repu. bene constituta καπήλους (speciem enim facit, quod Aristoteli genus est) necessitatem procreasse ait, ut homines ualetudinarios, grauiori operi inutiles. ἐμπόρους autẽ, qui ad alias ciuitates cõmigrant. ¶ A mercatoribus} Qui ἐμφανικωτέρως mercatores sunt. ¶ Nisi admodum mentiantur} Laudat enim uenales qui uult extrudere merces. ¶ Nec uero.} αἴτιον. ¶ Opificesq; omnes.} βάναυσοι, quibus nõ licebat statuam in Olympijs habere. & Arist. Polit. 3. in ciuitate bene cõstituta è ciuium cõsilio excludit. Multa in hunc sensum Alciat. loco citato. Aristoteles, εἰσὶ δὲ τεχνικώταται μὲν τῶν ἐργασιῶν, ὅπου ἐλάχιστον τύχης βαναυσόταται δὲ, ἐν αἷς τὰ σώματα λωβῶνται μάλιστα. δουλικώταται δὲ ὅπου τοῦ σώματος πλεῖσται χρήσεις ἀγεννέσταται δὲ, ὅπου ἐλάχιστον προσδεῖ ἀρετῆς ¶ Vnguentarios.} quos urbe expulsos à Lacedæmonijs, author est Seneca Nat. quæst. lib 4. hi μυροψοὶ Græcis dicuntur, effœminandorũ animorũ artifices. Alciatus. ¶ Saltatores.} Scenicos intellige: nam palæstrica saltatio corpus roborabat. qua de re lib. 3. plura. ¶ Totumq; ludum talarium.} Si qui quæstus & lucri causa forte luserint. Cæterum nõ uideo ubi aut quando eiusmodi ludi, temporis fallendi gratia agitati, ab honestis magnisq; uiris probro habiti sint. Plura de his leges apud Volaterranum lib. Philologiæ. 29. Beroal. in Aug. Tranquilli. Eras. prouerb. Semper feliciter cadũt Iouis taxilli. Et, Si sæpe iacias, &c. Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 21. ¶ Mercatura autem.} Mercatoribus militia interdictum à Iustiniano tit. 35. lib. 12. Cod. Diuersarum rerũ negotiationibus detentos, ut trapezitas, gemmarum, argentiq; & uestium uenditores, cæterosq; institores aliarum mercium quibuscunq; ergasterijs adhærentes, Zeno imp. à prouincialibus officijs remouet. l. si cohortalis. C. de cohortalibus lib. 12. Sed in nostris hodie municipijs patricij, & in magistratu constituti mercaturas, imo etiam fœnora prægnantissima exercent: & quo quisque potẽtior mercator est, hoc amplior & honoratior habetur. Temporum diuersitatem excusat Alciat. loco iam sæpius allegato. ¶ Vel contenta.} ἐπαυόρμωσις ¶ Ex alio in portum.} κλίβαξ.

IAm de artificijs.} Quæ artificia & quæstus sint liberales, qui sint illiberales, hic exponitur: Quod sic debet intelligi, non omnes quidem artes sordidas inhonestas esse, (nam illiberalem in hoc loco, quiddam multo melius est, quàm inhonestum) sed non conuenire hominibus bono loco natis & ingenuis. Sicut enim aliarum rerum non omnes omnibus conueniunt, ita artificiorum, & quæstuum non omnes conueniunt omnibus. cuius quidem rei disputatio ad iustitiam distributiuam quoque, & fortasse rectius, quàm ad modestiæ locum aptari poterat, quanquam paulo aliter, & absolutius Cicero hic de artibus disputauit. AMERB.

QVI Mercantur, quod statim uendant.} Ij sunt πρόπωλαι. MELAN.

LIBER VI.

E duobus honestis utrum honestius.

SEd ab ijs partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum uidetur. Eorũ autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest, incidere sæpe contentio, & comparatio, de duobus honestis utrum honestius. qui locus à Panætio est pretermissus. Nam cum omnis honestas manet à partibus quatuor; quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligendo officio sæpe inter se comparentur, necesse est. Placet ergo aptiora esse naturæ ea officia, quæ ex communitate, quàm ea, quæ ex cognitione ducantur. idq; hoc argumento confirmari potest; quòd si contigerit ea uita sapienti, ut omnium rerum affluentibus copijs ditetur; quamuis omnia, quæ cognitione digna sint, summo otio secum ipse consideret, & contempletur: tamen si solitudo tanta sit, ut hominem uidere non possit, excedat è uita. Princepsq; omnium uirtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant. prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarumq; scientia. Illa autem sapientia, quam principem dixi; rerum est diuinarum, atque humanarum scientia; in qua continetur deorum, & hominum communitas, & societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut est certe; necesse est, quod à communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio, contemplatioq; naturæ manca quodam modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur: ea uero actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur: pertinet igitur ad societatem generis humani: ergo hæc cognitioni anteponenda est: atque id optimus quisque re ipsa ostendit, & * iudicat. Quis est enim tam cupidus in perspicienda, cognoscendaq; rerum natura; ut, si ei tractanti, contemplantiq; res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum, discrimenq; patriæ, cui subuenire, opitulariq; possit: non illa omnia relinquat, atque abijciat; etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur: atque hoc idem in parentis, in amici re, aut periculo fecerit? Quibus rebus intelligitur, studijs officijsq; scientiæ præponẽda esse officia iustitiæ; quæ * pertinẽt ad hominum utilitatem; qua nihil homini debet esse antiquius. Atque illi quorum studia, uitaq; omnis in re-

Iustitiæ officia potiora officijs prudentiæ.

indicat

pertinet

SEd ab. } Secutus hactenus Panætium Stoicum, sed ad cras: ad ingenium iam redit Cicero. Sed interim obserua in libertate modestiam, omnibus uere studiosis in dissentiendo seruandam. Stoicis peccata sunt omnia æqualia, propterea quia uirtutes sint pares. Licet hoc iam non agatur, quomodo temperans temperante sit tẽperantior, hoc est quot gradibus species seipsa uel superior uel inferior sit, sed quàm una species altera in officio faciendo sit ualentior. Quod ne uinculum quidem illud uirtutum insolubile remoratur. nam licet Aristides iustitiæ titulum sine sociarum adminiculo assecutus non est, ex hac tamen sola laudem plenorem est adeptus, in qua excelluit, quàm reliquis omnibus. Et Herculis fortitudo tantam celebrationem meruisset nunquã, nisi pro æquitate tuenda tantos suscepisset labores. ¶ Princeps. } Platoni, ἡ σοφία πάσης ἀρετῆς τὸ μέγιστον μέρος. ¶ φρόνησις. } Sic in rhetoricis hanc honesti formã definit: prudentia est rerum bonarum & malarum, & utrarunque scientia. & apud Platonem inducitur ἡγεμὼν τοῦ ὀρθῶς πράττειν. Hinc Cyrenaici bonum quidem prudentiã fatentur, nõ sua ipsius uirtute, nec propter seipsam appetẽdam, sed eorum gratia quæ inde nobis proueniunt. ¶ Rerum est diuinarum. } Eadem definitio est in Tuscu. quæst. lib. 4. ubi disputatur, an in sapientem perturbatio animi cadat. Vbi ex definitione colligitur, sapientem diuina imitari, humana omnia inferiora uirtute iudicare. Quare Augustinus sapientiam ad cœlestia, prudentiam ad humana refert. ¶ Deorum & hominum communitas. } Docet prudentia & iustitia sapientiã constare. Nam ut Cicero sapientiam definit, rerum diuinarum atque humanarum scientiam: sic Platoni in Alcibiade secundo, φρόνιμοι καὶ δίκαιοι οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν, ἢ τῶν εἰδότων ἃ δεῖ πράττειν καὶ λέγειν, καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους. ¶ Et si maxima est. } Sic colligit, Si à communitate ducitur officium iustitiæ, ergo à maxima communitate, quæ sapientia est, maximum iustitiæ officium manat. Nihil autem maximum, nisi comparatione & respectu minorum maximum sit. ¶ Item cognitio. } Plato prudentiam sine iustitia calliditatem appellat, de quo Seneca libro secũdo de uita beata. ¶ Si nulla actio. } Virtus enim in actione consistit. ¶ Ea uero actio. } Plato de Republica. 2. ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν iustitiæ opus esse ait. ¶ Aut metiri. } Vt Archimedes in communi periculo suis pulueribus intentus fuit. ¶ Lysias Pythagoræus. } Hieronymo contra Rufinum Lysides, Laertio in Pythagora Lysis appellatur. Tarentinus is fuit, Thebis scholam aperuit: ipse & Archippus in dogmatib. magistri ingenio pro libris usi. Epaminundæ laus celebratur à Plutarcho in Pelopida. De huius rebus egregie gestis supra, ubi de Mantinea & Leuctris. ¶ Dionem. } Licet, inquit, Plato magistratu aut alia functione Reipu. nihil profuit, causa tamen Syracusanæ libertatis, extinctæq; ibi tyrannidis fuit. Nactus enim ibi Dionẽ Aristomachæ Dionysij uxoris fratrem, egregio iuuenem ingenio, ita eum instituit, ut iustitiam tyrannide potiorem iudicaret: qui pulso tandem Dionysio, Syracusis potitus fuit. De hoc legendus est Plutarchus in Dione, Laertius in Platone, & omnino epistolæ Platonicæ. ¶ Modo prudẽter. } Lege præfationem primæ Tuscul. quæstionum. ¶ Atque }. Comparatio à minori ad maius. ¶ Congregabilia. } Aristot. de Historia animalium libro primo capite primo apẽ inter ciuilia nu-

merat, id quod non omnibus cō-gregabilibus competere ait. πολιτικὰ, inquit, ἐστιν, ὧν ἕν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον, ὅπερ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα. Inter ciuilia numerat hominem, apem, uespam, formicam, gruem: in quibus hominem ἐπαμφοτερίζειν facit, hoc est naturæ ancipitis esse, communitatis & solitudinis. Solitudo prudentiam fouet, communitas iustitiam simul cum prudentia: hoc est, ut diximus, sapientiam. De huius animalculi Republica lege Aristote. libro nono de Historia animalium, capite quadragesimo, Plinium libro.11.cap.5. & sequent. Vergilium libro quarto Georgic. Varronem de Re rusti. lib.3.cap.16. Columellam lib.10. à capite undecimo usque ad finem libri. Palladium lib.1.cap.37. lib.5.cap.9. Didymum apud Constantinum Cæsarem lib.15.cap.3. [Virgula diuina.} Citra nostram operam. Reuise Chiliades Erasmi. [Nam & solitudinē fugeret.} Hieronymus & Basilius solitudinis amatores maximi, dum uitam solitariam tanto studio colunt, magis hoc mundi odio faciunt, quàm ut naturalem hominum communitatem subterfugiant: uiri iustitiæ alioqui studiosissimi.

* πολιτικὰ. [margin]

* monimētis [margin]

AMERB. SEd ab his partibus.} Hæc est secunda pars eorū, quæ in toto opere tractantur, nempe, honestatis partium inter se comparatio. Prefert autem Cicero iustitiam reliquis omnibus uirtutibus, & probat rectè se hoc facere quatuor maxime argumentis. Primum est sumptum à natura hominis, quòd homo sit natura πολιτικὸν ζῶον, quemadmodum etiam Plato & Aristoteles docent. Secundum, à definitione sapientiæ, quæ cum sit princeps omnium uirtutum, & Deorum ac hominum communionem quandam, quæ nihil aliud est, quàm usus quidam rerum secundū iustitiam, in se com-

rum cognitione uersata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus, & commodis nō recesserunt*. Nam erudierunt multos, quo meliores ciues, utilioresq; rebus suis publicis essent: ut * Thebanum Epaminundam Lysias Pythagoreus; Syracusium Dionem Plato, multiq; multos. Nosq; ipsi quicquid ad Rempub. attulimus, si modo aliquid attulimus; à doctoribus atque doctrina instructi ad eam & ornati accessimus. Neque solum uiui, atque præsentes studiosos discendi erudiunt, atque docent; sed hoc idem etiam post mortem * monumentis literarum assequuntur. Nec enim locus ullus prætermissus est ab ys, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam Reipu. pertineret: ut otium suum ad nostram negotium contulisse uideantur. Ita illi ipsi, doctrinæ studys, & sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam prudentiam, intelligentiamq; potissimum conferunt. Ob eam etiam causam * eloqui copiose, modo prudenter; melius est, quàm uel acutissime sine eloquentia cogitare: quòd cogitatio in se ipsa uertitur, eloquentia uero complectitur eos, quibus cum communitate iuncti sumus. Atque, ut apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt fauos: sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi, * cogitandiq; solertiam. Itaque, nisi ea uirtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem; solivaga cognitio, & ieiuna uideatur. Itemq; magnitudo animi remota comitate coniunctioneq; humana, feritas sit quædam & immanitas. Ita fit, ut uincat cognitionis studium consociatio hominum atq; communitas. Nec uerum est, quod dicitur à quibusdam; propter necessitatem uitæ, quòd ea, quæ natura desideraret, consequi sine alys, atq; efficere non possemus: idcirco istam esse cum hominibus communitatem, & societatem. Quòd si omnia nobis, quæ ad uictum, cultumq; pertinent, quasi * uirgula diuina, ut aiunt, suppeditarentur: tum optimo quisque ingenio, negotys omnibus omissis, totum se in cognitione, & scientia collocaret. Non est ita. nam & solitudinem fugeret, & socium study quæreret; tum docere, tum discere uellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium, quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam ualet; anteponendum est illi officio, quod cognitione, & scientia continetur.

plectatur, esse iustitiam etiam cognitioni & prudētiæ præponendam. Tertium ab ys, quæ communiter fiunt inter homines, & communi eorū iudicio, quòd omnes putent, sibi potius hominem conseruandū esse quàm res maximas contēplandas. Quartum à fine contemplationis, illam etiam referri ad communem hominum utilitatem. Habet hoc argumentum suam conclusionē, in qua respōdetur ad obiectionē quandā eorum, qui senserunt homines cōsociari propter necessitatē uitæ, q. nō sint homines cōgregati à natura, ut quærerēt res necessarias ad uitā, & inter se aly alios iuuarēt, sed ipsos hoc facere ex sua quadā industria: nec sanè hominē solum, sine adiunctione aliorū & societate acturū uitā, etiamsi abundaret omniū rerū necessariarū copys, & subtilissima contēplatione. Definitiones sapientiæ & prudētiæ, quæ hic sunt positæ, nō procul ab Aristo. definitionibus discedunt. In reliqua disputatione uidetur paulo longius ab Aristotele discedere Cicero, & sic possunt, ut opinor, conciliari: Iustitiam quidem principē esse uirtutum moraliū, quod etiā Arist. sentit, et propterea hespero eam uirtutē & lucifero dicit esse admirabiliorē: atq; officia, quæ ex hac uirtute manant, contēplationi quoq; & prudentiæ anteponenda, si opus sit, nō tamen ideo præstantiorē, et nobiliorem esse rem iustitiam, quàm sapientiam. Ita enim, & aliarū rerum non statim necessaria est, quæ est preciosissima, ut aurū multo preciosius ferro, nō tamen ferro magis necessarium est, nec debet in usu aurū præferri. Quare autē sapientia præcellat iustitiam, in ultimo lib. Moraliū Aristotelis, qui uult potest legere. Non omnia etiā conueniunt cū Arist. doctrina, quæ hic tradita sunt de causis cōgregationis hominum. Sed hoc alias explicabimus.

Epaminūdas dux Thebanus à Lysia Tarētino philosopho Pythagoræo philosophiæ præceptis institutus, Dion Syracusanus à Platone. [margin]

Eloquentia ad communitatis cōmoda utilior, quàm contemplatio. [margin]

* congregandiq; [margin]

Virgula diuina, id est, citra nostram operam prouenit bona. [margin]

ERAS. CVm omnis honestas manet à partibus quatuor.}

Manet dixit pro proficiſcatur, pro quo Horatius dixit, defluat: multaq; merces unde poteſt tibi defluat æquo Ab Ioue. ¶ Conſociatio hominum.} Pro coniunctione.

MELAN. SEd ab his partibus.} Collatio uirtutum. Porro præferuntur eæ, quibus communis ſocietas hominum inter ipſos conſeruatur. Eſt itaque iuſtitia in faſtigio uirtutum.

Iuſtitia ne, an temperantia potior

ILlud forſitan quærendum ſit, num hæc communitas, quæ maxime eſt apta naturæ; ſit etiam moderationi, modeſtiæ'que ſemper anteponenda. Non placet. Sunt enim quędam partim ita fœda, quædam partim ita flagitioſa, ut ea ne conſeruandæ quidem patriæ cauſa ſapiens facturus ſit. Ea Poſidonius collegit permulta, ſed ita tetra quædam, ita obſcœna, ut dictu quoque uideantur turpia. Hæc igitur non ſuſcipiet quiſquam Reipublicæ cauſa, ne Reſpublica quidem pro ſe ſuſcipi uolet. Sed hæc commodius ſe res habet, quòd non poteſt accidere tempus, ut interſit Reipublicæ quicquam illorum facere ſapientem. Quare, hoc quidem effectum ſit in officijs deligendis, id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum ſocietate. Etenim cognitionem, prudentiam'q; ſequetur conſiderata actio. Ita fit, ut conſiderate agere pluris ſit, quàm cogitare prudenter. Atque hæc quidem hactenus. Patefactus eſt enim locus ipſe, ut non ſit difficile in exquirendo officio, * quid cuique ſit præponendum, videre. In ipſa autem communitate ſunt * gradus officiorum; ex quibus, * quid cuique præſtet, intelligi poſſit: ut prima dijs immortalibus, ſecunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Quibus ex rebus breuiter diſputatis intelligi poteſt, non ſolum id homines ſolere dubitare, honeſtum'ne, an turpe ſit; ſed etiam duobus propoſitis honeſtis, utrum honeſtius. Hic locus à Panætio eſt, ut ſupra dixi, prætermiſſus. Sed iam ad reliqua pergamus.

* quod

Gradus offi.

* quod

Gradus vz: Dij, primus. Patria, ij. Parentes, iij. Pupilli nobis crediti, iiij. Clientes, v. Hoſpites, vi. Cognati, vij. Affines, viij. De his apud Gellium lib. v. cap. xiij.

BETVL. ILLVD Forſitan.} Videtur Rempu. Platonis notare, quæ laxior eſt multo, quàm uerecundiam humanam decet. ¶ Sunt gradus officiorum.} Supra, cum de iure naturæ humano & ciuili ageret, hypotypωſει quadam demonſtratiua demonſtrauimus gradus neceſſitudinum. Conferre cum his licebit Gellius libro quinto capite decimo tertio. Iſocrates nonnihil euariat in Parænetico, admonens his uerbis, τὸν μὲν θεὸν φόβου, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου, τοῖς δὲ νόμοις πείθου. ¶ Patriæ.} An poteſt cognatio ulla propior eſſe quàm patriæ, in qua etiam parentes continentur. Cicero in quinta Anton. & de Oratore primo. uel quia eſt patria parens omnium noſtrum.

AMERB. ILLVD Forſitan.} Supra comparatæ ſunt inter ſe uirtutes, omnes, hic tantum iuſtitia cum modeſtia confertur. Eſt autem hoc intelligendum de ſpeciali iuſtitia, non de generali. Fecit enim Ariſtoteles etiam generalem iuſtitiam, quæ accommodatur æqualiter ad omnes uirtutes, quarum eſt uelut domina, uel genus quoddam. Cæterum quando ſit iuſtitia præferenda modeſtiæ, aut contra modeſtia iuſtitiæ, in uſu, aut experientia diſci debet: nec eſt adeo difficile iudicare hæc uiro bono, utra, ſi alterutra ſit omittenda, cum maiore turpitudine omittatur. Ideo etiam omiſit Cicero Panætij exempla.

MELAN. ILLVD Forſitan.} Societas ita ſeruetur, ut uerecundia tamen, ſeu modeſtia non uioletur. ¶ Patefactus, &c.} Epilogus. Summæ autem ſunt uirtutes, quæ ſocietatem communem conſeruant.

¶ PROLOGVS

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS AD MARCVM FILIVM LIBER SECVNDVS.



Superiore libro duas propositæ initio diuisionis partes absoluit, quid honestum, quid contrarium honestas, utrum honestius. In hoc de alteris duabus promissis, quid utile, quid inutile, examinat, inter utilia utrum utilius, aut quid utilissimum. Deinde inconstantiæ reprehensionem deprecatur, quod a ciuili uita, quam sæpe pertulerit, nunc ad otium studiorum se conuerterit: tum cur ad philosophiam potius, quam aliud studiorum genus. Postremo, cur Academicus de officiis præcipiat, rationem reddit.

QVEMADMODUM officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis; satis explicatum arbitror libro superiore. Sequitur, vt hæc officiorum genera persequar; quæ pertinent ad vitæ cultum, & ad earum rerum, quibus vtuntur homines, facultatem ad opes, ad copias. In quo tum quæri dixi, quid vtile, quid inutile; tum ex vtilibus quid vtilius, aut quid maxime vtile. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto, ac de iudicio meo dixero. Quanquam enim libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitauerunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiæ * nomen sit inuisum, mirenturque in ea tantum me operæ, & temporis ponere. Ego autem quandiu Respub. per

Cic. de Offic.

BETVL. PROLOGVS Hic continet defensionem contra uiros non malos quidem illos, sed magno errore de philosophia non satis magnifice sentientes. Prior autem pars nascitur è re ipsa, hoc est, ex ea honestorum comparatione quam sub finem primi libri habuimus. Nam si iustitiæ officia, quam prudentiæ præcellentiora sunt, quare Marce Tulli, omissis patrociniis et negotiis publicis, quibus homines tuos iuuare solitus es, ad otium te philosophicum & cogitationes otiosas contulisti? Transfero inquit culpam in Cæsarem, &c. Hoc idem facit in præfatione librorum de Nat. deorum iisdem argumentis. [Philosophiæ nomen sit inuisum.] Vix enim centum annis ante Ciceronis tempora philosophi urbe. S. C. eiecti fuerant, de quo Gellius libro 15. cap. 11. Et Cicero in præf. pri. Tusc. quæst. philosophiam ad suam usque ætatem latuisse testatur, nec ullum habuisse lumen literarum latinarum, quam illustrandam & excitandam sibi otioso constituit. Conqueritur idem tum alibi, tum in 2. Acad. quæst his uerbis: Sunt enim multi qui omnino non ament græcas literas, plures qui philosophiam: reliqui, qui etiamsi hæc non improbent, tamen earum rerum disputationem principibus ciuitatis non ita decoram putent, &c. [Ego autem] Plutarch. in Cic. ἐκ τούτου κινέρων εἰς μοναρχίαν τῆς πολιτείας μεθεστώσης, ἀφέμενος τοῦ τὰ κοινὰ πράττειν, ἐσχόλασε τοῖς βουλομένοις φιλοσοφεῖν τῶν νέων καὶ σχεδὸν ἐκ τῆς πρὸς τούτους συνηθείας ἐνγινεστάτους καὶ πρώτους ὄντας, αὖθις ἴσχυεν ἐν τῇ πόλει μέγιστον. αὐτῷ δὲ ἔργον μὲν ἦν τὸ τοὺς φιλοσόφους συντελεῖν διαλόγους, καὶ μεταφράζειν καὶ τῶν διαλεκτικῶν ἢ φυσικῶν ὀνομάτων ἕκαστον εἰς ῥωμαϊκὴν μεταβάλλειν διάλεκτον. Locus hic euidentior fuerit, si contuleris præfationem 1. Tusc. & epistolam octauam libri noni, quæ ad Varronem de Academicis quæstionibus scripta est [Dominatu unius.] Non tyrannide, sed monarchia. Licet enim grauiter ferat politiæ libertatem populo Roma. per Cæsarem esse sublatam, nusquam tamen, quod ego sciam, Cæsaris principatum tyrannidem appellat, quæ monarchiæ, hoc est imperii unius dexteritate legitima administrati παρέκβασις est. Sed clementiam Cæsaris non uno loco, maxime pro Ligario & Marcello laudat. [Sed actiones nostras mandaremus.] Commentarios orationum Ciceronianarum Fabius ait ita esse exactos, ut ab ipso sibi in memoriam posteritatis uideantur compositi. & ipse in Bruto, se testatur orationes suas non minus diligenter elaboratas etiam eadem elucubratas attulisse. [Respub. nulla esset.] Hoc est, cum politia extincta prorsus esset. Hyperbole comica. [Nihil.] Quia Platoni ἀεικίνητος animus est. [Ab initio uersatus ætatis.] Quibus studiis & præceptoribus Cicero iuuenis operam dederit, commemorat ipse in Bruto circa finem, & Plutarchus in eius uita. [Cui cum multum.] Adeo ut cum in foro celebratum eius nomen esset, philosophiæ studium à prima adolescentia cultum & nunquam intermissum, Athenis Antiocho auctore summo renouauit. Cice. in Bruto. [Postea cum honoribus.] Plutarchus author est, Ciceronem laudis cupiditate diligentius ad Rempub. animum adiecisse. [Maximis igitur malis.] οὔ ποτε πάγκακον ἦμαρ. Hesiod. [Quæ nec satis.] Censuit sibi magis in philosophia elaborandum, quod multi iam essent latini libri dicerentur scripti inconsiderate ab optimis quidem illis uiris, sed non satis eruditis. Hæc ipse Cicero in procemio 1. Tusc. quæst. [Sapientia.] Locus communis est. De differentia sapientiæ & philosophiæ, Senecæ uerba ex Ep. li. 14. quia mirifice huc quadrant, adscribam: Primum itaque, sicut uido-

* Bene nomen quod erat apud politicos ultos inuidiosum nam res ipsa bono uiro non potest non placere.

tur, tibi dicam, inter sapientiam & philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanæ. philosophia sapientiæ amor est, & affectatio. hæc ostendit quo illa peruenit. Philosophia unde dicta sit, apparet: ipso enim nomine fatetur. Quidam enim sapientiam ita finierunt, ut dicerent eam diuinorum & humanorum scientiam. quidam ita: Sapientia est nosse diuina & humana, & horum causas. Superuacua mihi uidetur hæc adiectio, quia causæ diuinorum humanorumque partes sunt. philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter diffinierent. Alii studium illam uirtutis esse dixerunt, alij studium corrigendæ mētis, à quibusdam dicta appetitio rectæ rationis. Illud, quasi constet aliquid inter philosophiam & sapientiam interesse. Neque enim fieri potest, ut idem sit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter auaritiam & pecuniam interest, cum illa cupiat, hæc concupiscatur: sic inter philosophiam & sapientiam. hæc enim illius effectus et præmium est: illa uenit, ad hanc itur. Sapientia est quam Græci σοφίαν uocant. Hoc uerbo quoque Romani utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur, &c. ¶ Nam sine. } Quantum in ea re ualeat, ex Boetij Consolatione colligi potest. ¶ Nullam uero. } A' minori ad maius. In quæstionem quidam uertunt, sitne philosophia ars: paucula ego in utranque partem adducam, lectori suum iudicium saluum relicturus. Cicero de Finibus artem uitæ appellat, & de Oratore disciplinam. In Tusc. artium donum & inuentum, & de Oratore rursus laudatarum artium omnium procreatricem & quasi parentem. Et alibi in orationibus ait, eam continere uirtutis, officij & bene uiuendi disciplinam. Quàm hæc sibi cōgruant, uel mediocriter in dialecticis

Cæsaris tyrānidem notat. Bocios, Catonē, Milonem.

In agendo, id est, in dicēdo.

potentes in iudicijs, senatoriæ in consultationibus.

Duobus nominibus philosophiam cōmēdat: primum quòd uitā tranquillā, iucundamque reddit: deinde, quòd per hanc uitā nobis tota in uita cōstamus.

*eos *gerebatur, quibus se ipsa commiserat; omnes meas curas, cogitationesque in eam conferebam. Cum autem dominatu *unius omnia tenerentur; neque esset usquam consilio, aut authoritati locus; *socios denique tuendæ Reipub. summos uiros amisissem: nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi bis restitissem; nec rursum indignis homine docto voluptatibus. Atque utinam Respub. stetisset, quo cœperat statu; nec in homines non tam commutandarum rerum, quàm euertendarum cupidos incidisset: primum enim, ut stante Republica facere solebamus, *in agendo plus, quàm in scribendo operæ poneremus: deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus. Cum autem Respublica, in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat; nulla esset omnino: illæ scilicet literæ conticuerunt *forenses, & senatoriæ. Nihil autem agere cum animus non posset, in iis studiis ab initio versatus ætatis; existimaui honestissime molestias deponi posse, si me ad philosophiam retulissem. Cui cum multum adolescens discendi causa temporis tribuissem, postea quàm honoribus inseruire cœpi, meque totum Reipub. tradidi, tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum, & Reipub. *temporis. Id autem omne consumebatur in legendo: scribendi otium non erat. Maximis igitur in malis hoc tamen boni assecuti videmur, ut ea literis mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, & erant cognitione dignissima. Quid est enim per Deos optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc qui expetunt igitur, philosophi nominantur: nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Sapientia autem est, ut à veteribus philosophis definitum est; rerum diuinarum, & humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia: cuius studium qui vituperat, haud sanè intelligo quid nam sit, quod laudandum putet. Nam, siue oblectatio quæritur animi, requiesque curarum, quæ conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid acquirunt, quod spectet, & valeat ad bene, beateque viuendum; siue ratio constantiæ, virtutisque quæritur: aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. *Nullam vero dicere maximarum rerum artē esse, cū minimarū sine arte nulla sit; hominū*

exercitatus animaduertet. Concesseris fortasse philosophiam non immerito artem aut facultatem esse, si pro professione τῆς φυσικῆς, ἠθικῆς καὶ λογικῆς acceperis. Maxime si ars sit collectio multarum de una re comprehensionum, uel opinionum ad finem aliquem utilem uitæ. Sic enim Galenus in Iatro definit: τέχνη, inquit, ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων καὶ διανοιῶν ποιόν τε καὶ ποσὸν συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος νευουσῶν χρήσιμον τῷ βίῳ. Sed etymon cum supradictis pugnat studium enim & ars ita differunt, ut alterum ad intellectum, alterum ad uoluntatem pertineat: At cum nominis expositione non male Platonis & Stoicorum definitiones conueniunt, quorum ille in definiendo τὴν ὄρεξιν genus philosophiæ facit, qui eam definit τῆς τῶν ὄντων ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξιν. illi uero τὴν ἄσκησιν, quam uel meditationem, uel exercitationem interpretari licebat, quorū utrunque in se studium & amorem continet. Sic (si Stoicorum definitionem desideras) apud Plutarchum in Placitis differentiam inter sapientiam & philosophiam ponentes definiunt, ut sit ἡ φιλοσοφία ἄσκησις τέχνης ἐπιτηδείου, hoc est, ad summæ uirtutis artem meditatio. nam τὸ ἐπιτήδειον aiunt esse μίαν καὶ ἀνωτάτω τὴν ἀρετήν. σοφίαν autem, ut huc reuertamur, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην. Ex qua definitione Licentius apud Aur. Augustinum contra Academicos colligit, Albericum dissolutum libidine hominem sapientem fuisse. quo quid absurdius? Plato, referente Laertio, τὴν σοφίαν aliquando laxiore significatione pro quauis peritia accipit, sicut etiam non improprie sophian cum philosophia confundit, utranque definiens ὄρεξιν τῆς θείας σοφίας.

*regebatur

*temporibus.

*nullā di.

*est parum considerate loquentium, atque in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina virtutis; vbi ea quæretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc cum ad philosophiam cohortamur, accuratius solent disputari: quod * alio quodam libro fecimus. Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur orbati Reipub. muneribus, ad hoc nos studium potissimum contulissemus. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis quærentibus; satis'ne constanter facere videamur: qui cum percipi nihil posse dicamus, tamen & alijs de rebus disserere soleamus, & hoc ipso tempore præcepta officij persequamur. Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia. Non enim sumus ij, quorum vagetur animus errore, nec habeat vnquam, quid sequatur. quæ enim ista esset mens, vel quæ vita potius, non solum disputandi, sed etiam viuendi ratione sublata? Nos autem, vt cæteri, qui alia certa, alia incerta esse dicunt; sic ab his dissentientes, alia probabilia, contra alia improbabilia esse dicimus. Quid est ergo, quod me impediat ea, quæ mihi probabilia videantur, sequi; quæ contra, improbare; atque affirmandi arrogantiam * vitantem, fugere temeritatem, quæ à sapientia dissidet plurimum? Contra autem omnia * disputantur à nostris, quòd hoc ipsum probabile elucere non posset, nisi ex vtraque parte causarum esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in Academicis nostris satis, vt arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero; quanquam in antiquissima, nobilissimaq; philosophia Cratippo authore versaris, ijs simillimo, qui ista præclara pepererunt; tamen hæc nostra * finitima vestris, ignota esse nolui. Sed iam ad instituta pergamus.*

* vitare

* disputatur

* Finitima, quæ ab illis non multum dissidentia dixit.

σοφίας. Maxime autem proprie τὴν σοφίαν putat esse τῶν νοητῶν, καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστήμην. Res humanas intelligit, de anima à corpore seiuncta. Hæc in præsentia παρέργως. Philosophiam artem non esse liquido colligitur ex eo, quod cum olim Pythagoræ ingenium & eloquentiam Leon admiratus quæsiuisset, qua'nam arte maxime confideret: ille artem se quidem scire nullam responsitauit, sed esse philosophum. Hæc pro mea fide colligere, lectori uero cordato iudicium integrum relinquere uolui. ⸢Disciplina uirtutis.⸣ Vtrum uirtus doceri possit, disputatur à Platone in Protagora, in Menone: & inibi utrum sit scientia excutitur. ⸢Quod in alio quodam.⸣ Hortensio, in quo philosophiam ita commendat, ut rebus omnibus eam præferat, suosq; de Officijs libros sub persona Catuli longis orationibus præfert. Lactantius libro 6. cap. 2. Aur. Augustinus de Vita beata. item in libris Confessionum, confitetur se ex Ciceronis Hortensio, quem anno undeuigesimo in rhetorum scholis audierit, tanto philosophiæ amore flagrare cœpisse, ut se totum ad eam transferre meditatus sit, seq; prorsus mutasse inde affectus, & mutasse ad Deum. ⸢Occurritur autem.⸣ Altera prologi pars remouet obiectionem, cur scilicet professionem deferat. Non it inficias, sed rectè facere se ait, si communi doctorum utatur prærogatiua. Nullius addictus iurare in uerba magistri. ⸢Non enim sumus ij.⸣ Sceptici, de quibus præter Gell. Laert. in Pyrrhone libro 9. Cæl. libro 1. cap. 1. Notat Seneca libro 13. Ep. circa finem. Contra Academiæ asystaton Lact. lib. 3. cap. 6. ⸢Tibi autem.⸣ In conclusione προσφωνήσει parænetica filium alloquitur.

En Hortensio, qui desideratur, neque solus.

ptionis, res se cognitione dignissimas suis hominibus patefecisse, ac uelut ita compensauisse ex aliqua parte illā Reipublic. cladem. Quod autem profuerit hac re in publicum, definitione Philosophiæ ostendit, Philosophiam, de qua scripserit, cōtinere cum aliarum rerum magnarum, & diuinarum explicationem, tum artem esse, & disciplinam uirtutis. Ibi etiam interiecta est breuis occupatio, cui inest argumentum ex Minore, cum minimæ res arte percipiantur, absurdum esse uirtutem rem maximam putare sine doctrina perdisci posse. Nec errauit Cicero, quando philosophiæ diuinarum rerum etiam perceptionem tribuit. Non enim tantum ea, quæ in nostra religione traduntur, sunt res diuinæ, uerum etiam alia multa; ut quæ disputantur Philosophice de Deo, de prouidentia, de intellectu, de corporibus cœlestibus, & alijs rebus omnibus æternis, adeoq; de rerum natura ipsa. Nam in hoc loco diuinum, & apud Aristotelem θεῖον, nihil aliud, quàm æternum significat. Nunc si de rebus humanis potest esse aliqua scientia, profecto & de diuinis rebus potest esse, & multo quidem certior scientia. Quid quòd Aristoteles tantum diuinis & æternis rebus tribuit scientiam, reliquis, quæ humanæ uocantur, non item? Aut igitur Ciceronis hæc definitio est retinenda, aut Aristotelis doctrina prius est abijcienda. Sunt & hic alij loci, ut sub initium transitio, & gemina propositio, altera totius huius libri, altera præfationis tantum. Item sub finem obiectio, in qua respondet ad absurditatem, quam uidebatur in se habere hoc, quòd erat Academicus Cicero, & tamen de officijs, & alijs rebus disputabat. Academici enim docebant nihil certum esse. Ad doctrinam autem rerum uidetur certitudo quædam requiri.

AMERB. Quemadmodum officia.⸣ Cicero in hac præfatione duo præcipue agit. Excusat se primo de suo ocio, & scribendi studio illis, quibus uideri poterat nimium ei rei indulgere, quòd cum nulla esset amplius Respub. nihil honestius, aut melius potuerit facere. Quem locum amplificauit optatione, & repetitione satis longa. Deinde exponit utilitatem & fructum sui otij, & scri-

Defendit etiam obiter Academicam professionem; & profecto non omnino nullam causam habuit Cicero conferendi se ad Academicos. Maxima enim pars earum rerum, de quibus disputamus homines, tantum in coniecturis, & probabilibus rationibus posita est. Ac sæpe nobis somniamus de-

monstrationes, ut loquuntur, seu certitudinem, ubi tamen nulla est. Porro sicut in primo libro promiscue sunt usurpatæ uoces prudentiæ, & scientiæ, ita hic Cicero uocat sapientiam eandem, quam in illo loco prudẽtiam uocauit, nec tam exacte hæc distinxit, quàm fecit Philosophus, quem nunc sæpe nominauimus. Quanquam is etiam relinquit suam quandam cognationem his inter se, nec omnino sapientiam diuellit à prudentia, sed ueluti rectricem & huius & cunctorum aliorum habituum constituit, ac ita suauissime scribit in 2. lib. mag. Ethi. ἀλλ' ἴσως ἔχει, ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ ὁ ἐπίτροπος, οὗτος γὰρ πάντων κύριος, καὶ πάντα διοικεῖ ἀλλ' οὔπω οὗτος ἄρχει πάντων, ἀλλὰ παρασκευάζει τῷ δεσπότῃ σχολὴν, ὅπως ἂν ἐκεῖνος μὴ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων ἐκκλείηται τοῦ τῶν καλῶν τι, καὶ προσηκόντων πράττειν. οὕτω καὶ ὁμοίως τούτῳ ἡ φρόνησις, ὥσπερ ἐπίτροπός τίς ἐστι τῆς σοφίας καὶ παρασκευάζει ταύτῃ σχολὴν, καὶ τῷ ποιεῖν τὸ αὑτῆς ἔργον, κατέχουσα τὰ πάθη καὶ ταῦτα σωφρονίζουσα. Hæc uerba coactus sum addere, quanquam pluscula, cum propter elegantiam, tum propter lucem, quam ingentem habent. Græce autem ex Græcis ferè cito, si quid cito, hanc etiam ob causam, quòd existimem hoc nostro seculo debere omnes adolescentes, & iuuenes hanc linguam degustasse, & in ea discenda, coniungendaq; cum Latina pergere: nec sequendum eis errorem esse illorum, qui, cum uix à limine, ut aiunt, salutauerint Latinum sermonem, postea irruunt in immundissimum cœnum barbarorum scriptorum, ac ibi quæstus uberioris, & nescio quorum titulorum, uere titulorum non rerum, & propemodum tantum ad stabiliendam sophisticam excogitatorum gratia, per omnem ætatem se uolutant.

RAS. QVemadmodum.} pro quo pacto: secus positum est, quàm cum dicimus, quemadmodum diues est, ita potens. ❡ Ducerentur.} Venustius ducitur alicunde, quod inde proficiscitur. ❡ Sequitur.} Tritius est, superest, restat, reliquum est, consequens est, ut de officio dicamus. Minus autem usitatum est, sequitur, in eodem sensu. ❡ Maxime utile} Cicero uidetur uitasse superlatiuum huius nominis, utilissimum, siue utilimum. ❡ Nec me angoribus dedi.} Dat se uoluptatibus, aut dolori, qui non repugnat, sed sese permittit. ❡ Ad philosophiam retulissem.} Vt aliquo se cõfert, qui proficiscitur: ita se refert, qui redit, & repetit quod ante reliquerat. ❡ Multum adolescens.} Nouitate uenusta nomini substantiuo addi solet aduerbium epitaseos, admodum adolescens, admodum puer, aut puella, Ne parum sis leno, nimium mater es. Sed hoc loco multum referendum est ad genitiuum temporis, interiectis in medio dictionibus nonnullis. ❡ Amicorum, & Reipub. temporis.} Noue dixit tempus amicorum, & Reipub. pro tempore, quod amicorum, & Reipub. negotijs impendebatur. ❡ Requies curarum.} Vt animi requies dicitur, ita & curarum requiem dixit, cum à curis quiescitur. Quasi dicas, otium mentis, & otium studiorum, cum à studijs cessatur. ❡ Aliquid acquirit.} Acquirere non est simpliciter aliquid nancisci, sed adiungere potius his, quæ iam parta sunt. ❡ Nos autem ut cæteri.} Ordo sermonis perturbatior est, & obscurus amphibologia. Sic ordinari potest: Nos dissentientes ab his, nempe Stoicis, qui alia dicunt esse certa alia incerta, sicut & cæteri Academici dissentiunt, dicimus alia probabilia, alia improbabilia. Et mox contra posuit, pro uero, siue rursus. ❡ Quod me impediat.} Vetat me loqui, usitate dicimus: obstat mihi loqui, non ausim dicere. Cum autem impedire nihil aliud sit, quàm impedimento esse: noue dixit Cicero, impediat me sequi. Mollius, & tritius est, impedit quo minus sequar. ❡ Causarum esset facta contentio.} Contentionem dixit, pro comparatione, siue collatione. Sic numero 48. libro secundo, Sed si res in contentionem ueniet.

QVemadmodum offi.} ἔλεγχος, Argumentũ libri. Quanquam enim libri no. camp. Cur philosophetur exponit, & occasionem quæ ad philosophandum detulit. ❡ Quid est enim, per deos, optabilius sap.} Exposita occasione, subijcit laudes philosophiæ. Est enim philosophia cum naturæ peruestigatio, tum ciuile de moribus iudicium, & disciplina quædam, qua ad humanitatem, seu ad ciuiles mores, animi adsuefiũt. ❡ Occurritur, etc.} Occupatio cur tradat certa præcepta, cum tamen Academicus haberi uelit, qui nulla de re pronunciant. Est autem hæc longa disputatio, quam in his scholijs explicare non possumus. Duæ fuerunt sectæ, quæ non solebant pronunciare, Pyrrhonij, & Academici. Pyrrhonij dicebant omnia iuxta incerta esse, nec esse magis probabile, oriri solem, quàm non oriri cum illucescit. Proinde hi prorsus explosi sunt. At Academici reliquerunt tamen discrimen hoc, ut quædam dicerent similiora ueri, quanquam suspenderent iudicium. Vide Gell. lib. 11. cap 5. & Cic. in Academicis Quæstionibus, ubi ait: Non sum sapiens, et meas cogitationes sic dirigo, nõ ad illã paruulam κυνόσουραν, qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, ut ait Aratus: eoq; directius gubernant, quòd eam tenent, quæ cursu interiore breui conuertitur orbe: sed ad Helicen, & clarissimos Septentriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas. MELAN.

ETVL. QVINQVE igitur.} Dialecticorum præceptum est, ut in disputationis ingressu, si quid ambiguitatis in uocib. lateat, explanatione tollatur. Quare Cic. sub initium disputationis homonymian remouet, statuitq; qua significatione utilis uoce sit usurus. Manauit autem hæc quæstio ex Hippia maiore. Nam ibi Socr. τὸ καλὸν quæsiturus, tentat si forte ἐν τῷ χρησίμῳ inueniat: & quærendo animaduertit honestũ idem esse quod utile. nec tamen id simplicius, nisi honestum illud facultatem habeat efficiendi τὸ ἀγαθόν. facit enim τὸ καλὸν causam efficientem τοῦ ἀγαθοῦ. Alioqui quemadmodũ pleraq; commoditatem quandam & quendam rerum usum præ se ferentia longissime ab utilitate uera absunt, sic etiam honesta fortassis quædam uideri queant, quæ si ipsum bonum ueluti fructus innatus non consequatur, falsa quædam simulachra ueri honesti

Vtilitatem non eam hic accipi, quam uulgus pecuniario lucro metitur, & commoditate undecunque parta: sed eam, quæ cum honesto sit coniuncta, & ad uitæ societatem pertineat.

QVINQVE igitur rationibus propositis officij persequendi; quarum duæ ad decus, honestatemq; pertinent; duæ ad commoda vitæ, copias, opes, facultates; quinta ad eligendi iudicium, siquando ea, quæ dixi, pugnare inter se viderentur: honestatis pars perfecta est: quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, idipsum est, quod vtile appellatur.

*In quo verbo lapsa cõsuetudo deflexit de via; sensimq; eò deducta est, vt *honestatem ab utilitate secernens, constitueret honestum esse aliquid, quod vtile non esset; & vtile, quod non honestum: qua nulla pernicies maior hominum vitæ potuit afferri. Summa quidem authoritate philosophi seuere sanè, atque honeste hæc tria genera confusa, *cogitatione distinguunt. Quicquid enim iustum sit, id utile etiam esse censent; itemq; quod honestum, *id esse iustum. Ex quo efficitur, vt quicquid honestum sit, idem sit vtile. Quod qui parum *perspiciũt, hi sępe versutos homines, et callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam iudicant. Quorum error eripiendus est: omnisq; opinio ad eam *speciem traducenda; vt honestis consilijs, iustisq; factis, nõ fraude, & malitia se intelligant, ea, quæ velint, consequi posse.*

* ab honesto utile secerneret & constitueret honestum aliquod.

Cogitatione, id est, ratione.

*idem

*prospiciũt

*spem

honesti sunt. ¶ In quo uerbo est lapsa cõsuetudo.} Eodem modo M. Cato apud Salustium conqueritur: Iampridem equidem, inquit, nos uera rerum uocabula amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortia fortitudo uocatur. Plato in 8. de Repub. eiusmodi uocum inuersiones corruptis per prauam educationem animis acceptas refert. ὕβριν inquit παιδεύσιν καλοῦντες ἀναρχίαν δὲ ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν μεγαλοπρέπειαν, ἀναιδείαν δὲ ἀνδρίαν, &c. Plutarchus Alcibiadem huius peruersitatis authorẽ ponit. Atque idem rursus Plutarchus de discrimine adulatoris & amici Thucydidem authorem citat, hoc in seditionibus maxime ac bellis fieri, ut solita uocabulorum dignitas non his tribuatur factis, quibus oportebat, sed accommodetur his quæ fiebant. siquidem audacia temeraria, fortitudo contentiosa iudicetur, cunctatio prouida, timiditas decora: contra modestiæ nomine prætexetur ignauia, & diligens in omni re prudentia segnities habeatur, &c. ¶ Summa quidem authoritate philosophi.} Socrates libro paulo superius citato. ¶ Cogitatione} docendi scilicet causa. Sic fingunt album coruum, & nigrum cignum. Cogitatione si quidem ut nihil celerius, ita secundum Deum nihil potentius, ut quæ impossibilia potest. ¶ Quicquid enim iustum.} Quia legitimus syllogismus tres terminos seorsim consideratos habet, & honestum suo ambitu iustum includit, quo nomine idem sunt. Iustum autẽ idem esse quod est utile, inde liquet, quia iniusta omnis abusio, sicut Græcis etiam suum χρήσιμον à χράομαι κατάχρησις enim omnis contra iustitiam. sic τὸ χρῆμα, quoque, tum demum χρῆμα censendum est, si eo legitime & iuste utamur. ¶ Hi sępe uersutos homines.} Plato de Repub. 3. de iudice loquens, paulo secus: Callidum hominum genus, cui cuncta sunt suspecta, si cum similibus atq; ijs uersetur, in quibus sua ipsorum exempla contuetur; prudens & circunspectum haberi, cæterum si se bonis, & propter ætatem uere prudentibus coniunxerint, fieri ut stulti & uecordes habeantur, eo quod simplicitas sincera in ipsis non reluceat. ¶ Versut. homin. et call.} Cicero de Natura deorum de Chrysippo, uersutos appellat, quorũ celeriter mens uersatur: callidos uero, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.

AMERB. Qvinque igitur rationibus. De rebus utilibus tractatum iri in hoc libro, in præfatione est ostensum, idem hic repetitur, & commendatur simul pars illa in superiori libro pertractata cum reprehensione quadam eorum, qui aliter quàm debuerant, usi sunt uocabulo Vtile. Statuit enim Cicero, idem esse utile, quod est honestum aut iustum, quod idem est secundum genus. Atque ita uelut certam significationem dictioni constituit, ut eo facilius intelligi tota reliqua disputatio queat. Cum enim eædẽ uoces uarie ut plurimum accipiantur, necesse est, nisi pro qua re proprie uelimus uti aliqua dictione, incertam & confusam esse rem uniuersam, de qua est disputatio. Deinde recitat multa, & uaria, quæ hominibus tum commodum, tum incommodum aliquod afferunt. Nimis autem Stoice uidetur facere Cicero et παράδοξοτέρως quando ita prorsus cõiungit inter se honestũ et utile, ut alterum cum altero conuertit uelit simpliciter, ut loquuntur, aut potius idem alterum esse, quod sit alterum. Sunt enim hæc uere separata æque ac ipsæ res, & usus rerum. Quanquam Cicero de usu magis rerũ, aut usu cum rebus coniuncto, quàm de rebus per se hic disserit ita ut sit utile, quo recte utimur. Sed aliud est res, aliud usus rei. Deinde aliud est per se bonum, aliud propter usum. Deus per se bonus est, etiam si nemo utatur eo bene, tum etiam bonus fit bonus, quando bene quis eo utitur. Sic etiam uirtus per se est utilis hominibus. Est enim uirtus tantum uel usus quidam bonus rerum, uel habitus rerum bene utendarum, uel potius utrunque. Potestas, robur formositas, diuitiæ, non per se bona sunt, ita, ut hic bonum accipitur (accipitur autem pro eo, quod nobis conducit) sed propter bonum usum. Hinc est, quòd hæc potentia bona esse Aristoteles alicubi docet. Malus enim eis abuti potest. Atque sic non sunt bona, sed quatenus bonus utitur eis bene, aut sic utitur, ut est à natura institutum. Hoc in eodem loco Aristoteles dicit his uerbis: δοκιμάζεται γὰρ τῇ τοῦ σπουδαίου αὐτῶν ἕκαστον χρήσει. Atque hæc est germana differentia inter bonum honestum, & bonum utile, quòd alterum propter se expetitur, & in nobis est, ac magna ex parte ex nobis, alterum propter usum, & extra nos est positum, quoq; altero nemo potest male uti, altero uero malus potest male uti, & hæc haud dubie est Aristotelis sententia. Non multo aliter S. Augustinus etiam docet, qui triplicia facit bona, alia magna, alia minima, alia media. Magna uocans, quibus nemo male utitur, & intelligit uirtutes. Media & minima, quibus male quis uti potest, & intelligit tum potentias animæ sine quibus non possumus uti uirtute, tum alias res, sine quibus possumus uirtute uti. Indicant etiam ipsa uocabula discrimen esse inter hæc duo: honestum enim est, quod dignum est honore, qui non opibus robori, aut alijs rebus utilibus debetur, sed uirtuti. Vtile uero ab utendo est dictum, & significat id proprie quo uti possumus. Apud Græcos appellatur χρήσιμον eadem ratione. Cicero magis hoc uocabulum pro eo, quo utitur quis honeste, usurpauit, aut potius pro ipso rerum honesto usu, qui sane, quàm uirtus, nihil aliud est: & tamen sic improprie, quæ sunt utilia, honesta dicuntur, certe non Aristotelice. Quanquam hoc uerum est, non esse operam dandam rebus utilibus, uel eis utendum, si non posit hoc etiam fieri, ut non lædatur honestas Et ut facilius persuaderent animus hominum Cicero & Stoici, introduxerunt hanc utilis & honesti connexionem. Sed in foro sic fuerat differendum, non in scholis Philosophorum. Etiamsi Cicero plus hic quàm in foro disputauit, cum non Philosophis hæc scripserit, sed imperitis, & mediocribus hominibus aut potius uelut orbis terrarum theatro cuidam. Mouit hoc etiam illos; quòd uiderunt non tantum actiones

aut honestas, aut turpes esse, uerum etiam aut utiles, aut inutiles. Sed in eo decepti sunt, ut puto, quòd sunt utiles, aut inutiles improprie, aut per accidens, ut loquuntur, non per se. Finis enim seu effectus actionis per se hominibus utilis est, non actio, quae per se honesta aut inhonesta est, non utilis, aut inutilis.

CONstitueret honestum.} Constitueret dixit, pro poneret. ¶ Ad eam speciē traducēda.} Traducere dixit, pro in diuersam partē ducere, siue trāsferre: quod uerbū in hoc quidē sensu est usitatius.

ERAS.

ETVL.

QVAE ergo.} Sub ingressum huius disputationis, quid utile sit, quasi definitione quadam à proprio officio ducta circunscripsit: quam legitime nunc diuisio sequitur eorum, quae hominibus utilitatem adferre solent. ¶ Aurum & argentū. ¶ Quae ex sese nec bona sunt, nec mala, sed perinde ut is qui ijs utitur. Nā usus ut entiū ea facit utilia, quae natura alioquin ἀδιάφορα sunt. Cicero neruos Reipub. pecuniam appellat sine qua Demosthenes nihil nec decenter, nec utiliter fieri posse, in quadam Olynthiaca censuit. ¶ Quae gignūtur è terra.} Fruges, fructus, ligna, herbae, tā pabulo quàm medicinae seruientes. ¶ Suos impetus.} Quid M. Tulli num Deo impetum & appetitum tribuis? ¶ Equi, boues.} Aristoteles 1. Polit. Hesiodo authore, tria homini patrifamilias necessaria ait: domum, cōiugem, & bouem aratorem. Hesiodus item τοὺς βόας καὶ ἡμιόνους ταλαεργοὺς patrifamilias praecipue assignat. Hic autem argumentum habes, equos tempore Ciceronis, in illis saltē partibus, q̄ aut mulos aut asinos, maiorem usum in opere rustico faciendo exhibuisse. Cel. brantur ab authoribus tres equorū usus. Sunt enim equi στρατιωτικοί, ἐπίδρομοι, ἁμαξήλατοι. de boue Plin. lib. 8. cap. 45. Socium enim laboris, agriq́; culturae habemus hoc animal, tantae apud priores curae, ut sit inter exempla damnatus à populo Ro. qui cōcubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem, actusq́; in exilium, tanquā colono suo interempto. Et Cicero de Natura deorū, scelus esse habitum testatur, uesci huius animalis uisceribus, βοῦς, unde ēt boues latina uox, ἀπὸ τοῦ βόσκειν à pascēdo dicti sunt. ¶ Effi

animalis

...ij semper be...
...ifica pijs.
...omnia ab ho...
...ine plurimū
...il cōmodi,
...d incōmodi

...tes ad usus
...ae excogita
...Quae uero
...m quae in ui
...inuenerit, te
...t Plin. lib.
...cap. 19.

Quae quaque ex re commoda, aut incommoda capiantur, quae Graeci euchrestemata, & dyschrestemata [illegible] omni[illegible] ant. Col igitur quicquid est tam in uita cōmodi, aut incommodi, id homini ab homine nasci.

QVAE ergo ad vitam hominum tuendam pertinent; partim sunt inanimata, vt aurum, argentum, vt ea quae gignuntur è terra, *& alia eiusdē generis; partim *animata, quae habent suos impetus, & rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione vtentia. Expertes rationis sunt equi, boues, reliquae pecudes, apes; quarū * opera efficitur aliquid ad hominum vsum, atque vitā. Ratione autem vtentium duo genera ponuntur; unum deorum, alterum hominum. * deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. proxime autem, & secundum deos, * homines hominibus maxime utiles esse possunt. Earumq́; *itē rerum, quae noceant, & obsint, eadem diuisio est. Sed quia deos nocere non putant; his exceptis, homines hominibus plurimum obesse, vel prodesse arbitrantur. Ea enim ipsa, quae inanimata diximus, pleraque sunt hominum operis *effecta; quae nec haberemus, nisi manus, & ars accessissent; nec his sine hominum administratione vteremur. Neque enim valetudinis curatio, neq; nauigatio, neque agricultura, neque frugum, fructuumq́; reliquorum perceptio, & conseruatio sine opera hominum vlla esse potuisset. Iam vero & earū rerum, quibus abundaremus, exportatio; & earum quibus egeremus, inuectio certe nulla esset; nisi his muneribus homines fungerentur. Eademq́; ratione nec lapides è terra exciderentur ad vsum nostrum necessarij; nec ferrum, aurū, aes, argentū *effoderentur penitus abdita, sine hominum labore, & manu. Tecta vero, quibus & frigorum vis pelleretur, & calorum molestiae sedarentur; vnde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subuenire; si aut vi tempestatis, aut terrae motu, aut vetustate cecidissent; nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? adde ductus aquarum deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manu factos, * quae vnde sine hominū * opera habere possemus *? Ex quibus omnibus, multisq́; alijs perspicuū est, qui fructus, quaeq́; vtilitates ex rebus ijs, quae sunt inanimatae, percipiantur; eas nos nullo modo sine hominum manu, atque opera ca

Quae citur aliquid ad hominū usum.} Cuncta hominis gratia esse creata, non sacrae tantum literae testantur, sed Aristoteles quoque hoc agnoscit lib Polit. 1. hoc maxime argumento, quòd perfecta omnia natura fecerit. Cicero de natura deorum 2. longa inductione hoc edocet, satis pie. & Socrates apud Xenoph. lib. 4. τῶν ἀπομνημονευμάτων. De hoc argumēto copiose Caelius li. Antiq. lect. 1 ca. 2. ¶ Deos placatos.} Antecedentia pro consequentibus, quasi Deus non placatus non benefaciat. Crediderunt enim Deum undecunque iuuare, modo propitium: cum iuxta prouerbium ultro Deus subijciat bona, tantaq́; eius sit bonitas, ut solem suum sinat oriri super bonos ac malos. ¶ Pietas efficiet & sanctitas.} Pietas hoc loco se non ad parentes, propinquos & patriam extendit, sed est specialim, ut de Natura deorum ipse definit, iustitia aduersus deos. Sanctitas uero, scientia colendorum deorum. Lege omnino Euthyphronē Platonis. ¶ Sed quia Deos.} Inuenta est temeritas, quae ausa fuit Deum malorum authorem asserere, finxitq́; stulta antiquitas duo in Iouis limine dolia, sortibus plena, bonis alterum, alterum malis. quod figmentum Plato confutat, dialogo de Repub. secundo, argumento à causa ducto. Deum siqu dē, ut qui solus bonus est, nisi boni causam esse non posse: mali autem causam quamlibet aliam, quàm Deum quaerendum esse. Eiusdem impietatis assertor inuentus est Theodorus, cui ob hoc Athei nomen rectius quàm Dei cognomen imponendū erat: qui teste Laertio, de dijs omnes opiniones sustulit, et contra Platonem, ut Lact. in Ep. refert, Deum aut & bona & mala, aut nihil fecisse, fuit affirmare ausus.

*ut

*opere

*iterum

*effoderentur penitus abditum,

*quae non sine

* opere

*.

*pere potuisse. Qui denique ex * bestijs fructus, aut quæ commoditas, nisi homines adiuuarent, percipi posset? Nam & qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines certe fuerunt. Nec hoc tempore sine hominum opera aut * pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tempestiuos fructus ex his capere possemus. Ab eis denique & ea, quæ nocent, interficiuntur; & quæ usui possunt esse, capiuntur. Quid enumerem artium multitudinẽ, sine quibus uita omnino nulla esse potuisset? Quis enim * ægris subuenisset? quæ esset oblectatio ualentiũ? qui uictus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes * ministrarentur? quibus rebus exculta hominum uita tantum * destitit à uictu, & cultu bestiarum. Vrbes uero sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari. Ex quo leges, moresque constituti, tum iuris æqua descriptio, certaque uiuẽdi disciplina; per quas bene, beateque uiuitur. Quas res & mansuetudo animorum consecuta, & uerecũdia est: effectumque est, ut esset uita munitior, atque ut dando, & accipiendo, permutandisque facultatibus, & commodis nulla re egeremus. Longiores hoc loco sumus, quàm necesse est. Quis enim est, cui nõ perspicua sint illa, quæ pluribus uerbis à Panætio cõmemorantur; neminem neque ducem bello, nec principem domi magnas res, & salutares sine hominum studijs gerere potuisse? Commemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander: quos negat sine adiumentis hominum tantas res efficere potuisse. Vtitur in re non dubia, testibus non necessarijs. Atque ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum, atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Est Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni, & copiosi: qui collectis cæteris causis, eluuionis, pestilentiæ, uastitatis, belluarum etiã repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta: deinde comparat, quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, idest, bellis, aut seditionibus, quàm omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & prosint, & obsint; proprium, hoc statuo esse uirtutis, conciliare sibi animos hominũ, & ad usus suos adiũgere. Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in usu, & tractatione belluarum fiunt, utiliter ad hominum uitam, artibus ea tribuũtur operosis. Hominum autem studia ad amplificationem nostrarũ rerum prompta, & parata uirorum præstantium sapien*

* pascere equos
* agris subuenire
* ministrarent.

E mutis quæ commoditas, &c.

ausus. Poetarum figmentum secutus uidetur Marcion hæreticus, qui duos commentos deos, alterum boni authorẽ, alterum mali: de quo D. Hierony. 12. Cõment. in Esaiam prope finem. Aur. August. in lib. de Hæresibus, Seleucianos, Hermianos, Florinianos huius erroris asseclas recẽset. Contra hoc dogma disputat idem August. de libero arbit. ¶ Homines hominibus plurimum.} Hinc prouerbia, Homo homini deus, & homo homini lupus. ¶ Neque enim ualetud.} Inductione probat, hominẽ homini maxime utilem esse. De inuentoribus Vrbinas Vergil. cæteris copiosior, tibi hoc loco cõmentarij uice esse põt. ¶ Perceptio.} in Catone maiore. ¶ Cõseruatio.} de qua Columella, et alij. ¶ Iam uero ad earum.} Respexit fortassis ad legem Platonis lib. 8. qua etiam uectigalibus eiusmodi rerũ interdixit. Huius uerba, ut nostri seculi iniquitates uideas, adscribere uisum est: τέλος δὲ ἐν τῇ πόλει μηδένα μηδὲν τέλειν, μήτε ἐξαγομένων μήτε εἰσαγομένων. λιγανωτὸν δὲ, καὶ ὅσα περὶ θεοὺς, τὰ τοιαῦτά ἐστι ξενικὰ, θυμιάματα, καὶ πορφύραν, καὶ ὅσα βαπτὰ χρώματα μὴ φερούσης τῆς χώρας, ἢ περί τινα ἄλλην τέχνην δεομένην ξενικῶν τινῶν εἰσαγωγίμων, μηδενὸς ἀναγκαίου χάριν, μήτέ τις ἀγέτω, μήτε αὖ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἀναγκαίων ἐμμένειν ἐξαγέτω. ¶ Aurum, æs, argentum.} Lege præfationem Plinij in librum 33. qui hoc non usui, aut necessitati, sed luxui tribuit. & Ouid. 1. Metamorpho.

Nec tantum segetes, alimẽtaque debita diues
Poscebatur humus, sed itum est in uiscera terræ:
Quas recondiderat, stygijsque admouerat umbris
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.

Destitit, idest, distare cœpit: aut distat legatur, ut est in nonnullis codicibus.

¶ Ductus aquarũ. ¶ De aquæductibus Romanorum extant libri duo Sexti Iulij Frontini, qui sub Nerua Augusto floruit. ¶ Quid enumerem artium multitudinem.} Ouidius:

Scilicet ingenuum placida mollitur ab arte.
Et studio mores conuenienter eunt.

¶ Destitit.} Malo cum Anemæcio distat legere. ¶ Vrbes uero sine hominum cœtu.} Quo argumento Aristoteles ait ciuitatem domo priorem esse. ciuitatisque fincta naturam, non fortunam: cum homo natura ciuile animal sit. Cice. de Somnio Scipionis: Nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam consilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellãtur. ¶ Ex quo leges.} Hinc Aristoteles illud Homericum, ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος ἀνέστιος, in eos retorquet, qui non aduersa fortuna sunt ἀπόλιδες f. cti, sed quos ipse (qui forte uidelicet humana non superiores solitudini student) φαύλους appellat. atque eum qui suis ipsius præsidijs fretus, ciuilem consociationem negligit, aut deum esse ait, aut bestiam. ¶ Per quos bene beateque.} Aristoteles ait, eum qui primus urbem cõstituit, maximorum bonorum authorem fuisse. Plato de Republ. 2. bona illa uictum, habitationem & cultũ esse ait. Quo loco multa huc conuenientia habet, quæ breuitatis causa indicasse sat habeo. ¶ Iuris æqua descriptio.} Iura describere primo lib. magistratus officium esse dixit. ¶ Testibus non necess.} hoc est, exemplis. Argumenta, teste Fabio, cõfessa ob id esse debent, quia dubijs adhibẽtur. Quid ergo opus est, in rebus confessis et minime ambiguis inanem sumere operam? ¶ Atque ut magnas.} Collatio contrariorum est. ¶ Conspiratione.} Ciceronianum est, conspirationis nomen, & conspirandi uerbũ non modo in bo

tia, & uirtute excitantur. * Etenim uirtus * omnis in tribus rebus ferè uertitur: quarum, una est in perspiciendo, quid in quaq; re uerū, syncerumq; sit; quid consentaneum cuiq;, quid cōsequens; ex quo quæq; gignantur, quæ cuiusq; rei sit causa: Alterum, cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant; oppetitionesq;, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi: Tertium, iis, quibuscum congregamur, uti moderate, & scienter; quorum studiis ea, quę natura desiderat expleta, cumulataq; habeamus: per eos denique si quid importetur nobis incommodi propulsemus, ulciscamurq; eos, qui nocere nobis conati sunt; tantaq; pœna afficiamus, quantum ęquitas, humanitasq; patitur. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur, eaq; teneamus; dicemus: neq; ita multo post. sed pauca ante dicenda sunt. Magnam uim esse in fortuna in utranq; partem, uel ad secundas res, uel aduersas, qs ignorat? Nā & cum prospero flatu eius utimur, ad optatos exitus peruehimur; & cum reflauit, affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet; primum, ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia; deinde, à bestiis ictus, morsus, impetus. Hęc igitur, ut dixi, rariora. At uero interitus exercituum, ut proxime * trium, sæpe multorū, clades imperatorum, ut nuper summi, ac singularis uiri; inuidiæ præterea multitudinis; atq; ob eas benemeritorum sæpe ciuium expulsiones, calamitates, fugæ, rursusq; secundæ res, honores, imperia, uictoriæ, quāquam fortuita sunt, tñ sine hominum opibus, & studiis neutram in partē effici pñt. Hoc igitur cognito, dicendū est, quonā modo hominū studia ad utilitates nostras allicere, atq; excitare possimus. quæ si lōgior fuerit oratio, cū magnitudine utilitatis cōparetur: ita fortassis ēt breuior uidebitur.

Motus ordo. Primum, ut uel optimum uideamus. alterum ne cupiditatibus ab eo a ratione [illegible] tamen ut cōmunitate æquabiliter agamus.

πάθη cum morbos, tum perturbationes, tum affectiones, nonnulli passiones uertunt.

* ferè omnis in tribus rebus uertitur.

nam usurpare partem, ut in Epist. Hæc conspiratio & concordia omnium ordinū ad defendendam libertatem. In Catil. Tanta conspiratio bonorū. Pro domo. Hæc nostra conspiratio in Repub. bene gerenda: sed etiam consensum (ut hoc loco) cum conspiratione coniungere. ut contra Rullum: Cōspirate nobiscum, consentite cum bonis. De finibus. Aliqui magna amoris conspiratione consentientes. In Epist. Mirabiliter omnium gentium atq; ordinum consensus ad liberandam Rempub. conspirauit. ⁋ Est Dicæarchi. } Suida, Δικαίαρχος φειδίου συκελιώτης ἐκ πόλεος μεσσήνης, ἀριστοτέλους (Aristoclis Volaterranus legit, si lectio nō mentitur) ἀκουστὴς, φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης. καταμετρήσεις τῶν ἐν πελοποννήσῳ ὀρῶν. ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γʹ, οὗτος ἔγραψεν τὴν πολιτείαν σπαρτιατῶν. καὶ νόμος ἐτέθη ἐν λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. τοὺς δὲ τὴν ἡβικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι. καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ. Cicero Tuscul. quæst. 1. Aristoxeni condiscipulum & æqualē facit, eumq; tres libros scripsisse ait, quibus Lesbiaci titulus, in quibus animam nihil esse docuerit. Laert. memorat, eum Platonis scribendi genus improbasse. Fuit præterea quidam alius Dicæarchus Lacedæmonius, grammaticus, Aristarchi auditor, referente Suida. ⁋ Eluuionis. } Nonius Marc. (cuius uerba secus quàm leguntur, Marsus citat) Eluuio, inquit, corruptus & morbiferis operis tractus. Perottus pro morbo pestifero usurpari ait. uterq; hoc Ciceronis testimonio nixus. Sed metaphoricōs, uel metalepticōs potius intellige. nam proprie significat omne qd' expurgatur, præsert in aquarum fluxus. Citatur testimoniū ex Somnio Scipionis: Propter eluuiones, exustionesq;, quas accidere tempore certo necesse est. Trāsfertur metaphora eleganter ad hoīes ciuili cœtu indignos, ut Vrbis eluuies apud Ciceronem, Pro domo. sicut alibi, fecem ciuitatis, abiectissimos in Repub. homines dixit. ⁋ Vastitatis. } Apud Noniū Vastatis, meo iudicio non recte legitur. De calamitate humana extat Mantuani Carmelitæ doctissimum carmen. Lege præfationem Plin. in lib. 7. & prouerb. apud Eras. Optimum non nasci. ⁋ Demde comparat. } Hanc rem dignis modis amplificat Eras. in prouerb. Dulce bellum inexpertis. ⁋ Etenim uirtus omnis. } Diuidit philosophiam in logicen, ethicen, & politicen. Virtutem pro philosophia dixit. Nam & Seneca lib. 14. ad Lucilium, Philosophia, inquit, sine uirtute non est, nec sine philosophia uirtus, quo loco eandem diuisionē ponit, quā Laert. lib. 7. ad Zenonē Citieum, Chrysippum, Apollodorum, Eudromum, Diogenemq; Babyloniū authores refert. ⁋ Studia. } Beneuolentias & fauores, quibus hominū dignitatibus consultum uolumus, & ipsorū honoribus inseruimus, Est animi propensio, cum aliqua conatus significatione, cuius operam & effectū appellamus officiū. ⁋ Magnam uim. } Locus communis. Inuidiæ præterea. } Quare Cicero pro Plancio comitiorum rationem, in qua hæc maxime regnat, Euripi motibus comparauit. ⁋ Bene meritorū. } Exēpla sunt apud Valer. lib. 5. c. de Ingratis. ⁋ Hoc igitur cognito. } Cōciliat sibi lectoris beneuolentiā à breuitate et utilitate.

Trium, Pompeii in Thes. Petreii in Hisp. filiorum Pompeii.

Expulsio Camilli.

Phocion Athenis.

Cassius inuidiæ Scipio.

PRincipes inueniendi fuerunt. } Principes dixit primos, sed nouè addidit gerundiū inueniendi, sentiēs primos inuētores. ⁋ Conspiratione boīm. } Conspirationē usurpauit in bonam partem. ⁋ Nulla iam detestabilis. } Videbatur poscisse: sed quoniā, q̄ non, resolutur in, ut ea non, subiecit, quæ, pro, ut ea ⁋ Artibus tribuuntur operosis. } Operosis dictum uidetur ab operis, non ab opere. Operosum dicitur, quod multo opere, multoq; negotio constat. Hic operosas dixit, quòd operis, nō animi uiribus exerceantur. ⁋ Quibuscum congregamur. } Congregamur, dictum est pro, consuetudinem habemus, & idcirco addidit, cum, quibus, ut dicimus, mecum habet consuetudinem. ⁋ Siquid importetur nobis. } Importetur incommodum: nouè dixit, pro inferatur. ⁋ Cum reflauit. } Reflare, fortunā dixit, cū est aduersa: quēadmodū resistit, q ex aduerso obstat: & repugnat, q ex aduerso pugnat. — ERAS.

QVæ ergo ad uitam. } Quia hoc libro de utilitate præcipitur, ideo res, quæ sunt usui ad uitam, primū diuiduntur. ⁋ Homines hominibus, &c. ⁋ Homo homini deus. Item, homo homini lupus. Vnde paulo post. ⁋ Cum igitur, etc. ibi adnotandum, utilitas ex honestate nascitur. Nam homines ut prosint, honestate adiungitur, & inuitantur. — MELAN.

Quibus rebus commoueantur homines, ut quép iam magistratu dignum putent, ac parere uelint.

QVaecunq; igitur hoïes homini tribuunt ad eum augendum, atq; honestandum; aut beneuolentiae gratia faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt; aut honoris, si cuius uirtutem suspiciūt, & si quem dignum fortuna quamamplissima putant; aut cui fidē habent, & bene de rebus suis consulere arbitrantur; aut cuius opes metuunt, aut contra, à quibus aliquid expectant; ut cum reges, populares'ue homines largitiões aliquas proponunt; aut postremo pretio, aut mercede ducuntur: quae sordidissima quidem est ratio, & inquinatissima & ijs, qui ea tenentur, & illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam nōnunquam hoc subsidium necessarium est; quēadmodum sit utendum eo, dicemus; si prius ijs de rebus, quae uirtuti propiores sunt, dixerimus. Atque etiam subijciunt se homines imperio alterius, & potestati, pluribus de causis. Ducuntur enim aut beneuolētia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis praestantia, aut spe sibi id utile futurum; aut metu, ne ui parere cogantur; aut spe largitionis, promissionisq; capti: aut postremo, ut saepe in nostra Repub. uidemus, mercede conducti.

BETVL. QVaecunque.} Causas ui exponit, unde mutua hominum studia nascantur. ▽ Aut honoris, si cuius uirtutem.} Haec sola et solida honoris assequendi ratio est, quando τὸ καλὸν ad nostri studium homines inuitat. Virtute, inquit in Amphitryone Plautus, ambire oportet, non fautoribus. & Cice. ad Appium Pulchrum libro tertio. Insignia enim uirtutis multi etiam sine uirtute assequuti sunt: taliū uirorum tanta studia assequi sola uirtus potest. Et libro decimo ad Plancum: Omnia summa consequutus es, uirtute duce, comite fortuna. Et certe ita fieri in Republica recte institutа oportet. deteriores enim inde homines fiunt, ut inquit Aristoteles, nisi melioribus meliora tribuantur, & uirtutibus premia constituta sint. ▽ Aut cui fidem.} Vt expulsis regibus, primis consulibus: illic finis erat honestum, hic utile, nec tamen citra honestatē. ▽ Aut cuius opes metuunt.} Hanc ob causam Plato ampliores opes in Republ. periculosas censuit. nisi enim his magistratus deseratur, libertatem publicam ultro inuadere solent. ▽ Aut contra.} Hic finis hodie ferè episcoporum eligendorum praeponitur. Eligunt enim plerunque potentia ualentes, quos diuinae Euangelij potentiae obtrudāt. ▽ Aut postremo pretio.} Vt Simoniaci episcopi, ne quid grauius dicā. Ne hoc malū Romae olim inualesceret, lege ambitus restrinxerūt. Simonia hodie impune grassatur. Hanc diuisionē sic ob oculos ponā.

Primum ho/mines homini ab homine defruuntur.

Conducta suffragia.

Mercenarii honos.

In eligendis principibus spectatur
- 1 Honestum solum, & hoc legitimum imperium est, & ob hoc saluberrimum.
- 2 Vtile,
  - Cū honestate, cū fides alicui habetur.
  - Citra honestatem, κατὰ χρηστικῶς
    - Quorū opes metuuntur. quod necessitas quodāmodo excusat.
    - Qui largitionibus ualent.
    - Qui pretio & mercede dignitates coemunt.

dam collatione, quae omnium maxime prosunt, uel obsunt, nempe, ipse homo alteri homini, propositumq; est de huius priore parte tractandū esse. Nunc incipit ostendere & explicare, quomodo plurima utilitas ab hominibus possit percipi, & primum quadē, quibus de causis hoïes adiungātur hominibus ita, ut eos obseruent, honore afficiant aut commodis, & eis pareant. Earum autem dicit optimam, & firmissimam esse, quae ex uirtute proficiscatur, estq; illa res amor, quem cum metu etiam comparat. Quanquam enim & metu retinentur honores et potentia, tamen, cum oderint, quem metuant, non potest firma esse, & stabilis talis potentia, & est plena molestiarum, & periculorum. Quod ipse uarijs exemplis ostendit, ac omnes quidem historiae testantur, miseros exitus fuisse tyrannorum. Nam tales sunt tyranni, qui praesint ui, & sua libidine pro legibus utuntur, non sunt νομοφύλακες, aut ἔμψυχον δίκαιον, id quod esse est proprium officium regum, & principum. Itaque uere Iuuenalis dixit:

Ad generum Cereris sine caede & sanguine pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Et Plato egregium dat consilium Dionis cognatis, ubi ait: μὴ δουλοῦσθαι σικελίαν ἐπ᾽ ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδὲ ἄλλην πόλιν ὅγ᾽ ἐμὸς λόγος, ἀλλ᾽ ὑπὸ νόμοις. Sed non hic praecipitur, quibus debeant obtemperare: qui praesint, qua ratione debeāt praeesse docetur, aut potius, quomodo sit hominibus utendum, ad dignitatem, & potentiam uel comparandam, uel retinendam rectissime & tutissime. Vtitur etiam ad hanc rem Cic. suae Reipub. exēplo, cum longa deploratione praesentis status, & inuehitur una in Syllam, & Caesarem, qui oppresserant Rempub. Quod autē sordidissimam, & inquinatissimam rationem tribuendi honorem, aut similes res uocat, quando pretio, & mercede homines ducuntur: Plato pulchre dixit, φιλίαι διὰ βαναύσου φιλότητος γεγονότα. Tale enim quiddam Graecis βάναυσον significat, quod hic Cicero sordidum & inquinatum dixit.

ERAS. AVt spe sibi id utile futurum.} Nouae nomini addidit uerbum. Quis enim ausit ita loqui, uenio huc spe, te mecum iturum ad coenam? Mollius tamen est, cum additur, ducitur spe, ductus spe. Nam spes est, prospero, satis usitatum est.

MELAN. SVbijciunt se homines imperio.} In imperijs quomodo homines adiungendi. Primum beneuolentia emerendam esse amorem.

AMERB. QVaecunque igitur.} Hucusque sunt expositae uariae res, quibus aut iuuantur homines, aut laeduntur, cum qua-

Vtilissimum iis, qui cum imperio sunt, ab omnibus amari: metui uero turpe, tum minime tutum.

RErum autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi; nec alienius, quàm timeri. Preclare .n. Ennius: Quē metuunt, oderunt; Quem quisq; odit, perijsse expetit. Multorū autem odijs nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum; nuper est cognitum. Nec uero huius tyrāni solum, quē armis oppressa pertulit ciuitas, *apparet; cuius maxime mortui interitus declarat, quantū odium hominum ualet ad pestem; sed reliquorum similes exitus tyrannorum: quorum haud ferè quisquam interitum similem effugit. Malus enim est custos diuturnitatis metus; contraq;, beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Sed ijs qui ui oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda sæuitia; ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt: qui uero in libera ciuitate ita se * instituunt, ut metuantur; his nihil esse potest dementius. Quāuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quāuis tremefacta libertas; emergunt tamē hæc aliquando aut iudicijs tacitis, aut occultis de honore suffragijs. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Quod igitur latissime patet, neq; ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes, & potentiam ualet plurimum; id amplectamur; ut metus absit, charitas retineatur. Ita facillime quæ uolumus & priuatis in rebus & in Republica cōsequemur. Etenim qui se metui uolent, à quibus metuuntur; eosdem metuant ipsi, necesse est. Quid enim censemus superiorē illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum; qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? Quid Alexandrū Pheræum? quo animo uixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorē Theben admodum diligeret; tamen ad eam ex epulis in cubiculum uenies, barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threicijs, districto gladio iubebat anteire: præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarētur arculas muliebres; & ne qd in uestimētis occultaretur telū, exquirerent. o miserum, qui fideliorem & barbarum, & stigmati-

BETVL.

RERVM autem. } Comparatione docet, beneuolentiam & studium hominum tuendis rebus utiliorem esse quàm metum, & ut Seneca inquit, tutiorē esse ex mansuetudine securitatē. Quare Mitioni quoq; Terentiano errare longe uidentur, qui imperium credunt grauius esse, aut stabilius, ui quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Quod cum reges olim diutino usu perdidicissent, ex hac migraturi uita filios successuros ad clementiæ studium hoc argumento adhortati sunt. Huius rei exēplum Xenophon in Cyro expressit. Qui in ea oratione quam moriturus habuit, Cambysen filium his uerbis alloquitur: οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ ὦ καμβύση, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον, τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύεσθαι ἀνθρώπους. πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τἆλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεσθαι. ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν, ἐστὶν οὐδαμῶς, σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ, &c. Quem locum Salustius imitatus uidetur, in oratione Micipsæ regis Numidarum, iamiam non animam agentis, ad Iugurtham fratris sui filium, filiosq; suos Adherbalem & Hiempsalem: Non exercitus, inquit, neque thesauri præsidia regni sunt, uerū amici, quos ne armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur, &c. Marcus item Imperator apud Herodianum cum deploratam salutem suā ex morbo uideret, amicis & propinquis filium Commodum per ætatē imperio nondum sufficientem commendans, eos grauissime huius admonuit, his uerbis: οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἦλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τούτῳ ἀχθῶσι, &c. Lege digna lectu apud Senecam de Clementia.

¶ Quem metuunt, oderunt. } Confirmatio ab authoritate, qua supra quoq; libro primo, cap. de Temperantia est usus. ¶ Quem quisq; odit. } Odium est ira inueterata, ira uero libido puniendi eius qui uideatur læsisse iniuria. Aristoteles rhet. 2. Iram temporis tractu medicabilem ait, odium minime. Est ergo hæc sentētia omnino ex definitione nata. ¶ Si antea fuit. } Isthæc parenthesis quidā acerbitatis in se habere, et omnino maleuolentiā Ciceronis aduersus Cæsarē significare uidetur. Est enim maleuolentia, ut ipse definit, uoluptas ex malo alterius, sine emolumento suo. colligo praeterea hinc, Ciceronem tum in manibus libros de Offic. habuisse, cum Cæsar est in senatu uigintitribus uulneribus confossus. Nam ex numero interficientium & conspirantium (conspiratum aūt fuit à sexaginta amplius) et loco cædis apparet, publicum hic odiū significari. Numerabatur autē annus ab Vrbe cōdita DCCX. ¶ Huius tyranni. } Nunc demum Cæsarem iam interfectum, tyrannum liquido appellat, ad libertatem pristinam, qua nihil potius habuit, respirans. sed nequicquam, quum deinde imperium Romanū multo grauius à Triumuiris fuerit concussum. sine ergo emolumento suo in Cæsaris inimici morte lætatus, maleuolentiam nō abscondit. quem amarulento ioco apud Velleium Paterculum laudandum & tollēdum dixit: cum aliud diceret, aliud intelligi uellet, ex amphibologia uidelicet. ¶ Sed reliquorum. } Iuuenalis Satyra decima.

Ad generum

cum * putaret, quàm cõiugẽ. Nec eum fefellit opinio; ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Nec uero ulla uis imperij tãta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Testis est Phalaris, cuius est præter cæteros * nobilitata crudelitas; qui non ex insidijs interijt, ut is, quẽ modo dixi, Alexander; non à paucis, ut hic noster: sed in quem uniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid * Macedones? non'ne Demetrium reliquerunt, uniuersiq; se ad Pyrrhum contulerunt? Quid * Lacedæmonies iniuste imperantes? non'ne repente omnes ferè socij deseruerunt, spectatoresq; se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? Externa libentius in tali re, quàm domestica recordor. Verũtamen quandiu imperium populi Romani beneficijs tenebatur, nõ iniurijs; bella aut pro socijs, aut de imperio gerebãtur; exitus erãt bellorum aut mites, aut necessarij. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium, Senatus. Nostri autem magistratus, imperatoresq; ex una hac re maximam laudem capere studebant; si prouincias, si socios æquitate, & fide defendissent. Itaq; illud patrocinium orbis terræ uerius, quàm imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem, & disciplinam iam antea minuebamus; post uero Syllæ uictoriam penitus amisimus. * Desitum est enim uideri quicquam in socios iniquum, cum extitisset etiam in * ciue tãta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta uictoria. Est enim ausus dicere; hasta posita, cum bona in foro uenderet & bonorum uirorum, & locupletum, & certe ciuium; prædam suam se uẽdere. Secutus est, qui in causa impia, uictoria etiã fœdiore, non solum singulorum ciuium; bona publicaret, sed uniuersas prouincias, regionesq; uno calamitatis * genere comprehenderet. Itaque uexatis, & perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam uidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt. Multa præterea cõmemorarem nefaria in socios, si hoc uno * sol quicquam uidisset indignius. Iure igitur plectimur. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquã ad unum tanta peruenisset licentia; à quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos uenit hæreditas. Nec uero unquam bellorum ciuiliũ semen, & causa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam & meminerint, & sperabunt: quam

* stigmatiã

* ciues

* iure

Ad generum Cereris sine cæde & uulnere pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Malus enim est custos.} Sententiæ antithesis grauem quandam uenustatem adijcit. Obserua hic metũ passiue accipi. Alioqui metus etiã Platoni fidelis morum custos. unde Terentius quoq; Dum magister & metus prohibebant, &c. Metum definit ipse, opinionem impendentis mali, quod intolerabile esse uideatur. Tyrannis autem malum est intolerabile, & quod Aristoteles definitioni adijcit, φθαρτικὸν, καὶ λυπηρὸν, quod uidelicet corruptionem & tristitiam inferat. Mala siquidem (ut ipse inquit) non omnia timentur. atque ob id tyrannicidis premia constituebantur, ut ijs q de Repu. bene mererẽtur. Ad perpetuitatem.} Tranquillitatis continuationem, ab omni perturbationis interpellatione tutam. Sit sanè.} Concessio. Qui uero in libera.} Contrariorum antithesis facit, ut meliora ex comparatione clarius splendescant. Quãtò.} Aetiologia, quòd acrius amissa libertas repetitur, q̃ retinetur. Quod igitur.} Epilogus huius argumenti. Etenim.} Atque sic fiet, qđ Salomon ait, ut impio quod timet, eueniat. Superiorem illũ Dionysium.} Hermocratis filium, qui tyrannidem in Sicilia inuasit anno III. Olympiad. XCIII. hoc est, anno ab Vrbe condita CCCXLVII. Xenoph. libro. 2. Dionys. lib. 7. Gell. lib. 17. cap. 21. Quo cruciatu.} Prædicabat is se relicturum filio imperium adamantinis uinculis: adamantina uincula metum & uiolentiam appellitans. De huius tyrannide copiose Cicero in. 5. Tuscul. quæst. Aristot. lib. 5. Polit. cap. 5. Vale. lib. 9. cap. 15. Macrob. lib. 1. de Somnio Scipionis, cap. 10. Plutarch. in Dione. Sabell. Ennead. 3. lib. 9. Alex. Pheræum.} Historiam lege apud Valerium loco iam superius citato. Cice. in 5. Tusc. Dionysium Syracusanum ad Aristomacham & Doridem coniuges noctu sic ingredi solitũ esse cõmemorat. Ad Theben.} Iasonis (illius forte de quo supra) filiam. Mirũ non fuit, si resciuit ipsam cum Pelopida Thebanorum imperatore hoste suo, ipsius propinquo et familiari paterno, colloquium habuisse. Nec fefellit ipsum præsagium. nam coniux mulier cordata, & animo præsente, tum uitæ tyranni pertæsa, tum quia fratre iuniore fœde abutebatur, adiunctis sibi tribus fratribus, Tisiphono, Pitholao, Lycophrone, tyrannum in lecto decumbentem oppressit. Ouid.

Inq; tuo thalamo iugulatus more Pheræi,
Qui datus est leto coniugis ipse suo.

Historiam scribit Plutarchus in Pelopida. Sabell. Ennead. 4. lib. 2. Meminit Cic. lib. rhet. 2. ubi de Antinomia. Inter reliqua eius crudelia facinora memoratur, quòd uiuos homines sepeliuit, & ferarum pellibus obductos uenaticis canibus exposuit. Sicut Dionysij corpus fuit effossum, ita huius à ciuibus bestijs cõculcandum, uorandumq; proiectũ. Vixit eo tempore quo Epaminundas, Olympiad. CI. hoc est an. ab u. h. cõd. CCCLXXXI. Noti Thracijs.} Alias Threijcijs Ionice legitur, sicut etiam apud Valer. ut appareat manifesta ad poetam quendam allusio. Celius enim prouerbiũ esse admonet, lib. 4. cap. 31. sed non uideo quomodo Ciceroni cum Herodo. conueniat, quem ipse et Marsus citant, cum illic stigmata nobilitatis insignia fuerint, hic autem μειώσεως gratia ponatur. Certe, ut hic quoque locus arguit, inscriptus stigmate uultus ignominia non caruit. fuitq; signum, quo serui ab ingenuis & liberis dinoscebãtur, de quo lege Alexandrum Neapolitanum libro Genialium dierum. 5. cap. 18. Et Alciatum in

Nobilitata, adeo ut etiã in prouerbiũ abierit Phalaris taurus, & Phalaridis imperiũ.

Defectio Macedonum a Demetrio rege fugienti ad Pyrrhum humanum.

Lacedæmones ob superbiam a socijs deserti contra Thebanos pugnaturi. P. R. imperiũ charitate auctũ, sæuicia amissũ.

Desitum est, p desijt elegãter, ut cœptũ est, qui cœpit est,

Cæsar Sylla crudelior.

Sol uidisse, p uerbialiter.

*P. Sylla cum vibrasset dictatore propinquo suo, idem sexto & trigesimo anno post à sceleratiore hasta non recessit. Alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor vrbanus. Ex quo debet intelligi, talibus præmijs propositis, nunquam defutura bella ciuilia. Itaque parietes vrbis modo stant & manent, ijq; ipsi iam extrema scelera metuentes. Rem vero publicam penitus amisimus: atque in has clades incidimus (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quàm chari esse, & diligi maluimus. Quæ si populo Rom. iniuste imperanti accidere potuerunt; quid debent putare singuli? Quod cum perspicuum sit beneuolentiæ vim esse magnam, metus imbecillem; sequitur vt disseramus, quibus rebus possimus facillime eam, quam volumus, adipisci, cum honore, & fide charitatem. Sed ea non pariter omnes egemus. Nam ad cuiusque vitam instituendam accommodandum est, à multis'ne opus sit, an *satis à paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idq; & primum, & maxime necessariũ, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & nostra mirantium. Hæc enim est vna res prorsus, vt non differat multum inter summos, & mediocres viros; eaq; est vtrisq; propemodum comparanda. Honore, & gloria, & beneuolentia ciuium fortasse non æque omnes egent: sed tamen si cui hæc suppetunt; adiuuant aliquantum tum ad cætera, tum ad amicitias comparandas. Sed de Amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur *Lælius: nunc dicamus de gloria; quãquam ea quoque de re *duo sunt nostri libri: sed attingamus, quandoquidem ea in rebus maioribus administrandis adiuuat plurimum.*

Cornelius in priore scriba dictum, in posteriore etiam quæstor.

*satis sit à

Lælius Cic. de Amicitia.

Duo libri Cic. de Gloria.

Parergis lib. 1. cap. 26. cũ alijs quibusdam doctis, hoc loco pro stigmatico possessiuo, στιγματίαν in prima declinatione legentem: indeq; Stichi fictitij illius iureconsultorum serui nomen deductum credit, quem interim non dissimulat ab ordine nomen habere posse. Captiui quoq; stigmatibus notabantur. & Tranquillus scribit, Caligulam multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones uiarum, aut ad bestias condemnasse. Thraces autem barbariei nomine præ ceteris populis celebrari, notius est quàm ut annotari debeat. ⟦Compunctũ.⟧ ἐστιγμένον. ⟦Phalaris.⟧ Phalaris Astyalensis tyrãnus Siculus, ante Dionysios, et Demaratum Tarquinij patrem, Olympiade XXXII. hoc est anno Vrbis cond. CI. iustior superioribus ut qui non in homines nocentes, sed supra humanum & probabilem modũ sæuit. φαλαρίδος ἀρχή prouerbio celebratur. Extant duæ Luciani orationes, quibus legati Phalaridis, taurum Delphis principibus commendare satagunt. Historiam scribunt Oros. lib. 1. cap. 20. Sabell. lib. 4. Ennead. 2. Huius taurus nobilitatus est ab omni authorum genere. Facit huius mentionem Augustinus ad Macedoniũ, de uera felicitate. Cicero Tusc. quæst. 2. Seneca de Ira, & de Clementia lib. 2. cap. 4. Plutarchus in Parall. cap. 74. Plin. lib. 38. cap. 4. Pindarus Ode. 1. Pyth. Persius Saty. 3. Ouid. lib. 1. de Arte. ⟦Non ex insidijs.⟧ sed in foro à suis ciuibus lapidib. adobrutus. ⟦Demetrium.⟧ Decimũseptimum Macedoniæ regem. Plutarchus tam in Pyrrho quàm in Demetrio commemorat. Iustin. lib. 16. & Iustinum secutus Orosius lib. 3. cap. 23. partim corruptionib. partim Ptolemæi, Seleuci & Lysimachi cõfœderatione fretum Pyrrhum, profligato Demetrio Macedoniam in ditionem accepisse scribunt. Gesta hæc sunt Olymp. CXXIII. eo anno qui Romanorum fuit CCCCLXV. Historiam lege apud Sabellicum lib. 8. Ennead. 4. ⟦Qui Lacedæmones.⟧ quibus iustitia nunquam curæ fuit: Isocrates in Panathenaico. nec à confœderatis, nec à benefactoribus sibi temperarunt. Isocrates pro Pace, atq; rursus in Panathen. testatur, Lacedæmonios plures indicta causa necasse, quàm Athenienses conuictos iudicio. Vnde factum est, cum Epaminundas Thebanorũ dux libertatis spẽ faceret, socij subito omnes ad ipsum deficerent. De quo etiam Plutarch. in Agide legendus est. Cæterum quod ad Leuctricam pugnã attinet, supra suo quodam loco annotauimus. ⟦Externa libentius.⟧ Quia non tanto eum dolore, neq; etiam tanto cum dedecore ⟦Verũtamen.⟧ De hoc lib. 1. in tractatu Fortitudinis dictum est. ⟦Illud patrociniũ.⟧ Quia patronus nihil pro imperio, sed in omnibus utilitatẽ cliẽtis spectat. Nec mitigatiõis hæc tantum gratia ponuntur, sed potentiores re uera prouincias non secus quàm priuatas personas in clientela habebant. ⟦Post uero Syllæ uictoriam.⟧ Qua de alibi. ⟦Sensim hanc consuetu.⟧ Blondus inclinationem Imperij non recte à Cæsaris dictatura cœpisse confutat hoc argumento, quòd tum eius uigor maximus fieri, terminiq; eius subinde latius propagari cœperint, ipse nimirum inclinationis principiũ à Theodosio facturus. Atque Cicero noster nõ illud agit, sed tyrannidis effectum edocturus, ex quo maxime tempore libertas inclinationis initium sumpserit, indicat. quæ ab exactis regibus ad Cæsaris usq; dictaturam, non quidem semel grauissimum fecit uitium, sed tum tantam ruinam, ut de eius instauratione desperandum prorsus fuerit. de quo Cor. Taciti sententiã audiamus, qui Annalium suorũ opus orditur his uerbis: Vrbẽ Romam à principio reges habuere. Libertatem & consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus sumebantur. neq; Decemuiralis potestas ultra biennium, neq; tribunorum militum consulare ius diu ualuit. non Cinnæ, non Syllæ longa dominatio. & Pompeij Crassiq; potentia cito in Cæsarem, Lepidi atq; Antonij arma in Augustũ cessere: qui cuncta discordijs ciuilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit. ⟦Desitum.⟧ Exaggeratio indignitatis à maiori ⟦Ergo in illo.⟧ Salustius in Catilin. Postquam L. Sylla armis recepta Repub. bonis initijs malos euentus habuit. Ergo ex bonis causis nascuntur mali euentus, sicut è contra, mali mores bonarum legum causæ esse solent. ⟦Est enim ausus dicere.⟧ Superbissimas publicatarum ædium uenditiones, acerbitate superarunt largitiones inde factæ in uenustas mulieres, fidicinas, histriones, & alios inutiles homines: teste Plutarcho. ⟦Hasta posita.⟧ De auctionis hasta lege Beroaldum in Dictatore Tranquilli, Celiũ in Antiquis lect. lib. 12. cap. 51. Alexandrum Neapolitanum lib. Genialium dierum. 3. cap. 16. De auctione, Vallam libro quarto, cap. 32. ⟦Sed uniuersas prouincias.⟧ Putat grauius esse, aliquid in propriam redigere possessionem, quàm publicare. Duplex ergo amplificatio ex con-

ex contentione demonstratiua. Nam priuata publicare, quàm publica sibi uendicare, leuius duobus nominibus est. Tantum enim Cæsar inqua impietate superauit Syllam, ut non modo auctiones ad exemplum illius sub hasta fecerit, sed prouincias etiam & regiones sibi parere iusserit. ℣ Portari in triumpho. } *Cæsar enim eburnea oppida in triumpho duxit.* Quintil. ℣ Massiliã. } *Fide meliorem, inquit* Paterculus, *quàm consilio prudentiorem, ut quæ intempestiue principalium armorum arbitria captarit. Clauserant enim Massilienses Pompeij studio Cæsari portas, cum ipse reddita Romæ in senatu consiliorum suorum ratione Hispaniam peteret. Victor ergo terra mariq; oppido in deditionem accepto, iussa uictos facere coegit. Hoc idem de Massilia prædicat Antoniana octaua. Historiam scribunt Lucan. libro tertio, Cæsar libro secundo & tertio Comment. Sabellicus libro septimo Ennead. 6. Meminerunt Florus libro quarto Abbreuiator Epitoma. 110. Tranquillus titulo de Aduentu. Orosius libro sexto capite decimoquinto. Eutropius libro sexto capite ultimo Otto Phrysing. libro secundo capite quadragesimooctauo Preculphus tomi primi libro septimo capite nono.* ℣ Ex ea urbe. } *Cuius ciuitatis disciplinam atque grauitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam, Cicero pro L. Flacco. In eo enim honore Massilienses, in ea dignitate apud Romanos, teste Liuio, fuerunt, ac si mediæ Græciæ umbilicum incolerent. De huius urbis laudibus copiose Cælius libro nono capite octauo Lectionum antiquarum.* ℣ Si hoc uno sol. } Hyperbole prouerbialis. ℣ Nisi enim. } *Duas causas ponit, efficientem unam, licentiam scilicet: licentia siquidem omnes deteriores fimus. alteram finalem, spem uidelicet opum & tyrannidis. Obserua obiter, quod hic quiddam est translationi non dissimile.* ℣ Hastam illam cruentam. } *Mos erat militaris, ut si qua ciuitas ui subacta, hostili incursu diripienda foret, à duce exercitus edito in loco hasta poneretur, qua significatione illam non deditione & pacto, sed tanquam ui captam diripi licere, & in bona & personas grassari designabat, quæ hasta cruenta nuncupatur. Hæc Alexander.* ℣ Meminerint & sperabunt. } *Latenter perstringit Antonium, quod clarius ex octaua in ipsam oratione intelliges. Inuitus, inquit, dico. Sed dicendum est, Hasta Cæsaris P. C. multis improbis & spem affert, & audaciam. Viderunt enim ex modicis repente diuites. Itaque hastam semper eunt uidere ij qui nostris bonis imminent, quibus omnia pollicetur Antonius.* ℣ Sexto & trigesi. } *Tot enim numerantur ab anno* DCLXXIIII. *ad annum* DCCIX. ℣ A' sceleratiore hasta. } *Sicut iam ante auctionis hastam, cruentam appellauit, ad similitudinem illius quæ in signum diripiendæ alicuius ui subactæ ciuitatis ponebatur: ita eandem iam sceleratam uocat, ut Propert. perticam tristem,*

stem, perinde ac si Cæsar patriam direptioni per auctionem exposuerit. in hanc inuehitur Antoniana 2. Auctionis uero miserabilis aspectus: uestis Pompeij, non multa, eaq; maculosa: eiusdem quædam argentea uasa collisa, sordidata mancipia? Et libro decimoquinto ad Cassium: Hæc tu pro sapientia tua feres æquo animo, quanquam πρόσωπον πόλεως *amisimus, Cæsarem putabant moleste laturum, uerentem ne hasta refrixisset. id est, ne cessatio desæuiendi in miserorum bona facta sit, ut interpretatur Cælius.* ℣ Quæstor. } *Pomp. de Orig. iuris, à conquirenda conseruandaq; pecunia dictos putauit. alij à conquisitione maleficiorum. Vrbanum dicit quæstorem, quia post exactos reges duo creati, qui rem militarem comitarentur: duo deinde additi, qui res urbanas curarent. Lege titulo decimotertio libro primo Pandect. & ibidem Budæum, Plutarchum in Publicola. præter Pompeium & Fenestellam, Alexander Neapolitanus uidendus est.* ℣ Itaque parietes. } *Prosopopœia, quæ sensum rebus inanimatis tribuunt, uel hoc exemplo uehementer* τὰ πάθη *uiuant. Sunt eiusmodi apud Ciceronem crebræ.* ℣ Quæ si populo. } A' toto ad partes. ℣ Quod cum perspiciam. } Epilogo hoc præparat se ad sequentia. ℣ Sed ea. } Occupatio. ℣ Lælius. } Quo de suo loco.

ERASMVS.

Vel ad perpetuitatem. } *Cum perpetuum ferè accipiatur pro continuo, hic perpetuitatem usurpasse uidetur pro æternitate.* ℣ Compunctum notis. } *Compunctum dixit, undique notatum. Vnde uidentur theologi dixisse compunctionem.* ℣ Desitum est enim uideri } *pro desiit.* ℣ Ex bellis Transalpinis triumpharunt. } *Triumphamus hostem, quem in Triumphum ducimus: & triumphamus ex his, unde triumphum referimus.*

MELANCHTHON.

Rerum autem omnium. Rhetoricus locus. Propositio. Ratio ex natura affectuum petita. ℣ Sed his qui ui op. } Seneca: *Ferrum tuetur principem, melius fides.* ℣ Quid enim censemus superiorem illum Dionysium. } *Exemplis probat obsusse crudelitatem multis, suntq; hic aliquot uenustissimæ narrationes.* ℣ Quam P. Scylla cum uibrasset. } *Hic P. Sylla est, pro quo extat Ciceronis oratio: & cuius in Cæsaris bello ciuili mentio fit. Scriba Cornelius fuit, cuius fit mentio in Lepidi oratione, quæ extat inter Salustianas.* ℣ Certum igitur. } *Epilogus. Item amicitia est opus & priuatis hominibus, & tenentibus respublicas.*

Summa

Tribus maxime adduci multitudinem, vt honore dignum aliquem ducat: beneuolentia, fide, & admiratione.

SVMMA *igitur, & perfecta gloria constat ex tribus his; si diligit multitudo; si fidem habet; si cum admiratione quadam honore nos dignos putat. Hæc autem; si est simpliciter, breuiter'que dicendum: quibus rebus pariuntur à singulis, eisdem ferè à multis*

BETVL. SVMMA. } Diuisio sequentium.

AMER. *Summa igitur.* } *Propositio ni de gloria subijciuntur eæ res, quibus absoluta, et uera, ac solida gloria paratur. Nam & alia quædam gloria est, ac ea quidem imperfecta, & emendicata propè modum, de qua suo loco dicetur. Sunt tamen eadem ferè, per quæ uera gloria comparari hic dicitur. Nihil enim aliud discriminis est inter hoc genus beneuolentiæ, & admirationem, quàm quod est inter id, quod est inferioris gradus, & id, quod est altioris. Sed hæc ita sparguntur, ut fiat res dilucidior & amplior. Quanquam Cicero satis improprie, & populariter hic loquitur, cum ad-*

miscet ea, quæ sunt mercenariæ gloriæ, loco de uera gloria, quæ tantum uirtute constat, nisi quòd de liberalitate & alijs uirtutibus aliquid addit. Hæ tres causæ exponuntur ordini.

MELAN. Svmma igitur & perfecta gloria. } Docet popularem fauorem quæ res emereantur: & quòd illo opus est ijs, qui respubli. tenent. Hæc autem sunt, quæ emerentur eum, beneuolentia, iustitiæ ac prudentiæ fama, admiratio insignium uirtutum: atque hæc ordine suo explicat.

tudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus.

Quæ res homini multitudinis beneuolentiam concilient

AC Primum de illis tribus, quæ ante dixi beneuolentiæ præcepta, videamus; quæ quidem beneficiys capitur maxime: secundo autem loco benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiam si res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama, & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumq; earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod decorum, honestumq; diximus; quia per se nobis placet; animosq; omnium natura, & specie sua commouet; maximeq; quasi perlucet ex ijs, quas commemoraui virtutibus: idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Atque hæ quidem sunt causæ diligendi grauissimæ: possunt enim præterea nonnullæ esse leuiores.

BETVL. AC Primum. } Duas beneuolentiæ conciliandæ rationes præscribit, quarum prior nec sufficiens per se est, quia tenuioris fortunæ hominibus prompta benefaciendi facultas plerunque deest: neque admodum necessaria, cum potentiores raro ex humiliorum ope pendeant. Altera ex sua ipsius natura satis uirium habet, quæ tum singulorum, tum uniuersorum beneuolentiam in se conuertat. Eodem modo in Lælio, de amicitia concilianda disputauit: ubi eam demum stabilem pronunciat, quam uirtutis admiratio procreauit.

[liberalitas prima conci[liatrix] amo[r]um.]

[humanitas & benignitas grata populo.]

¶ Beneficijs maxime. } Iuxta illud, Gratia gratiam parit.

¶ Benefica uoluntate. } Ouidius de Ponto:

Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas.

¶ Quia per se. } Alludit ad etymologiam τοῦ καλοῦ, qua de alibi.

Ac cum non dent, habentes unde possint dare, beneficam tamen uoluntatem habeant, & prosint aliquando, non quidem de suo, sed alieno, sine turpitudine, ut qui commendant aliquos aliquibus, uel sibi paribus, uel se superioribus, magis tamen, si magis ad uirtutem propendent, his, quàm illis. Sed nescio, an ij prorsus non sint liberales, sed potius callide suam auaritiam tegentes, ac simul φιλοκόλακες. Se uero tenuioribus alios commendare sine iusta ratione, plane sordidum est.

ERAS. CApitur beneficijs. } Mirum cur non uitarit amphibologiam: nam capitur beneficijs, qui ducitur, & delectatur beneficijs: hic sentit beneuolentiam adipisci nos benefaciendo. ¶ Amor multitudinis commouetur. } Commouetur pro excitatur, in bonam partem.

MERB. AC Primum de illis tribus. } Prima causa consistit aut in ipsis beneficijs, aut in uoluntate benefaciendi, ita tamen, ut facultas desit. Nam ubi sunt opes, ibi frustra iactatur animus, & studium, si non sequantur beneficia. Tametsi quoque inueniuntur, qui, cum

MELAN. AC Primum, &c. } de beneuolentia tractat, innuens quòd amor amore emitur. ¶ Quamobrem intelligentiæ, &c. } Occupatio cur uirtutes, quæ tamen natura uidentur cohærere, diuellat à sese.

Files

Quibus rebus efficiatur, ut nobis habeatur fides

FIDES autem vt habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam: nã & ijs fidem habemus, quos plus intelligere quàm nos, arbitramur; quosq; & futura prospicere credimus; & cum res agatur, in discrimenq; ventum sit; expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. hanc enim omnes existimant vtilem, veramque prudentiam. Iustis autem, & fidis hominibus, id est viris bonis, ita fides habetur, vt nulla sit in his fraudis, iniuriæq; suspicio. itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissime committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe, cum ea sine prudentia satis habeat authoritatis; prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ iustitia coniuncta, quantum volet habebit ad faciendam fidem virium; iustitia sine prudentia multum poterit; sine iustitia nihil valebit prudentia. Sed nequis sit admiratus; cur, cum inter omnes philosophos constet, à meq; ipso sæpe disputatũ sit, qui vnam haberet, omnes habere virtutes: nunc ita seiungam; quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse: Alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione,

[Susp. sine iustitia prudentia.]

rion

disputatione, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem vt vulgus, ita nos hoc loco loquimur; vt alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes dicamus. Popularibus enim verbis est agendum & vsitatis, cum loquimur de opinione populari: idq; eodem modo fecit Panætius. sed ad propositum reuertamur.

BETVL. FIDES autem ut habeatur, duabus. } Quarum altera posse adfert, altera uelle. Iustus enim uult, id quod prudens potest. Illud Liuij uerum est, quòd habita fides si lem obliget. Est enim iustitiæ fundamentum fides, ut libro 1. didicimus. ¶ Ad opinionem. } Curiosus quispiã habet hic quod in Ciceronis cõpositione reprehẽdat, ut qui uix duabus lineis uigesies & amplius o uocalẽ cõdensauerit.

AMERB. Fides autem ut habeatur. Secundæ causæ explicatio, quæ constat iustitia, & prudentia. Habet hic locus opportunam admodum obiectionem de connexione uirtutum omnium. Ita enim disputatum est à multis Philosophis, & ipso Cicerone: ut, qui una uirtute perfecta sit prædítus, præditus simul sit alijs omnibus. Separauerat autem à iustitia prudentiam. Ad id respondet, non se exactam hic disputationem de uirtutibus habere, sed uulgarem, & pro communis uitæ ratione. Aristoteles in sexto Ethicorum manifeste coniungit iustitiam, si non specialem, tamen generalem cum prudentia, non tamen isto modo, ut omnes uirtutes ita sint contextæ: nec usquã, ut opinor, ille Philosophus hoc docuit. Verba eius de hac re sunt: ὥστε δῆλον, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν.

ERAS. Capere consilium. } Dicitur non qui consulit alium, sed qui ipse reperit consilium.

BETVL. ERAT igitur. } Gloria utilis est: gloria ex quatuor honesti partibus nascitur: ergo utile honestumq; idem sunt. maiorem communis sensus approbat, minorem inductione Cicero confirmat. Socrates apud Xenophontem libro 4. Euthydemum sic interrogat: οὐδέπω σὺ ὦ εὐθύδημε ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι, δι᾽ ἣν ἄνθρωποι πολιτικοὶ γίγνονται, καὶ οἰκονομικοὶ, καὶ ἄρχειν ἱκανοὶ, καὶ ὠφέλιμοι τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ ἑαυτοῖς. Ad quæ Euthydemus cum annueret: νὴ δία, inquit Socrates, τῆς καλλίστης ἀρετῆς καὶ μεγίστης ἐφίεσαι τέχνης. ἔστι γὰρ βασιλέων αὕτη, καὶ καλεῖται βασιλική. Hinc etiam fit, quod homines minime frugi nullaq; uirtute præditos, nulla re bona dignos, prouerbiali quadam formula dicimus. ¶ Non enim omnes eos contemnunt. } Differunt enim contemnere & nihili facere. Causam Aristoteles 2. Rhet. ponit, quod quæcunque uel nocua, uel utilia esse existimamus, & quæ ijs ancillantur, adeo non contemnimus, ut etiam digna studio iudicemus: hoc est, bona uel persequimur, uel mala fugimus. Cæterum quæ aut omnino nihil, aut admodum parum boni habent, indigna studio putamus. Quare quod contemnitur, neque in bonorum ullo, neque in malorum numero ponitur. Contemptum autem philosophus definit his uerbis, ἡ ὀλιγωρία ἐστιν ἐνέργεια δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον. Vim opinionis appellat eam, quæ iam se exerit. Quod uero Cicero superius tacitum appellauit suffragium, δύναμις rectius appellabitur. ¶ Qui nec sibi nec alteri. } Hoc postremum ex tribus illis quæ Hesiodus ponit, genus hominum est, quod nec sibi nec alijs utile est. Versus addam:

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
φρασσάμενος τά τ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ᾽ αὐτῷ νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήιος ἀνήρ.

Ad hoc prouerbiũ etiã Xenophon in uerbis supra citatis allusisse uidetur. ¶ His uitijs. } fraude, dolo, uiolẽtia. ¶ Voluptates blandiss. } Simile prouerbio, ἡδονὴ μέγιστον κακῶν δέλεαρ ¶ Vita, mors. } Cõgeries. ¶ Maximeq; iustitia. } Plato πολιτικῶν β. ὁ μὲν ἄρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται, ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός. ὁ δὲ ἄδικος, ἀμαθής τε καὶ κακός. ¶ Nemo enim. } Platonis doctrina est, iustitiæ omnia esse posthabenda, iustoq; omnia cedere in bonum, etiam mala. de Republi. 1. ¶ Maximeq; admirantur. } Exempla sunt apud Valerium libro quarto capite tertio. ¶ Itaque illa tria. } ἀνακεφαλαίωσις dictorum, qua iustitiam causam ponit præcipuam, sine qua non. ¶ Qui maleficio. } Exemplum est Sannio Terentianus: Leno ego sum, inquit, at ita, ut usquam fuit fide quisquam optima. ¶ Nam qui eorum. } Argumẽ-

Quæ res multitudinis admirationem moueant quæ contra contemptum.

ERAT igitur ex tribus, quæ ad gloriam * pertinent, hoc tertium, vt cum admiratione hominum honore ab his digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animaduerterunt; separatim autem in singulis, si perspiciunt nec opinata quædam bona. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam, & singulares virtutes perspicere: despiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. non enim omnes eos contemnunt, de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos; eos haud contemnunt quidem, sed de his male existimant. Quamobrem, vt ante dixi, contemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri prosunt, vt dicitur; in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros virtute putantur, & cum omni carere dedecore, tum vero ijs vitijs, quibus alij non facile possunt obsistere. Nam & voluptates, blandissimæ dominæ, sæpe maiores partes animæ à virtute detorquent; & dolorum cum admouentur

Margin: * ptinerẽt, — Qui nec sibi, nec alijs utile: prouerbio dicit. — Voluptates bo minæ.

tum à minori ad maius. Apud Plutarchum in Pompeio latrones etiam sacra faciunt. Apud Saxonem Grammaticum historiæ Danicæ scriptorem lib. 14. extat piraticæ descriptio, in qua non modo iuris, sed etiam pietatis memorabilis obseruatio memoratur. [Bargulo.] à Bargo forte Illyrico flumine. Illyricum autem bellum piratico latrocinio non ualde dissimile ab historicis describitur, ut quo Illyrij omnem Græciam latrociniis contriuerint. Quod bellum gestum est annis circiter DXXV. ab Vrb. cond. Scribitur à Polybio lib. 2. & alijs. Cæterum de Bargulo, cum alys, silentio altissime. [Imperatoresq́;.] M. Vetilius, & C. Plautius prætores, Q. quoque Fabius procos. pacem cum eo fecit, tandem à proditoribus Cæpionis consilio interemptus est. Cæterum de Lælio, cuius hic Cicero studij honorisq́; potissimũ gratia mentionem facere uidetur, apud authores altissimum silentium est. De cuius sapientia, de Amicitia satis superq́;. Constat Lælium anno DCIX. prætorem fuisse, quo Q. Maxi. Aemilianus consul fuit. Sed Q. Fab. Max. Seruilianus anno DCXII. Cos. cum L. Metello Caluo, quo proconsule Viriatus oppressus dolo est, teste Abbreuiatore. Sabellicus Liuium citat, quem utinam Veneti tandem è uinculis integrum in communem rei literariæ usum emittant. Historia legitur apud Abbreuiatorem Epitome 56. et 54. Flor. libro 2. cap. 17. Velleium Paterculum sub initium posterioris uoluminis. Silium lib. 3. Val. lib. 6. cap. 4. Plin. de Viris illust. cap. 71. Iustin. lib. ult. Oros. lib. 5. cap. 4. Eutrop. lib. 4. cap. 7. Sabellicum libro 9. Ennead. [Medos.] Vitus Amerbachius ex Herod. Vide præterea Diodorum Siculum de Fabulosis antiquorum gestis libro 3. Strabonem libro 11. Certe Medorum

[I]ustitiæ opus [q]uo ad omnes [iust]itiæ partes ne[c]essaria.

[...]esseris, uere [...]unde, cum [...] [...]os si [...]

faces, præter modum plerique exterrentur. Vita, mors, diuitiæ, paupertas, omnes homines vehementissime permouent. Quæ qui in vtranque partem excelso animo, magnoq́; despiciunt; cumq́; aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit; & rapit; tum quis non admiretur splendorem, pulchritudinemq́; virtutis? Ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit: & maxime iustitia, ex qua vna virtute viri boni appellantur; mirifica quædam res multitudini videtur: nec iniuria. Nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet; aut qui ea, quæ his sunt contraria, æquitati anteponit. Maximeq́; admirantur eum, qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. Itaque illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omnia iustitia conficit; & beneuolentiā, quòd prodesse vult plurimis; & ob eandem causam, fidem & admirationem, quòd eas res spernit, & negligit, ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur. Ac mea quidem sententia omnis ratio, & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat; in primisq́; vt habeas, quibus cum possis familiares conferre sermones: quod est difficile, nisi speciem præ te boni viri feras. * Ergo, & solitario homini, atque in agro vitam agenti, opinio iustitiæ necessaria est; eoq́; etiam magis, quòd si eam non habebunt, iniusti habebuntur; & nullis præsidys septi multis afficientur iniurys. Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotys implicantur; iustitia ad rem gerendam necessaria est. Cuius tanta vis est, vt nec illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Nam qui eorum cuipiam, qui vnà latrocinantur, * clam furatur aliquid, aut eripit; is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum: ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat; aut occidetur à socys, aut relinquetur. Quinetiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem & Bargulus Illyricus latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit; & multo maiores Viriatus Lusitanus: cui * quidem etiam exercitus nostri, imperatoresque * cesserunt: quem C. Lælius, is qui

imperium in sacris literis pessime audit sicut neque apud Platonem, & alios bene. sed hi de successione, illi de initiys & origine loquuntur. [Apud maiores.] Causæ finales, quibus uel Dardanidæ secuti ducem Aeneam, uel Romuli asylum, turba promiscua. De quo supra fusius ex Aristotelis Politicis. [Legum fuit causa quæ regum.] παρονομασία. Quare alibi magistratum legem uiuam esse didicimus, adeoq́; iuxta Platonem, principantium dominam: & non uicissim, principem legum dominum, sed ministrum. [Si ab uno iusto.] De hoc superius lib. 1. [Cum omnibus semper.] Plato de Legibus 4 eas non censet ueras leges, quæ non uniuersæ ciuitati ex æquo seruiant. iuris autem singularis cōditores ait, seditiosos uerius quàm ciues esse. Cæterum de iure analogo alibi dictum est. [Nam aliter.] Eiusdem ergo rei plures causæ finales esse pro natura solent. Sed quia uirtus absolutum quiddam est, nec alterius rei indigens, sola sibi sufficit, propter se tantum est expetenda. quam assequutos gloriæ & honoris amplificatio sua sponte sequitur: quæ tamen & ipsa, cum sit uirtutis fructus, à uiro bono spectari non male potest. [Sed ut pecuniæ.] Non enim minor est uirtus, q̃ quærere, parta tueri. [Præclare Socrates.] Apud Xenophontem libro τῶν ἀπομνημονευμάτων primo, prope finem, ubi probat ipsum discipulos à simulationis studio dehortari solitum fuisse: ἀεὶ γὰρ ἔλεγεν, ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο. Atque ut hoc re uera ita se habere ostendat, similitudinem à tibicine addit, ἐνθυμώμεθα γὰρ ἔφη, εἴ τις μὴ ὢν ἀγαθὸς αὐλητὴς δοκεῖν βούλοιτο, τί ἂν αὐτῷ ποιητέον εἴη. ἆρ' οὐ τὰ ἔξω τῆς

*furatur aliquid, aut clam e.

*quidẽ ex.

ſapiens vſurpatur, prætor fregit, & comminuit; feroſ citatemq; eius ita repreſſit, vt facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis iuſtitiæ ſit, vt ea etiam latronum opes firmet, atque augeat; quantam eius vim inter leges, & iudicia, & inſtituta Reipublicæ fore putamus? Mihi quidem non apud Medos ſolum, vt ait Herodotus; ſed etiam apud maiores noſtros, * ſeruandæ iuſtitiæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. * Nam cum premeretur initio multitudo ab ijs, *qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præſtantem: qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis pari iure retinebat. Eademq; conſtituendarum legum fuit cauſa, quæ regum. Ius enim ſemper quæſitum eſt æquabile, neque enim aliter eſſet ius. Id ſi ab vno iuſto, & bono viro conſequebantur, eo erant contenti: cum id minus contingeret, leges ſunt inuentæ, quæ cum omnibus ſemper vna atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perſpicuum eſt, eos ad imperandum deligi ſolitos, quorum de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Adiuncto vero hoc, vt ijdem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his authoribus non poſſe conſequi ſe arbitrarentur. Omni igitur ratione, colenda & retinenda iuſtitia eſt, tum ipſa propter ſe, nam aliter iuſtitia non eſſet; tum propter amplificationem honoris, & gloriæ. Sed vt pecuniæ quærendæ non ſolum ratio eſt, ſed etiam collocandæ; quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales: ſic gloria & quærenda & collocanda ratione eſt: quanquam præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi * compendiariam dicebat eſſe, ſi * quis ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. Quòd ſi qui ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur; vehementer errant. Vera gloria * radices agit, atque etiam propagatur. ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. nec ſimulatum poteſt quicquam eſſe diuturnum. Teſtes ſunt permulti in vtranque partem: ſed breuitatis cauſa, familia erimus contenti vna. Tiberius enim Gracchus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At eius filij nec viui probabantur à bonis, & mortui obtinent * nomen iure cæ

*fruendæ

Iuſtitiæ opinio primum reges fecit.

τῆς τέχνης μιμητέον τοὺς ἀγαθοὺς αὐλητάς, &c. Atque rurſus libro 2. ἀλλὰ συντομωτάτη καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδὸς ὦ Κρίτόβουλε. ὅτι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι. ὅσαι δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀρεταὶ λέγονται. σκοπούμενος εὑρήσεις πάσας μαθήσει τε καὶ μελέτῃ αὐξανομένας. Plato Dioni, φανεροὺς οὖν δεῖ ὑμᾶς γενέσθαι, ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι, οἷοίπερ φαμέν. ⌈Tyberius Gracchus.⌉ Qui quanquam duobus conſulatibus, duobusq; triumphis, atque inſuper cenſuræ gloria inſignis, maiorem tamen ampliorem q; dignitatem ex uirtutibus quàm ex magiſtratibus & honoribus conſequutus fuit. Hæc Plutarchus. De filijs in Lælio dictum eſt. ⌈Quorum autem.⌉ Paulatim properat ad ſequentia. ⌈Non inuidetur.⌉ Diuerſum docet Ariſtoteles lib. Rhet. 2. cap. de inuidia.

AMERB

ERat igitur ex tribus.⌉ Hæc eſt tertia pars diſputationis de ſumma gloria, & præcipua. Naturaliter enim hoc fit, ut eos dignos eſſe magna gloria arbitremur, & honore ſingulari afficiamus, qui ſunt excellentibus uirtutibus ornati. Eſt autem gloria nihil aliud, quàm tum uerum iudicium de inſignibus uirtutibus, & earum prædicatio, tum officia, quæ tale animi iudicium teſtantur. Admiratio uero non eſt ſimplex iudicium, ſed quod aliò reſpicit, & confert magnas uirtutes, cum aut uirtutibus alij leuioribus, aut naturæ humanæ ratione ac modo. Sunt enim in nonnullis tantæ uirtutes, ut homines mediocres exiſtiment, eas in hominis animum, aut naturam non poſſe cadere. Talis fuit Iulij Cæſaris fortitudo, quando, cum alias, tum contra Neruios in Gallia pugnans reſtituit inclinatam aciem. Talis fuit Socratis, & Catonis conſtantia. Talis fuit continentia Cn. Martij, quando ex propoſitis ſibi multis præmijs militaribus tantum unius hoſpitis captiui ſalutem, & equum ſumpſit. Maiorem etiam moderationem præſtitit Dux Vrbini mulier patrum noſtrorum memoria, quæ uiginti annos ferè pudice & caſte uixit cum marito ſuo non apto ad rem uxoriam, ſine querelis, ſine rixis, memini hoc iudicans in magno erga uirum amore, & obſeruantia. Quam uirtutem merito uir elegantiſſime doctus Petrus Bembus magnis laudibus uexit. Tam inſignes uirtutes excitant in hominum animis admirationem, unde gloria perfecta naſcitur. Inter gloriam autem & honorem hoc uidetur eſſe differentiæ, quòd gloria tantum in hominum iudicio, & magna prædicatione, ſiu fama conſiſtit, honor ſine hoc celebri & pleno uocis & rumoris teſtimonio quiddam eſt non tamen ſine illo iudicio, & laudatione. Virtuti autem adeo propria eſt gloria, ut Ariſtoteles in pleriſque locis ſolam uirtutem ἀγαθὸν ἐπαινετὸν eſſe diſputet. Porro Cicero amplificauit hanc partem à contrarijs, cauſa & effectu, contemni eos, qui uirtutum expertes ſint. Ducit etiam hanc diſputationem per fortitudinem & iuſtitiam, uirtutes maxime admirabiles, & ad gignendam gloriam paratas. Vbi obſeruari debet, quod dicit, neminem poſſe iuſtum eſſe, qui mortem, exilium, egeſtatem timeat. Stoice enim, ut pleraque in hoc opere dicuntur, & contra Ariſtotelem, qui multo rectius, ut ſupra quoque oſtendimus, ſentit, affectus ſecundum naturam eſſe, & quidem omnes. Et erudite in quodam loco de fortitudine inquit: Non eſt fortis ille, qui nihil timet: ſic enim & lapis eſſet fortis, & alia inanimata. Deinde eſt addita ſplendida iuſtitiæ lau-

Compendiariam, id eſt, expeditam & breuem.

Agere radices, ut agere rimas quæ glaceas.

*qui, qu

*quis id

*nume

sorum. Qui igitur adipisci veram gloriam volent, iustitiæ fungantur officijs. Ea quæ essent, dictum est in superiore libro. Sed vt facilime quales sumus, tales esse videamur; etsi in eo ipso vis maxima est, vt simus ij, qui haberi velimus: tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, quod tibi mi Cicero arbitror contigisse; aut aliquo casu, atque fortuna: in hunc oculi omniũ conijciuntur, atque in eo quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur: & tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione versatur; hi simul ac iuuenes esse cœperunt, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere. Quod eo firmiore animo facient, quia non modo non inuidetur illi ætati, verum etiam fauetur.

datio. Plato in disputatione de Republica breuius hoc dixit: στάσις γάρ που ἥ γε ἀδικία, καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλαις παρέχει, ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν, καὶ φιλίαν. Porro quod de Medis hic dicitur, extat in primo libro apud Herodotum, cuius uerba, quia sunt admodum suauia, adscribere uisum est: ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, κάλλιστα ἔλεγον οἱ τοῦ δή; οὕτω φίλοι, οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ περιόντι χρεώμενοι δυνατοὶ εἶμεν οἰκέειν τὴν χώρην. φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα, καὶ οὕτω ἥτε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα οὐδ' ὑπ' ἀνομίας ἀνάστατοι ἐσόμεθα. Postremo hic notandum est, quòd cum dixit prohibere iniuria tenuiores, construxit uerbum prohibere cum ablatiuo significante passionem. contra quàm solet plerunque fieri, cum dicimus: Prohibitus sum accessu, colloquio, amore, actio significatur, id est, ne accederem, ne colloquerer, ne amarem: hic uero iniuria significat eam, quæ accipitur, non quæ infertur, & est sensus, ut caueret, ne afficerentur iniuria tenuiores. Est etiam hoc sciendum, Ciceronem ius æquabile dicere, non quòd æquet omnes (sic enim non possent alij alijs esse potentiores, aut ditiores) sed quòd iustitiam inter homines, & æqualitatem quandam proportionalem, æquitatemq; conseruet, hoc est, quòd pari studio defendat tenues, & potentes, summos & infimos, & neutris patiatur ab alteris suum adimi. Aristoteles ἀναλογικὸν, & κατ' ἀναλογίαν δίκαιον appellat. ⁋ Sed ut pecuniæ quærendæ.}

Non minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri.

Casus inest illic, hic erit artis opus: inquit Ouidius:

Idem hic initio præcipit Cicero de gloria, sed ualde paucis uerbis, sumpta comparatione à pecuniæ acquisitione, & conseruatione. Postea relabitur in superiorem partem de comparanda & augenda gloria. Quod de Socrate additum est, est transcriptum ex secundo libro Xenophontis, de factis & dictis Socratis. Hoc Apophthegma Socratis auxit argumento à contrario, cum dicit, simulatam gloriam non esse durabilem. Et adiecta est insignis sententia, nihil simulatum esse perpetuum. Hanc sententiam una cum contrario probat exemplis Gracchorum, patris & filiorum. Postea repetit ex præcedentibus, quæ sit illa uera & non ficta gloria: atque proponit,

proponit, præcepta se tradituruм esse de eo, ut uideamur etiam tales, quales sumus uniuerso dicto Socratis propemodum. Alios enim, cum alij habeant commendationem ex maioribus, & in celebritate uersentur, non habere à maioribus commendationem, ac obscuros esse. Quare conandum esse illis à prima adolescentia, ut noti & clari fiant. Hæc causa & generale præceptum hic sunt addita.

ERAS. Animi despicientia. } Noue dixit despicientiam, pro magnitudine, qua infra nos posita contemnimus. ac mox magis noue dixit. ⁋ Admirabilitatem facit. } Pro eo quod est usitatius, Reddit hominem uehementer admirabilem. ⁋ Nec illi quidem } Sunt qui dubitent, satis'ne Latinum sit uti, nec, si sequatur, quidem. Hic tamen ita est locutus Cicero, atque alijs quoque locis, nequis causetur hic fuisse casum, uelut libro tertio sex locis ferè. Item de Amicitia, duobus locis. Rursus de Senectute. ⁋ Lælius is, qui sapiens usurpatur. } Noue dixit, pro eo quod erat, cui usus tribuit cognomen sapientis. ⁋ Cũ prohiberet iniuria. } Pro eo quod erat, defenderet ab iniuria. ⁋ Nam aliter iustitia non esset. } Aliter noue posuit, pro alioqui, quomodo usurpatur & aliâs. Nam secus ad hunc modum non ausim usurpare. ⁋ Sed etiam collocandæ. } Collocatur opera, collocantur horæ, collocatur beneficium, collocatur & pecunia quæ insumitur aut impenditur. sed id magis fit nouum in oratione absoluta. Mollius est cum dicimus, collocauit in nugis, collocauit in ingratum, male collocatum beneficium. ⁋ Tandiu laudabitur, dũ, etc. } Videbatur quandiu magis responsurum ad tandiu. Et tamen hoc negligens subiecit dum. ⁋ In hominum ignoratione uersatur. } Noue dixit, pro hominibus est ignota.

MELAN. Erat igitur ex tribus. } Admiratio insignis uirtutis, qualis erat admiratio continentiæ Scipionis, cum restituit uirginem optima forma captam sponso intactam: apud Liuium libro 6. Decad. tertiæ. ⁋ Ac mea quidem sententia. } Epilogus longior: continet autem ἐγκώμιον iustitiæ. ⁋ Viriatus Lusitanus. } Vide Flori Epitomen. ⁋ Sed ut pecuniæ. } Antea de paranda existimatione, hic de tuenda præcipit. Conseruabitur autem, si esse uirtute præditi, quàm uideri malimus. Nam simulatio uirtutis non est diuturna. Sunt autẽ hæc ad uerbum uersa ex Xenophonte.

Prima

TVL. PRIMA igitur. } Quia in gloriæ disputationem incidit, gloriæq; studium in iuuentute quàm senectute plausibilius est, in gratiam eius ætatis, qua tum iunior Cicero, cui de Officijs libros dedicauit, erat, singularem doctrinã scribere uoluit,

Si

Adolescentes quibus rebus populo plurimum commendantur.

PRIMA igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi apud maiores nostros extiterunt: sem-

⁋ Si qua ex. } Causa ex tempore, non dico, sine qua non, sed sine qua uix commodius. ⁋ Felicitatis parum. } Ea enim maxime in imperatore requiritur, Põpeioq; à Cicerone uel in primis tribuitur, in oratione pro lege Manilia. ⁋ Cũ te Põpeius ale. } Ciceronem

*per enim ferè bella * gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo tamen in bello cum * te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudē & à summo uiro, & ab exercitu consequebare equitando, iaculando, omniq; militari labore tolerando. Atque ea quidem tua laus pariter cū Republica cecidit. Mihi autem hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. quamobrem ad ea, quæ restant pergamus. Vt igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera ànimi, quàm corporis; sic hæ res, quas persequimur ingento, ac ratione, gratiores sunt, quàm illæ, quas uiribus. Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia, tum pietate in parentes, tum in suos beneuolentia. Facilime autem, & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapiētes uiros, bene consulentes Reipub. cōtulerunt: quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilij adolescētiam ad opinionē & innocentiæ, & iuris scientiæ P. Mutij cōmendauit domus. Nam Lucius quidem Crassus, cum esset admodum adolescens; non aliunde mutuatus est sed sibiypsi peperit maximā laudem ex illa accusatione nobili, & gloriosa. Et qua ætate q exercētur, * laudibus affici solēt; ut * Demosthenem accepimus: ea ætate L. Crassus ostendit id se in foro optime tam * præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. Sed cum duplex sit ratio orationis; quarum in altera sit sermo, in altera contentio: nō est * id quidem dubium, quin contentio orationis plurimum ualeat, & maiorem uim habeat ad gloriam. ea est enim, quam eloquentiam dicimus. Sed tamen difficile dictu est, quantopere cōciliet animos hominum comitas, affabilitas'que sermonis. Extant epistolæ & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum filium, trium prudentissimorum; sic enim accepimus: quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, milites'que * blāde appellando sermone deleniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe uniuersam excitat gloriam. Magna est enim admiratio copiose sapienter'que dicentis: quem qui audiunt; intelligere etiam, & sapere plus, quàm cæteros arbitrantur. Si uero inest in oratione mista modestiæ grauitas, nil admirabilius fieri potest;*

Cæsariana, & Pompeiana.

Cic. filius alæ præfectus, si cui placet.

ceronem filium etiā Brutus apud Plutarch. à re bellica laudat Gell. lib. 16. cap. 4. ex sexto Cincij de re militari libro: Alæ, inquit, dictæ exercitus, equitum ordines, quòd circum legiones dextra sinistraq; tanquam alæ in auium corporibus locabantur. sic dictæ, quia tegunt pedites alarū uice: Seruius. Eas Vegetius suo tempore uexillationes dictas testatur, à uelo, quia uelis hoc est flamulis utantur. Modestus diuidit rem militarē in tres partes, equites, pedites, classes. equitū alas dicit. Cæterum de exercitu ordinādo extat Aeliani libellus. lege Volaterrani Philolog. lib. 30. Alexā. ab Alexand. lib. 2. cap. 5. Genialium dierum. ⸿ Non de te est. } sed ad te. quem his libris προσφωνεῖ, ut alibi: Infinitas, inquit, non finitas quæstiones tracto. & hoc fit per occupationem. ⸿ Ingenio. } Viuitur ingenio, cætera mortis erunt. ⸿ Et in optimam partem. } In optimam partē cognoscere uel accipere, est candide quippiam interpretari, & boni consulere. Cicero lib. 10. ad Atticum: Cæsar mihi ignoscit per literas, qd' non uenerim, seseq; in optimam partem accipere dicit. ⸿ Quibus cum si frequentes sint. } Videtur alludere ad morem antiquum, quo adolescentes nobiles se uel propinquo alicui graui, uel alioqui magnæ authoritatis uiro adiungere, illosq; sectari soliti sint, de quo in Lælio, ex Tacito & Valerio. ⸿ Publij Rutilij } Rufi cognomine, M. filij, qui Romæ Cos. & Asiæ procos. fuit. Pomp. de origi. iuris. de quo post Bernardinum Rutilium literis aliquid mandare, est post Homerum Iliada conscribere: nisi quòd fortassis lector admonēdus est, C. Rutilium in Ciceronis Bruto legi, id quod in prænominibus facile & frequenter fieri solet. ⸿ Publij Mutij. } Illius qui fuit Pontificis pater. sicut Cicero ipse sumpta uirili toga ad Augurem à patre est deductus: quo mortuo, ad Pontificem huius Publij filium se contulit. Bonorum ergo consuetudo ipsius iustitiæ materies, non simplicem adfert hominibus utilitatem. Nam præterquam quòd mores incorruptos inde contrahimus, humanitatisq; facilitate imbuimur, (uulgares istas commoditates de industria taceo) bonitatis quoque opinionem acquirimus. Quod eo admoneo, ut obliteratum hunc, sed laudabilem antiquorum morem summo cum mortalium bono reuocare tandem excitemini. ⸿ Nam L. quidem Crassus. } annos natus unum & uiginti, ut de se ipse in tertio de Oratore testatur. anno nimirum Vrbis cōd. DCXXXV. Natus enim Lælio & Cepione Coss. in Bruto Ciceronis legitur. Coruel. Tacitus in dialogo de Oratoribus, Crassum decimonono ætatis anno C. Carbonem accusasse scribit: sicut Cæsarem uigesimoprimo, Dolobellam: & Asinium Pollionem altero & uigesimo Catonem. Cicero hanc Crassi orationem aliquoties in Oratorijs libris citat. ⸿ Nobilissima accusatione. } qua Carbonem hominem eloquentissimum accusauit. unde summam ingenij non laudem modo, sed etiam admirationem est consequutus. Cicero in Bruto. ⸿ Demosthene. } qui puer pupillares actiones habuit, Quintiliano teste, libro duodecimo, capite sexto, quod uerisimile nō est, cum iura minori non permiserint, sed ut Plutarchus, ὡς ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος, uel ut Libanius, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, octodecim nimirum annorum, ἐπιτροπικοὺς λόγους dixit: quos quidam propter tantam dictionis uirtutem non ad ipsum Demosthenem iuuenem tantulum, sed ipsius præceptorem Isæum authorem referebant. Sed eas hodie non

Cum imprimeditatum leg., ut magna quædam habent exemplaria, nihil enim cum sensu conuenit.

Affabilitas

Eloquentia.

* laude

* de Demosthene

* id dubiū

* blādo appellādo sermone deliniant.

eo'que magis, si ea sunt in adolescente. Sed cum sint plurima causarum genera, quæ eloquentiam desiderant; multi'que in nostra republica adolescentes & apud iudices, & apud senatum dicendo laudem assequuti sint: maxima admiratio est in iudicijs: quorum ratio duplex est: nam ex accusatione, & defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persæpe est. Dixi paulo ante de Crasso: idem fecit adolescens M. Antonius. Etiam P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit, cum seditiosum, & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium uocauit. Sed hoc quidem non est sæpe faciendum; nec unquam nisi aut Reipubli. causa, ut duo Luculli; aut patrocinij, ut nos pro Siculis, pro Sardis; pro M. Albutio Iulius Cæsar. In accusando etiam * Manlio, L. Fusij cognita industria est. Semel * igitur, aut non sæpe certe. Sin erit cui faciendum sit sæpius, Reipubl. tribuat hoc muneris; cuius inimicos ulcisci * sæpius non est reprehendendum: modus tamen adsit. Duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculum capitis inferre multis. Id enim cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator * nominere. quod contigit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui iuris ciuilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum est, nequem unquam innocentem iudicio capitis arcessas. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum, & ad conseruationem datam, ad bonorum pestem, perniciemq́; conuertere? Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, nocentem aliquando, & nefarium, impiumq́; defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis est, semper in causis uerum sequi; patroni, nonnunquam uerisimile, etiam si minus sit uerum, defendere. Quod scribere, præsertim cum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret grauissimo Stoicorum Panætio. Maxime autem & gloria paritur & gratia defensionibus; eoq́; maior, siquando accidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circũueniri, urgeriq́; uidetur: ut nos & sæpe alias, & * adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus: quæ, ut scis, extat oratio.

habemus. Gellius author est, Demosthenem contra Androtionem & Timocratem dixisse, septem & uiginti annos natum: hoc est ætate Ciceronis pari. extant illæ orationes etiã num. ⸢ Duplex sit. ⸣ De hoc supra libro primo, ubi de decoro orationis. ⸢ Quam eloquentiam dicimus. ⸣ Antonius apud Ciceronem de Oratore primo, eum statuit disertum, qui potest satis acute atq; dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione dicere: eloquentem uero, qui mirabilius & magnificentius augere posset atque ornare quæ uellet. consule ad hæc Quintilianum libro octauo in proœmio ⸢ Extant epistolæ. ⸣ Ab authoritate. De Alexandro & Philippo alibi. Antipater Iolai filius, miles Philippi, inter Alexandri duces, & regni successor. illius Cassandri pater, qui Alexandri matrem Olympiadem interfecit. Reliquit Antipater duos epistolarum libros, authore Suida. Fuit autẽ Antigonus Macedoniæ rex trigesimosecũdo anno. 2. Olympiad. CXXV. hoc est anno Macedon. imperij DXXXIIII. Antigonus duos filios habuit, unum Demetrium πολιορκητὴν, ex fratris: alterum Philippum, patris nomine nominatos. Plutarchus author. Fuit is XXXIIII. Macedoniæ rex, anno Olymp. CXXV. qui Macedonici regni fuit quingentesimotrigesimosexto. ⸢ Prudentissimorum. ⸣ Prudentia horum apophtegmata extãt apud Plutarchum. ⸢ Copiose sapienterq́;. ⸣ Cicero in perfecto Oratore: Res autem, inquit, sic se habet. Copiose & ornate dicere sine sententia, insania est: sententiose autem sine uerborum & modo & ordine, infantia est. ⸢ Plurima causarum genera. ⸣ Ergo non tria tantum, de qua re lege Quintilianum libro tertio, cap. quarto. ⸢ Laudabilior est defensio. ⸣ Ea de re disputat Quintilianus lib. duodecimo, cap. 7. ⸢ De Crasso. ⸣ Cuius gloriam non mediocriter auxit causa Curiana, cuius Cicero, ut alibi sæpe, ita pro A. Cecinna meminit. ⸢ M. Antonius. ⸣ Qui M. Aquilium defendens, diloricata rei tunica cicatrices iudicibus ostẽdit. Cæterum de accusationibus eius nihil dum legi. ⸢ Etiã Publij Sulpitij. ⸣ Idem Antonius, accusante Sulpitio, cum Norbanum hominem seditiosum defenderet, non dubitauit seditiones ipsas exornare, ac demonstrare grauissimis uerbis, multos sæpe impetus populi non iniustos esse, quos præstare nemo possit: multas etiam è Rep. seditiones sæpe esse factas, ut cum reges essent exacti, ut cum tribunitia potestas esset cõstituta. illam Norbani seditionem ex luctu ciuium, & ex Cæpionis odio, qui exercitum amiserat, neque reprimi potuisse, & iure esse conflatã. Hæc Crassus in commendationẽ Antonij libro de Oratore secũdo. Ex circũstantijs colligo, Norbanam causam actam esse circiter annum Vrbis cond. sexcentossexagintaquinque. Meminit huius causæ Valerius lib. octauo, cap de Testibus. ⸢ Luculli. ⸣ Hos, sicut Hortensium, Ciceronem, Cæsarem, utrunq; Catonem, plurimosq; alios claros iuuenes, obsidem Reipub. dare malorum ciuium accusationem uoluisse, testatur Fabius libro duodecimo, capite septimo. ut qui nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis uiderẽtur. Sed de Sulpitio Tullius in nono Phil. testatur, cum litium actiones non maluisse constituere, quàm controuersias tollere. & Ascon. Verr. tertio, indecorum uisum accusare. Plutarchus de Lucullorum accusatione loquens, memorat accusandi studium communi Romanorum consensu commendatum fuisse his uerbis: καὶ τὸ πρᾶγμα λαμ-

...aro accusan/ ...am & qua/ ...nas.

...lestum, ac/ ...sare innocẽ ...n: humanũ, ...fendere ali/ ...ãdo nocen/ ...n.

...olescentes: ...est, anno ...o

* M. Aquilio,
* igitur, nõ
* sæpe
* nominetur
* uideatur

μα λαμπρὸν ἐφάνη ῥωμαίοις, καὶ τὴν δίκην ἐκείνην ὥσπερ ἀριστεῖαν διὰ στόματος ἔσχον. ἐδόκει δὲ καὶ ἄλλως αὐτῶν ἄνευ προφάσεως οὐκ ἀγενὲς εἶναι τὸ τῆς κατηγορίας ἔργον, ἀλλὰ καὶ πάνυ τοὺς νέους ἐβούλοντο τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιφυομένους ὁρᾷν, ὥσπερ θηρίοις εὐγενεῖς σκύλακας. ¶ Pro Siculis. } Siculi rogarant Ciceronem, ut causam suam pro se contra Verrem susciperet. Habuit ergo orationem pro Siculis, cui Diuinatio titulus est: que inter Verrinas est prima. hoc quibusdam placere uideo. Sed ex Plutarcho claret, quòd cum Cicero in Sicilia rei frumentarie præfectus, ex integritate Siculorum beneuolentiam sibi comparasset, quidam ex Romana iuuentute deserti ordinis rei, ad prætorem Siciliæ relegati, Ciceronis patrocinium implorarunt. unde Cicero primam sibi laudem peperit. ¶ L. Fusii. } In Bruto hunc C. Cottæ & P. Sulpitio æqualem facit, cumq; ex accusatione M. Aquilij diligentiæ fructum cepisse ait. Alteruter igitur locus ex alterutro emendari debet. Malo ego hic, ut in Bruto, M. Aquilio legere, quum tempora non admodum pugnare uideantur, licet Antonius Aquilij defensor Fusio paucis annis maior fuerit. ¶ M. Bruto summo genere nato. } Iunia siquidem familia illo oriunda, cum Aenea in Italiam uenit, affinitatemq; cum Romanis regibus contraxit. Brutus filius magistratum non petiüt, sed à patre uiro optimo degenerans, deprauatæ uoluntatis uitio accusatoriam artem, eamq; molestissimam professus, magnum generi dedecus intulit. Pompeius de origine iuris author est, patrem septem libros de iure ciuili reliquisse, quorum tres tantum uere fuisse Bruti, Cæsar ex Scæuolæ relatu apud Ciceronem de Oratore secundo, testatur. Consule omnino Bernardini Rutilij catalogum. ¶ Nam quid. } Contrarium à causa finali statuitur. ¶ Quod scribere. } Authoritate paradoxon stabilit. alioqui philosophus, maxime Stoicis, piaculum est quicquam simulare. Quid quòd Cicero & Fabius oratorem negant, qui non sit uir bonus? ¶ Et adolescentes } In exordio excusat ipse adolescentiam. Aulus Gellius libro decimo quinto, cap. 28. Cor. Nepotem erroris arguit, eo quod in primo Annalium scriptum reliquit, Ciceronem treis & uiginti annos natum primam causam iudicij publice egisse, Sextumq; Roscium parricidij reum defendisse. Dinumeratis quippe à Q. Cepione & Q. Serrano, quibus Coss. ante diem tertium, Nonas Ianuarij M. Cicero natus est, ad M. Tullium & Cn. Dolobellam, quibus Coss. causam priuatam pro Quintio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex & uiginti anni reperiuntur. boc est ab anno DCXLVIII ad annum DCLXXIII. Neque etiam à Gellio Chronologia consularis uariat. Probatur idem ex Bruto Ciceronis, ubi Cicero se Crasso minorem XXXIIII annis facit. Addit Gellius: Neque dubium est, quin post annum, quàm pro Q. dixerat, Sextum Roscium reum parricidij defenderit, annos iam septem & uiginti natus, L. Sylla Felice & Q. Metello Pio Coss. In qua re etiam Fenestellam errasse, Pedianus Asconius animaduertit, quòd cum scripserit sexto uigesimo ætatis anno, pro Sexto Roscio dixisse. Longior autem Nepotis quàm Fenestellæ error est. nisi quis uult in animum inducere, studio amoris & amicitiæ adductum, amplificandæ admirationis gratia quadriennio Nepotem suppressisse. ut M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio admodum adolescens uideretur. Hactenus Gellius. Patet tamen ex Plutarcho. Roscium longe ante à Cicerone defensum, quàm in Sicilia iuuenes apud pretorem.

AMERB. PRima igitur.} Nunc incipit enumerare illa præcepta Quanquam hoc non facit forma præceptorum, sed ostendit quibus rebus ac studijs comparari gloria à prima adolescentia queat. Fit autem hoc aut re militari, aut ingenij dotibus, & operibus, quæ, ut supra, ita hic etiam præfert bellicis uirtutibus & operibus. Atque hæc quidem ingenij bona exercentur, & declarantur aut pietate aut similibus uirtutibus, aut conuersatione cum honestis uiris aut eloquentia. In hac parte est prolixus, & ad finem usque huius loci perseuerat. Repetit autem quædam ex primi libri eo loco, in quo fecit duplex genus orationis, & ex utroque dicit comparari gloriam, ex forensi autem non paulo, quàm ex illo comi & affabili, maiorem. Postea diuidi forense genus in defensionem, & accusationem, & defendendo plus laudis & gloriæ, quàm accusando acquiri, ostenditq; quatenus liceat accusatione uti. Inspersa sunt ubique exempla. Quod autem in fine dicit, iudicis esse uerum semper sequi in causis, eius causa apud Platonem in Apologia Socratis exponitur his elegantissimis uerbis: οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται δικαστὴς ἐπὶ τὸ χαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τὸ κρίνειν ταῦτα, καὶ ὀμώμοκεν οὐ χαριεῖσθαι, οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους.

MELAN. PRima igitur.} Studia adolescentium quæ existimationem augent: rei militaris. ¶ Tum pietate.} Adnotatur pietas erga bene meritos. ¶ Si frequentes sunt.} Consuetudo cum bonis uiris.

SED

BETVL. SED expositis.} Omnia quæ in secundo libro dicuntur, utilitatis considerationem habent. Beneuolentia hominum, rerum humanarum longe omnium maxime hominibus utilis est, Eam beneficijs potissimum capi, supra in primo diuisionis membro indicatum est paucis, iam hoc ipsum plenioribus buccis Cicero noster sonabit. Necesse erat, dignitasq; rei hoc uoluit, ut ea præmitterentur, quæ ex sese uim conciliandæ beneuolentiæ haberent. recte ergo iam subiunguntur ea, quæ propter aliud animos hominum inuitant. ¶ Cuius est ratio duplex.} Propositio, cum distributione. Facilior.

¶ Facilior.} Contentione demonstratiua duo bene faciendi genera inter se confert: altera, inquit, honestior est, altera facilior. Amplificationis argumenta sumuntur ex euentu. ¶ Lautior.} Splendidior est, & magis si rem recte perpendas, ad magnificentiam spectat. ¶ Quanquam.} Non enim potest liberalitas nolenti acquiri. l. hoc iure ff. de donationibus. ¶ Largitioq;.} Heus M. Tulli, æmulo tuo, Lactantio inquam Firmiano te de errore admonenti concedito. & ne simplex ætas te authore à uero aberret, ipsius tibi uerba opponam. capite undecimo. de Vero cultu, te bis

Duplex liberalitatis genus, & quatenus ad conciliandam multitudinem adhibendum.

SEd expositis adolescentium officijs, quæ ualeant ad gloriam adipiscendam; deinceps de beneficentia ac liberalitate dicendum est. Cuius est ratio duplex.

nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. facilior est hæc posterior, locupleti præsertim; sed illa lautior, ac splendidior, & uiro forti, claro'que dignior. quanquam enim in utroque inest gratificandi liberalis uoluntas; tamen altera ex arca, altera ex uirtute depromitur. largitio'que, quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. * Atqui opera, id est, uirtute, & industria benefici, & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt: deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonũ consectetur. * Quæ te, malum, inquit, ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? an tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum, & præbitorem putent? quo quid sordidius regi? melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse. fit enim deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior. Hoc ille filio; sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas, quæ constat ex opera, & industria, & honestior sit, & latius pateat, & possit prodesse pluribus. Nonnunquam tamen est largiendum; nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est; & sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum; sed diligenter, atque moderate: multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Quid autem est stultius, quàm quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinæ. Cum enim dando egere * cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita cum beneuolentiæ comparandæ causa benefici esse uelint; non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus. modus adhibeatur, isq; referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, quod à nostris hominibus sæpissime usurpatum, tamq; in pro-

ᶠLargitionem multis de causis uitandæ.

*at, qui

*Quid te, malum, inquit, ratio- ...us in

*cœperũt,

uerbis alloquitur: Quid M. Tullius in suis Officialibus libris, non'ne hoc idem suadet (similem Plauti errorem detexerat) non esse omnino largiendum? Sic enim dixit: Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit, ita benignitas benignitate tollitur: qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. Et idem paulo post: Quid autem est stultius, quàm quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis. Videlicet professor sapientiæ refrenat homines ab humanitate, monetq; ut rem familiarem diligẽter custodiant, malintq; arcam quàm iustitiam conseruare. Quod cum intelligeret inhumanũ esse ac nefarium, mox ex alio capite, quasi actus pœnitentia, sic ait: Nonnunquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum, & sæpe idoneis hominibus egentibus de re familiari impertiendum. Quid est idoneis? nempe ijs qui restituere ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero uiueret, exclamarem profecto, Hic M. Tulli aberrasti à uera iustitia, eamq; uno uerbo sustulisti, cum pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest non idoneis. Id enim iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. Hæc est uera illa & germana iustitia, cuius solidam & expressam effigiem nullam tenere uos dicitis. Ipse pluribus locis clamas, mercenariam non esse uirtutem, fatérisq; in libris Legum tuarũ, liberalitatem gratuitam esse, his uerbis: Nec est dubium, quin is qui liberalis benignusq; dicitur, officium, non fructum sequatur. Cur ergo idoneis potius largiris, nisi ut postea mercedem recipias? Te ergo authore ac præceptore iustitiæ, quisquis idoneus non erit, nuditate, siti, fameq; conficietur: nec homines copiosi, & usque ad delicias abundantes, subueniunt ultimæ necessitati. Si uirtus mercedem non exigit, si propter se, ut dicitis, expetenda est: ergo iustitiam, principem matremq; uirtutum suo pretio, non tuo commodo æstima: eiq; potissimum tribue, à quo nihil speres. Quid personas eligis? quid membra inspicis? Pro homine tibi habendus est, quisquis precatur, ideo quia te hominem putet. Abijce umbras illas imaginesq; iustitiæ, atque ipsam ueram & expressam tene: largire cæcis, debilibus, claudis, destitutis: quibus nisi largiare, moriendum est. inutiles sunt hominibus, sed utiles Deo, qui eos retinet in uita, qui spiritu donat, qui luce dignatur, foue quantum in te est: & animas hominum, ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Verum isti, quia neq; naturam retinent, neque præmium in eo quod sit sciunt. dum perdere timent, perdunt: & in id quod maxime cauent, incidunt: ut quicquid largiuntur, aut pereat omnino, aut ad tempus breuissimum prosit. nam qui exiguam stipem miseris negant, qui conseruare humanitatem sine damno suo uolunt, patrimonia sua effundunt, ut aut peritura & fragilia sibi comparent, aut certe suis maximis damnis nihil consequantur. ¶ Fontem ipsum benignitatis. } Hoc fieri solet, quando iuxta iureconsultorum adagium, Sitientibus agris meis, alienos irrigo. ¶ Preclare in epist. } Probat à iudicato, uel testimonio. Licet huius epistolæ, ut aliarum etiam copiam, temporis iniuria sustulit, extant tamen huius institutionis in authorum bonorum monumentis uestigia. Legitur apud Plutarchum in Politicis, quòd Philippus Alexandrum admo-

nere

Adagiũ a dolo pertuso trãslatũ: quod uelut fusa aqua nũquam tamen impletur, ita nec populus largitionibus.

Visitationes, cõuiuia e carnibus.

Munera gladiatorũ spectacula cruenta.

Ludorũ, id est, comœdiarũ, aut tragœdiarum.

Venationum, cũ nouæ quædam feræ populo exhibent.

Collocatione: cum nuptum dantur.

nere solitus sit, ut se superstite ac regnante amicos sibi cõsuetudine, comitate, gratificatione, quoad liceat, comparare studeat. & in Apophthegmatibus, ut blande & mansuete cum Macedonibus conuersetur. Largitionum corruptelam.} Locus à causis conficientibus, φθορὰ largitio, φθαρτικὸν accipiens. Prouerbium in Chiliadibus est, Munerum corruptela. item, Muneribus res agitur. Contra munerum corruptelas, lege Platonem de Republ. tertio. Cæterum corrumpendi uerbum à propria significatione ad munera eleganter traductum apud classicos authores. ubique obuiam est, pro eo quod est largitionibus parare, labefactare, tentare pretio animos, nimirum τῶν δωροφαγῶν, eorum sententias coemere & constuprare, pari elegantia apud Ciceronem & alios legitur. Salustius in Ciceronem: Populus Romanus ita largitionibus corruptus est. Nonnunquam tamen.} Per antipophoram ostendit, in largitionibus esse modum. Quid autem stultius.} A' consequentibus. Modus.} secunda Corinth. octauo. Non enim ut alijs relaxatio sit, uobis autem angustia, &c. Quo loco Apostolus τὴν ἰσότητα, qua nihil magis æquum est, in ecclesia seruari uult. Largitionẽ fundum.} à pertuso Danaidum apud inferos dolio. Erasmus. Omnino.} Modus, quẽ in largiendo esse dixit, ἐλευθεριότης est. Extremitates nunc ponit ἀσωτίαν καὶ ἀνελευθερίαν. de quibus tibi omnino legendus Aristoteles libro τῶν ἠθικῶν νικομαχείων quarto. Prodigi, qui.} A' partium enumeratione. Epulis. Epulæ, inquit Valla, sunt cibi ministerio hominum & in nostrum usum comparati. Epulum solenniores quædam epulæ, & proprie publicum conuiuium, in

uerbij consuetudinem uenit; * Largitionem fundum non habere. etenim quis potest esse modus, *cum idem & qui consueuerunt, & illud idem alij desiderent? Omnino duo sunt genera largorum; quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & * uisceratIonibus, & gladiatorum muneribus, * ludorum, * uenationum'que apparatu pecunias profundunt, in eas res, quarũ memoriam aut breuem, aut nullam sint relicturi omnino: liberales autem, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarũ * collocatione adiuuant, aut opitulantur uel in re quærenda, uel augenda. Itaque miror, quid in mentem uenerit Theophrasto in eo libro, quem de diuitijs scripsit, in quo multa præclare, illud absurde. est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum: taliumq; sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca posui; multo & maior uidetur, & certior. quanto Aristoteles grauius, & uerius nos reprehendit; qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quæ * fiunt ad multitudinem deliniendam. at ij, qui ab hostibus obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerentur; hoc * primo incredibile uideri, omnesq; mirari: sed cum attenderint, ueniam necessitati dare; in his immanibus iacturis, infinitisq; sumptibus nihil nos magnopere mirari; præsertim cum nec necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur; ipsa'que illa delinitio multitudinis ad breue, exiguumq; sit tempus, ea'que à leuissimo * quoque: in quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur uoluptatis. Bene etiam colligitur, hæc pueris, & mulierculis, & seruis, & seruorum similimis liberis esse grata; graui uero homini, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus, ut splendor Aedilitatum ab optimis uiris postuletur. Itaque & P. Crassus cum cognomine Diues, tum copijs, functus est ædilitio maximo munere. Et paulo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est. Deinde C. Claudius Appij filius. Multi post, Lucullus, Hortensius, * Syllanus. Omnes autem P. Lentulus me con-

propatulo numerosis ciuibus exhibitum, siue in dedicatione tẽpli alicuius, siue in honorem deorum, uel in magnificentiæ ostentationem, siue in funere magni alicuius uiri, &c. Cicero pro Muræna: Is cum epulum Quinti Maximi Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est. Liuius libro quinto belli Punici secundi. Et Iouis epulum fuit ludorum causa. De triumphali epulo legendus est Alexander ab Alexandro libro sexto capite septimo. De epulonibus præter Lætum et Fenestellam, Blondus libro secundo, Triumphantis Romæ. Viscerationibus.} Visceratio, & si ab initio uerbi originem habuit, quando animalibus cæsis rem diuinam facturi, uiscera his qui sacrificio intererant, dispartiebantur, tamen postea in consuetudinem tractum est, uiscerationem quoque appellari, cum carnes siue crudæ, siue coctæ, quandoque panis uinumq; cum illis donum perferentibus singulis præbebantur. Hæc Blondus libro secundo, Triumphantis Romæ. Latinis porro ferijs, quas Coss. Rom. comitijs creati indicere solebant, Iouiq; Latiali in monte Albano sacrum faciebant, quod Latiar dixere, ibiq; carnem Latinis populis dare mos erat, quæ uisceratio dicta est. aut. Alexander Neapolitanus libro quinto, capite septimo. & libro tertio, capite septimo. uiscerationes funeris causa dari solitas fuisse. Cuius uestigium extat apud Liuium libro decimo. Decad. quarta. P. Licinius funeris causa uisceratione data, gladiatores centumuiginti pugnauere, & ludi funebres per triduum facti, post ludos epulum. & libro octauo Vrbis conditæ. Et populo uisceratio data à M. Flauio in funere matris. Lege ad hæc Volaterranum in Philologia libro decimonono cap. De celebratione conuiuiorũ. Et

* cum & ijdem qui

* fiunt: at

* primo auditu incredibile nobis u.

* quoq; animo; in

* Silanus.

gladiatorum muneribus. } Edebantur etiam gladiatoria munera in funeribus potissimum. cuius exemplum ex decimoseptimo Liuij Blõdus allegat, D. Iunium Brutũ, qui primus munus gladiatorium in honorem defuncti patris dederit. Castigatq; inibi Valerium, qui Appio Claudio & Quintio Fuluio Coss. primum munus gladiatorium exhibitũ memorat. Vel imperatores, Aelio Spartiano authore, ad bellum profecturi: idq; duplici nomine, aut quia deuotionem contra hostes sanguine litato facerẽt, aut ad bellum ituri pugnas spectarent, uulnera & ferrum, & ruentes inter se cohortes: ne in conflictu ab hostis ingruentia exanimati, rem infeliciter gerant. Huius exemplum ponit ex uigesimooctauo Liuij de Scipione. qui Carthaginem ad uota soluenda dijs, munusq; gladiatorium, quod mortis causa patris patruiq; parauerat, edendum, redijt. Sed hinc nõ colligi potest, belli causa munera fuisse edita. Docet ibidem Blondus, uoluntariam & gratuitam pugnantium operã fuisse. De origine gladiatorũ muneris, & quo temporis usque durauerit, præter Blondum lege Alexandri Geniales dies libro sexto capite decimonono. Alciatum libro primo, Parergõn capite uigesimosecundo. Polydorum Vrbinatem de Inuentoribus rerum libro secundo, capite decimoquarto. Cæterum de uarijs gladiatorum generibus, Budæum in .l. athletas. ff. de ijs qui notantur infamia, Cælium Rhodiginum libro sexto, capite trigesimosecundo, & trigesimotertio. Contra gladiatores inuehitur Augustinus libro sexto Confess. & Lactantius in Epit. ⁋ Ludorum. } Theatrales & honorarios intelligo, qui æque ac funebres stati non erant, sed ut quisque ad honores, aut ædilitatem, præturam & consu

* decimæ

Mos antiquis erat decimam partem Herculi consecrare, ut d. efferrent: unde decimã, Herculanã partem Plautus nominat.

Assis hic æreũ nummulum significat.

Propylæa Mineruæ, idest, uestibula sumptuosius corpe a inuidiam accusere Periclis.

* tum

sule uicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus. Magnificentissima uero nostri Pompeij munera secundo consulatu: in quibus omnibus quid mihi placeat, uides. Vitanda tamen est suspicio auaritiæ. Nam Mamerco homini ditissimo prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. Quare et, si postulatur à populo, bonis uiris si non desiderantibus, attñ approbantibus faciẽdum est, modo pro facultatibus: ut nos ipsi fecimus: et, si quando aliqua res maior, * atque utilior populari largitione acquiritur; ut Oresti nuper prandia in semitis * decumæ nomine magno honori fuerant. Ne Marco quidem Seio uitio datum est, quòd in charitate annonę * asse modium populo dedit. Magna enim se, & inueterata inuidia, nec turpi iactura, quando erat ædilis, nec maxima, liberauit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, quòd gladiatoribus emptis Reipubl. causa, quæ salute nostra continebatur, omnes P. Clody conatus, furoresq; compressit. Causa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut utile. In his autem ipsis mediocritatis regula optima est. Lucius quidem Philippus Q. Faby filius magno uir ingenio, in primisq; clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima. Dicebat idem Cotta Curio. Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragijs adepti sumus; nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini, quos modo nominaui; sanè exiguus sumptus ædilitatis fuit. Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus, omniaq;, quæ ad usum Reipubl. pertinent. Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur, iucundius est; tamen hæc in posterum gratiora sunt; theatra, porticus, noua templa. uerecundius reprehendo propter Pompeium: sed doctissimi improbant, ut & hic ipse Panætius, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus: & Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ uituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa coniecerit. Sed de hoc genere toto in ijs libris, quos de Republica scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere uitiosa est, temporibus necessaria, & * tamen ipsa & ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda est.

latum euectus erat, ad conciliandum populi fauorem, maxima hos lætitia coluit & celebrauit, de quibus lege omnino Alexandri locum iam proxime citatum. ⁋ Venationũ. } Elephantorum & leonum pugnas, aliarumq; beluarum uenationes frequẽter populo exhibitas intelligo. Primus enim Scæuola in curuli ædilitate leonũ pugnas dedisse fertur, mox Põpeius iubatos CCCXV. Cæsar CCCC donec senatuscõsulto cautum fuit, ne Africanos in urbem inueherent. Contra Cn. Aufidius trib. pleb. nam Circensiũ causa importari iussit, postea Augustus tygrim, & Domitius Aenobarbus C. ursos Numidicos in ædilitate, & totidẽ uenatores Aethiopes dedit. Hæc & plura Alexander. ⁋ Aut captos à prædonibus. } Redemptio in summis semper beneficijs habita, adeo ut rhetorum scholis ea ingratitudo materiem præbuerit. id quod Senecæ controuersiæ & Quintiliani Declamationes testantur. ⁋ Aes alienum. } Vlpianus. l. cedere diem ff. de uerborum significatio. Aes alienum est, quod nos alijs debemus: æs suum est, quod alij nobis debent. Vbi Alciatus, æris appellatione pecuniam & facultates omnes uenire docet, æris q; nomen in usum tum quoque mansisse, cum Romani iam aureo et argenteo nummo utebantur. Suum pro nostrum, ex aliqua lege antiqua putat. Cæterum æs alienum alicuius gratia suscipere dicit, ut suscipere curas, molestias, onus alicuius nomine. sic contra æs alienum exonerare. Vlpian. d. l. profectitia. §. si filius. ff. de iure dotium. Non enim pro hæreditate patris æs alienum soluit, sed suum æs alienum susceptum, dum filiusfamilias esset paterfamilias factus exonerauit. ⁋ Collocatione. } pro elocatione. Dotium erogatio quoque inter potissima pietatis

* aut

opera

operA numeratur. Et olim à ueteconsultis creditum est, expedire Reipublicæ uxores esse dotatas .l. 2. ff. de iure dotium. Inter aduenticias aliunde dotes & profecticias Vlpianus distinguit .l. profect ff. eodem. ⌈De diuitijs.} περὶ πλούτου inter plurima eius συντάγματα Diogenes Laertius librum unum numerat. ⌈Non admiremur.} τὸ πρέπον γὰρ δύναται θεωρῆσαι. ⌈Sextarium.} Sextarius cotulas binas capit, quæ latine heminæ appellantur. Sextarius inde dictus, quòd sexta pars sit congij. Budæus de Asse.5. Mina, id est decem coronatis, secundum eiusdem Budæi computationem. ⌈Nec necessitati.} τὴν χρῆσιν, id est causam finalem non contingit, ergo frustra suscipitur. ⌈Necessitati.} Cui ne dij quidem resistunt. ⌈Satietatem.} Quæ etiam in rebus iucundissimis uoluptatem tollit. Nihil, inquit, boni adfert, imo τοῦ φθαρτικοῦ φθορά ἐστ. ⌈Bene etiam colligitur} A' personarum authoritate. ⌈Quanquam.} Impertinenter hoc loco caput distinguitur. nam Cicero fidem facturus, sumptum quandoque facere utile esse, rationibus id more suo primum probant, ijsq; solidis, quibus iam exempla ex ædilitate commodissima subiungit. idq; per correctionem, ne grauius contra sumptus ostentationis uanæ causa factos dixisse uideatur.

Nam cum ædilitatis magistratus ad sublimiores dignitates, adeoq; consulatus fastigium gradus ferè fuisset proximus, conciliandus populi fauor erat, sine quo honorum illum cursum perficere difficile admodum fuit. id quod partim ex lege ueteri colligitur, cuius hæc uerba sunt: Suntoq; ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solennium, ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. Hinc Cicero libro decimo C. Furnium Planci Cos. designati legatum, qui tribunus modo, ædilis nondum fuerat, arguit, quòd in petenda prætura nimium festinaret. ⌈Bonis iam temporibus.} Marsus bona tempora interpretatur, quibus Respublica bene gerebatur. Mihi eorum expositio magis probatur, qui prolixa satis tempora intelligunt.

Hoc enim agit Cicero, ut ostendat hunc morem non breui tempore in urbe durasse. Nam plus authoritatis habent, uel mores, uel instituta, quæ per multos annos ad nos quasi per manus magna cum approbatione peruenerunt. Quare malo, Iam bonis temporibus, quàm etiam bona tempora legere. Atque sic etiam tollitur amphibologia, quæ alioqui ex uerbo postulandi nasceretur. Sentit enim Cicero uiros optimos quosque splendidissimum ædilitatis magistratum petiuisse: honorum inquam magnorumq; uirorum præiudicio indicat, ædilitatis splendorem ad consulatus petitionem plurimum præsidij attulisse. Sic Paulus Aemilius pro summo duxit honore, quod in ædilitatis petitione duodecim magnis competitoribus prælatus fuit. licet exempla reperiantur illorum qui repulsam in ædilitatis petitione perpessi, mox consulatus, præturas, & summos honores meruerunt. inter quos C. Marius, qui in duabus ædilitatis petitionibus curulis scilicet & plebeiæ, una die bis repulsam tulit, septies deinde Cos. fieri meruit, cuius rei exempla Cicero pro Cn. Plancio multa recenset.

Scipio uero Aemilianus, cum candidatus ædilitatis in campum descenderet, ab uniuerso populo fructum uberrimum cepit. nam pro ædili omnium suffragatione Cos. factus est. Video præterea quibusdam placere, ut ludorum curatio non curulibus, sed plebeijs duntaxat ædilibus intelligatur mandata fuisse. cum diuersum constet; neque legem illam quam modo citaui, de alijs quàm curulibus intelligendam Aymarus Riuallius rectè censuit. cui sententiæ confirmandæ unum Liuij testimonium sufficiet, libro decimo. Eodemq; anno ab ædilibus curulibus qui ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuarijs, uia à Martis silice ad Bouillas perstrata est. Sed quid opus in re manifesta, testimonia conquirere, cum inscriptionibus Terentianis controuersia prorsus tollatur. Lucius porro Fenestella ex hoc Ciceronis loco colligit, id haud leue ædilitatis munus fuisse, ut sua quisque ædilis factus impensa, ludos pro modo patrimonij ac dignitatis suæ celebrandos procuraret. Sed hoc perpetuum non est. Nam Blondus bonis docet testibus, ædiles, ut ludis faciendis absque ærarij onere sufficere possent, feras ludis spectaculisq; edendis ex prouincijs aduehi, prouincialium incommodo curasse, pecuniamq; mulctaticiam in ludorum sumptum adhibuisse. De ædilibus ex professo lectu digna literis mandarunt Fenestella capite decimo tertio. Lætus capite uigesimo de magistratibus Rom. Blondus libro tertio Triumphantis Romæ, Alexander ab Alexandro libro Genialium dierum quarto capite quarto, Aymarus Riuallius libro secundo de Historia iuris ciuilis. ⌈P. Crassus cognomine diues} Accessit Crassorum genti ex opulentia diuitum agnomen. Huius P. Crassi elogium, quod Gellius ex Sempronij Assellionis historia retulit, annotabo. Traditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & præcipua, quòd esset ditissimus, quòd nobilissimus, quòd eloquentissimus, quòd iurisconsultissimus, quòd Pontifex Maximus. Hic P. Licinius Crassus Mutianus cognomine diues, naturalem ortum è Crassorum gente habuit, sed adoptione in familiam Mutiam transijt, à P. Scæuola fratre domesticam iuris disciplinam hausit. ⌈Functus est ædilitio maximo munere.} Primus enim argento auroq; folia imitatus, ludis suis coronas dedit. accesserunt lemnisci quoque (fasciolæ sunt uariæ) quos adijci ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. Plinius libro uigesimoprimo capite tertio. Constat hunc Quæstorem fuisse anno circiter. D C. post triennium in ordinem senatorium lectum: consulem uero anno. D C X X I I I. Eius uitam lege apud Bernardinum Rutilium in Catalogo iurisconsultorum. ⌈L. Crassus.} Summus ille orator, qui cum Q. Mutio Scæuola Pontifice Maximus omnes magistratus gessit, præter tribunatum. Plinius libro octauo capite decimo sexto scribit Q. Scæuolam in curuli ædilitate leonum simul pugnam plurium dedisse. Meminit Solinus capite tertio. ⌈C. Claudij Appij filius.} Pulchri scilicet, cuius ædilitate pugnauerunt elephanti primum. Plinius libro octauo capite septimo Cicero pro Cn. Plancio: Vidit enim anno. D C L V. pater tuus Appium Claudium nobilissimum hominem uiuo patre suo, potentissimo & clarissimo ciue C. Claudio, ædilem non esse factum, & eundem sine repulsa factum esse consulem. ⌈Lucullus.} Rectius antiqua lectio habet, Luculli. Nam Lucullus cum ante adultam fratris ætatem magistratus petere nollet, tantum gratia & fauore ualuit, ut absens unà cum fratre Aedilis relatus fuerit. Plutarchus. His ædilibus aduersus tauros pugnatum est, uiginti annis post Claudij Pulchri ædilitatem: Plinius loco citato. nisi forte signa quoque huc referre uoles, quæ Plinio teste Luculli posuerunt, præsertim Apollinem X X X cubitorum, C L. talentis factum, Apollonia Ponti urbe translatum. libro trigesimoquarto capite septimo. De Hortensij ædilitate nihil dum legi. Exquisitus eius luxus passim celebratur, præsertim pauo, quem in augurali adijciali cœna primus posuisse dicitur. De quo Varro de Agricultura libro tertio capite sexto, Plinius libro decimo capite uigesimo, Macrobius libro Satur. tertio capite decimotertio, Budæus de Asse.2. Syllanum hunc puto fuisse

Ciceronis in consulatu successorem, de cuius ædilitate mihi compertum est nihil. ☞ Omnes autem P. Lentulus. } Cognomento Spinter De cuius ædilitate Plinij uerba adscribam ex libro nono capite trigesimo nono. Huic uiolaceæ purpuræ successit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis curulis primus in prætexta usus improbatur. Qua purpura, quis non iam, inquit Nepos Cornelius, triclinia facit? Spinter Aedilis fuit Vrbis conditæ anno L X X. Cicerone consule. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, ueluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpuræ tinguntur, &c. item libro decimonono capite primo. Carbasina deinde uela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinter, Apollinaribus ludis. Ad huius magnificentiam pertinebit etiam illud quod de onyche annotauit libro trigesimo septimo capite septimo: Onychen, inquit, etiam tum in Arabiæ montibus, nec usquam alibi nasci putauere nostri ueteres: sed in Germania potorijs uasis inde factis primum, dein pedibus lectorum, sellisq;. Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum Publius Lentulus Spinter amphoras ex eo, & urceos magnitudine cadorum ostendisset, &c. ☞ Hanc etiam Scaurus. } Asconius in orationem pro ipso dictã: M. Seaurus, inquit, M. Scauri filius, qui princeps senatus fuit, uitricum habuit Syllam, quo uictore & munifico, in socios uictoriæ ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi uoluerit, neque ab hasta emerit. ædilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensa opes suas absumpserit, magnumq; æs alienum contraxerit. Scaurus in ædilitate sua primum pantheras uarias C L. uniuersas misit, cuius exemplum Cælius quoque imitari uoluit, qui pantheras sibi à Cicerone curari uoluit, libro Episto. secundo. Plinius libro octauo capite decimoseptimo. In huius ædilitate tria millia signorum in scena fuerunt, tantum temporario theatro. Plinius libro trigesimoquarto eapite septimo. Idem Plinius libro trigesimosexto capite secundo inanem hunc sumptum amplificat, ut qui legum silentio publica indulgentia publice moribus offecerit. atque rursus capite decimoquinto eiusdem libri, theatrum illud describens, dubitat, num Sylla proscriptionibus suis mores ciuiles magis postrauerit, quàm huius priuignus ædilitate sua plusquam prodigiosa. Adhibe his quæ annotata sunt à Budæo de Asse 2. ☞ Nostri Pompeij. } Qui teste Plutarcho, theatrum ædificauit, D C. leones iubatos dedit. Plinius lib. octauo capite decimosexto. item quadringentas decem pantheras, libro octauo capite decimoseptimo. In secundo eius consulatu pugnauere elephanti uigesimo aut, ut quidam tradunt, decimo septimo. Plinius libro octauo capite septimo. ☞ Mamercus. } Præter Mamercum dictatorem, de quo Liuius libro quarto Vrbis conditæ alius M. Aemilius Mamercus in breuiario Cos. reperitur, Ciceronis temporibus anno. D C L X X V. Sed de hoc nostro comperti nihil. ☞ Vt nos ipsi fecimus. } Cicero Aedilis ita frugalitati studuit, ut ea quæ Siculi sibi, in gratiam accusati Verris ex insula dona attulerant, in suum usum non conuerterit, sed eatenus ipsorum liberalitate abusus est, ut minoris uenalia in foro uenirent: Plutarchus. Cicero Verrina prima Aedilis iam designatus, pollicetur suum ædilitatis munus amplissimum pulcherrimumq; futurum. Fuit autem Aedilis. V I I. ante consulatum suum anno, nempe ab Vrbis condita. D C L X X X V. id quod ex his colligitur uerbis: Erit tum Cos. Hortensius cum summo imperio ac potestate. Ego autem ædilis, hoc est, paulo amplius quàm priuatus. Marsus hic non diligens minus quàm copiosus est. ☞ Oresti nuper prandia. } Coniecturæ sunt, Cn. Orestem hunc esse, qui sine tribunitiæ dignitatis gradu, ad consulare fastigium ascendit, consulatúmque cum Lentulo gessit anno. D C L X X X I I I. ☞ Decimæ nomine. } Classici quoque theologi decimas plurali numero tantum dicunt, ut primitias. Septuaginta confundunt. Tob. primo ait se iuxta legem æternam τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰς πρωτοτοκίας sacerdotibus obtulisse. & paulo inferius numerus mutatur, καὶ τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν. Et in Genesi capite decimo quarto Melchisedech rex Salem τὴν δεκάτην Abræ uictori obtulisse legitur. Latini (ut hic Ciero) singulariter tantum. Vlpianus. l. 2 ff. de pollicitationibus: Si decimam quis bonorum uouit, decima non prius esse in bonis desijt, quàm fuerit separata. Ab authoribus proditum est, ab Originibus usque Romæ decimam Herculi offerri solitam, in gratitudinem occisi Caci. Multas causas Plutarchus in Problematibus assignat. apud eundem Plutarchum, Camillus ad Veios bellum gerens, Iunoni legitur decimam uouisse, ubi τὴν δεκάτην etiam Plutarchus habet. apud Liuium, hoc uotum Apollini Camillus his uerbis facit. Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoq; numine instructus pergo ad delendam urbem Veios, tibiq; hinc decimam partem prædæ uoueo. Et quod Plutarcho in Problem. est τὴν δεκάτην ἀποθῦσαι τῷ ἡρακλεῖ, Plauto est decimam partem Herculi pollucere. De quo plura Budæus in d. l. 2. de pollicitationibus, lectu digna annotauit. ☞ Asse modium. } Hunc locum Budæus de Asse. 2. diligenter explicat, & frumenti pretium expendit. Et si asses singuli quaternis denariolis æstimantur, ad nostrum, nisi fallor, calculum tres cruciatos, aut octo Basilienses coruos deprehendes. Largitionis summam ex ipso Budæo petito. ☞ Gladiatoribus emptis Reipublicæ causa. } Milo tum fauori studuit, cum Clodius sibi propter operam, quam Ciceroni restituendo impenderat, infensus, multa aduersus Rempublicam adeoq; Milonianos machinaretur. ☞ P. Clodij conatus. } Annius enim Milo primus tribunus ausus est Clodium ad iudicium trahere. Hinc Pompeius plebis & municipium multitudine septus, sublato è foro Clodio, de Ciceronis reditu summo bonorum consensu egit, adeo ut Italiæ humeris Romam se delatum ipse gloriatus sit. Plutarchus. ☞ L. Philippus. } Eloquentia, grauitate, honore florentissimus ciuitatis. Cicero pro Quinto. Cos. factus sine tribunatu militari, Anno D C X C V I I I. ☞ Nostro quidem anno. } Marsus ad præturam proximum consulatui gradum refert. quod propterea credo, quia lex annaria, si Ciceronis ætatem respicias, locum hic habere non potest. Cicero siquidem anno ætatis suæ X L I I I. consul fuit. Neque ea pugnant quæ apud Plutarchum in Ciceronis uita scribuntur. ☞ Illæ impensæ meliores sunt. } Aristoteles τὸ τριηραρχεῖν exempli loco adducit. ☞ Tanquam in manu. } Prouerbialiter in manu haberi apud iureconsultos dicitur, quod in nostra potestate est. item, de manu in manum. ☞ Periclem. } προπύλαια uestibula interpretantur. Hesychius πρόθυρα. Iulius Pollux libro primo capite primo, εἴσοδον τοῦ ἱεροῦ. Symmachus, quod Hebræis est elam, προπυλαῖον interpretatur: D. Hieronymus porticum, id est tectum atrium inter templum & altare. Aquila πρόδομον. qui est ante fores templi. qui Polluci est anterior pars: sicut posterior ὀπισθόδομος. Historiam satis diligenter ex Plutarcho Marsus posuit.

AMERB.

AMERBACHIVS.

SED EXPOSITIS Adolescentum officijs. } Cicero ulterius hic progreditur in instituta disputatione de comparanda beneuolentia multitudinis. Quod enim hactenus de gloria dixit, eodem pertinet. Nam gloria magnæ cuiusiam beneuolentiæ multorum effectus est. Addit autem hæc superioribus per transitionem, & docet de liberalitate, faciens duo genera eius. Alterum consistit in pecunia, & est leuius: Alterum in opera, ut est, consilium dare, defendere contra uim & iniuriam, & similia, & est grauius. Sic enim inter se comparat hæc duo Cicero, & postea ostendit, quomodo sit largienda pecunia, nempe moderate, & non nisi idoneis hominibus, & pro nostris facultatibus (non enim debemus alijs dare, & ipsi postea mendicare, aut esurire.) Hoc autem nihil aliud est, quàm liberalem esse. Nam qui dat, cui non debet dare, & non quando, & quantum, & quomodo debet, non est liberalis. Colligit etiam incommoda, quæ sequuntur immodicam largitionem, id est, prodigalitatem. Sunt autem ablatio causæ liberalitatis, & rapinæ. Qui enim suam profuderunt, postea non possunt esse liberales: & quia assuefecerunt se ad dandum, adimunt alijs, ut possint alijs dare. Prouerbium, quod est additum debet intelligi de animo accipientium, nõ de pecunia. Pecunia enim exhauriri potest etiam maxima, cupiditas accipientum non potest expleri, & hoc est, non habere fundum. Atque ita ipse Cicero quodammodo exponit prouerbium. ¶ Omnino duo genera. } Sicut alijs ferè uitijs, ita auaritiæ duo sunt contraria. Quanquam enim uni unum proprie est contrarium, tamen in ijs, quæ habent media, duo sunt aliquo modo uni contraria, nempe, alterutrum extremorum, & alteri extremo, & medio. Sunt autem prodigalitas & liberalitas, auaritiæ contraria, quorum genus hic Cicero largitatem facit: ad personas tamen orationem aptauit, non ad res, hoc est, de prodigis & liberalibus, quos ambos uocat largos, docet. quod tantundem est, Liberales sunt, qui seruant medium in dandis quibuscunque rebus, quæ æstimantur pecunia. prodigi non seruant, & propterea reprehenduntur tales à Cicerone. À Græcis tales uocantur ἄσωτοι, ab ἀ, quod est non, & σώζεσθαι, id est, seruari. Terentius uocat ἄσωτον, luxu perditum, bene expressa hac uoce. Porro quod hic Theophrastum reprehendit Cicero, grauiter est factum. Quanquam enim uirtus est magnificentia, non tamen liberalitati præferenda est. Quanquam magni & splendidi sumptus, qui fiunt contra decorum, aut in rebus paruis, non sunt magnificentia, sed βαναυσία, seu ἀπειροκαλία, hoc est, luxus. Atque sic nonnihil abusus est hoc uocabulo Cicero. μεγαλοπρέπεια, id est, magnificentia, est, ut definit Aristoteles in quarto Ethicorum, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ¶ Quanquam intelligo. } Sequitur enumeratio eorum, qui sine uitio largi fuerunt in publico, & magnificæ ædilitatem administrauerunt. Fuit autem hic magistratus illis temporibus diu uelut occasio quædam, & aditus ad maiores honores, propter largitiones, quæ in eo fiebant ludorum occasione, qui ab Aedilibus gubernabantur, & edebantur. Tametsi non erat in hoc institutis, quod hic quoque significatur. Estq; hic locus propter ædilitatem obseruandus. De decima autem, quæ solita est sacra fieri Herculi de omnibus facultatibus, legendus est quintus liber Dionysij. Vestibulorum Periclis, quæ Cicero hic Græco uocabulo προπύλαια uocat, fit mentio in uita Periclis apud Plutarchum.

ERASMVS.

BENIGNE Fit indigentibus. } Bene fit, quibus præstatur beneficium, pro quo Cicero noue dixit, benigne fit, impersonaliter. ¶ Gratificandi. } Gratificandi dixit, quod Græci χαρίζεσθαι, non ad gratiam aliquid faciendi, sed præstandi beneficium. ¶ Quæ te, malum, inquit, ratio. } Malum hic uel aduerbium est, uel si malis, interiectio indignantis. Hoc non intelligens sciolus quispiam, ita locum hunc in plerisque codicibus deprauarat: Quod te malum, inquit, rationis. ¶ Sed diligenter, atque moderate. } Diligenter hic usurpat, non illo uulgari more, sed ut idem ualeat quod cum delectu. ¶ Vt his ingratis esse non liceat. } Docent illud grammatici, hoc genus sermonis trifariam efferri, non licet esse ingratis, non licet esse ingratos, non licet esse ingrati. Primum elegantissimum est, postremum durissimum.

MELANCHTHON.

SED EXPOSITIS. } Docet quomodo debemus uti liberalitate ad captandam multitudinis beneuolentiam: & quomodo beneficentia adiungantur uoluntates hominum, & primum docet quatenus deceat largiri. ¶ Præclare in epistola. } Auget exemplis præclarum Philippi præceptum. ¶ Sed diligenter, atque moderat: } iuxta prouerbium, οὔτε πάντα, οὔτε πάντῃ. ¶ Largitionem fundum non habere, prouerbium } ¶ Omnino duo, &c. } Prodigalitas damnatur. ¶ Quanquam intelligo. } Quomodo Romæ laudem meruerit prodigalitas.

Priuata liberalitas in quos, & quatenus exercenda.

IN Illo autem altero genere largiendi, quod à liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Alia causa est eius, qui calamitate premitur; & eius, qui res meliores quærit, nullis suis rebus aduersis. Propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In ijs tamen, qui se adiuuari uolent, non ut ne affligantur, sed ut ad altiorem gradum ascendant; restricti omnino esse nullo modo debemus, sed in deligendis idoneis, iudicium & diligentiam adhibere. Nam præclare Ennius; Ad fœcem [illegible] dū própe [illegible] esse oporte[illegible] q̃ ad ceteros [illegible]

Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Quod autem tributum est bono uiro, & grato, in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex cæteris. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas: eoq; eam studiosius plerique laudant, quòd summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Danda igitur opera est, ut hos beneficijs quamplurimis efficiamus, quorum liberis, posterisq; prodatur memoria; ut his ingratis esse non liceat. Omnes enim immemorem beneficij oderunt: eam'que iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri; eum'que, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque

hæc benignitas etiam Reipublicæ utilis est, redimi è seruitute captos, locupletari tenuiores. Quod quidem uulgo solitum fieri ab ordine nostro, in oratione Crassi scriptum copiose uidemus. Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Hæc est grauium hominum atque magnorum; illa quasi assentatorum populi multitudinis leuitatem uoluptate quasi titillantium. Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum; in omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, uicinitatibus, & confinijs æquum, & facilem, multa multis de iure suo concedentem; à litibus uero, quantum liceat, & nescio an paulo plus etiam, quàm liceat, abhorrentem.

Est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris; quam quidem dilabi sinere flagitiosum est; sed ita, ut liberalitatis, auaritiæq; absit suspicio. Posse enim liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus. Rectè etiam à Theophrasto est laudata hospitalitas. est enim, ut mihi quidem uidetur; ualde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Id'que etiam Reipublicæ est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam uehementer utile his, qui honeste posse multa uolunt; per hospites apud externos populos ualere opibus, & gratia. Theophrastus quidem scribit Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, & uillicis imperauisse, ut omnia præberentur, quicunque Laciades in uillam suam diuertisset.

Hospitalitas publice priuatimq; utilis ad multa.

- Liberalitatis ratio duplex est. in utraque inest liberalis gratificandi uoluntas, quando uel
  - Opera benigne fit in digentib. quæ quia ex uirtute depromitur, splendidior & claro uiro dignior est, seq; ipsam subinde superat. fit aut
    - In Rempublicam quo loco non magistratus modo, sed ciuium pro se quisque suum officium facere potest.
    - In singulos. Cuius generis sunt
      - In iure cauere
      - Consilio iuuare
      - Reos patrocinio defendere
      - Commendare bonis.
  - Pecunia benefit, quæ ex arca depromitur, facilior locupleti, sed profusior fontem benignitatis exhaurit. Sunt autem duo largorum genera
    - Liberales
      - Priuatim benigni, in
        - Calamitosos
          - Qui raptos redimunt
          - Aes alienum amicorum suscipiunt
          - Penuria pressos alunt.
          - Qui aliorum filias elocant
        - Eos qui res suas meliores quærunt
          - Mutuo dant
          - Studiosos adolescentes fouent.
      - Publice magnifici, quorum sunt
        - Aedilitia munera, ut ludi, nihil aut parum utilitatis habentia, uoluptati tantum seruientia.
        - Vtiliora ædificia, ut theatra, porticus, templa, aquæductus, naualia, scolæ.
    - Prodigi
      - Epulis, uisceratiobibus gladiatorũ muneribus, ludis, uenationibus.

BETVL. IN ILLO Autem.} In puerorum usum totam liberalitatis tractationem, quo se facilius expediant, diductione hypodictica demonstrabo.

¶ Alia causa.} Conficiens, philanthropia, & misericordia finalis, quæ illius calamitati consultum uolo. & quia hic τὸ χρήσιμον spectatur, admonitos iuuenes uolo, philosophum alium in largiendo finem propositum habere, alium rursus theologum. ille gratitudinem sibi χρῆσιν constituit, hic charitatis pietatisq; studium: hunc fides in Christum, & θεοφιλία ad opus pietatis excitat, illum ἡ φιλαυτία. Licet interim philosophorum quidam honestum bonumq; finem bonorum fecerint. ¶ Qui res meliores quærunt.} Hunc iurecõsultorum uulgus meliorare, sicut Columella meliorescere dixit, de ijs qui conditionem suam meliorem facere satagunt. ¶ Nisi forte erant digni calamitate.} In benignitate piorum adeo delectus tollitur, ut non modo Plauti illa sententia ut inhumana explodenda sit, ubi ait, Male meretur qui mendico dat quod edat. nam & illud quod dat, perit: & illi producit uitam ad miseriam. uerum etiam illa Ecclesiastici: Male meretur qui peccatori dat quod edat, nam fomenta peccandi alendo suppeditat. Qui

scimus

scimus hoc? fortasse carbones super caput eius congeres, & tua benignitate hominem alioqui bis periturum lucrifacies. Hæc & plura tum illis, tum tibi ô Cicero respondet, theologo Lactantio nequaquam inferior Ioannes Oecolampadius, cuius doctrinam ueriorem credito, quàm si ex Tripode prouenerit. ¶ Benefacta male locata.} Vide prouerb. Beneficus trucidator. ¶ Danda igitur.} ἐν τοῦ ἐναντίου docet, inutile in ingratos beneficia conferre. Mimus est, Eum beneficium dando accepisse, qui dederit digno. ¶ Quod quidem.} A testimonijs. ¶ Hostem tenaciorum.} Mimus Publianus est, ingratus unus miseris omnibus nocet. Est autem amplicatio ab effectu. ¶ Lenitatem & uoluptatem.} Lactantius libro sexto capite undecimo. Quid enim dicendum est de ijs qui populari lenitate ducti, uel magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus impendunt, nisi eos dementes ac furiosos, qui præstent id populo quod & ipsi perdant, & nemo eorum quibus præstatur accipiat. ¶ Tum in exigendo.} Sicut libro primo iustitiam esse dixit, primum nemini inferre iniuriam, deinde ab ijs quibus infertur propulsare, si possis. ¶ Contrahenda.} Genus cum suis formis .ut .l. iuris gen. ff. de pactis. Docet autem, utile esse declinato iuris rigore, ad æquitatem se conuertere. ¶ Paulum nonnunquam de suo iure decedere.} Videtur omnino Cicero allusisse ad illum Terentij locum in Adelphis, actus secundi scena secunda. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum lucrum est. SANNIO. Hui. SYRVS. Metuisti, si de tuo iure concessisses paululum, atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, ne non istbuc tibi fœneraret. SANNIO. Ego spem pretio non emo. SYRVS. Nunquam rem facies: abi, nescis homines inescare Sannio. SANNIO. Credo istbuc melius esse. uerum ego nunquam adeo astutus fui, quin quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia. Hactenus Terentius. Cæterum quod ad loquendi modum attinet, lege quæ Budæus annotauit .l. usufructuarius. ff. de usufructu. ¶ Nimirum is est pecuniæ fructus.} Epiphonemate alludit ad τοῦ χρήματος etymologiam. ¶ Recte etiam à Theophrasto.} De hospitalitate Laertius nihil Theophrasti memorat, nisi forte de amicitia, aut philotimia, cum locum pertractauit. De iure hospitali multa egregia annotauit Budæus .l. postlim. ff. de capt. & postlim. & .l. solent. ff. de offic. procon Pontanus de Magnificentia. ¶ Cimonem.} De cuius liberalitate præter Plutarchum, qui non Theophrastum, sed Aristotelem authorem citat, memorat etiam Sabellicus libro tertio Ennead. tertio. ¶ Curiales.} Apud Plutarchum interpres τοὺς δημότας contribules transtulit, quæ uox nonnunquam æqualem, nonnunquam popularem, id est populi partibus deditum significat. Nec desunt qui dicant, Terentio populares eosdem esse, qui Plauto sunt tribules. Licet ipse quoque in Aulularia curiam appellitet eam, quæ Græcis, nisi coniectura fallat, est ἡ φρατρία. Nam si omnino Romanorum Respublica cum Atheniensium (quò Comici ueteris comœdiæ libertatem uitantes respexerunt) conferenda est, tribus Latinorum fuere, quæ Græcorum φυλαὶ. Quarum principes φυλιάρχαι καὶ τριττυάρχαι Græcis, Latinus tribuni. τῶν φυλῶν partes fuere φρατρίαι, uel λόχοι. Romæ curiæ. harum præsides Græci φρατριάρχαι καὶ λοχαγοὶ, quos Plautus loco citato curiæ magistros appellasse uidetur: ubi Euclio loquitur, Nam noster nostræ qui est magister curiæ, diuidere argenti dixit nummos in uiros. Eos forte curiales in Theodosiano codice recte intellexeris, qui Græcis sunt ναυκαρὶ. de quibus Alciatus libro Parerg. secundo, capite uigesimo sexto. Cũ hæc annotarem, inspexi Plutarchum in Romulo, Dionysium Halicar. libro secundo Antiquitatum, Pollucem libro octauo περὶ δημάρχων καὶ τριττυάρχων. Blondum libro tertio Triumphantis Romæ. ¶ Hospitalem fuisse.} Hinc Cratinus Comicus,

κἀγὼ γὰρ ηὔχουν μητρόβιος ὁ γραμματεὺς,
σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ,
καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν πανελλήνων πρώτῳ,
κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐχόμενος
αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν, &c.

IN illo autem.} Natura ipsa, & commune de rebus omnium hominum iudicium nos docet, miseris, & egentibus dandum esse potius, quàm ad maiores opes contendentibus, quiq; non sunt destituti necessarijs facultatibus. Id hic Cicero monet, tractans de altero genere largitatis, laudabili scilicet per sese. Paulo ante enim duo fecit. Deinde præcipit de collocandis beneficijs. Quanquam enim & in accipiendo uidendum est, quis det, nec à quouis, ut in prouerbio iubemur, accipiendum est, sed à solis idoneis, hoc est, candidis, & synceris, non insidiantibus nostræ libertati, aut captantibus maiora beneficia: hic tamen tantum, quibus dari debeat, demonstratur. Docet autem & dignis, & gratis benefaciendum esse, & ea quidem beneficia conferenda, quorum memoria etiam sit uictura apud posteros eorum, qui acceperunt. Talia autem sunt magna, & illustria. Habent enim multos alios homines testes. Quare posteri etiam uelut coguntur grati esse, ne in odium hominum ueniant propter ingratitudinem. Nemo enim etiam ex tenuibus non odit ingratos, propterea, quòd, ut Mimus inquit: ingratus unus omnibus miseris nocet. Nec admodum hæc præcepta pugnant cum Christiana doctrina, præsertim, si, quod Seneca docet, addatur, ingratis, etiam aliquando, & per se indignis dandum esse, aut potius, si tota res diligentius expendatur. Grauis hæc, & digna Philosopho Senecæ uox est. Beneficiorum prima simplex ratio est, tantum erogatur: si reddet aliquid, lucrum est: si non reddet, damnum non est. Ego illud dedi, ut darem. Nemo beneficia in Calendario scribit. Nec dissentiunt hæc ab ijs, quæ in quarto libro eiusdem operis copiose tradit, non esse dandum manifeste ingratis, aut indignis, nisi alia aliqua grauis causa hoc exigat. Quod si reliqua sint paria, non uideo quomodo hæc dissentiant ab ijs, quæ de bonis operibus etiam à Christo ipso tradita sunt, præterquam quòd finis non est prorsus idem. Et ne quidem Deus noster hoc uult, ut quibuslibet largiamur, sine delectu, aut pariter omnibus largiamur uel ad alendam hominum pigritiam, & improbitatem, uel ad negligendos, & sedulos, & bonos, & parum, ut sæpe sunt, felices. Quod necesse est fieri aliquando, nisi ratione quadam, & iudicio demus adhibito. Suaue est, quod Cicero hic addit, in contractibus quoque liberalitatem debere relucere, nec omnia supputanda esse exacta prorsus ratione, & hoc sæpe esse fructuosum. Sicut in Terentio quoque dicitur: Pecuniam interdum negligere, magnum est lucrum. Additum est etiam de hospitalitate, Hæc enim in primis decet homines. Ac notandum est exemplum, quod sequitur de Cimone. & de hac Cimonis liberalitate est apud Athenæum in duodecimo libro.

IN illo autem.} Liberalitatis pars, gratificari largiendo. ¶ In exigendo non acerbum.} Impudentia est flagitare officium.

In altero beneficentiæ genere, quod operis constat, multum ualere iuris prudentiam, longe plurimum eloquentiam.

QVÆ Autem opera, non largitione, beneficia dantur; hæc tum in uniuersam Rempublicam; tum in singulos ciues conferuntur. Nam in iure cauere, consilio iuuare, atq; hoc scientiæ genere prodesse quamplurimis, uehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Itaque cum multa præclara maiorum, tum quòd optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio, atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est. Idq; eo indignius, quòd eo tempore hoc contigit, cum is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile uicisset. Hæc igitur opera grata multis, & ad beneficijs obstringendos homines accommodata. Atque huic arti finitima est dicendi * grauiter facultas, & gratior, & ornatior. Quid enim eloquentia præstabilius, uel admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic quoque ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Diserti igitur hominis, & facile laborantis, quodq; in patrijs est moribus, multorum causas, & non grauate, sed gratuito defendentis, beneficia, & patrocinia late patent. Admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam eam interitum, deplorarem; nisi uererer, ne de meipso aliquid uiderer queri. Sed tamen uidemus, quibus extinctis oratoribus, quàm in paucis spes, * quanto in paucioribus facultas, quàm in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint, ne multi quidem, aut iurisperiti esse, aut diserti: licet tamen opera prodesse multis; beneficia petentem, commendantem iudicibus, aut magistratibus, uigilantem pro re alterius; eos ipsos, qui aut consulunt, aut defendunt, rogantem. Quod qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur, latissimeq; eorum manat industria. Iam illud non sunt admonendi, est enim in promptu; ut animaduertant, cum alios iuuare uelint, ne quos offendant. Sæpe enim aut eos lædunt, quos non debent: aut eos, quos non expedit: si imprudentes, negligentiæ est; si scientes, temeritatis. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos, quos inuitus

Marginal notes: ETVI. — * grauior — * turpis merce… ia e.o.quæ… — * quàm — * mit… mitiga… … ensio,

QVæ autem.} Hæc altera liberalitatis pars, ut materiæ pretio superiorem longe antecellit, ita eundem utilitatis finem præfixũ habet. in quo tamen ô Cicero, non minus turpiter quàm in illo errasti. quia beneficijs nec opes uir cordatus augere conabitur, nec uenabitur ab hominibus gratiã. Virtus.n. si absolutũ quiddã est, & in sese omni bonitatis genere cõsummatum sui finem non forinsecus, sed in suo ipsius gremio quæsitabit, & inueniet abunde. Id uerũ esse tum fatebare, cum diceres consuetudine beneficos ad benefaciendum paratiores exercitatioresq; futuros. quod ego non aliter intelligo, ac si dixisses, fontem beneficentiæ, quæ opera fit, benefaciendo adeo non exhauriri ut etiam eundo uires acquirat. Sed regeres forte, te de medio, non de perfecto officio scribere cõstituisse. ⁋ De iure cauere. Hoc uerbum uariæ significationis apud iurisconsul. est. Hoc loco est hominis iuris prudẽtis, qui consultori suo rationẽ præscribit, formulamq; dictitat pacifcendi aut contrahendi, & monitis consilioq; instruit, ne conditionem deteriorem faciat. Budæus in Annota. posterioribus. Crassus lib 1. de Orat. Quid, inquit, præclarius quàm honoribus & Reipub. muneribus perfunctum senem, suo iure dicere id quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, se esse eũ, unde sibi, si non populi & reges, at omnes sui ciues consilium expetant, suarum rerum incerti: quos ego mea ope ex incertis certos, compotesq; cõsilij dimitto, ut ne res temere tractent turbidas. ⁋ Ante hanc confusionem.} Cũ uidelicet ius populi Romani in principes translatum est. ut est in tit. de Const. principũ. ⁋ Idq; eo indignius.} Affectus ab indignitate rei. Tolerabilius hoc erat in homine indocto, & à iuris scientia alienissimo, quàm ut is qui præ cæteris iuris prudentia pollet, iuris uigorem tollat.

⁋ Huic arti.} Vlpian. enim ius ciuile definit artem æqui boniq; .l.1. ff. de iust. & iure. ⁋ Facile laborantis.} Laborum tolerantissimi, φιλοπόνου. ⁋ Quodq; in patrijs moribus.} Quæ pars est iuris τοῦ ἀγράφου. De his moribus Cic. tũ alibi tũ in Bruto. ⁋ Sed gratuito.} Turpissime igitur faciunt, qui castissimas et libero homine dignissimas facultates turpissime pro seruili mercede prostituunt. Interim obserua, quòd licet eloquentia ueterũ gratuita fuit, tamen si ad utilitatem uitæ omnia cõsilia & facta nostra dirigenda sunt, quid erit tutius quàm eam exercere artẽ, qua semper armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, inuidis uero & inimicis metum & terrorem ultro ferat, ipse securus, & uelut quadam perpetua potẽtia ac potestate munitus. Cuius uis & utilitas rebus propè fluentibus, aliorum præsidio & tutela intelligitur. Sin proprium periculũ irrepat, non hercle lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quàm reo & periclitanti eloquentia præsidium simul & telum, quo propugnare pariter & incessere, uel in iudicio, siue in senatu, siue apud principem possis. Hæc & plura Tacitus de utilitate eloquentiæ, in dialogo de Orat. ⁋ Quibus extinctis oratoribus.} Sulpitio, Q. Catulo, M. Antonio, C. Iulio, Pomponio Censorino, & Murena: quorum interitum in Bruto deplorat. ⁋ Beneficia petentem.} Antiqua Venetiani exemplaris lectio expeditior uidetur, ubi infinitiui plusculum lucis habent, hoc modo: Beneficia petentem commendare iudicibus aut magistratibus, uigilare pro re alterius, eos ipsos qui consulunt, aut defendunt, rogare. ⁋ Iam illud.} Redit pro more ad præcepta iustitiæ, ne quemadmodum illic uno altari spoliato exornemus aliud: ita hoc loco, benefaciemus indigentibus citra cuiusquam alterius fraudem. Vtrinq;

*offendas, quacunque poßis; quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: * cæterisq; operis, & officijs erit, quod uiolatum est, compensandum.*

summa iuris ciuilis æquitas est. Nam ut inofficiosa testamenta irrita habentur, ita etiā lex Aelia eam impedit libertatem, cum fit manumissio in fraudem creditorum .l. in fraudem .l. qui in fraud. ff. qui et ex quibus causis manumittere non licet. ¶ Si imprudentes. } Dilemma. Negligentia, quæ, ut Cicero hic inquit, per imprudentiam committitur, si simpliciter, culpa leuissima est: magna negligentia, culpa: nimia negligētia, id est non intelligere quod omnes intelligunt, lata culpa .l. cedere. §. lata. l. mag. negligentia. ff. de uerb. sig. Cæterum temeritate maxime accusatores lædere solent: quæ tribus modis detegitur. aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur: author Martianus .l. 1. ff. ad S. C. Turpilianum. Inconsidtæ temeritatis exempla sunt apud Valerium libro nono capite octauo.

Quæ autem opera. } Altera pars liberalitatis erat opera, seu labore, hoc est agendo, non dando, quod manu prebenditur, & accipitur, quæ est altera pars, & nunc exposita, prodesse. Ea tractatur in hoc loco. Fit autem hoc uarie, ut consulendo, defendendo, commendando non modo iudicibus, & magistratibus, quando ipse non posis pro eis in iudicio dicere, sed alijs quoque, ut dent uel res uel operam, cogitando, & uigilando pro aliorum salute & utilitate, excusando se offensis, & sarciendo aut omissum commodum, aut datum damnum. Atque hæc ab ipso Cicerone clare sunt explicata.

* cæterisq;

ERAS. Latissime manat. } Dixit Cicero, sicut latissime patet, latissime spargitur.

MELAN. Quæ autem opera. } Pars liberalitatis opera gratificari, & docendo, ubi, Quid enim eloquentia laudabilius? ¶ Admonebat me res, &c. } Deplorat Reipublicæ calamitatem.

Operam apud tenues, & bonos rectius, quàm apud locupletes collocari: [illegible] in re præstandam esse.

*Sed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat; dictu quidem est procliue, itaq; uulgo loquuntur, * se in beneficijs collocandis mores hominum, non fortunam sequi. Honesta oratio est: sed quis est tandem, qui inopis, & optimi uiri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati, & potentis? A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore uidetur, in eum ferè est uoluntas nostra propensior. Sed animaduertendum est diligentius, quæ natura rerum sit. Nimirum enim inops ille, si bonus est uir, etiam si referre gratia non potest, habere certe potest. Commode autem, quicunque dixit, Pecuniam qui habeat, non reddidisse; & qui reddiderit, * nō iam habere: gratiam autē & qui * retulerit, habere: & qui habeat, retulisse. At qui se locupletes, honoratos, & beatos putant; hi ne obligari quidem beneficio uolunt: quin etiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi, quamuis aliquid magnū, * acceperint: atq; etiam a se aut postulari, aut expectari aliquid suspicantur: patrocinio uero se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant. At uero ille tenuis, cum quicquid factum sit, se spectatum, non fortunam putat; non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, à quibus expectat, eget enim multis; gratum se uideri studet. Neq; * uero uerbis auget suum munus, si quo forte fungitur; sed etiam extenuat. Videndumq; illud * est; quòd si opulentum, fortunatumq; defenderis, in illo uno, aut forte in li-*

* sese

* non b.

* reddiderit.

* æque

* enim

* idem, q.

AMERB.

BETVL. Sed cum. } Quæ hoc capite Cicero docet, ad catholicam doctrinam propius accedunt, nempe beneficia in pauperes rectius conferri, quàm in locupletes, quibus paria faciendi & facultas & animus est. Vtitur. n. author noster in hac quoque re contentione demonstratiua, dum pauperem cum fortunato in accipiēdis beneficijs confert. In argumentum faciunt, quod iureconsultis hæc proprie donatio dicitur, quando aliquis ea dat mente, ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Cæterum donatio sub conditione uocatur ea, quæ in eum finem fit, ut uel aliquid sequatur, uel hoc ipsum ad se reuerti uolet. Et quia donatio causa mortis ab hoc scopo aberrat, ne ipsa quidem donationis nomen simpliciter meretur. author. Iulian. lib. 2. ff. de donationibus. ¶ Honesta oratio est. } Concessio ironica, prouerbiali figura non caret. Vtuntur authores, quando sub honesti prætextu quiddam aliud quæritur. Huius generis est illa Simonis apud Terentium occupatio, Diceret, quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? Quæ sese uoluit in ignem inijcere, prohibui. seruaui. Honesta oratio est. ¶ Quæ rerum natura. } Hoc est, uidendum est, non quid fiat prauo hominum iudicio, sed quid remotis affectibus sana mens fieri præcipiat. ¶ Commode autem. } Antonius Iulianus super simili loco Ciceroni litem facit apud Gellium libro. 1. cap. 4. ubi de hac re plura. Adde quæ Valla annotauit lib. 5. cap 41. ¶ Hi ne obligari quidem. } Fit enim deterior, ut supra Cicero dixit, qui beneficia accipit. quia, ut Mimus Publianus, inquit, Beneficium accipere, est libertatem uendere. Atque rursus alius Mimus ait, Beneficium dignis ubi das, omnes obligas. Vnde contra Paulum iurisconsultum colligo, ex donationibus nasci obligationē. licet ingrato, secundum Senecæ concessionem, dies non dicitur, maxime quia huic assertioni accedit ipsorum quoq; iureconsultorum astipulatio, qui primum concedunt, ex peccato nasci obligationem: & deinde concedunt ijdem, ingratitudinem summum esse delictum. Quid ergo relinquitur aliud, quàm eum qui ab aliquo beneficium accepit, iam suo benefactori esse obligatum: & licet gratiam referat, beneficium tamen non nisi per acceptilationem et imaginariā quandam solutionem compensauit. ¶ Themistocles. } Hoc idem refertur à Valerio Maximo lib. 5. cap. de Sapienter dictis & fa-

beris eius manet gratia: sin autem inopem; probum tamen, & modestum, omnes non improbi humiles, quæ magna in populo multitudo est; præsidium sibi paratum uident. Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficiũ collocari puto. *Danda tamen omnino opera est, ut omni generi satisfacere possimus. Sed si res in contentionem ueniet, nimirum Themistocles est author adhibendus: qui, cum consuleretur, utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret; Ego, inquit, malo uirum, qui pecunia egeat; quàm pecuniam, quæ uiro. Sed corrupti mores, deprauatiq; sunt admiratione diuitiarum: quarum magnitudo quid ad unũquenq; nostrum pertinet? Illũ fortasse adiuuat, qui habet: ne id quidem semper. Sed fac iuuare; potentior sane sit, honestior uero quomodo? Quòd si etiã bonus erit uir; ne impediant diuitiæ, quo minus iuuetur; modo ne adiuuent: sitq; omne iudicium, non quàm locuples sed qualis quisq; sit. Extremum autem præceptum in beneficijs, operaq; danda est, nequid contra æquitatem contendas, nequid * pro iniuria. Fundamentum enim perpetuæ commendationis, & famæ, est iustitia: sine qua nihil potest esse laudabile.

*dandа o.

* per iniuriam.

ctis. Plutarchus in hoc uariat, quod non ab aliquo consultum, sed suæ unicæ filiæ petitoribus respondisse ait. uerba propter pueros adscribam: τῶν δὲ μνωμένων αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προκρίνας ἔφη, ζητεῖν ἄνδρα χρημάτων δεόμενον μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός. ‹Sed fac.› Concessio, ut firmiora sequẽtia fiãt. ‹Extremum.› Rursus more suo iustitiæ præcepto uela colligit. ‹Sine qua.› Quia iustitia in sese uirtutes complectitur omnes.

Con[t]ectiones, [...] est, consul[...] tionem, & collocationem.

Themistoclis apophthegma.

AMERB. SEd cũ in hominibus.} Hoc etiam præceptum est necessarium. Quanquam enim plerunq; dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus, ut ait Martialis, tamen diuersum esse faciendum sentiunt omnes, in quibus uel scintilla est probitatis, & hoc duce natura. Docti etiam ratione hoc possunt scire. Nam liberalitas est uirtus, & uirtus in medio uersatur: medium autem est, uel æqualitas quædam dare ei, qui indiget, non ei, qui habet antea: ergo non habenti magis est dandum, quàm habenti. Et hoc quidem, quod pertinet ad rerum dationem. De operis, seu actionibus, idem considerandum est, ita tamen, ut opes non habeant aliquid ponderis præ probitate, aut potius præ necessitate, & indigentia, ubi par fuerit probitas, & nihil aliud grauius obstiterit. Tali comparatione usus est hic Cicero. Quod autem addidit, locupletes non accipere beneficia nomine beneficiorũ, causa est, quòd, ut docet Mimus, Beneficium accipere, libertatem uendere est. Habet hæc comparatio beneficiorum, quæ in pauperes & diuites conferuntur, conclusionem, & amplificationem conclusionis, per insigne quoddam Apophthegma Themistoclis, quod est in uita quoque eius apud Plutarchum. Obseruari etiam debet in hoc loco alterum Apophthegma, de habenda & referenda pecunia & gratia. Est enim lepidum & urbanum, cum propter commutationem uocum, tum propter ambiguitatem, quæ naturæ sermonis inuoluta est. Gellius in IIII. capite primi libri similem ex oratione pro Plancio locum citat, cum arguta expositione cuiusdam Rhetoris.

Turpi in [...] [...] danda opera.

ERAS. GRatiam autem & qui reddiderit.} In locum huic affinem argutatur Aulus Gellius libri primi capite quarto. Is ibi citatur ex oratione M. Tulij pro Plancio. ‹Gratum se uideri studet.} Vetusto more dixit, cum usitatius sit, qui gratus uideri studet.

MELAN SED Cum in hominibus.} Docet quibus sit gratificandum. ‹Commode autem, quicunque dixit, &c.} Extat & pro Plancio. Gellius uidetur præter rem calumniari hanc sententiam.

Liberalitas in vniuersam multitudinem modice exercenda, exactiones non nisi in iusta necessitudine.

SEd quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad singulos spectant: deinceps de iis, quæ ad uniuersos, quæq; ad Rempu. pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad uniuersos ciues pertineant; partim singulos ut attingant, quæ sunt etiam gratiora. Danda est opera omnino, si possit, utrisque, nec minus, ut etiam singulis consulatur: sed ita, ut ea res aut prosit, aut certe ne obsit Reipu. * C. Hely, & P. Gracchi frumentaria magna largitio fuit; exhauriebat igitur ærarium: modica M. Octauij, & Reipublicæ tolerabilis, & plebi necessaria; ergo & ciuibus, & Reipublicæ salu-

* C. Gracchi

BETVL. SEd quoniam.} Paradoxon, quod sequenti capite tractabitur, uideri potest. Quia ferè perit quod multis fit, & plurima ingratæ patriæ exempla in historijs memorantur. Adde quod nemo prophetes gratus patriæ. Vnde ergo utilitas? ‹Danda.} Propositio respicit ad superius præceptum, ne obsit largitio. ‹C. Hely.} A contrario exemplo. Sp. Melium ego intelligo, quem rebus nouis studentem Seruilius Hala interfecit, Liu. ab V.C. 4. Plutarch. in Bruto, Valer. lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap. 3. Flor. lib. 3. cap. ult. Meminit Cicero pro Domo sua, & in Catil. ‹Et P. Gracchi.} Trib. & C. de quorum legibus alibi. Porro Cice. hic historicis magnã

‹Sed magnã inferre lucem recte creditur, ut qui ostendat actionis caput, quo M. Octauius Trib. plebis contra Gracchi conatus usus est. ‹In primis.} Secundũ præceptum, largitionem nõ esse oportere occasionem seditionis. ‹Vt suum quis teneat.} Contra Rempub. Platonicam, aut Catabaptisticam. ‹Pub. diminutio fiat.} Per exactionem. fieri siquidem non potest, ut perditis partibus totum saluũ sit. ‹Philippus.} Putant oratorem esse Crasso et Antonio proximum, cui Cicero libertatem in dicendo tribuit, & in altercando facetias cum aculeo et maledicto. ‹Antiquari.} aboleri obliterari. & ferè de sanctionibus utuntur hoc uerbo authores.

Liuius

*taris. In primis autem uidendum erit ei, qui Rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis priuatorum publice diminutio fiat. Perniciose enim Philippus in tribunatu; cum legem Agrariam ferret, quam tamen * antiquari facile passus est; & in eo uehementer se moderatum praebuit: sed cum in agendo multa populariter, tum illud * male dixit; non esse in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent. Capitalis oratio, & ad aequationem bonorum pertinens: qua peste quae potest esse maior? Hanc enim ob causam maxime, ut sua tuerentur, Respublica ciuitatesq; constitutae sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen spe custodiae rerum suarum, urbium praesidia quaerebant. Danda etiam opera est; ne, quod apud maiores nostros saepe fiebat; propter aerary tenuitatem, assiduitatemq; bellorum tributum sit conferendum. Idq; ne eueniat, multo ante erit prouidendum. Sin qua necessitas huius muneris alicui Reipublicae obuenerit (malo enim alteri, quàm nostrae * ominari: neque tantum de nostra, sed de omni Repub. disputo) danda erit opera, ut omnes intelligant, si salui esse uelint; necessitati esse parendum. Atq; etiam omnes qui Rempublicam gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quae sunt necessariae. Quarum qualis comparatio fieri soleat, & debeat, non est necesse disputare: est enim in promptu *: tantum locus attingendus fuit.*

Ant quari, est, tolli, & rogari.

* male, gn.

Ominari, id est, nominando caulis, malum omē adferre.

* tamen

Liuius: Profertur tempus ferundae legis, quam si subiecta inuidiae esset, antiquari apparebat. Cice. tertio de Legibus: Vos item ideo legem antiquastis sine tabula. Ad Att. Et populum, ut rogationem antiquaret, rogabant. Alioqui Festo significat, in morem pristinum reducere. ⸢Duo millia.⸣ Nam seditionem spirat, ex Platonis doctrina profluēs. is enim aeque perniciosum Reipublicae censet, uehementer in ciuitate diuites esse, & extrema paupertate laborantes. ⸢Qui rem haberent.⸣ Rem cum aliquo habere, est negotium aut commercium habere. inde rei uenereae obscoenitas hac honestatis locutione obtegitur. Terentius: Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hospite, alij huc: Sed sine ablatiuo, pro possessione plerunque usurpatur: ut apud Terentium, ad rem attentiorem esse, & rem facere. & apud Ciceronem, rem augere. ⸢Capitalis oratio.⸣ Propter quam perduellionis reum peragere aliquem, hoc est capitis anquirere, uel capitis litem intendere, uel capitalem diem dicere alicui liceat. Nam authore Vlpiano, publicorum iudiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus poena, mors, aut exilium est, hoc est aquae & ignis interdictio, per has enim poenas eximitur caput de ciuitate. Nam caetera non exilia, sed relegationes propriae dicuntur. tunc enim & ciuitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria. aut in corpus aliqua coertio poena est .l.2.ff. de publicis iudicijs,. Et capitale facinus, quod capitis poena plectitur. Quidam capitalem orationem interpretantur, ut capitale odium, capitalem hostem, capitalem aduersarium, id est perniciosum. ⸢Ad aequationem bonorum.⸣ ὁμαλότητα τῶν κτήσεων καὶ οὐσιῶν in Polit. Aristot. uocat. & ὁμαλίζειν τὰς κτήσεις, Bud. in Comment. ⸢Hanc enim ob causam⸣ Argumentum à causa finali. Vnde etiam Aristotelis definitio nascitur. qui Polit. 2. definit, πόλιν τὴν πάσης ἔχουσαν πέρας τῆς αὐταρκείας, γινομένην τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσαν δὲ εὖ ζῆν, Plato de Repub. 2. ποιήσει δὲ πόλιν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἡμετέρα χρεία. ⸢Nam & si duce natura.⸣ Nam Aristoteles ibidem ex eodem fundamento probat, ciuitatem propter primas societates natura esse. ⸢Propter aerarij tenuitatem.⸣ Classis tributo reparata, qua Luctatius consul in Siciliam traiecit. Caeterum de tributo, lege Blondum libro quinto Triumphantis Romae. ⸢Sin qua necessitas.⸣ Acerrimum illud telum. ⸢Quae sunt ad uictum necessariae.⸣ Quas Cicero hoc loco res necessarias appellat, eaedem sunt, quas Plato eo quem iam citauimus loco χρείας nominauit. facitq; tres, primam & praecipuam τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν τοῦ εἶναί τε καὶ ζῆν ἕνεκα, alteram τῆς οἰκήσεως, tertiam ἐσθῆτος καὶ τοιούτων.

AMERB.

SED Quoniam de eo genere. ⸢Haec annectuntur praecedentibus per transitionem. Incipit autem disserere de istis beneficijs, quae publice in multos, aut in totam Rempublicam conferuntur. Hoc fit dupliciter, aut simul, aut separatim, seu, ut Grammatici loquuntur, aut collectiue, aut distributiue. Nam uniuersi omnes simul significant, singuli uero non simul omnes, sed per quandam diuisionem, siue enumerationem, & respectum omnium partium. atque hoc quidem in posteriore diuisione. Sunt enim duae in principio statim, & in priore hac uoce, non certae multitudinis, aut totius omnes partes, sed quaelibet in quolibet numero significantur. Id quod eum obscuret sententiam propter uel absurditatem, quae uidetur inesse orationi, quanquam non inest, uel ambiguitatem, obseruandum est. Ac propterea Cicero in posteriore usus est uerbo attingat. Nam illud genus publici beneficij, quod in singulos collocatur, alij post alium, uelut numeratur specialiter, & diuisis partibus, omnibus tamen: cuius generis puto esse uisceratio-nem, epulas, distributionem frumentariam. Contra quod in uniuersos confertur, non diuiditur, sed totum omnibus simul datur, ut est pax, templa, portus, & alia supra recitata. Est in posteriore diuisione constructio quoque aduerbij Partim cum genitiuo Eorum notanda, Similes sunt cum alijs in Ciceronis libris, tum in secundo & tertio libro de Oratore. Post exempla. quae huic parti sunt addita, sequuntur duo praecepta ualde utilia in Rebuspublicis, nec habent opus explicatione. Vtitur hic Cicero Philippi exemplo, quem puto eum esse, cui Lucio cognomen fuit, & fuit tum legatus Syllae, tum Consul, & uehemens aduersarius Senatus, de quo est apud Ciceronem in prologis primi & secundi librorum de Oratore, & LXXXVI. Epitome Flori.

ERAS.

QVI Rem haberent.⸣ Dixit absolute, pro diuitem esse: secus autem cum dicimus, rem habet cum illo.

MELAN

SED Quoniam.⸣ De publicis agit largitionibus, quae perniciosae sunt reb. pub. ⸢Helij.⸣ Alias, Sp. Melij & C. Gracchi. M. Octauius Gracchi aduersarius fuit.

Ad gratiam multitudinis comparandam maxime ualere abstinentiam, contraq; ex inuasione alieni summam existere perniciem.

*Caput autem est in omni procuratione negotij, & muneris publici, ut auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Vtinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset; & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non essem passus diutius eos imperare. * Nec illi quidē multa secula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc Rempublicam inuasit. Itaq; facile patior tunc potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit roboris. Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis à L. Pisone lata est lex, nulla antea cum fuisset. At uero postea tot leges, & proximæ quæque duriores; tot rei, tot damnati; tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum; tanta sublatis legibus, & iudicijs expilatio, direptioq; sociorum; ut imbecillitate aliorum, non nostra uirtute ualeamus. Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens. Quid ni * laudet? Sed in illo alia maiora. Laus enim abstinentiæ nō hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus: tantum in ærarium pecuniæ inuexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum: at hic nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior Carthagine euersa. Quid, qui eius collega in censura fuit, Lucius Mummius? nunquid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiā ornare, quàm domum suam, maluit. Quanquam Italia ornata, domus ipsa mihi uidetur ornatior. Nullum igitur uitium tetrius, ut eò unde egressa est, referat se oratio; quàm auaritia, præsertim in principibus, & Rempublicam gubernantibus. Habere enim quæstui Rempublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. Itaque, quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia esse perituram; * id uidetur non solum Lacedæmonijs, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Nulla autem re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij, qui Reipub. præsunt, quàm abstinentia, & continentia. Qui uero populares esse uolunt; ob eamq; causam aut agrariam rem tentant, ut possessores suis sedibus*

CAPVT.} Scopus huius capitis est, auaritiam omnibus, maxime magistratui inutilem esse, licet utilis in speciem uideatur; sed quia famæ, felicitatis humanæ consummationi, pessime consulit, res omniū maxime pestifera. ¶ Caput.} Vt alibi de Orato. caput oratoris. Vel, ut caput causæ, id est cardo, uel caput legis, id est summa. Græcis etiam κεφάλαιον. ¶ Procuratio.} Si procurator est alieni iuris uicarius, ut Cice. pro Quintio definit: relinquitur, ut procuratio sit alieni iuris uicaria administratio. ¶ C. Pontius Samnis.} Hostium testimonio patriū exemplū splendidius redditur. Fuit autem C. Pontius, teste Liuio, Herennij uiri longe prudētissimi filius, Samnitium aduersus Romanos tum imperator, cū turpissimas Caudinæ pacis conditiones acceperunt. à quibus tandem & ipse sub iugum ad Luceriam missus, Anno CCCCXXXIII. Liuius lib. nono primæ Decad. Non est huius loci dicere, quàm Fabricius & Curius Samnitiū auro inexpugnabiles fuerunt. Sunt qui hoc ad Pontium Telesinum referant, Romano nomini infestissimum, qui Carbone ac Mario consulibus hoc est, anno DCLXXII. cum Sylla congressus interijt. de quo Velleius Paterculus uolumine posteriore. ¶ Nondum C. & X.} Non male congruit, si L. Martio Censorino & M. Manlio Coss. lata est. ¶ A' Lucio Pisone.} Cognomento Frugi, Tribuno plebis. Appellata hæc lex est socialis, ut ipse Cicero inquit in. 3. Verrina. Ciuibus, inquit ipse in Diuinatione, cum sunt pecuniæ ereptæ, ciuili ferè actione & priuato iure repetuntur. Hæc lex socialis est hoc ius nationum exterarum est, hanc habent arcem. Sed longe ante etiam Africanus maior à Petilio Trib. pleb. repetundarū accusatus legitur. deinceps plures. Censorinus Syllam repetundarum postulauit, sed ab accusatione destitit: Plutarchus. M. Aquilius de pecunijs repetundis reus. defendente Antonio, absolutus est. M. Aemilius Scaurus repetundarum reus absolutus, apud Valerium libro octauo. Sunt qui legis repetundarum Manlium Acilium Glabrionem authorem faciunt. Lex Iulia repetundarum apud iureconsultos est, libro ff 48. titu. undecimo ubi consulendus est D. Budeus. ¶ Tantum Italicū bellum.} Sociale hoc bellum scriptores nominant. sic Florus extenuandæ inuidiæ gratia se uocare testatur, cū intestinum rectius appelletur. Cœpit anno DCLXIII. Sex. Iul. Cæs. & L. Martio Philippo Coss uel secundum Soliniū DCLXII. Causa belli potissima lex iudiciaria fuit. Equites lege Gracchi diu sine infamia, ut Ascanius testatur, iudicarāt: sed iudicia senatus tanquam seuerius exercerentur, Sylla authore ad se transtulit, postea Liuius Drusus Trib. pleb. populos Italicos spe ciuitatis sollicitans, legibus agrarijs & frumentarijs iudicialem adiecit, ut æqua parte iudicia penes senatum & equestrē ordinē essent, quibus postea Cotta tribunos quoq; ærarij addidit. Sed Italici populi cū spe ciuitatis excidissent, ad defectionem cœperunt inclinari. Et hæc socialis belli seminaria extiterunt. Scribunt hoc belliū ex professo Appianus lib. 1. Abbreuiator Epit. 71. Flor. lib. 3. cap. 18. Eutrop. lib. 5. cap. 2. Oros. libro quinto cap. 18. Sabellicus libro secūdo Ennead. sexto. Freculph. Tom. 1. libro sexto capite duodecimo. Meminerunt Plutarchus aliquoties. ut in Sylla, Sertorio. &c. Plinius de Viris illustribus, in Metello Pio, et in Sylla. Valerius lib. 8. cap. 6. de Q. Vario Trib. Plinius Naturalis historiæ lib. 33. cap. 1. originem socialis belli scribit, ex inimicitia Cepionis & Drusi, ex annulo in auctione uenali. Meminit etiam Aurelius Augustinus in-

ter

...ETVL.

* ne

...ro maritia ...d Roma. de... ...migrauit.

...laudetur?

...cipio Aemi... ...anus, qui A... ...ricanus mi... ...or.

Oraculi Spar... æ redditum, φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.

* is

*pellantur; aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant; ij labefactant fundamenta Reipub. concordiam primum, quæ esse non potest, cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ: deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuiq; non licet. Id enim est proprium, ut supra dixi, ciuitatis, atque urbis, ut sit libera, & non solicita suæ rei cuiusq; custodia. Atq; in hac pernicie Reipublicæ ne illam quidem consequuntur, quam putant gratiam. Nam cui res erepta * est, est inimicus; cui data est, etiam dissimulat se accipere uoluisse; & maxime in pecunijs creditis occultat suum gaudium, ne uideatur non fuisse soluendo. At uero ille qui accipit iniuriam, & meminit, & præ se fert dolorem suum: nec si plures sunt ij, quibus improbe datum est, quàm illi, quibus iniuste ademptum est; idcirco plus etiam ualent. non enim numero hæc iudicantur, sed pondere. Qam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam seculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat; qui autem habuit, amittat? * Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt; Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt. Ex * eoq; tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, ut & tyranni existerent, & optimates exterminarentur, & præclarissime constituta Respublica dilaberetur. Nec uero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertit contagionibus malorum, quæ à Lacedæmonijs profectæ manarunt latius. Quid nostros Gracchos Tyberij Gracchi summi uiri filios, Africani nepotes? non'ne agrariæ contentiones perdiderunt? At uero Aratus Sicyonius iure laudatur; qui cum eius ciuitas quinquaginta annos à tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus: cumq; tyrannum * Nicoclem improuiso oppressisset; sexcentos exules, qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, restituit; Remq; publicam aduentu suo liberauit. Sed cum magnam animaduerteret in bonis, & possessionibus difficultatem; quòd & eos, quos ipse restituerat, quorum bona alij possederant, egere iniquissimum arbitrabatur; & quinquaginta annorum possessiones mouere non nimis æquum putabat; propterea quòd tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur: sine iniuria, iudicauit neque illis adimi, neq; his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexan-*

* est, inim.

* at

* quo t.

Cŏdonantur remittuntur.

Quæ calamitates ex iniustis largitionibus.

* Methodeum.

Historia extat apud Polybium.

ter grauiores Romanorũ calamitates lib. 3. cap. 17. atq; rursus cap. 26. eiusdem lib. ubi exemplis docet, Concordiæ templum seditiones superioribus grauiores ferè fuisse sequutas. ⸢Africanũ.⸣ Huius continentia in eo commendatur, quòd uictor eximiæ formæ uirginem captã parenti & sponso intemeratã restituit, adiecto doti redemptionis pretio. Cæterũ à Petilio repetundarum accusatus, & cum Antiochensis pecuniæ ratio ab eo in curia reposceretur, discerpto dati acceptiq; libro: Non reddo, inquit, P. C. ærario nostro HS quadragies rationem alieni imperij minister, quod meo ductu, meisq; auspicijs bis millies HS uberius feci. Neque enim adhuc puto eo malignitatis uentum, ut de mea innocentia quærendum sit. Nam cum Africam totã potestati nostræ subiecerim, nihil ex ea quod meum dicerem, præter cognomen retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ auarum reddiderunt, sed uterq; nostrũ inuidia magis quàm pecunia locupletior est. Hæc Valerius lib. 3 cap. 7. ⸢Gaza.⸣ Peregrina uoce in loco utitur, sicut iam etiam supra Valerius Asiaticas gazas dixit. Persæ enim, teste Curtio, regiam pecuniam gazam uocant. Verg. pro omni pretiosa supellectile sumpsisse uidetur, Troia gaza per undas. ⸢Potitus est Pau.⸣ Historia est apud Liuium libro. 5. Decad. 5. Plutarchũ in eius uita, & Apophthegmatib. Velleium Paterculum uolumine priore. Valer. lib. 4. cap. de Continẽtia. Appia. in Mithridatico. Sabell. lib 8. Ennead. 5. Plin. de Viris illust. cap. 58. Oros. lib. 4. cap. 20. Eutrop. lib. 4. cap. 3. Iust. lib 33. Flor. lib. 2. cap. 12. ⸢Tantum in ærariũ.⸣ Bis mille cẽties H-S authore Paterc. uel secũdũ Liu. H-S millies ducenties. hoc est D. milliones aureorum coronatorũ. Millio autẽ est millies mille. ⸢Finẽ attulerit tributorũ.⸣ Vsq; ad Hircij & Pansæ consulatum. hoc est ad C X X V. annum. ⸢Nihil in domum suam tulit.⸣ Id est, penates suos nulla ex parte locupletiores fecit: Valerius. ⸢Præter memoriam.⸣ Præclare secum actum existimans, quod ex illa uictoria alij pecuniam, ipse gloriã occupasset: Valerius. ⸢Imitatus patrem.⸣ Genitorem. Adoptiuus enim Scipio ualetudinarius fuit. ⸢Africanus.⸣ Qui nihil in uita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, ac sensit Patercu. ⸢Nihil locupletior Carth.⸣ Nam cum post duos inclytos cõsulatus, totidemq; suæ præcipuæ gloriæ triumphos, septem seruis sequentibus officio legationis functus est. Et puto Carthaginis ac Numantiæ spolijs comparare plures potuerat, nisi operũ suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaq; cum per socios & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, sed uictoriæ numerabãtur: nec quantũ auri & argenti, sed quantũ amplitudinis pondus secum ferret, æstimabatur. Continentia uero etiam uniuersis plebis animis sæpenumero cognita est. Valerius. ⸢L. Mummius.⸣ Quo nemo quisquã ex nouis hominibus prior cognomen uirtute partum uindicauit. Achaici enim deuictæ à se gẽtis nomine, honoratus fuit: Paterculus. Cæterum de bello Achaico, primo libro dictum est. ⸢Italiam ornare.⸣ Se enim abstinentissimũ uirum egit. (ut Liuij abbreuiator testatur) nec quicquã ex ijs opibus ornamentisq; quæ prædiues Corinthus habuit, in domũ eius peruenit. Signa nãq; ærea, marmoreaq; & tabulas pictas, quibus Corinthũ spoliauit, in triũpho tulit, totamq; ijs Italiam repleuit. tam rudis ingenio fuit, ut hoc quoq; ex Paterculo addã, ut cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, nouas

driam se proficisci uelle dixit, remq; integram ad reditum suũ iussit esse, isq; celeriter ad Ptolemæum suũ hospitem uenit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditã: *cui cũ exposuisset patriam se liberare uelle, causamq; docuisset; à rege opulento uir summus facile impetrauit, ut grandi pecunia adiuuaretur. quã cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consiliũ quindecim principes: cum quibus causas cognouit, & eorũ, qui aliena detinebant, & eorũ, qui sua amiserãt: *perfecitq; æstimãdis possessionibus, ut persuaderet alijs, ut pecuniam accipere mallent, & possessionibus cederẽt; alijs, ut commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Ita perfectũ est, ut omnes constituta cõcordia sine querela discederent. O uirum magnum, dignumq; qui in nostra Repu. natus esset. Sic par est agere cum ciuibus, non, ut bis iam uidimus; hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subijcere *præconis. At ille Græcus, id quod fuit sapiẽtis, & præstantis uiri, omnibus cõsulendum putauit. Eaq; est summa ratio, & sapiẽtia boni ciuis, cõmoda ciuium defendere, non diuellere, atq; omnes æquitate eadẽ continere. *Habitẽt gratis in alieno. Quid ita? Vt cũ ego emerim, ædificarim, tuear, impendã, tu me inuito fruare meo? Quid est aliud quàm alijs sua eripere alijs dare aliena? Tabulæ uero nouæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem, ne sit æs alienum, quod Reipu. noceat; prouidendum est: quod multis rationibus caueri potest, si hoc nõ fuerit, ut locupletes suũ perdant, debitores lucrentur alienũ. Nec enim ulla res uehementius Rempu. continet, quàm fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerũ creditarũ. Nunquam enim uehementius actũ est, quàm me consule, ne solueretur. Armis, & castris tẽtata res est ab omni genere hominũ, & ordine: quibus ita restiti, ut hoc tantum malum de Repu. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit; nec melius, nec facilius dissolutum est. fraudandi enim spe sublata, soluẽdi necessitas consecuta est. At uero hic noster uictor, nunc quidẽ uictus, quę cogitarat, cũ ipsius intererat; tum ea perfecit, cũ eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum cum delectaret peccare, etiã si causa non esset. Ab hoc igitur genere largitionis, ut alijs detur, alijs auferatur; aberunt ij, qui Remp. tuebuntur: in primisq; operam dabunt, ut iuris, & iudiciorũ æquitate suum quisq; teneat; & neq, tenuiores propter im-

* qui

* præfe- cisq;

* præconis.

* habitent

* nisi a.

Cæsar acilior [illegible]

eos redituros ⟦Quanquã Ita lia.⟧ Occupatio à toto ad partem. ⟦Habere enim quæstui.⟧ Hoc est, ex Reipublicæ muneribus quæstũ facere. Verr. 5. Qui non intelligat istum sibi quæstui prædæq; habuisse, bona, fortunas, possessiones aratorũ. Plautus in Penulo: Isthic est thesaurus stultis in lingua situs. Vt quæstui habeant male loqui melioribus. ⟦Non modo turpe.⟧ Obserua manifestam differentiam. Turpe, id est sordidum, idq; priuatim: sceleratum, id est facinus publice contra ius in Rempublicã admissum. Leuius illud, hoc atrocius ⟦Apollo Pythius.⟧ πύθων locus est Delphis, ubi oracula edebat Apollo Pythius. à Pythone tamẽ serpente nomen habet & locus & Apollo. Macrobius. ἀπόλλων πύθιος ὀυχὶ ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id est, non à consultatione occultorũ dictus à physicis existimatur, sed ἀπὸ τοῦ πύθειν, id est σήπειν, quod nunquã sine ui caloris efficitur. Vide præterea quæ Erasmus annotauit in Prouerb. Ex tripode, & Picus in hymnum Christi. ⟦Spartam nulla.⟧ Argumẽtum à iudicato. Huius oraculi mentio fit apud Plutarchũ, ubi dum Lysander, Mandroclides & Agesilaus bonorum æquationem et legem agrariam suadent, in argumentum tum hoc oraculum, tum alia uatum responsa trahunt. Atque mihi pulchra gradatione multa populariter contra Lacedæmoniorum auaritiam dicuntur, qua eos maxime illaudatos factos esse testatur Isocrates in Philip. ⟦Nulla autem.⟧ Alterius partis propositio, per antithesin. ⟦Deinde æquitatem⟧ Occupatio respondet per inuersionem à definitione. Est enim iustitia, suum cuique tribuens. ⟦Atque in hac.⟧ Ab effectu non modo inutilem, sed etiam perniciosam illam popularitatem esse statuit. ⟦Occultat suum gaudium.⟧ In sinu gaudet. ⟦Ne uideatur non esse

soluendo.⟧ Et hæc est hodie usitatissima circumueniendi ratio ut obærati cultus splendorem in fraudem creditorum simulãtes, hominum de se opinioni offundant. ⟦Lysandrum.⟧ Vtriusque uita extat apud Plutarchum: sed ibi fauetur ipsorum partibus, ut quorum institutum fuerit, leges Lycurgi iam collapsas restituere. licet hunc & Cleomenem cum Gracchis, illum cum Sylla, pestiferis hominibus, conferat. Vixerunt circa Olympiadem XXIX. Nota obiter, quòd apud alios authores, tum Græcos, tum etiam Latinos, Agis sine aspiratione legitur. Itẽ quod Cicero græca declinatione est usus. ὁ ἄγις τοῦ ἄγιδος τῷ ἄγιδι, τον ἄγιν. Latini frequentius Agidem. sed quia grauitonum est, flectere in accusatore τὸν ἄγιδα. ut τὸν πάριδα potes. ⟦Et optimates.⟧ Tyranni nomen καταχρηστικῶς usurpat, ἀντὶ τῶν ὀλιγάρχων, qui τοῖς ἀρίστοις (sit enim Respu. Laconica ἀριστοκρατεία) recte opponuntur. Quin Respu. nomen generale hoc loco est. De Gracchis alibi. ⟦Sicyon.⟧ Rhion. Corinthiacus sinus Melæ appellatur, propter Rhion promontorium Drepano oppositum. illinc Metolorum littus, hinc Peloponnesiacum, in quo Sicyon, olim officinarum omnium metallorum patria: Plinius. Vide tabulam Europæ decimam ⟦A' tyrannis.⟧ Abãtida Pasei filio, deinde Paseo patre, postremo etiã Nicocle, qui Methodeus hic in multis editionibus nominatur. ⟦Improuiso oppressisset.⟧ sine ciuili sanguine. Nam capta urbe, incẽdio tyranni domui illato, Nicocles per cuniculos euasit. ⟦Sexcentos exules.⟧ A' Nicocle numero octoginta, à superioribus haud pauciores quingẽtis. Plutarchus. ⟦Profectus Argis.⟧ Quo, interfecto ab Abantida patre Clinia, amicis, domesticisq; paternis partim interemptis, partim electis, septem annos

becillitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua vel * tuenda, vel recuperanda obsit inuidia: præterea quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, Rempub. augeant imperio, agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominum sunt; hæc apud maiores nostros factitata. Hæc genera officiorum qui persequuntur, cum summa vtilitate Reipubli. magnam sibi adipiscentur & gratiam, & gloriam. In his autem vtilitatum præceptis Antipater Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus, duo præcepta censet esse à Panætio prætermissa, valetudinis curationem, & pecuniæ. Quas res à summo philosopho præteritas arbitror, quòd essent faciles: sunt certe vtiles.

* tenenda

Panætius à Cicerone defensus contra Antipatrum.

nos ipse natus, à Sosa patrui Prophanti coniuge noctu summis ex periculis ereptus, transmissus fuit. ubi apud hospites & amicos paternos liberaliter educatus, tyrannidis odium aluit. ▽ Quinquaginta annorum. } Cum in nostro iure ciuili usucapio decem annorum inter præsentes, inter absentes uiginti præscriptio possessionis æquitatem arguat. cui contractuum, hæreditatis, & dotium ius accedebat: quibus si uis, adde donationes. Et hæc Aratus omnia secundum æquitatem, quæ in iure maxime spectanda, quàm secundum iuris rigorem uerius. Argumento sunt, quòd nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse haberet. l. nemo plus. ff. de reg. iuris. Item quod initio uitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. l. quod initio. ff. eodem. Nec hæres plus potestatis iurisq; habet, quàm defunctus habuit. l. hæredem. ff. eodem. Quia hæreditas nihil aliud est, quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuerat. l. hæreditas. ff. eodem. Neque obstare uidentur ea quæ Marcellus notat, debitorem esse eum qui nactus est exceptionem iustam nec ab æquitate naturali abhorrentem. Quia generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est. Hoc interim uerum esse fatemur, quod in hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, & c. l. pupillum. §. in hæredem. ff. eodem. Legendus omnino est lib. 41. Pandectarum. ▽ Remq; integram. } Plinius ad Traianum: Ideoq; rem integram distuli, dum domine præceperis, quid obseruare me uelis. Ita integrum seruare, Cicero in Epist. alicubi: Vt integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem. Ita in integro dicitur res uel causa, quo modo Terentius & iureconsulti in integrum restituere dicunt. Cicero in Verr. Cum tibi in integro res tota esset. Item ad Att. Suspicor enim cohæredes dubiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. ▽ Ad Ptolemæum suum hospitem } Philadelphum cognomine. Qui Lagum secutus, anno XLI. regni, Olymp. CXXIIII. Nescio utrum iuuenis studiosus hic admonendus sit, quod sicut Aegyptiorum reges antiquiores Pharaones, hodie Soldani, ita posteriores olim Ptolemæi dicti, à Ptolemæo Lago gregarij militis filio, qui Aegyptum armis sibi uendicarat: quo modo antiqui Albæ reges ab Ascanij filio Syluij, Romanorum imperatores Cæsares & Augusti: Græcorum, ut hic noster Aratus, αὐτοκράτορες: Atheniensium reges Cecropidæ, Assyriorum Tygranes, Medorum Phraortes, Philistinorum Sennacherib, & c. ▽ Suum hospitem. } Quem signis & tabulis ex Græcia sibi deuinxit. Plutarchus ▽ Alter post Alexandriam. } Quæ condita est Olympiadis XII. anno II. etiam hodie totius Aegyptij emporium. De qua multa lectu iucunda legere potes apud Petrum Martyrem in legatione Babylonica. ▽ Grandi pecunia. } CL. talentis, author Plutarchus: id est nonaginta milia coronatorum, secundum Budæum, si modo Attica fuerunt. ▽ Sicyonem. } Mediolanensis editio Sicyona Græco accusatiuo habet, & sic etiam Budæus in Comment. legit. ▽ In consilium quatuordecim principes. } Exemplum principibus diligenter obseruandum. Quædam exemplaria quatuordecim habent. sed tutius est cum Plutarcho πεντεκαίδεκα. ▽ O uirum magnum. } ἐπιφόρνημα, Plutarchus in Polit. ait Aratum per hunc gradum ad honorem ascendisse. Obserua hic obiter artificiosæ narrationis exemplum. Cuius loci secundum Aphthonium, meo iudicio non inutilem authorem, hi sunt:

πρᾶξαν πρόσωπον.	Aratus. Ptolemæus. XV. principes.
πραχθὲν πρᾶγμα	Liberatio patriæ. Concordia ciuium.
χρόνος	Post conditam Alexandriam.
τόπος	Argiæ, Sicyon, Alexandria.
τρόπος	Petitio pecuniæ, principum æstimatio, persuasioq; utrinque.
αἰτία	Amor patriæ, odiũ tyrannidis, gloria, utilitas.

▽ Defendere. } Paronomasia ▽ Habitatur gratis. } πάθος ab indignitate. Videtur Clodium notare, aut certe Catilinam. nam in 2. Catil. grauissime contra tabulas nouas inuehitur. ▽ Tabulæ nouæ. } Tabulæ sunt cautiones & syngraphæ chirographaq; nominum factorum: quare tabulæ nouæ dictæ sunt, publica nominum factorum antiquatio, ne debitores creditas pecunias cum usuris persoluere cogantur. Græci χρεῶν ἀποκοπὰς appellant, quod ad uerbum decisionẽ uersurarum factarum significat. Solon uero σεισάχθειαν appellauit, quasi moris iniqui excussionem. Cælius in antiquis lectionibus ait ridiculam esse Grammaticorum uanitatem, apud Salustiũ tabulas nouas pro picturis accipientium, quo nihil absurdius dici uel fingi potest ▽ Argumenti. } Argumentum hoc loco significat, destinatam, ut Fabius interpretatur, ad scribendum materiam. ▽ Vt locupletes. } Hoc mihi argumento sit, ne usuras etiam Christianorum prorsus improbem, cum ipsis in omni re agenda charitas finis constitutus sit, quæ totius Christianæ professionis consummatio est. Charitas autem ut fraudem omnem excludit, ita etiam usuræ sæpe magno cum debitoris bono, bonisq; gratijs accipiuntur. ▽ Quàm fides. } quam iustitiæ fundamentum lib. 1. dixit. ▽ Me consule. } à Catilinarijs. ▽ Ab omni genere hominũ. } Quis tota Italia ueneficus? quis gladiator? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamẽtorũ subiector? quis circumscriptor? quis ganeo? quis nepos? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? quis perditus inueniri potest, qui se cum Catilina familiarissime non uixisse fateatur? Cicero Catil. 2. Similia sunt apud Salustium, quæ non opus est adducere. ▽ Fraudandi. } Nam sublata causa, tollitur etiam effectus. ▽ At uero hic noster. } Quem, teste Salustio, suadentibus alijs inter Catilinarios numerari noluit. (licet eum Cato apud eundem Salustium satis grauiter notet.) Hic tamen nimis aperte laxat. Libidinis autem arguit, quòd ærario sacratiore direpto, Ciuium ære alieno liberauit, Campaniam lege diuisit, legem agrariã intulit. ciuium bona sub hasta uendidit: & hæc omnia uictor, cũ iam non opus erat aditum sibi ad imperium largitionibus facere. ▽ Ab hoc. } Epilogus. ▽ In his. } Appendix. ▽ Antipater. } Catonis Vticensis familiaris fuit. Plutarchus.

AMER. Caput autem est in omni procuratione.] Quia uirtus consistit in quadam medietate, ut sic dicam uitari debet utrunq; extremorum. Bene itaq; hic Cicero, cum, quàm turpis res esset prodigalitas exposuisset, fœditatem quoq; auaritiæ, aut potius damna, quæ affert secum auaritia, ostendit. & suæ Reipub. exemplo, idq; per cõparationem, ut recte præcipiunt Rhetores debere fieri, commodorum, quæ medium in hoc genere actionum comitantur, cum incommodis auaritiæ. Ponit autem aliquot exempla, & coniungit publica commoda cum priuatis. Altera enim publice & priuatim obsunt, altera utrobiq; prosunt. Postea redit ad disputationem paulo ante institutam de beneficijs, quæ ad multos pertinent, & reprehendit rem agrariam, & nouas tabulas, ac similes largitiones. id est, largitatem publicam, seu luxum publicum coniunctum cum iniustitia, aut aliorum iniurijs. Ibi recitat etiam quatuor incommoda, quæ sequuntur ex hoc genere prolixaj, quorum duo priora sunt publica, reliqua priuata, & postremum declarat exemplis Græcorum & Romanorum. Magnificis quoq; uerbis Arati insigne quoddam factum exponit, quod est exemplum præcedentibus contrarium, & copiosius descriptum extat apud Plutarchum in Arati uita. Additum est huic historiæ Epiphonema exclamatione ornatum, & contentione, item obiectione, & duobus exemplis, altero Ciceronis, altero Cæsaris. Sunt etiam hic aliquot repetitiones. In summa hic locus est crebro, & multum & dense inculcatus, ita ut possit exemplum esse commorationis, quæ inter σχήματα διανοίας recitantur. Sequitur Epilogus cum excusatione Panetij, ubi obiter illa tamen explicantur, quæ Panætius omiserat, & propter quæ erat ab Antipatro notatus. Porro hæ duæ sententiæ in principio, Ne illi quidem multa secula, &, Nondum centum & decem anni sunt, uidentur non nihil dissentire, sed prior ad interualli temporis breuitatem referenda est. Sunt enim inter illa Panetij tempora & hæc Ciceronis, anni ferè tantum C C L X X. Altera dicit de huius mali celeritate in crescendo.

ERAS. Nulla antea cum fuisset.} Annotanda est nouitas compositionis, nam simplicius erat, cum nulla antea fuisset. [Expilatio, direptioq; sociorum.} Hoc annotaui, quòd quidam putant expilandi uerbum non posse referri ad personam, sed duntaxat ad rem. Expilatur ærarium, hic uidemus & socios expilari. [Quid? qui eius, &c.} Quid, separandum est à reliquo sermone: habet enim nihil aliud, quàm uehementiam orationis, & excitat auditorem. [Habere quæstui.} dixit quemadmodum dicimus habere risui, habere ludibrio. Quod tamen non itidem liceret in cæteris omnibus. [Optimates exterminarentur.} Exterminare dixit in exilium abigere. Quo uerbo secus utuntur Theologi. [In Sicyonem attulisset.} Si Sicyon hic est urbs, mirum est additam præpositionem more Græcorum. [Ita perfectum est.} Perfectum est, simpliciter usus est, pro factum est. & mox. [Concordia constituta.} dixit pro facta, siue inita, siue constabilita. Nam aliàs constituta dicuntur, quæ decernuntur, aut præscribuntur. [Ad sua uel tenenda, uel recuperanda obsit inuidia.} Noue dixit, obsit ad hanc rem, quemadmodum dicimus, conducit ad id.

MELAN. Caput autem est.} Auaritia uacare debent, qui muneribus publicis funguntur. Estq; antithesis: commemorat enim continentiam principum. [Lacedæmonij Lysandrum, &c. Agin regem, &c.} Vide Plutarchum in horum uitis. [At uero Aratus Sicyonius iure laudatur.} Extat & huius uita in Plutarcho. Estq; epigramma in eum compositum: quod ad commendandam lectoribus memoriam uirtutis huius uiri libuit adscribere.

Βουλαὶ μὲν καὶ ἄεθλα καὶ ἁ περὶ Ἑλλάδος ἀλκὰ,
 Τοῦ δ᾽ ἀνδρὸς στήλας πλάθεται Ἡρακλέους,
Ἀμεῖς δ᾽ εἰκὸν, ἄρατε τεὰν νόστοιο τυχόντες
 Στάσαμεν ἀντ᾽ ἀρετᾶς ἠδὲ δικαιοσύνας:
Σωτῆρος σωτῆρσι θεοῖς, ὅ τι πατρίδι τᾷ σᾷ
 Δαίμονι σῷ, θείαν ὤπασας εὐνομίαν. id est,
Herculeas quamuis æquent tua facta columnas,
 Dum patriam seruas inclyte Arate tuam:
Nos tamen hanc statuam pro libertate recepta
 Virtutis testem fecimus esse tuæ.
Communis tibi cum dijs seruatoribus esto
 Hic honor, in patriam nam pia iura refers.
[Tabulæ nouæ.} condonatio debitorum.

Quibus rationibus ualetudo, & res familiaris tum paranda, tum tuenda.

SED Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerũ, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse; & continentia in uictu omni, atque cultu, corporis tuendi causa; & prætermittendis uoluptatibus: postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Res autem familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo; conseruari autem diligentia, & parsimonia; ijsdem etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur: quem nos, ista ferè ætate cum essemus, qua es tu nunc, è Græco in Latinum conuertimus. Oeconomicus .i. de familia administranda.

BETVL. SED ualetud.} Pertinet huc etiam Delphicum illud γνῶθι σεαυτὸν, nisi corpus nihil ad hominem pertineat. Medicinam diuidunt in diætam, id est uictus rationem, & curationem. Hæc quæ morbos pellit, medicorum propria est: illa quæ sanitatem tuetur, quenq; hominum attingit priuatim. Hæc ita rudius ac planius. non ignorantes, medicos talem suæ professionis diuisionem ponere.

μέρη ἰατρικῆς τὰ μὲν πρῶτα ἐστιν, τὸ
{ φυσιολογικὸν
{ αἰτιολογικὸν, ἢ παθολογικὸν, ἢ παθογνωμικὸν
{ ὑγιεινὸν
{ σημειωτικὸν
{ θεραπευτικὸν, διαιρεῖται εἰς { διαιταν { χειρουργίαν { φαρμακείαν.

Cicero autem τὸ φυσιολογικὸν diætæ quoque tribuit, dum corporis notitiam & obseruationem ad tuendam sanitatem præcipit. Sed quia διαιτητικὸν non sanorum modo, sed ægrorum etiam uictus ratio est, hanc medicis relinquamus, illam nobis quoque permittamus, imo ut necessariam imperemus potius. Spectantur in utraq; primum quatuor humores, quatuor elementis per analogiam respondentes, quibus corporis ratio constat, sanguine scilicet, phlegmate, & utraque cholera, quæ dominantur in suis locis. deinde ætas, & postremo tempora anni. Consistit autem hæc, ut Manardus docuit, non solum in quantitate qualitateq; cibi & potus, sed & in omnibus his quæ uelimus nolimus occurrunt, ut somno & uigilia, motu & quiete, excretis & detentis, animiq; affectibus: præcipue,

cipue autem in aere, qui non solum extrinsecus nobis semper adhæret, sed in intimus corporis nostri penetralia per inspirationem continuo adigitur: de quibus curiosius hoc loco dicere nihil attinet. De sanitate tuenda Galenus sex libris præcipit. De priuatorum uictus ratione Hippocrates libellum reliquit, quem Galenus docto commentario illustrauit, cui non dissimilia tradidit Soranus in artis medendi Isagoge. De studiosorum uita tuenda scripsit Marsilius Ficinus. ¶ Postremo arte.} Medicinam esse artem, Vergilij authoritas comprobat, libro duodecimo:

Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas arteis, sua munera letus Apollo,
Augurium, cytharamq; dabat, celeresq; sagittas.
Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Et paulo inferius Iapis ipse loquutur,

Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Prouenient,

Prouenient, neq; te Aenea mea dextera seruat.

Et apud Ouidium, Apollo ipse artem suam inuentum uocat,

Inuentum medicina meum est, opiferq; per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.
Hei mihi, quòd nullis amor est medicabilis herbis,
Nec prosunt domino, quæ prosunt omnibus artes.

Galenus medicinam esse artem contra Erasistratum & Methodicos docet in suo Hiatro, cap. 5. Plato in Gorgia hoc nomine inter coquinariam & medicinam differentiam ponit, quòd hæc ars propterea sit, quòd naturam considerat, causamq; & rationem sui operis allegare potest: illa uero minime. sed temeraria prorsus uoluptatibus, sine eius naturæ indagatione inseruit. In Hippocratis quoque iuramento τέχνη medicina nuncupatur. ¶ Conseruari.} Non minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri. ¶ Parsimonia.} Quæ ingens uectigal est, ut Cicero in Parad. testatur. ¶ Xenophon Socrat.} Platonis enim & Xenophontis aliquot libros, testante Fabio, transtulit: Oeconomici translati Columella quoque meminit. hodie translatus à Volaterrano legitur.

Sed

Quarum genus deliberationis, inter utilia utrum utilius, aut quid utilissimum.

SED Vtilitatum comparatio, quoniam hic locus erat quartus à Panætio prætermissus; sæpe est necessaria. Nam & corporis commoda cum externis, & externa cum corporis, & ipsa inter se corporis, & externa cum externis comparari solent. Cum externis, corporis hoc modo comparantur; Valere vt malis, quàm diues esse: Cum corporis, externa hoc modo; Diues esse potius, quàm maximis corporis viribus: Ipsa inter se corporis sic; Vt bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati: Externorum autem; vt gloria diuitijs, vectigalia urbana rusticis. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: à quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret: respondit, Bene pascere. Quid secundum: Satis bene pascere. Quid tertium: Bene vestire. Quid quartum: Arare. Et cum ille, qui quæsierat, dixisset, Quid fœnerari: tum Cato, Quid hominem, inquit, occidere: Ex quo, & multis alijs, intelligi debet, vtilitatum comparationes solere fieri, rectéq; hoc adiunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda; commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quàm ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Sunt tamen ea cognoscenda: pertinent enim ad vtilitatem; de qua hoc libro disputatũ est. Reliqua deinceps persequemur.

BETVL. SED utilitatum.} Secundus locusq; à Panætio prætermissus erat, utrũ honestum honesto honestius, quem Cicero adiecit in calce primi. Iam secundo de utilitate libro subijcit, utrum utile utili sit utilius. Comparationem honesti & utilis (nam is quintus locus erat propositus) tertius liber continebit. ¶ Nam & corporis commoda.} Socrates libro 3. apud Xenophontem ait publice interesse, priuatos ualetudine bona esse. Stoicum hoc loco Ciceronem uides, qui solas animi dotes in bonis habet. Corporis uero, commoda duntaxat: cæterum fortunæ ne commoda quidem, sed externa, & hominẽ nihil contingentia. Adiaphora Stoici uno nomine appellant προηγμένα, quæ latinorum alij productiones, alij producta, alij præcuntia & antegredientia, uerbum è uerbo, interpretantur, quòd uirtutes in rebus humanis primas teneant, hæc autẽ proximas, ut quæ proximũ post regiũ fastigiũ dignitatis gradũ obtineant. Rursum his aduersa ἀποπροηγμένα, neglecta illa reiectaq;. Illa nimirum corporis, uita, robur, forma: fortunæ, opes, dignitates. Hæc corporis, mors, morbi: fortunæ, paupertas, obscuritas. ¶ Externis.} Epictetus Stoicus in externis corpus quoq; ponit, ut quod opus nostrum non est. Sed hæc forte curiosius. ¶ Vectigalia urbana rusticis.}

Quid in agricultura utilissimum sit, Cato indicauit.

De fundis uectigalibus Ciceronẽ loqui arbitror, qui ciuitatũ sunt, & mancipibus ita locantur, ut certũ uectigal Reipub. pendant. Sunt autem mancipes, qui à populo aliquid emunt conducunt'ue, qui publicanorũ principes sunt. Aedium prædiorũq; uectigalium mentionem facit Vlpianus in l. si finita. §. si de uectigalib. ædibus. ff. de damno infecto. De his copiosius Alciatus lib. 3. Dispunct. cap. 10. & l. eum qui u ctigal. ff. de uerb. sign. Cæterum de uectigalibus tit. quartus est lib. 39. Pandectarum. Legendus adhæc est Blondus lib. 5. Triumphantis Romæ, Alexander ab Alexandro lib. Genialium dierum 4 cap. 10. ¶ Catonis.} Non dissimile est apud eundem Catonem de Re rust. cap. 61. Quid est agrum bene colere: primũ bene arare. Quid secũdum: arare. Quid tertiũ: stercorare. Meminit etiã Plin. lib. 18 cap. 5. ¶ Quid hominẽ inquit occidere:} Quintil lib. 9. ait rationẽ respondendi esse, cũ aliud interroganti ad aliud, quia sic utilius est, occurritur: & cum anterotemate, sic enim, nisi fallor, Græci hoc schema uocant, confessionem præcedit defensio. Quid uero Cato de fœnoris quæstu senserit, indicat in Rei rusticæ procemio his uerbis: Est interdum præstare populo, mercaturis rẽ quærere, ni tã periculosum fiet: & item fœnerari, si tam ho-

nestum siet. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem quàm furem, hinc licet existimari. Et uirum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumq; colonum. Contra fœnoris quæstum lectu digna collegit Alexander Neapolitanus lib. 1. cap. 7. ¶ Ad medium ianuæ.} Video quosdam in ea sententia esse, sensibus olim id moris fuisse, ut tædium fallentes, tempus colloquijs, honestis quidem illis, & de communibus negotijs institutis extrahere soliti sint: quod ut commodius fieret, sedilia circa ianuas in hemicycli formam collocata fuisse. Nactus ergo ego assertores, contra eos quib. mea de hemicyclo in Lælio interpretatio paradoxon quoddam uidebatur. Ceterũ per me manebit D. Erasmo sua hoc loco expositio integra & salua. Reliqua.} Honesti & utilis inter se comparatio.

MERB. SEd utilitatum comparatio.} Hæc est secunda huius libri pars, quæ, ut in superiore est factum, tãtum significatur, potius, quàm explicatur. Quanquam facilis est, & plana per sese, nec fortasse debuit, quanquam potuit prolixius tractari. Comparantur utilia inter se uel duo uel plura, ut discamus habere delectum in eis. Sunt enim alia alijs magis utilia. Atque hæc optime & facilime iudicari possunt, his ordinibus bonorum consideratis, qui sunt ferè apud omnes Philosophos: animi scilicet & corporis, & externorum, seu fortunæ. sicut etiam à Cicerone hic est factum. Sunt & aliæ bonorum diuisiones ex Aristotele petendæ. Præterea ibi aut Externa autem. ut gloria diuitijs, aut uectigalia urbana rusticis, legi debet, non externorum, aut aliquid est omissum. Alioqui enim aspera, & inepta constructio est. Porro ad medium ianuæ sedere, est ad ingressum domus sedere, uel in hemicyclo, uel in alia sellula, ubi res non subtiliter disputantur, ut in scholis fit, sed populariter, uelut crassa Minerua, ut fit apud imperitos, aut leuiter peritos, probos tamẽ. Quanquam ibi Epicureos perstringit, qui propter aut ambitionem, aut inuidiam, omnem officiorum rationem peruerterant. Nam hæ duæ pestes doctorum etiam, & ingeniosorum animos nõ raro fatigant.

RAS. VAlere ut malis, quàm diues esse.} Valere dixit absolute, pro bene ualere. Et attende compositionem, ualere ut malis, quasi carmen sit, non prosa oratio. ¶ Ad medium ianuæ sedentibus.} Non dubito quin meo iudicio subscripturæ sint eruditorum centuriæ. Siquidem omnino legendum arbitror, ad medium Ianum, ut intelligamus eam fori partem, in qua consistebant fœneratores, & in qua uersabantur, quibus cum illis res erat. Damasippus apud Horatium libro Sermonũ 2. Satyra 3. ex negotiatore factus philosophus Stoicus, ita loquitur:

–Postquàm omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est, aliena negotia curo
Excussus proprijs.

Quem locum sic explicat Porphyrio, Quia omnes ad Ianum in basilica stabant fœneratores: Acron ita, Iani statuæ tres erant, ad unam illarum solent conuenire creditores, & fœneratores, alij ad reddendum, alij ad locandum fœnus. Hæc Acron: quem suspicor de suo adfinxisse commentum de tribus statuis, è quibus Christophorus Landinus facit tria templa. Probabilius est mediũ Ianum uocari, quòd in medio foro basilicam haberet. Erat enim olim aliud fœneratorum genus, qui in foro uersabantur, numeratuᴉri protinus si quis quid præsente pecunia mercaretur. Friuolum est autem, quòd Landinus medium Ianum exponit mediã mercaturam. De his utique sensit Marcus Tullius, qui Romæ in foro ad medium Ianum sedebant, de bene collocanda pecunia disputantes. Verba Ciceronis sic habent: Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius à quibusdam optimis uiris ad medium Ianum sedentibus, quàm ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Hæc Tullius: & paulo ante facta est de fœnerando mentio. quod licet improbet Cato, tamen hinc colligit Cicero, & olim utilitatum comparationes fieri solere. Porro qui ad medium ianuæ, de hemicyclis interpretantur, hoc adferre maluerunt, quàm nihil dicere. Primum enim hemicycla non sunt ad medium ianuæ, sed circa ianuam potius: nec qui illhic desident, magis disputant de bene collocanda pecunia, quam de rebus quibuslibet alijs, ac plerunque de nugis. Iam in scriptura facilimus fuit lapsus. Ad medium Ianum, fortassis notula superposita, ũ, erat obscurior. Ea sublata, Ianu nihil significabat: itaque scriba fecit Ianuæ. Aut aliquis semidoctus, qui non legerat Horatium, eoq; non intelligens quid esset medius Ianus, uertit in medium ianuæ. Nec id miror accidisse uel scribæ, uel eruditculi cuiuspiam, & audaculi uitio: magis miror in opere tam celebri, tam utili, quod omnium manibus terebatur, quod quotidie prælegebatur in scholis, quod ad uerbum edicebatur, tam insigne mendum hactenus à nemine fuisse animaduersum, quod equidem sciam. Sed utinam pauciora monstra laterent, ac fallerent in optimis authoribus. In hoc pulcherrimo facinore libens exhorter eruditos, ut sese mutua opera iuuent, nec inter se contentionibus amarulentis digladiantes, nec publicis studijs, siquid feliciter animaduerterint, inuidentes, quemadmodum hoc nunc damus, daturi plura, si uires animo respondeant.

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS AD MARCVM FILIVM LIBER TERTIVS.



PVBLIVM Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè eius æqualis; Nunquàm se minus otiosum esse, quàm cum otiosus; nec minus solum, quam cum solus esset. Magnifica vero vox, & magno viro, ac sapiente digna; quæ declarat illum & in otio de negotijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum: vt neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. * Ita duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium, & solitudo. Vellem & nobis hoc idem vere dicere liceret. Sed si minus imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. Nam & à * Repub. forensibus'que negotijs, armis impijs vi'q; prohibiti, otium persequimur: & ob eam causam vrbe relicta, & rura peragrantes, sæpe soli sumus. Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est. ille enim requiescens à Reipublicæ pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando; & à cœtu hominum, frequentia'que interdum tanquam in portum, se in solitudinem recipiebat. nostrum autem otium negotij inopia, non requiescendi studio constitutum est. Extincto enim senatu, deletis'q; iudicijs, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? * Ita qui in maxima celebritate, atq; in oculis ciuium quondam viximus; 1
nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, & sæpe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere; sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni: propterea & otio fruor, non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperisset otium ciuitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi affert necessitas, non voluntas. Quanquam Africanus maiorem laudem vel meo iudicio assequebatur; nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus otij, nullum solitudinis munus extat. Ex quo intelligi debet, illum, mentis agitatione, inuestigationéque earum rerum, quas cogitando consequebatur; nec otiosum, nec solum vnquam fuisse: nos autem, qui non tantum roboris habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium, curam'que conuertimus. Itaque plura breui tempore euersa, quàm multis annis stante Republica scripsimus. Sed cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera, & fructuosa, nec vlla pars eius inculta, ac deserta sit * tum nullus feracior in ea locus est, nec vberior, quàm de officijs, à quibus constanter, honestéque viuendi præcepta ducuntur. Quare, quanquam à Cratippo nostro, principe huius memoriæ philosophorum, hæc te assidue audire, atque accipere confido: tamen conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus vndique circumsonare; nec eas, si fieri possit, quicquam aliud audire. Quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant; * tum haud scio, an nemini potius, quàm tibi. Sustines enim non paruam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Suscepisti onus præterea graue & Athenarum, & Cratippi: ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus; inanem redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis authoritatem, & magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere; si discendi labor est potius, quàm voluptas: tantum fac efficias; néue committas, vt cum omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hæc hactenus. Multa enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositæ diuisionis reuertamur.

Aequalis ad ætatem scilicet.

Cessare pro otiari, aut nihil agere.

*itaque

Acuere, pro acutum facere.

*Reip.

*itaque in

Sapiens neque otiosus unquam, neque solus.

*; tamen

Memoriæ, id est, ætatis.

*tamen

PRIORE huius prooemij parte, caussam dicit cur otium suum necessarium in philosophia, maximeq; in officiorum scriptione absumat. Confert autem otium suum cum Scipionis otio, per collationem hypodicticam, qui similie aut dissimile sit in utroque. Quandoquidem enim ut cibus sibi alternantibus otium & negotium priuatum publiceq; succedunt, curandum est, ut Aristoteles docet, ne animi uigor ueluti ferrum, neglectu, in otio suum colorem amittat. Nam Credo Ciceronem omnino, cum haec scriberet, ad eum de otio philosophi locum respexisse, qui est in lib. de Repub. 7. quo docet otium & negotium partim ijsdem, partim alijs studijs recte collocari, hoc modo:

ἀνδρίας καὶ } { ἀσχολίαν } σωφροσύνης δὲ καὶ δι-
καρτερίας } δεῖ πρὸς { } καιοσύνης ἐν ἀμφοτέ-
} τὴν { } ροις τοῖς χρόνοις.
φιλοσοφίας } { σχολὴν }

Insignis de otij & negotij collatione locus est apud Gellium lib. 19. cap. 10. Altera prologi pars cohortatur filium ad philosophiae studium, accendit animum eius ab expectatione, quam amplificat à persona tam sua quàm praeceptoris, tum etiam à circumstantia loci.

¶ Pub. Scip. } Orditur à sententia, quod genus Graecis chria nomen ab usu habet, quòd eas praeclari uiri habuerunt. uidenturq; ab Apophthegmatis differre quod haec ex tempore in ore nata, illae frequenter in familiari sermone iactari soleant. Huius artificium Petrus Mosellanus, uir multiiuga eruditione praeditus, secundùm Aphthonij rhetoris praecepta in Progymnasmatis hoc modo obseruauit,

Chria est ipsa sententia, cuius capita sunt,

ἐγκωμιαστικὸν	Magnifica uero, &c.
παραφραστικὸν	Quae declarat illum.
τὰ τῆς αἰτίας	Itaq; duae res.
ἐκ τοῦ ἐναντίου	Sed si minus.
παραβολὴ	Sed ne hoc.
μαρτυρία	Sed quia sic.

Caeterum hoc idem Scipionis elogium extat apud Velleium Paterculum uolumine priore, ubi eum cum Nummio confert his uerbis: Quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisq; doctrinae & author & admirator fuit, ut Polybium Panaetiumq; praecellentis ingenio uiros domi militiaeq; secum habuerit: neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio dispunxit, semperq; aut belli aut pacis seruijt artibus. semper inter arma de studia uersatus aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit. Meminit Plutarchus in Apophthegmatib. Franciscus Petrarcha tract. 9. cap. 5 & 6. de Vita solitaria. Quomodo cum Laelio sapiente fallere solitus sit otium, in Laelio dictum est. ¶ Qui ferè fuit eius aequalis. } Secundum Africani consulatum, primus Catonis excepit. ¶ In otio de negotijs cogitare. } Serenitatem enim tempestas sequi solet. quod quia Annibal ignorabat, Capuae otium, ipsum eiusq; exercitum eneruauit. Nam si pax, ut Aristoteles docuit, belli finis est, & negotij otium: relinquitur, ut si otio paceq; frui uelimus, utroque rectè utamur. Ea enim, ut opum quoque possessio, ijsdem artibus quibus acquiritur, retinetur. Relego te ad Aristotelem, qui de otij negotijq; fine, de mentis corporisq; operibus doctissime scribit lib. Moralium 10. cap. 7. ad calcem usque. ¶ Colloquio alterius. } uel cogitationibus, uel lectionib. authorum intentus. ¶ Itaque duae res. } Ennius in Iphigenia, ut Gellius lib. 19. cap. 10. citat,

Otio, inquit, qui nescit uti, plus negotij habet,
Quàm cum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat, institutum est, nullo negotio.
Id agit studet ibi, mentem atq; animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit, quid uelit.
Hoc idem est, neq; domi nunc nos, nec militiae sumus.
Imus huc, hinc illuc: cum illuc uentum est, ire illinc lubet.
Incerte errat animus, praeter propter uitam uiuitur.

Hoc est, praeter modum, & aliter quàm uitae ratio poscit. ¶ In oculis. } Modus loquendi elegans, pro eo quod est charum & in pretio esse. Gnato Thrasoni: Rex te ergo in oculis? In 2. Tusc. quaest. Te autem si in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim. Sic in oculis ferre. Ad Quint. fratrem, Balbum in oculis fero. ¶ Non solum ex malis. } Omitto hic quaestionem cauillatricem, quae negat melius esse posse, quod bonum nunquam fuerit. Et si huius partis assertores cum Aristotele dicant, delectum, ἐυβουλίαν, non nisi in bonis esse rebus: quia tamen mala cum bonis conferuntur, eandemq; collationis conditionem utraq; sustinent, necesse est, ut sibi inuicem inter conferendum cedant. & quod in delectu & iudicio inter duo plura'ue mala minus malum apparet, hoc idē tanquam commodius mihi, magisq; utile apprehendo. Nam si in comparatione imparium τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον uersantur, atque uilius argentum est auro, uirtutibus aurum, nihil prohibet quin ius uiolare nefas melius sit crimine magno. Non hoc ago, ut contra Stoicos peccatorum inaequalitas statuatur. Sed interim ius quoque pontificum negat, contra ius naturale dispensationem admitti, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi. In testimonium Toletani cuiusdam concilij authoritatem allegat, quod permittit ut si alterum te malorum perpetrare necessitas coegerit, illud uniae locum habiturum, quod minori nexu noscatur obligari. Vtrum autem leuius grauius'ue sit, purae rationis acumine inuestigandum esse. Distinct. 13. cap. 1. & 2. Et ponitur ibi deterationis documentum, cuius paradigmata superius lib. 1. in Thesei & Phaetontis fabulis habuimus. Sunt qui repudij libellum à Mose hac necessitatis indulgentia permissum interpretantur. Et in iure ciuili regulà est, ut in obscuris semper id quod minimum est, sequamur. Sed quia nos in sinceriore studiorum genere uersamur, relinquamus hanc contentionem feriam leguleijs istis & theologastris, nobisq; ex nostris hortulis exempla colligemus ludicra. Cicero in libris de Orat. de risu agens, C. Fabricij locum recenset, cui P. Cornelius, homo, ut existimabatur, auarus & furax, sed egregie fortis, & bonus imperator, gratias ageret, quòd se homo inimicus consulem fecisset, bellò praesertim magno & graui: Nihil est quod mihi gratias agas, inquit si malui compilari quàm uenire. Sic uxor est ἀναγκαῖον κακὸν, iuxta illos graecos senariolos:

κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως. ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

¶ Vnde etiam illud Plauti in Trinummo prouerbiali schemate dictum: Nota res mala, optima. Nec admodum dissimile illud Terentij est, Vt quimus quando ut uolumus non licet. ¶ Propterea et otio fruor. } Exaggerat indignitatem à coniugatis ¶ Nulla tamen eius extant monumenta. } Licet Terentij scripta ad eum, teste Fabio, referantur: & Donatus ait non obscuram esse famam, Terentium à Laelio & Scipione esse adiutum. ¶ Sed cum tota. } Ab utili. ¶ Feracior. } fertilior, praegnantior. metaphorae significantissimae sunt. ¶ Frugifera & fructuosa. } Frugifera, foecunda, naturali potentia: fructuosa, fructibus plena, nam in ofus sinientia, eopiam Grammatici significant. Atque sic arbor in hyeme quoque frugifera est, sed

in autumno

in autumno fructuosa. ¶ Nec uberior. } In 1. Tusc. leustionem ægritudinum, formidinum, cupiditatum, uberrimum philosophiæ fructum dicit. ¶ Constanter honesteq́. } Ex re ipsa isthæc philosophiæ nascitur commendatio. Vtilis enim ob hoc ipsum est, quia honesta. ¶ Quanquam } Simili occupatione orditur prologum primi libri. ¶ Circũsonare. } περιηχεῖν. Budæus. ¶ Susceptis oneri. } expectationis uidelicet. ¶ Nec eas, si fieri. } Cicero non hoc tantum loco, sed etiam in 2. Tusc. & de Orat. 2. Neoptolemi & Calliclis in Gorgia Platonis improbat, qui philosophari sibi necesse quidem fatentur, sed paucis, omnino enim haud placere. de quo Gellius lib. 5. cap. 16. lib. 10. cap. 22. Quid nostris hodie hominibus dicendum est, qui quiduis aliud quàm theologicari uolunt? ¶ Tanquam ad mercaturam. } Isocrates in Parænetico: μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπεραῖν, ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν. τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. ¶ Quare. } ἐπίλογος. ¶ Discendi labor. } Iuuenibus nimirum, propter opinionem nondum firmam. quibus iuxta Isocratis chriam, studiorum radix amara, fructus uero adultioribus dulces.

AMERBACHIVS.

Publium Scipionem Marce fili. } Duæ sunt huius præfationis partes. In priore de suo ocio Cicero dicit, & comparat id cũ Africani otio sic, ut, cũ dissimile suum, & inferius esse ostendat per quandam extenuationem, superius tamen eo uelit uideri, quòd ipse in otio aliquid scripserit, & posteris etiam hac re consuluerit, Africanus id non fecerit. Est autem hæc pars inchoata à dicto quodam Africani, quod ipsius otium declarat cuiusmodi fuerit. & quidem Cicero addit expositionem. Vocant ueteres hoc genus dictorum et factorum χρείας de quibus uide Quintilianũ lib. 1. cap. 16. & Priscianum in Præex. Rhetor. ubi & Latinum uocabulũ usus est usitatum. Id enim Græca uox significat, ab utendis. hoc est, citamus, ut non loquimur, aliorum dictis, aut factis. Similia exordia sunt apud Ciceronem in lib. 2. de Inuentione, & lib. 2. Tusc. q. Eadem pars conuenit cum præfatione secundi libri, nisi quòd ibi alia forma est, nempe, excusatio. utrinque est inspersum quiddam querulum. Secunda pars est exhortatio ad filium, ut diligenter hanc partem philosophiæ de officijs cognoscat: & significat ei, ut hos etiam libros legat, additq́; occupationem, tametsi hæc abunde à Cratippo discat. Vtitur deinde tribus argumẽtis, ab expectatione hominum, de ipso, a celebritate loci, in quo uersatus est tum Cicero filius, & à præceptoris authoritate, sicut fecit in præfatione primi libri, Istic enim simile est argumentum. Cæterum, quod hic dicit, inanem redire turpissimum est, ex Homeri secundo libro Iliados sumpsit, ubi Vlysses in sua exhortatione ad Græcos inter cætera ait:

αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

¶ In superiore parte dicit ex malis minima oportere eligere, quod Aristoteles sic dixit paulo aliter: ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν πρὸς τὸ μεῖζον κακόν. Εστὶ γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος.

MELANCHTHON.

Publium Scipionem, &c. } Orditur à χρείᾳ & poterit hic locus esse exemplum τῶν χρειῶν tractandarum. ¶ Magnifica uero uox. } laudat χρείαν. ¶ Sed si minus. } Accommodat ad suũ institutum.

Reprehensus Panætius, q̃ tria genera pollicitus, tertium non exoluerit. Ab alijs autem notatus, q̃ eam partem homo Stoicus induxerit, in qua decerneret cum honestate pugnare utilitas, atq; a Cicerone defensus.

PAnætius igitur, qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit, quemq; nos correctione quadam adhibita, potissimum sequuti sumus; tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, & consultare de officio solerent; uno cum dubitarent, honestum'ne id esset, de quo ageretur, an turpe; altero, utile'ne, an inutile; tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile uideretur, quomodo ea discerni oporteret; de duobus generibus primis tribus libris explicauit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum; nec exoluit quod promiserat. Quod eo magis miror, quia scriptum à discipulo eius Posidonio est, triginta annis uixisse Panætium post, quàm eos libros edidisset. Quem locum miror à Posidonio breuiter esse tractatum in quibusdam commentarijs; præsertim cum scribat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. Minime uero assentior ijs, qui negant eum locum à Panætio prætermissum; sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse: quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum potest habere dubitationem, adhibendum'ne fuerit hoc genus, quod in diuisione Panætij tertium est, an plane omittendum; alterum dubitari non potest, quin à Panætio susceptum sit, sed derelictum. Nam qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Præterea in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit eodem testis locuples Posidonius; qui etiam scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiuerat: Vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolueret; oris enim pulchritudo reliqui corporis imitãdi spem auferebat: sic ea, quæ Panætius prætermisisset, & non perfecisset; propter eorum, quæ * perfecisset, præstantiam neminem esse persecutum. Quamobrem de iudicio Panætij dubitari non potest. recte'ne autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus; de eo fortasse dubitari potest. Nam siue honestum solum bonum est, ut Stoicis placet; siue quod honestum est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis nostris uidetur, ut omnia ex altera parte colloca-

* fecisset

Vnicum bonũ Stoici ponunt.

Peripatetici ordinem bonorum instituunt.

te, ut x minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin nunquam possit utilitas cũ honestate contendere. Itaque accepimus, Socratem solitum execrari eos, qui primum hæc natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut etiam, quicquid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile quicquam, quod nõ honestum. Quòd si is esset Panætius, qui uirtutem propterea colendam diceret, quòd ea efficiens utilitatis esset, ut ij, qui res expetendas uel uoluptate, uel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem uitam fieri, nec decessione peiorem: non uidetur huiusmodi debuisse deliberationem introducere; in qua quod utile uideretur, cum eo, quod honestum est, compararetur. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere: id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum uirtute congruere semper; cætera autem, quæ secũdum naturam essent, ita legere, si ea uirtuti non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam hãc comparationem non rectè esse *inductã, nec omnino de eo genere quicquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod propriè, uereq́; dicitur, id in sapientibus est solis, neque à uirtute diuelli unquam potest. In ijs autem, in quibus sapientia perfecta non est; ipsum illud quidem perfectum, honestum nullo modo esse potest, sed similitudines honesti esse possunt. Hæc igitur omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant: & ea communia sunt, & late patent: quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Illud *autem officium, quod rectũ ijdem appellant; perfectum, atque absolutum est; &, ut ijdem dicunt, omnes numeros habet; nec, præter sapientem, cadere in quenquam potest. Cum autem aliquid actum est, in quo media officia *cõpareant; id cumulate uidetur esse perfectum: propterea quòd uulgus, quid absit à perfecto, *non ferè intelligit; quatenus autẽ intelligit, nihil putat prætermissum. Quod autem in poematibus, & in picturis usu uenit, in alijs'que compluribus, ut delectentur imperiti, laudent'que ea, quæ laudanda non sint; ob eam credo causam, quòd insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui ijdem, quid in unaquaque re uitij sit, nequeant iudicare. Itaque

Legere, pro sumere, uel deligere.

* introductam.

Vera uirtus in uno sapiente: simulachra eius etiã in mediocribus.

μέσα καὶ ἀδιάφορα.

* autem q.

Omnes numeros habet, id est, nulla pars deest.

* comparantur.

* ferè non ex toto in.

cum sint docti à peritis, facile desistunt à sententia. Hæc igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda quædam honesta dicunt esse, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. Itaq; *his omnes, in quibus est uirtutis indoles, commouentur. Nec uero cum duo Decij, aut duo Scipiones fortes uiri commemorãtur, aut cum Fabritius, aut Aristides *iusti nominãtur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ tãquam à *sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens est, ut sapientem intelligi hic uolumus. Nec ij, qui sapientes habiti sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius sapientes fuerunt. Ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant, speciemq́; sapientum. Quocirca nec id quod uere honestum est, fas est cum utilis repugnantia comparari: nec id quod cõmuniter appellamus honestum, quodq́; colitur ab ijs, qui bonos uiros haberi se uolunt, cum emolumentis unquam est comparandum. Tamq́; id honestum, quod in nostram intelligentiã cadit, tuendum, conseruandumq́; est nobis; quàm id, quod propriè dicitur, uereq́; est honestum sapientibus. aliter enim teneri non potest, si qua ad uirtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de ijs, qui conseruatione officiorum existimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neque ea uolunt præponderari honestate; hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare; boni uiri non solent. Itaque existimo Panætium, cum dixerit homines solere in hac cõparatione dubitare; hoc ipsum sensisse quod dixerit, solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare, quod utile uideatur, quàm quod honestum sed hæc etiã inter se cõparare, et in his addubitare, turpissimũ est. Quid est ergo quod nonnunquam dubitationem afferre soleat, considerandumq́; uideatur? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit, id, de quo consideretur. Sæpe enim tempore fit, ut quod plerunq; turpe haberi soleat, inueniatur nõ esse turpe. Exempli causa, ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest esse maius scelus, quàm non modo hominem, sed etiam familiarem occidere? Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Populo quidem Rom. non uidetur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit igitur utilitas honestatem; imo uero honestas utilitatem secuta est.

* ij

Decij, pater & filius. Scipiones fratres.

* iustus nominatur.

* sapiente

Cato & Lælius sapientes nominati.

Epicurei.

Modo, pro [illegible]

Panætius.

BETVL. PAnetius. } Amolitur ea quæ disputationem de honesto ac utili ingressuro, impedimento erant futura. primum, quia Panetium in hoc opere sequitur, locum ab ipso prætermissum suppleturus, quibus ex causis omiserit, expendit: deinde cum confessum sit, utile nihil nisi honestum esse, cur'nam hanc collationem susceperit, rationem reddit. ꝑ Quemq; nos correctione. } Quemadmodum ingenui candoris est, ut Plinius inquit, fateri per quem profeceris: sic cum reuerentia ab iisdem recedere, si quid ueritas aliud suadet, sine reprehensione licebit. responsitabisq; ingratitudinem obiectantibus recte, Plato amicus, sed magis amica ueritas. Videtur autem res flagitare, ut habita puerilis tenuitatis ratione, diuisio quasi delineamentum totius operis conspectui exhibeatur.

Capita de Off. quæstionum,	Honestum'ne, an turpe	1	Cic. lib. 1.	Prima Panetij pars.	Panet. libris tribus.
	Cõparatio honestorum inter se.	2		Hæc pars à Cic. adiecta.	
	Vtile'ue, an inutile.	3	Cic. lib. 2.	Altera Panetij pars.	
	Vtilium inter se comparatio.	4		Hæc pars à Cic. adiecta.	
	In speciem honesta, quæ cũ utili pugnare uidentur, quomodo discernenda	5		Tertia pars à Panetio promissa, non præstita. Cicero ut suam, quintam lib. 3. pertractat.	

ꝑ Nam qui è diuisione. } A' toto ad partes. ꝑ P. Rutilium Rufum. } Chria præbet argumentum ἄτεχνον à pronunciato. Plutarchus author est, Ciceronem (postquam biennium in causis fuisset uersatus, præceptoribus se rursus in Asia, maxime Athenis, deinde etiam Rhodi tradidisset) Molonem apud Rhodum, Posidoniumq; audiuisse. sed Cicero ipse neque hic honorifice, ut de præceptore loquitur, neque in Bruto inter præceptores suos numerat. licet de Finibus primo, familiarem sibi dicat. P. autem Rutilius Rufus sine dubio is est, quem supra libro primo P. Mutium Scæuolam sectatum fuisse, ab eoq; iuris scientiam, & innocentiæ moremq; opinionem hausisse accepimus. Apelles Cous pictor, duas Veneres pinxisse fertur, unam è mari in terram egredientem, de qua Ouidius:

Si nunquam Venerem Cous pinxisset Apelles,
  Mersa sub æquoreis ipsa lateret aquis. Et alibi:
Vt Venus artificis labor est, & gloria Coi,
  Aequoreo madidas quæ premit imbre comas.

Inchoauit aliam, superaturus etiam suam illam priorem, inuidit mors, peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est. Plinius libro trigesimoquinto, capite decimo, maioriq; in admiratione fuit quàm prior. libro eodem, cap. 11. Floruit Olympiade CXII. ab Alexandro M. in pretio habitus. De eo lege Calumniam Luciani. ꝑ Recte. } Altera pars, remouetur. ꝑ Minimi momenti. } idest ponderis. sicut rem inutilem prorsus nullius momenti dicimus. & hoc fit collatione summi boni, cum commodis illis siue corporis, siue in casu positis. quare Collata hic, quàm Collocata legere malo. ꝑ Socratem. } Ab authoritate argumentum, quod pronunciati uel testimonij uim habet. In Hippia maiore pulchrum cum utili necessario uinculo copulat. ꝑ Cui quidem. } Ab authoritate professionis Stoicæ. ꝑ Vbi. } Epicurei. ꝑ Indigentia. } Indolentia legendum est. cui uoci, ut parum usitatæ, de Finibus secundo, προεπιπλήττει, aliquoties insolentiæ uitandæ gratia περιφράζει doloris uacuitatem appellat, quæ ἀπονία Epicuro apud Laertium in Aristippo nominatur, & huius studium ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Cicero autem eo quem citaui loco, hoc dogma Hieronymo Rhodio tribuit. Laertius hanc ἀπονίαν dormientis statui similem ait. ꝑ Summum bonum. } εὐδαιμονία. Et Socrates apud Platonem non uno loco solum uirum bonum εὐδαίμονα dicit. ꝑ Atq; illud quidem. } Soluit obiectionem per diuisionem. Concessione satis liberali admittit, in catorthomate utile ab honesto non recte diuelli, sed in cathéconte necessario utile per comparationem cum honesto committi. ꝑ Illud quidem honestum. } Negant enim Stoici (ut illis salse Torquatus Epicurei dogmatis apud Ciceronẽ de Finibus defensor illudit) bonum quicquam esse, nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestũ non tam solido quàm splendido nomine. Cæca enim illa antiquitas in tenebris lucem quæsiuit. animaduertit quidem Stoica seueritas, hominẽ diuinæ imaginis idolum ad perfectam quandam sapientiam esse natum, sed non intellexit eum à suis natalibus diuinis ita esse deturbatum, ut nisi per regenerationem aliquousq; pristinæ dignitatis peruenire nequeat. similitudines igitur sequimur, in quibus sæpe utile cum honesto pugnare uidetur. ꝑ Omnes numeros } Vide prouerbium, Circulum absoluere. ꝑ In picturis. } Iuxta illud, Ne sutor ultra crepidam. Non dissimilis dicit Aristoteles in Poetica. ꝑ Duo decy. } De his omnibus alibi. ꝑ M. Cato & C. Lælius. } De horum sapientia in dialogis de Senectute & Amicitia abunde. ꝑ Ne illi quidem septem. } Pittacus Mitylenæus, Periander Corinthius. Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Cleobolus Lindius, Bias Prienæus. Sententiæ eorum sunt:

Optimus est, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.
Ex Ephyra Periandre doces, cuncta & meditanda.
Tempus nosce, inquit Mitylenis Pittacus ortus.
Plures esse malos, Bias autumat ille Prienæus.
Milesiusq; Thales, sponsori damna minatur.
Nosce, inquit, tete, Chilon Lacedæmone cretus.
Cecropiusq; Solon, ne quid nimis, induperabit.

Hæc Hyginus in fabulis, cap. 221. ꝑ Quocirca. } Concludit dilutionem opinionum, quibus Panetius defendi posse uidebatur. ꝑ Sæpe enim. } Cicero lib. Rhet. 2. prope finem docet, quando utilitas honesto, aut honestum (si fortassis pugnant) utilitati cedere debeat. plurimum ad huius rei dijudicationem momenti adferet diligens circũstantiarum perpensio. ꝑ Exempli causa. } Exemplum ex antinomia natum. Ius humanum uetat non modo hominem occidere, sed etiam iniuria lædere quenquam. leges ciuiles tyrãnicidis præmia statuunt. Valerius Publicola legem tulit, ut tyrannum indicta causa occidere liceat: & occisorem, si probare possit, impunem uoluit. Et Isocrates in Orat. pro pace. docet Lacedæmonios tyrãnicidis præmia decreuisse. Rhetores eiusmodi leges in antinomiarum comparatione pertractarunt, ut Cice. lib. Rhet. secundo, cap. 11. Quintilianus libro septimo, capite octauo. Extant etiam hoc argumento Declamationes, ut in controuersiis Senecæ. Apud Aphthonium in præexercitamentis loci cõmunis exemplum est contra tyrannidis affectatorem. Est etiam apud Lucianum oratio, qua tyrannicida præmium à iudicibus petit. Num priuato tyrannum occidere liceat, disputat Philipp. Melanchthon in Epit. moralis philosophiæ. Volaterranus libro trigesimo Phi-

lologiæ, multis colligit, philosophos nunquam feliciter rem contra Tyrannos tentasse.

AMERB. *Panætius igitur qui sine controuersiis.* } In primo libro huius operis de honestate Cicero disputauit, in secũdo de utilitate, in hoc tertio libro comparat hæc duo inter se, & ostẽdit, quando uideantur pugnare utilitas & honestas, quid sequendum sit. Non enim uere pugnare, cum idem sit honestum quod utile. & idem utile, quod honestum. Idq; ex Stoicorum disciplina sentire se, & eo hanc disputationis partem de officijs accommodare, Panætium autem hanc partem in suis libris non tractauisse. Hinc oriũtur duæ quæstiones uelit per occupationem. Prior est: Posuerit'ne Panætius hanc etiam partem, cum non explicauerit eam. Altera: Debuerit'ne istam partem introducere, cum nunquam pugnent inter se utile & honestum. Hæ quæstiones explicantur prius quàm rem ipsam incipit. Et est totus hic locus uelut exordium quoddam, seu insinuatio, quæ est pars aut etiam species exordij. Remouet enim ea, quæ uidebantur initio disputationis absurda, uel incommoda esse, proptereaq; sibi obstare: & uelut isto modo conciliat sibi lectorum animos, id quod solet in insinuationibus fieri. Repetiuit autem ex primo libro Panætij diuisionem. Priorem quæstionem sic explicauit, ut doceat Panætium uoluisse de hac etiam parte disputare, tribus argumentis: Primo, à diuisione Panætianæ disputationis: Secundo, ab alio loco eiusdem operis. Tertio, à testimonio Posidonij, ductis de imagine Veneris, cuius ibi mentio fit, est in Plinij tricesimoquinto lib. cap. 12. ¶ *Recte'ne autem hanc tertiam partem.* } Altera pars insinuationis, & explicatio secundæ quæstionis. Ostendit autem principio, sicut in præcedenti quæstione est factum, unde sit hæc dubitatio: Nempe cum nõ pugnent hæc inter se, ac eadem res sit, utile & honestum, secundum Stoicos tamen, non debere, aut posse recte institui, aut fieri horum comparationem. Diuersa enim aut contraria, aut certe non eadem secum comparari solent. Adhibuit hæc ad Peripateticorum quoque doctrinam. Deinde adiecta est longa occupatio, repetita ex primo libro, diuisione de honesto, seu officijs: Aliud honestum esse in sapientibus, aliud in mediocribus, & gerentibus tantum speciem sapientum: Illud perfectum esse, hoc imperfectum. Et uidetur significare occulte, nullos perfectum honestum habere, sicut nulli habeant perfectam sapientiam. Re uera enim nemo est talis. Et hic se disputare de mediocribus officijs, non de perfectis & summis, quæ uere tantum finguntur, nec sunt in hominis natura. Sicut aliarum rerum perfectas species nõ recipit humanus animus propter suam angustiam & imbecillitatem. Et tamen illa honesti similitudine utendum esse non aliter, quàm si esset perfecta species: nec putandum, quòd cum utili pugnet unquam. In eo loco multus & prolixus est Cicero, tum propter similitudinem, tum propter exempla, & alias exornationes, quibus est usus. Sequitur postea responsio ad quæstionem, & exponitur consilium Panætij de hac parte, addito etiam exemplo. Cæterum in hoc loco fuit menda circa principium, & eam bene correxit Lugdunensis codex, qui indolentia habet scriptum, ubi alij omnes ferè codices habent scriptum indigentia. sicut recte in sequentis loci initio abiecit qui relatiuum, & in eodem cõmate uerbum actiuum anteponunt in passiuum anteponitur mutauit: Aliter enim ibi non est constructio. Et melius ista sequenti, quàm huic loco adscribuntur. Quæ autem de tali coniunctione utilis cum honesto mea, imo Aristotelis est sententia, supra est monstratum in secundo libro.

Ea efficiens est utilitatis. } Cupiens uoluptatum, & similia, satis in usu sunt: hoc ut minus usitatum annotare uisum est. ERAS.
¶ *Conuenienter naturæ uiuit.* } Verbi casum addidit aduerbio. Id tamen apud Græcos usitatius est, quàm apud Latinos. ¶ *Progressione discendi.* Progressionem dixit profectum. Rursus paulo post: Si qua ad uirtutem facta est progressio. Ingressus initium est. progressio profectus. ¶ *Aliter enim teneri non potest.* } Aliter rursum prope modum posuit pro alioqui.

MELAN. *Panætius igitur.* } Distributio continet argumentum tertij libri. Nam hic præcipitur, quid sequendum sit, si utilitas cum honestate pugnet. ¶ *Recte'ne autem hanc.* } Otiosa disputatio est, cum Stoici ne utile quidem quicquam, quod non idem sit honestum dicant, cur Panætius dixerit utilitatem pugnare cum honestate. Cicero respondet primum hic non de perfecto officio, sed de medijs disputari: & tamen ne in medijs quidem officijs esse utilitatem iudicandam, si ab honesto dissideat: posse autem quæri à mediocribus sæpe, an quod uidetur utile, sit re uera utile. ¶ *In quibus sapientia perfecta non est.* } Et sapientem illum suum Stoici, & κατόρθωμα imaginatione tantum concipiunt, sicut rhetores perfectum oratorem fingunt. ¶ *Illud autem officium.* } Quod rectum, idest, κατόρθωμα.

cijs

Formula præscripta, ne quando nos falsa utilitatis species ab honestate abducat, ut iustitiam uel solum, uel maximum bonum statuamus, iniustitiam malorum maximum: nihilq; ad priuatum commodum, sed ad communem societatem referantur omnia.

Itaq; ut sine ullo errore dijudicare possimus, si quando cum illo, quod honestũ intelligimus, pugnare id uidebitur, quod appellamus utile; formula quædã constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi, disciplinæq; maxime consentanea: quam quidem in his libris propterea sequimur, quòd quanquam & à ueteribus Academicis, & à Peripateticis nostris, qui quondam ijdem erant,

BETVL. *Itaque.* } Quatenus deliberatio in pugnante cum honestate utili expendatur. ¶ *Qui quondam ijdem erãt.* } Nomine differunt, re cõgruũt, à quibus Stoici ipsi uerbis magis quàm rebus dissenserunt. Cicero Acad. quæst. 4. De philosophicarum sectarum origine Cic. de Orat. tertio. sic scribit: Cum omnes se philosophi Socraticos & dici uellent, & esse arbitrarentur, ac primo ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit: deinde ab Antisthene

tisthene, qui patientiam & duritiã in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primũ, deinde Stoici: tum ab Aristippo, quem ille magis uoluptuariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manauit, quam ille & eius posteri simpliciter defenderant: ij qui nunc uoluptate omnia metiuntur, dum uerecundius id agunt, nec dignitati satisfaciunt, quam non aspernantur: nec uoluptatem tuentur, quam amplexari nolunt, &c. ¶ *Nostra Academia.* } Cui & Cicero suã eloquentiam acceptam fert, & Olim ijdem Academici, & Peripatetici.

Quintilianus

qui Academici, quę honesta sunt, anteponuntur ijs, quæ uidentur utilia; tñ splendidius hęc ab eis disserun tur, quibus quicquid honestum est, idem utile uidetur: nec utile quicquam, quod non honestum; quàm ab ijs, quibus est honestum aliquod non utile, aut utile non honestum. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Sed redeo ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cętera, quę possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit conuictum humanum, & societatem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisq; emolumentũ spoliet aut uiolet alterum; disrumpi necesse est eam, quę maxime est secundum naturam, humani generis societatem. Vt si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se ualere, si proximi membri ualetudinem ad se traduxisset, debilitari, & interire totum corpus necesse esset: sic, si unusquisq; nostrum rapiat ad se cõmoda aliorum, detrahatq;, quod cuique possit, emolumenti sui gratia; societas hominum, communitasq; euertatur necesse est. Nam sibi ut quisque malit, quod ad usum uitę pertineat, quàm alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque uero hoc solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorũ, quibus in singulis ciuitatibus Respublicę continentur; eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc uolunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, uinculis, damno coercent. Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex diuina, & humana, cui parere qui uelit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam uolent uiuere) nunquam committet, ut alienum appetat; & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundum naturam celsitas animi, & magnitudo, itemq; comitas, iustitia, liberalitas; quàm uoluptas, quàm uita, quàm diuitiæ. Quæ quidem contemnere, & pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi & excelsi est. Detrahere autem alteri sui commodi causa, magis est contra naturam, quàm mors,*

* & animi ma.

Quintilianus plurimum eam ad eloquentiæ studium momenti afferre testatur. Cæterum περὶ τῆς ἀκαταλήψεως alibi. ⟦Detrahere.⟧ Primum præceptum iustitiæ est, quæ primum ex lege naturali fluit, quod ius humanum Cicero alioqui solet appellare. Atque hoc ipsum est ius gentium, de quo I. lib. dictum. Hoc in præsentiarum addam, quod memini me à Bonifacio Amerbachio præceptore meo colendissimo excepisse: Ius gentium a naturali specie non distingui, sed qualitate quadam aduentitia. utrunque enim ex communibus primis principijs rationis operariæ oriri: hocq; tantum discriminis esse, quod ius naturæ absolute et simpliciter, ius uero gentium discursu & moribus adminiculantibus prodijsse apparet. Assertionis authorem citabat præceptorem suum Zasium in l. 2. ff. de origin. iuris. Lex igitur naturalis proximo cuique iubet facere, quod fieri nobis uelimus, & eum quo cum agimus, in nostrum, nosq; in ipsius locũ collocare. ⟦Vt si unumquodq;.⟧ Argumentum ab analogia satis populare, quo etiam Apostolus simili in re utitur. ⟦Legibus populorum.⟧ Hoc est, iure ciuili. nam quod quisq; populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: uocaturq; ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. §. ius autem. Institut. de iure naturali gent. &c. Populus enim non est coetus multitudinis temere conflatus, sed coetus iuris consensu & utilitatis communione sociatus. author Cicero de Republica tertio. ut Augustinus de Ciuitate dei allegat. Ex hoc fonte fluit, quod Plato τὴν δικαιοσύνην πολιτικὴν ἀρετὴν in Phædone dixit. ⟦Hoc spectant leges.⟧ Causa legum finalis. Hoc Plato tum alibi sæpe, tum de Legibus libro nono, affirmat. ⟦Lex diuina.⟧ Hinc fortassis Chrysippus Stoicus legem definiuit, πάντων εἶναι βασιλέα θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων. l. 2. ff. de legibus. Video quosdã in ea hic sententia esse, ut lex æterna hic intelligatur, quã Cicero alibi summam appellat. diuinam ideo appellari, quod non hominum ingenijs excogitata, sed quod mente sapientissimi optima ratione cuncta gubernantis Dei, dictata sit. humanam autem, quòd ex mentis illius diuinæ semine, hoc est prudentia & ratione illa communi naturæ humanæ ingenita, quam πρόνοιαν uocant, defluxerit. Itaque si nulla unquam lex tabulis insculpta sit, iustitiæ tamen studium ita mentibus humanis diuinitus infusum est, ut in homine nihil magis propriũ, neque quicquam tam secundum naturam hominis sit, quàm omnibus ex æquo benefacere, nocere nemini. Et quando theologi dicunt, hominem suapte natura nil nisi malũ operari, carnis ingenium, non illam diuinitatis particulam intelligunt. Quare studioso iuueni etiam atque etiam in studijs uidendum est, ne apostolicam loquendi rationem, quæ ex Hebræorum ferè fontibus manauit, cum genuina latinitate confundat. Sacræ literæ humanam naturam eam ferè uocant hominis partem, quæ perturbationibus agitur, non puram illam βούλησιν, quæ solo in nobis diuino numine regitur: atque sic tuto in Platone, Aristotele, Cicerone, alijsq; id genus philosophis uersabere, adeo ut ipsorum scripta sacris studijs non modo nõ remoræ, ut male feriati calũniantur, sed etiam fideles ancillæ, summæ huius reginæ sint futuræ. Nam si hunc Ciceronis locum diligenter expendas, uidebis nihil καθολικώτερον ab homine bene theologo, nedũ ethnico dici potuisse. ⟦Omnes autem.⟧ Laertius hoc dogma ad Zenonem primum authorem refert, qui in libro primo de

Ratio naturæ, ius gentiũ, ius ciuile, qđ hic leges populorum uocat.

natura hominis τέλος dixit τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ (inquit) ἐστὶ κατ᾽ ἀρετὴν ζῆν, ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις. & Archidemus, τὸ πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν. Sed quod ad legem naturæ attinet, eadem est inter Stoicos sententiarum diuersitas, quam diximus inter Ciceronem & iureconsultos esse. Nam hi ius naturale dicunt, quod natura omnia animalia docuit: Cicero autem legis naturæ nomine ius humanum intelligit, quod soli homines sequantur. Sic Cleanthes τὴν κοινὴν μόνην ἐκδέχεται φύσιν. Chrysippus autem τήν τε κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην. ❡ Hercules. } Herculis nomen ferè τοῖς ἀλεξικάκοις ab antiquis tributū est. Et quod à pluribus ubique terrarum diuersis etiam temporibus gestum est, unius uirtuti adscribitur. Iter ad cœlum solis patere uirtutibus, & solos uirtuosos immortalitatis participes esse, tum Herculis, tum aliorum exemplis edocet idem Cice. lib. Tuscul. quæst. 1. Accedit nominis etymon. dicitur enim ἡρακλῆς (si Fulgētio credimus) quasi ἀνδρῶν κλέος. Vel secundū alios, quasi ἡρώων κλέος. Macrob. enim aliam quandam physicam rationē secutus, quasi ἠρακλέος nominari ait. De Herculis laboribus lege Ouidium lib. 9. Metamorph. Diodorum Siculū lib. Fabulosarum antiquitatum. 5. Hyginum cap. 30. Fabularum, Boccatium libro. 13. cap. 1. & quæ ibi Mycillus annotauit. Addo hic quæ Erasmus annotauit in prouerbiū, Quarta luna natus. ❡ Errat in eo. } Diluit errorem ex loco cōparatorum. Nam si uitium est malum, maius uitium grauius malum est. Atqui animi uitia, corporis uitijs tanto sunt grauiora, quanto animus corpore præstātior est. ❡ Dissoluetur. } Ab effectu ad causam materialem. Iniuria si

Virtus maxime secundum naturam.

Hercules ob benefacta in genus mortalium Deus habitus.

Societatis ius non modo cū propinquis, sed etiam cū uniuersis ciuibus, postremo & cum hospitibus seruandū.

quàm dolor, quàm cætera generis eiusdem. itemq; magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, conseruandis, aut iuuandis; maximos labores, molestiasq; suscipere, * imitantē Herculem illum, quem hominum fama beneficiorū memor in concilio cœlestium collocauit: quàm uiuere in solitudine, non modo sine ullis molestijs, sed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine, & uiribus. Quocirca optimo quisque, splendidissimoq; ingenio longe illam uitam huic anteponit. Ex quo efficitur, hominē naturæ obedientem, homini nocere non posse. Deinde, qui alterum uiolat, ut ipse aliquid commodi consequatur: aut nihil se existimat contra naturam facere; aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum; quàm facere cuipiam iniuriam. Si nihil existimat cōtra naturā * fieri in hominibus uiolandis; quid cū eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id quidem censet, sed & multo illa peiora, mortem, paupertatem, dolorem; errat in eo, quòd ullum aut corporis, aut fortunæ uitium, animi uitijs grauius existimat. Ergo unū debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscuiusq;, & uniuersorum: quam si ad se quisque rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio. Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicunque sit, ob eam ipsam * causam, quòd is homo sit, consultū uelit; necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes, & eadem lege naturæ. Idq; ipsum si ita est, certe uiolare alterum lege naturæ prohibemur. Verum autem primum; uerum igitur & extremum. Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos commodi sui causa, sed aliam rationem esse ciuium reliquorum. hi sibi nihil iuris, & nullam societatem communis utilitatis causa statuunt esse cum ciuibus: quæ sententia omnem societatem distrahit ciuitatis. Qui autem ciuium rationem dicunt esse habendam, externorum negant, hi dirimunt communem humani generis societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. quæ qui tollunt, etiam aduersus Deos immortales impij iudicandi sunt: ab ijs enim constitutam inter homines societatem euertunt, cuius societatis

quidem materia est, & quasi instrumentum quoddam humanæ societatis dissoluendæ: sicut è cōtra non alia ratione melius seruatur, quàm iustitiæ cultu. Ratiocinatio in hunc modum constitui potest: Quodcunq; rem aliquam dissoluit, id cōtra eius naturā est, quia materia & forma, (ut Aristot. in Physicis auscultationibus docet) rerum naturalium principia sunt. Priuatæ utilitatis studium humanam societatem dissoluit. quia, iuxta Christi sententiam, Qui cū alio quo non colligit, dispergit. Igitur priuatæ utilitatis studiū consociationē humanam dissoluit. ❡ Vt homo homini. } A' coniugatis ut Terētianus senex, cum homo esset, humani nihil à se alienum iudicabat. Hominē siquidem hominum ius humanū arctissimo necessitatis uinculo copulauit. Verum autem primum. } A' contrarijs, ita: Si homo hominem lege naturæ iuuare debet, ergo nō debet lædere. ❡ Nā illud quidem. } Absurda illorū obiectio, qui differentias specierum colligunt, quando de genere quæstio est. Nam sicut genus species in se comprehendit oēs, ita necessitudo humana in suo ambitu & cognationū propinquitates, et ciuiles consociationes (ut in 1. lib. euidenter docuimus) cōplectitur. ❡ Qui autē. } ἀναλογικῶς. Eandem enim ciues erga totum humanū genus proportionem habent, quā parentes et propinqui erga ciues. ❡ Etiam aduersus deos. } Effectū iniustitiæ ciuilis amplificat neglectu pietatis. Respicit ad id quod supra dixit, naturæ rationem esse legem diuinam & humanam. ❡ Beneficentia. } συναθροισμὸς p asyndetō. ❡ Hæc enim uirtus. } Ratio, quia iustitia uirtutes in se cōplectitur omnes. ❡ Forsitan. } Occupatio. ❡ Sapiens. } Vir bonus, qui contra rationis iudiciū nihil faciat, & naturæ præscriptum in agendis rebus diligenter obseruat. ❡ Si phalarim. } Antonomasia.

* imitante

* fieri h.

* causam tamen, q.

occupationem

Aliend nihil usurpandũ, nec si cura cuiusq; in uriũ fieri posset.

Occupationẽ aliã diluit ea differentia, quæ publica discernunt a privatis. ☞ Bene ex stim ms. } φιλαυτία siquidẽ sibi etiam in rebus nõ iustis blanditur, et suũ cuiq; etiã pravo pulchrũ est: & quod nolumus, putãus iniustũ, iuxta proverbium sanctum est ☞ Nulla.n. } A' negãtibus. Qui legẽ aliquam violat, facit se eius beneficij exortẽ: Phalaris, sive quivis alius tyrannus, naturæ legẽ violat. Ergo tyrãnus ille Phalaris humani iuris orbe excludẽdus, quia relicta humana natura beluinã induit, & cũ beluis rectissime numerãdus est. ☞ Neque est. } A' maiori ad minus. ☞ Etenim. } Similitudo. Ovidius primo Metamorph.

—Sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

☞ Sed quoniã. } A' simili. ☞ Tanquã fastigiũ. } Absoluẽdi proverbiũ, sicut τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε, et summam manum addidit. ☞ Postulare. } Unde postulata geometrarũ, quæ Aurelius Cassiodorus petitiones vocat, Euclides αἰτήματα, Marcianus Capella cõcedẽda. De quibus præ cæteris Orontius cõsulẽdus est, li. Geometriæ. 1. ca. 8. ☞ Nihil præter id. } Quod Stoicorum velut αἴτημα est. ☞ Per Cratippũ. } Peripateticũ s. ☞ Negatq; ullã pestẽ. } Gravissima igitur pestis Clemẽs V. summus Romanorũ, vel Gallorũ potius pontifex, ducẽtis et amplius retro annis Tẽplariorũ ordinẽ in regis sui gratiã aboliturus, cũ ab aliquo in ea causa testiũ examinatore de iniustitia esset admonitus, responsitare Petri, si dijs placet, successorẽ nõ puduit, Si id nõ liceat per viã iustitiæ, licere tamẽ id per viã expedientiæ, ne charus sibi filius rex Frãciæ scandalizetur: hoc est, ne Tẽplarij, fundi ipsius calamitas, redditus interciperẽt. Fuit aũt Tẽpliariorũ ordo ut Salisberiẽsis in Policratico de Nugis curialium cõmemorat, ad imitationẽ Machabæorũ institutus, ut qui vitã pro fratribus ponerẽt. Licet aũt Blondus & Platina, malignitatẽ ne

*est.n. Societas nobis c. i. s.

arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa; quàm omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quæ vacent iustitia. Hæc enim una virtus omnium est domina, & regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit, Non'ne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? Minime vero. non enim mihi est vita mea utilior, quàm animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia. Quid? si Phalarim crudelem tyrannum & immanem vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit; non'ne faciat? Hæc ad iudicandum sunt facillima. nam siquid ab homine ad nullam partem utili, tuæ utilitatis causa detraxeris; inhumane feceris, contráque naturæ legem: sin autem is tu sis, qui multam utilitatem Reipubli. atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis; siquid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum: sin autem id non sit eiusmodi; suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid huiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est: est enim iniusta. Itaque lex ipsa naturæ, quæ utilitatem hominum conservat, & continet; decernit profecto, ut ab homine inerti, atque inutili ad sapientem, bonum, fortem'que virum transferantur res ad vivendum necessariæ: qui, si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, séque diligens hanc causam habeat ad iniuriam. Itaque semper officio fungatur, utilitati consulens hominum, & ei, quam sæpe commemoro, humanæ societati. Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile iudicium est. Nulla *enim nobis cum tyrannis societas, sed potius summa distractio est: neque est contra naturam, spoliare eum, si possis, quem honestum est necare. atque hoc omne genus pestiferum, atque impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas, & immanitas beluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. Huius generis sunt quæstiones omnes eæ, in quibus ex

an timore prohibiti nescio, cãm dissimulẽt: nõ tamẽ hãc iniquitatẽ obiiciunt Albericus Rosates iurecõsultus, ut hinc liquet, æquitatis amator, q hoc ex testibus qui rei interfuerant, cũ audisset, memoriæ mandare voluit. q. si locũ requiris, reperies ĩ Lexico Iuris utriusq;, qđ vir ille pro suis tẽporibus nõ indoctus posteritati reliqt, in nomẽclatura Tẽplariorũ. ☞ Marte nostro. } Ab imperatoribus, q suis ipsorũ auspicijs et copijs bellum sustinẽt. Erasmus Chiliad. et Alciat. li. 4. d' ver. sig.

AMER.

Itaque ut sine errore diiudicare possimus. } Hic incipit ad rem ipsam propius accedere Cicero, & proponit de generali regula, quæ sit usui futura ad omnem reliquam disputationem, & una breviter rationem reddit, cur sequatur in hoc opere Stoicos maxime. Deinde regulã illam, seu formulam subijcit copiose & splendide expositam. Summa autem eius est, nihil debere detrahi alteri homini per avaritiam, aut iniuste, sed alios homines adiuvandos esse cũ quãtocunq; periculo, aut molestia. Sic autẽ tractatum est hoc præceptum, ut probetur initio tribus argumẽtis. Primum est tractum ab inutili, seu damno consequente, nisi fiat hoc modo: Lædi societatem generis humani iniurijs. Ibi est etiam inserta similitudo cum occupatione, quod tamen liceat, ut sibi quis malit, quàm alteri, acquirere ad vitam necessaria. & crebro eadem sententia repetitur, & postea aliquoties in toto hoc loco per contentionem ferè, adeo, ut & hic exẽplũ possit haberi cõmorationis. Idẽ enim sæpe repetitur, inculcatur, urgetur, præcipitur, docetur aliter atque aliter, tanquam pictum. Secundum argumentum est ductum à turpi Contra ius naturæ & civile esse, aliter facere. Tertium à causa efficiente contrariorum, iustitiam & similes virtutes magis secundum naturam esse, quàm voluptatem & similia. Iustitia enim conservat humanam

tempore officium exquiritur. Eiusmodi igitur credo res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliquis casus, aut occupatio consilium eius * peremisset. Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt; quibus perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid sit id, quod idcirco fugiendum non sit, quia omnino turpe non * sit. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus; vt geometræ solent non omnia docere, sed postulare, vt quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent: sic ego à te postulo, mi Cicero, vt mihi concedas, si potes, nihil præter id, quod honestum sit, esse propter se expetendum. Sin hoc non licet *per Cratippum, at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse maxime propter se expetendum. Mihi vtrumuis satis est: & tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quicquam probabile. Ac primum Panætius in hoc defendendus est, quòd non vtilia cum honestis pugnare dixerit aliquando posse, neque enim ei fas erat; sed ea, quæ * videntur vtilia. Nihil vero vtile, quod non idem honestum: *nihil honestum, quod non idem vtile sit, sæpe testatur: negat'que vllam pestem maiorem vitam hominum inuasisse, quàm eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque non vt aliquando anteponeremus vtilia honestis, sed vt ea sine errore dijudicaremus, siquando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, *nullius adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi probetur, de ijs, quæ in manus *nostras venerunt.

societatem, uoluptas uero dissipat. Deinde addita est amplificatio, in qua confutat prætextum iniuriarum, seu falsam opinionem eorum, qui inferunt iniurias, per dilemma, seu diuisionem. Eam amplificationem concludit, & reuocat totam rem ad communitatem rerum. Sequuntur postea quatuor obiectiones, quæ sunt ex conditionibus, seu gradibus quibusdam hominum natæ. Patrem enim, aut fratrem, ciuem, externum, stultum, & inutilem, item tyrannum esse, conditiones sunt, & gradus hominum. Sic autem Cicero ad omnes respondet, ut doceat omnia referenda esse ad communem utilitatem. His est subiectus Epilogus, in quo accommodat exposita in obiectionibus ad Panætij consilium, & reuocat hanc rem ad ea quæ sunt in præcedentibus libris disputata, & iubet sibi de uirtute concedi quædam per quandam similitudinem. Est etiam subiecta excusatio Panætij de hac parte assumpta in disputationem de officijs. In fine ponitur tantum propositio huius libri. Et hæc quidem est dispositio huius loci. Nunc aliquid etiam de obscura & necessaria quæstione addam, quæ, etsi rectius in primo libro esset explicata, non tamen huc prorsus nō quadrat, cū ibi sit omissa, et eiusdem rei fiat hic mentio. Est autem disputatio quoq; de iure naturali, & iure ciuili. Nam ius gētium idem esse, quod est naturæ ius, hoc declarat, quòd bella, captiuitates, seruitutes iuris naturæ sunt, non uel contraria iuris naturæ, ut Iurisconsulti uolunt, uel affectus mali, quod alij nonnulli harum rerum non satis adhuc periti docuerunt: Cum enim a natura sit institutum, ut aliqui præsint inter homines propter præstantiam ingeniorum, aliqui obediant propter imbecillitatem, necesse est rixas, & contentiones, ac bella tandem oriri, quando aut præesse uolunt, qui non sunt idonei ad hoc, aut non parere, qui non possunt consulere sibi ipsi, & salui esse, nisi à melioribus regantur. Et ea quidem bella uidentur secundum naturam esse maxime, reliqua ex cupiditatibus, & malitia hominum suscipiuntur, & geruntur, tamen ex altera tantum parte. Nam altera semper iustum bellum gerit. Aut enim arcet illatam iniuriā, aut armis res repetit ablatas. Idq; etiā facit secundū naturā. Vult. n. natura, ut humana societas conseruetur, quod fieri nequit, nisi uis depellatur. Vbi autem sunt bella, captiuitates etiam ut sint, necesse est. Sæpe. n. nō potest coerceri cupiditas aliter, quàm uinculis & carcere. Et satius est uinciri uictos, quàm ite-

rū turbari pacē multorū. Quādquā, qd' ad hoc attinet, cum sæpe nō praua cupiditate impulsi arma capiāt, sed aut potentiorū ui coacti, aut ignorātia, & errore, nō oēs capti in bello hoc iure capiui sunt fortasse. Quemadmodum nō omnes serui possunt esse naturali iure, qui nascuntur à seruis, aut alijs de causis in seruitutē uenerunt, nisi quatenus uoluntate deliquerunt, & postea pœnā luunt peccati, nam & hæc pœna est secundū naturā, sed ibi tantū, qui sibi nō possunt res utiles ad uitā, uel quærere, uel conseruare. Alij. n. sunt alijs prudentiores natura, quod res ipsa testatur, & imprudentiores habēt opus consilio, & gubernatione prudentiorū. Ho: aūt nihil aliud est, quàm dom nos esse, & seruos, ut Aristoteles in Politicis demonstrat. Declarat hoc etiā mariti et uxoris cōsociatio. Nā uir est natura muliere prudentior, et præstantior. Quapropter etiā dominiū in illā habet, quanquam nō prorsus eiusmodi, quod dominus in seruum habet. Nā hæc societas propius paulo ad ciuilē societatē, in qua est iuris æqualitas, accedit. Docet idē puerorū & parētū ratio. Nā illi nō possunt sibi cōsulere. Merito igitur in potestate parētum sunt, et qdē magis pp suā, q̄ propter parētū utilitatē. Sic ēt seruis utile est, et salutare, sub dominis esse. Illi tñ natura serui sunt, qui pp naturæ humilitatē, et intellectus infirmitatē opus habēt aliena gubernatione, et dominio. Sic aūt Aristo. inq': ἄρχον δὲ φύσει, καὶ ἀρχόμενον διὰ τὴν σωτηρίαν· τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν ἄρχον φύσει καὶ δεσπόζον φύσει, τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν ἀρχόμενον καὶ φύσει δοῦλον. Præterea Aristo. tātū habet ius naturæ, et ius politicū, seu humanū. Cice. ēt hic ius gētiū et naturæ pro eodē uidetur accipere. Hæc ideo prolixius de iure gētiū exposui, q. nō parū ad præsentē q̄ōnē cōducat. Nā inter res priuatas, seu proprias numerātur et serui, et ea, q̄ sunt in bellis parta. Est aūt q̄stio, utrū pugnet cū iure naturæ, ius ciuile. Nā cū supra in. 1. li. dicatur, natura nulla priuata esse, idēq; multi alij doceant, et distinctio rerū, et proprietas à iure ciuili recepta, et approbata sit, merito uidetur cōtrariū esse iuri naturæ ius ciuile. Quapropter recte facere Anabaptistas, et alios, qui docēt, oīa debēre esse cōmunia neminem debere habere aliquid proprij, præsertim cum fundamentum debeat esse ius naturæ ciuilis iuris, et in ipsorum Iurisconsultorum libris scriptum sit, quòd naturalia semper firma, et immutabilia

præuenijs

ltigiū i. sum ā manū, ab ædificijs t. āl ūis qbus ꝑſe s, conus ali is imponit summo.

propter

arte nostro

*est.

*uiderētur

*nec h.

*nullis

*meas

mutabilia permaneant. Ad quae sic respondeo: Nunc est ostensum, captiuitates, seruitutes, & similia non esse diuersa à uere naturae. Non possunt ergo rerum dominia contra naturam esse, cum & haec manerentur inter priuata, & uere sint, imo tota oeconomia secundum naturam est. Itaque omnia quae pertinent ad oeconomiam, secundum naturam sunt, non serui tantum & domini. Docet hoc etiam, dominia secundum naturam esse, quód homo praeest reliquis animalibus, propterea, quód careant intellectu, & magna ex parte hominum auxilio habent opus. Docet idem apum uita, in qua multae uni parent. Quanquam autem praeesse non est dominium habere, tamen sicut in Republica, ita in oeconomia, unde orta est politia, alij debent praeesse, alij parere. Hoc autem non potest fieri, nisi rerum sit proprietas. Huc pertinent etiam usitata argumenta: Non posse aliter salutem uniuersorum & singulorum consistere, nisi res distinctae sint, & nisi sit proprium. Nam si undecunque liceret sumere unicuique, quae esset futura confusio & turbatio? Quanquam huic malo fortasse posset succurri legibus, & poenis constitutis in otiosos. Ideoq; firmiora & planiora uidentur esse argumenta superiora. Deinde priuatum fuisse in omnibus Rebuspublicis, non extreme barbarorum populorum. Et Deum ipsum in sui populi Repub. priuatum ordinasse. Quod quidem argumentum debet apud Christianos firmissimum esse. Neque unquam Christus postea mutauit aliquid de illa re. Et Sanctus Paulus, ne ex publico aut priuato aliorum uiueret, quanquam iure potuisset, acquisiuit sibi ipse, unde sustentaret se. Approbat idem seruitutes, & priuatum, non solum in prima Epistola ad Timotheum, sed in alijs multis locis tum haec, tum alias ciuiles constitutiones. Item cum dicit Esaias: Frange esurienti panem tuum, de priuato loquitur, non de communi. Et quid aliud sacra scripta praecipiunt, quando praecipiunt de bonis operibus, quàm ut de nostro & priuato largiamur indigentibus? Sed infinita sunt, quae persequor. Referti enim sunt diuini libri talibus testimonijs, quibus priuatum non tantum approbatur, sed etiam iubetur esse. Cum ergo priuatum sit, & secundum naturam, & non tantum salutare communi hominum saluti, sed etiam necessarium, atque adeo à Deo ipso institutum sit, non debet esse omnium rerum communitas. quando in Cicerone, aut alibi dicitur, omnia debere esse communia, sic intelligendum est, ut sit uoluntaria rerum communicatio pro eo, ac iustitia praescribit, aut etiam gratuito. Nam quod mihi superest, hoc alteri, qui opus habet, donare etiam debeo, quando non potest uicissim aliquid dare, ut fiat permutatio secundum iustitiam, hoc est, seruata aequalitate. Et est sanè ambiguitas in uocabulis communio, communitas. Nam pro rerum communi & iure & usu prorsus excluso proprio usurpantur, & pro uoluntario rerum communi usu, & quem docet iustitia, seu rerum publicarum ratio, & forma. Idq; posterius propric significant hae uoces Latinis, & Graecis κοινωνία in talibus disputationibus, & pro consuetudine, quam maxime sequimur in scholis. Plato magis in priore significatione uocabulo illo utitur. ex quo plura Cicero sumpsit, quàm ex Aristotele. Haec ambiguitas uocum uidetur mihi multas disputationes inutiles, & errores peperisse nostro etiam tempore. Quod autem Cicero in primo libro dicit: Sunt autem priuata natura nulla, de Platonico magis priuato, quàm de Aristotelico est intelligendum. Nam ibi certe naturae ius ita separatur a ciuili iure, ut iuri naturae communio rerum Platonica, ciuili Aristotelica, & priuatum tribuatur. Nihil enim prohibet una esse isto modo priuatum, & publicum in ijsdem rebus, imo debet esse, & sic à natura est institutum. Videtur quidem natura uoluisse rerum omnium commune ius & usum esse, cum eiusdem generis sint omnes homines. Sed hoc est etiam considerandum, magnam diuersitatem in hominibus esse per eandem naturam, quae, quia uoluit omnibus consulere, uoluit etiam, ut alij praeessent, alij parerent, ut oeconomia esset, ut ciuilis communicatio rerum esset. Natura enim non tantum quaerit generationem rerum, sed etiam conseruationem, quatenus licet & potest fieri. Et quia, ut Plato & Aristoteles docent, homo natura politicum animal est, necesse est politiam etiam secundum naturam esse. Politia uero non potest existere sine hoc rerum usu proprio & communi, hoc est, sine iustitia commutatiua & distributiua. Origo enim Politiae est oeconomia, in qua necesse est proprium esse. Ergo tam priuatum, quàm communitas naturae congruit, alterum secundum politiam, alterum secundum oeconomiam. Nec pugnat secum natura, quód in diuersis speciebus diuerse agit, ad unum tamen finem. Et uerba Ciceronis aut sic exponi debent, ut sentiat quando homines coeperunt esse, non certum unicuique naturam assignasse, & uelut manu tradidisse possidendum. Sed in tanta copia rerum quemlibet pro suo arbitrio occupasse uacuum. Quomodo enim illa aliter cum ijs, quae tum hic, tum in eodem opere dicuntur alibi, detrahere alteri sui commodi causa magis contra naturam esse, quàm ea, quae uidentur maxime esse talia, conueniant? Aut certe, si de perpetua quadam naturae lege aut iure dicit, quam postea homines suae utilitatis causa, suoq; tantum impulsu & arbitrio mutauerunt, non ipsius naturae suasu & ductu, negandum est id, aut sentiendum, quod ὑπερβολικῶς de communitate rerum illa dixerit, uolens ita homo politicus politiam magnifice laudibus euehere. Sed re uera utrunque in natura est, publicum & priuatum, & quidem ab initio cum oeconomiae statim etiam esse coeperint, quando homines, & publicum esse coepit. Aut certe prius priuatum fuit natura, & tempore, quam publicum. Ex oeconomijs enim Respublicae ortae sunt. Haec adnotanda hic obiter duxi, ut res obscura, & late fusa nonnihil ab adolescentibus intelligeretur, olim fortasse copiosius, & distinctius eam explicaturus.

ERASMVS.

RESpublicae continentur.} Continentur dixit pro constant: nam aliter continetur quod comprehenditur, aut inclusum est. ¶ Ex quo efficitur.} Efficitur dixit, pro colligitur argumentis. ¶ Humana consociatio.} Consociandi uerbo fortasse timuissemus uti, ni Cicero usurpasset. ¶ Violare alterum.} Graecorum more usurpauit uiolandi uerbum, non pro uim inferre, sed pro iniuriam facere praeter ius: Graeci dicunt ὑβρίζειν, & ὕβριν non solum uim, sed etiam iniuriam, aut contumeliam uocant. ¶ Consilium eius peruenisset.} Noue usus est uerbo perueniendi, nisi forte mendum subest, & legendum est praeuenisset.

MELANCHTHON.

DEtrahere igitur.} Formula qua officium cognoscitur. Summa utilitas hominum est conseruatio societatis humanae. Proinde censendum est inutile esse, quicquid laedit societatem: at iniustitia laedit societatem, ergo nulla ex ea potest colligi utilitas. Et primum de iustitia dicit, postea de utilitatibus pugnantibus cum reliquis uirtutibus. ¶ Neque uero hoc solum natura, id est, iure gentiū.} ¶ Ius gentium est ratio, & communis sensus hominum: leges populorum: suum cuiusque ciuitatis ius est.

Neque nos commoditas quantauis cum summa etiam impunitate coniuncta permoueat, ut uel tantillum ab honesto recedamus, sine quo nihil non perniciosum.

CVm igitur aliqua species vtilitatis obiecta est, *cómoueri necesse est. sed si cú animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quæ speciem vtilitatis attulerit: tunc vtilitas non requirenda est; sed intelligendum, vbi turpitudo sit, ibi vtilitatem esse non posse. Quòd si nihil est tam contra naturam, quàm turpitudo, (recta enim, & conuenientia, & constantia natura desiderat, aspernaturq; contraria) nihilq; tam est secundum naturam, quàm vtilitas: certe in eadem re *vtilitas, & turpitudo esse nó potest. Itemq; si ad honestatem nati sumus, eaq; aut sola expetenda est, vt Zenoni est visum, aut certe omni pondere grauior est habenda, quàm reliqua omnia, quod Aristoteli placet: necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum; quod autem bonú, id certe vtile: *ita quicquid honestum, id vtile. Quare error hominum non proborum, cum aliquid, quod vtile visum est, arripuit; id continue secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur; hinc furta, peculatus, expilationes, direptionesq; sociorum, & ciuium; hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ: postremo etiam in liberis ciuitatibus existunt regnandi cupiditates; quibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest. Emolumenta enim rerum fallacibus iudicijs vident: pœnam, non dico legum, quas sæpe perrumpunt; sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident. Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio (est enim totum sceleratum, & impium) qui deliberant, vtrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non peruenerint. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam in omni deliberatione celandi, & occultandi spes, opinioq; remouenda est. Satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet; si omnes Deos, hominesq; celare possimus; nihil tamen auarè, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinéter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, cú terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque

* nos com.

* utili ter.

* itaq;

CVM igitur.} Scopus est, nihil utile esse, quod turpitudinem adiunctã habeat. à loco contrariorum negantium. ⁋ Si ad honestatem.} Sorites per gradationem: Ad honestatem nati sumus, authoritate Zenonis: Honestum aut solum bonum Stoicis, aut summum Peripateticis: Bonum idem quod utile, quia bonum utile in se complectitur, cõsensu Stoicorum. Laertius. Faciunt enim τὸ ἀγαθὸν quasi genus, cui ueluti species includunt, συμφέρον, δέον, λυσιτελές, χρήσιμον, εὔχρηστον, καλὸν, ὠφέλιμον, αἱρετὸν, καὶ δίκαιον. Honestum ergo utile. ⁋ Zenoni.} Zenoni Citieo, Stoicæ disciplinæ principi, cuius uita est apud Laertium li. 7. ⁋ Quod Aristoteles.} Laertius in eius uita, dogmata ipsius enumerans, ex ipsius sententia refert, τὴν ἀρετὴν μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν· προσδεῖσθαι γὰρ τῶν περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, κακοδαιμονήσοντος τοῦ σοφοῦ κἂν ἐν πόνοις ᾖ, καὶ ἐν πενίᾳ, καὶ τοῖς ὁμοίοις: Bona enim ipse in Ethicis lib. 1. cap. 8. trifariam diuidit καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα, τὰ, inquit, περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν, καὶ μάλιστα ἀγαθά. Vbi ego τὰ μάλιστα ἀγαθὰ summa bona, collatione inferiorum expono, cum interpres τὸ ἀγαθὸν simpliciter, & sine omni uel adiectione uel respectu summũ interpretatus sit bonum. ⁋ Hinc sicæ.} Congeries effectuum, Sicæ, uenena &c. hoc est sicarij & uenefici per μετωνυμίαν. Lege tit. 18. lib. 4. Institutionũ imperialiũ. Marsus hoc loco, more suo, satis uerbosus est. ⁋ Sociorũ.} τῶν συμμάχων ⁋ Hinc opum nimiarum} Plato quoque in Politicis, ait nimias opes Reipub. perniciosas esse. Quod si quis hodie concionator dicat, necesse sit eũ nõ dico popularẽ, sed seditiosum, perduellionis & læsæ maiestatis reum esse ⁋ Emolumenta.n.} Cautus Cicero, personæ susceptæ memor, fortunæ ludibria non bona, non utilitates, sed emolumenta & cõmoda uocat. ⁋ Pœnam, non dico legum.} Alludit ad Anacharsis dictum, qui Solonis leges aranearum telis conferebat. Dat.n. ueniã coruis, uexat censura columbas. ⁋ Quæ acerbissima est.} Malã cõscientiã intelligit. neque aliud furias poeticas sibi uelle, pro Sexto Roscio, & in L. Pisonem μυθολογικῶς ostẽdit: Nolite, inquit, putare P. C. ut in scena uidetis, homines cõsceleratos impulsu deorũ terreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenque fraus, suũ facinus, suũ scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hæ sunt impiorũ furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Vide prouerb. Conscientia mille testes. ⁋ In ipsa.n. dubitatione facinus est.} Sic theologi quoq; sinceriores, ut eũ culpa eximunt, quẽ Satan suis machinis semel atq; iterum adoritur: ita iam scelus esse admissum aiant, si dialogismo factus sit locus, & crimen in deliberatione ponatur. Alterũ præceptũ à uitijs restringit eos, qui oderunt peccare formidine pœnæ. Nam qui naturæ dictamini obediunt, quæ ut Stoici affirmãt, ἀφορμὰς δίδωσιν ἀδιαστρόφους, ab honesto nõ aberrabunt. Prius igitur præceptum erat honesti: hoc aũt alterũ, corruptã in deliberando de utili opinionẽ emendat, ne quis falsa persuasione sibi polliceatur crimen suũ celari posse. Honestũ & utile præcipua deliberationis capita sunt. illud natura hominibus inseuit, cui qui minus parẽt, neq; pulchri admiratione capiuntur, obcæcati nimirũ, & falsa utilitatis opinione persuasi, quã captãtes uirtutis iã deserũt, & magno libidine impetu ad pniciẽ, quã nõ animaduertũt, grassantur. Euidẽs huius rei et appositũ exẽplũ apud Senecã ĩ Hippolyto ẽ, quẽ Phædra nouerca scelerato amore ardẽs, postq̃ semel turpẽ uolu-

Turpis utilitas omniũ scelerum parens.

Turpitudo per se fugiẽda, etiã summa impunitate proposita.

Aurea præceptio.

ptatem

*equum, ut ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, anulum'que aureum in digito: quem vt detraxit, atque ipse induit; erat autem regius pastor: tum in concilium pastorum se recepit: ibi cum * palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, cum * in locum anulum inuerterat.* Itaque hac opportunitate anuli vsus, reginæ stuprum intulit; ea'que adiutrice regem dominum interemit, sustulitq; quos obstare arbitrabatur. Nec in his quisquam eum facinoribus potuit videre: *sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ.* Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, *nihil plus sibi licere putet peccare, quàm si non haberet.* Honesta enim bonis viris, non occulta quæruntur. Atque hoc loco *philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam, & commentitiam fabulam dicunt prolatam à* Platone: *quasi vero ille aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat.* Hæc est vis huius anuli, & *huius exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit; cum aliquid diuitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis causa feceris, si id dijs, hominibus'que futurum sit semper ignotum; sis'ne facturus?* Negant id fieri *posse: quanquam * potest id quidem.* Sed quæro: *quod negant posse, id si posset, qui'dnam facerent?* Vrgent *rustice sane: negant enim posse, & in eo perstant.* Hoc *verbum quid valeat, non vident.* Cum *enim quærimus, si possint celare, quod facturi sint; non quærimus, possint'ne celare: sed tanquam tormenta quædam adhibemus; vt, si responderint se impunitate proposita facturos, quod expediat; facinorosos se esse fateantur: si negent; omnia turpia per seipsa fugienda esse concedant.* Sed *iam ad propositum reuertamur.* Incidunt *sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos vtilitatis specie; non cum hoc deliberetur, relinquenda'ne sit honestas propter vtilitatis magnitudinem; nam id quidem improbum est: sed illud, possit'ne id, quod vtile videatur, fieri non turpiter.* Cum Collatino Tarquinio collegæ Brutus *imperium abrogabat; poterat videri facere id iniuste: fuerat enim in regibus expellendis socius* Bruti, & *consiliorum etiam adiutor. cum autem consilium hoc principes cepissent; cognationem* Superbi, *nomenq;* Tarquiniorum, & *memoriam regni esse tollendam,*

pietatē honestæ pudicitiæ prætulisset, cum uesano Veneris furore frui negaretur, ultionis libidinē supplere uoluit. quam ab instituto dehortatura nutrix, duo hæc Ciceronis præcepta, ueluti efficacissima huius morbi remedia, his uerbis adhibuit: Obstare primum est, uelle nec labi uia. Pudor est secundus, nosse peccandi modum. Quasi dicat, Primum naturæ lex iubet, ne latum quidem digitum ab honestatis uia digredi. Sed quia nec Thesei nobile coniugium, nec natales à Ioue ducti te mouent, quod honesti rationem adeo nullam habens turpem uoluptatem quàm pulchrum pluris facias: Pudor secundus est, nosse peccandi modum. hoc est, prostitueris sanè pudicitiam, de honesto planè secura: memineris tamen quid, quantum ue mali tibi sit inde oriturum, si torum regium scelerato incestu contaminaueris. Crimen ijsdem rationibus exaggerat, quas hoc loco Cicero congerit. Verba, ut conferas, subiungam:

Quò misera pergis? quid domum infamem grauas?
Superasq; matrem? maius est monstro nefas.
Nam monstra fato, moribus scelera imputes.
Si, quod maritus supera non cernit loca,
Tutum esse facinus credis, & uacuum metu,
Erras, tamen tu crede lethæo abditum
Thesea profundo ferre perpetuam Stygem.
Quid ille, lato maria qui regno premit,
Populisq; reddit iura centenis pater,
Latere tantum facinus occultum sinet?
Sagax parentum est cura. credamus tamen
Astu, doloq; tegere nos tantum nefas:
Quid ille rebus lumen infundens suum
Matris parens? quid ille qui mundum quatit,
Vibrans coruscat fulmen ætneum manu,
Sator deorum? credis hoc posse effici
Inter uidentes omnia, ut lateas, auos?
Sed, ut secundus numinum abscondat fauor
Coitus nefandos, utq; contingat stupro
Negata magnis sceleribus semper fides,
Quid pœna præsens, consciæ noctis pauor,
Animusq; culpa plenus, & semet timens?
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.
Compesce amoris impij flammas precor,
Nefasq;, quod non ulla tellus barbara
Commisit unquam, non uagus campis Geta,
Nec inhospitalis Taurus, aut sparsus Scythes.
Expelle facinus mente castifica horridum,
Memorq; matris metue concubitus nouos.
Miscere thalamos patris & gnati apparas,
Vteroq; prolem capere confusam impio.
Perge, & nefandis uerte naturam ignibus.
Cur monstra cessant, aula cur fratris uacat?
Prodigia toties orbis insueta audiet,
Natura toties legibus cedet suis.

[Gygis.] Quid prohibet, ne Platonis uerba subijciam? ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθὸν, νόμῳ δὲ καὶ βίᾳ παράγεται ἐπὶ τὴν τοῦ ἴσου τιμήν, εἴη δ᾽ ἂν ἡ ἐξουσία, ἣν λέγω, τοιάδε μάλιστα, εἰ αὐτοῖς γένοιτο, οἵαν ποτέ φασι δύναμιν τῷ Γύγου τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ γενέσθαι. εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν ποιμένα θητεύοντα παρὰ τῷ τότε Λυδίας ἄρχοντι, ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ

Pala, massa, qua anuli gemma clauditur.

* in lucem

* nō potest,

*quòd erat vtile patriæ consulere;id erat ita honestum, vt etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaq; vtilitas valuit propter honestatem; sine qua nec vtilitas quidem esse potuisset. At in eo rege, qui vrbem condidit, non *itē. Species enim vtilitatis animum impulit eius: cui cum visum esset vtilius solum se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & pietatem, & humanitatem; vt id quod vtile videbatur, neq; erat, assequi posset: & tamen muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. Peccauit igitur, pace uel Quirini, vel Romuli dixerim.*

...multo, ut
...us impera
..., ft· mũ fra
...m occidit,
... quidē cũ
...etrem, q
...ernia cõtra
...ẽ trãsiluisset

σεισμοῦ. ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον, ᾗ ἔνεμεν. ἰδόντα δὲ καὶ θαυμάσαντα καταβῆναι καὶ ἰδεῖν ἄλλά τε δὴ ἃ μυθολογοῦσι θαυμαστὰ, καὶ ἵππον χαλκοῦν κοῖλον θυρίδας ἔχοντα καθ᾽ ἃς ἐγκύψαντα, ἰδεῖν ἐνόντα νεκρὸν. ὡς φαίνεσθαι μείζω ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι. συλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν᾽ ἐξαγγέλλοιεν κατὰ μῆνα τῷ βασιλεῖ, τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖνον, ἔχοντα τὸν δακτύλιον. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων. τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν, εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρὸς. τούτου δὲ γενομένου. ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου. καὶ τὸν, θαυμάζειν τε, καὶ πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δακτύλιον στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, καὶ στρέφοντα φανερὸν γενέσθαι. καὶ τοῦτο ἐννοήσαντα ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου, εἰ ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν. καὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλῳ γενέσθαι. ἔξω δὲ, δήλῳ. αἰσθόμενον δὲ, εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν περὶ τὸν βασιλέα. ἐλθόντα δὲ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύσαντα, μετ᾽ ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ, ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. Herodotus lib. 1. rem multo aliter narrat, nec ullam annuli facit mentionem sicut & Iustinus ex Trogo lib. 1. uide prouerb. Gygis annulus, apud Erasmum: quod etiam à Suida refertur. & Cælius tam de Gygis annulo, quàm de annulorum uirtute, quædam lectu non indigna tradit, libro 3. cap. 25. & 26. Imperauit Gyges apud Lydos rex quintus, eo tempore quo apud Romanos Numas. cum Gyges ab Apolline Pythio sciscitaretur, an aliquis mortalium se esset felicior. πολύχρυσος enim Græcis cognominatus fuit, oraculum illi Aglaum quendam Arcadum pauperrimum prætulit, ætate iam seniorem, qui terminos agelli sui nunquam excesserat, paruuli ruris fructibus ac uoluptatibus cõtentus. Valerius lib. 7. cap. 1. Plin lib. 7. cap. 46 ❡ Regius pastor. } Satellitem Herodotus. Dascyli filium fuisse refert. ❡ Palam. } σφενδόνην, fundam. Vide Hermolaum in Glossematis Plinianis. ❡ Reginæ stuprum intulit. } Cuius pudicitiam rex ipse formam eius ostentando prostituerat. } Regem Candaulem, quem Græci Myrsilum nominarunt. Herodotus. ❡ Atque hoc loco. } Macrobius cap. 2. lib. 1. de Somnio Scipionis. Platonem contra Epicureos defendit, quòd fabulis sit usus. & ibidem docet, quæ fabulæ philosophis sint concessæ. ❡ Sis'ne facturus. } Gellij locus à Marso citatus est lib. 12. cap. 10. Multa symphona collegit D. Erasmus in Prouerb. Tempus omnia reuelat.

❡ Quanquam potest id quidem. } Hominibus fortassis, Deo non item. Et Marsus tantum ad homines refert, sed hoc non citra graue orationis uitium. Neq; enim mihi persuadeo Ciceronis hanc esse periodi particulam, sed ex Epicurei cuiusdam annotatiuncula, ut fieri solet, in contextum irrepsisse credo. Cicero enim ipse de Diuinatione secundo, Dei cognitioni & procurationi subijcit omnia. & in Academicis quæstionib. fatetur, Deum mundi animũ & mentem esse, cuius numine cuncta administrãtur. Plato illã uniuersitatis administrationẽ nõ Deo soli, sed cũ Deo fortunæ et tempori tribuit. de Legibus 4. ὡς θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τ᾽ ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. Hæc propterea dico, quòd si Deus omnia administrat & procurat, ergo eum nihil effugit. Atq; hoc sentire Ciceronem patet, non affirmatiue, sed conditionaliter. & ob id conditionalis particula, Si, rectè à quodam contextui est inserta. quo modo etiam Seneca quodam loco ait, Si scirem deos ignoraturos, & mihi ignoscituros, tamẽ adhuc propter peccati turpitudinẽ peccare nollẽ. ❡ Brutus. } Liuius in Bruti cõcione has circũstantias satis cõmode expressit, dictitãs Tarquinios regno assuesse, pulso Superbo penes Collatinũ imperiũ uiuere, nõ placere nomẽ, periculosum libertati esse regiũ genus, regiũ nomẽ nõ solũ in ciuitate, sed etiã in imperio esse. Collatinũ per apostrophen his uerbis alloquitur: Hunc tu, inquit, tua uoluntate L. Tarquini, remoue metũ, meminimus, fatemur, eiecisti reges. absolue beneficiũ tuũ, aufer hinc regiũ nomẽ, &c. Diony. lib. 5. maleuolã hanc suspicionẽ ex intercessione pro Bruti filijs facta natã scribit Plutarchus nõ dissimulat Collatinũ inuito Bruto Cos. factũ. Fuit autẽ L. Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus, Aegerij fratris Tarquinij Prisci filius, ut dicit Liu. nepos uero, ut Diony. Plin. de Viris illustribus ait Collatinũ sorore Tarquinij Superbi genitũ. Serui. Aen. 6. ait Tricipitinũ Lucretiæ patrẽ cũ Bruto Cos. fuisse, reclamãtib. cæt'us historicis. Aur. Augustinus de Ciuitate dei lib. 3. ca. 17. hoc Bruti facinus cõtra ius & bonũ factũ cõmemorat. Et Iulius Obsequẽs obseruatũ esse ait, neminẽ qui magistratũ collegæ abrogasset, annũ uixisse: quorũ primus fuit Brutus, deinde Tiberius Gracchus, & P. Tarquinias. Historiã præter citatos scribunt Flor. lib. 1. cap. 9. Sabell. Ennead. 2. lib. 7. Eutrop. lib. 1. cap. 11. Si illis hominibus honestũ & utile fuit profligassẽ tyrãnidẽ, cur nos de reuocãda idolatria cogitamus? ❡ At in eo rege. } Cur nõ tyrãno potius? quãdoquidem semel animũ ad tyrãnidẽ adiecit. satis ironicῶς περιφράσει nomen explicuit, uel suppressit potius, nec obtusiorẽ in calce aculeũ relinquit, ubi à Quirino uel Romulo pacẽ flagitat. Cõtra Romuli paricidiũ legẽdus Augustinus est li. de Ciuitate dei 3. cap. 6. Horat. Epodon Ode 7. Ouidi. Fastorũ 4. ❡ Pietatẽ. } Quia fratrẽ. ❡ Humanitatem. } Quia hominẽ. ❡ Vel Quirini. } Vnde nos Quirites. ❡ Vel Romuli. } Vnde nos Romani dicti sumus. alterum nomen à Deo, si dijs placet: alterum ab homine. Vtrumq; tanti imperij auspicijs pœnitendum. de quo Lactantius lib. 1. cap. 15.

nita:

AMER.

Cum igitur aliqua species. } Hactenus aditũ sibi fecit ad hanc suæ disputationis partẽ, nunc rẽ ipsam inchoat, & ostẽdit primo, quid sit faciẽdũ, quãdo res aliqua habẽs spẽm utilitatis, se nobis obtulerit: nẽpe, referẽdã esse eã ad honestatẽ, cum qua si pugnet, ne quidem habendam esse pro utili, quantumuis nobis blandiatur. Deinde repetit supra explicatam disputationem de coniunctione utilitatis & honestatis. Et sic argumentatur fermè:

Turpitudo

Turpitudo non est secundum naturam,
Vtilitas est secundum naturam.
Ergo utilitas non est turpitudo.

Est Syllogismus in secunda figura. Sed quia minor propositio erat infirma, addidit alteram argumentationem, quam nonnulli uocant σωρίτην. Sed Aristoteles negaret, omne bonum esse utile. Bonum enim Aristoteli genus est, Vtile species: nec conuertitur genus cum specie simpliciter, ut loquuntur. Reprehendit etiam eos iterum, qui ea distraxerunt, & recitat incommoda, quae sunt ex distractione secuta. Quod ibi autem dicit, turpitudinis poenam esse acerbissimã, intelligendum est de mala conscientia. Vere enim quod Graeci dicunt, συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν, conscientia uerberat animum. ¶ Additur aliud praeceptum: Etiam sine teste faciẽdum esse honeste: quod ornauit bellissima fabula, quae est in secundo πολιτειῶν apud Platonem, cum defensione quadã Platonis, & expositione fabulae. Sub finem iterum indicat, quid sit honestum cum utili comparare, & per duo exempla contraria docet, quid sit in talibus deliberationibus sequendum, nempe omnia esse ad honestatem reuocanda, & ad publicam utilitatem, sicut in praecedente formula indicatum est.

ERAS. *DEos hominesq; celare possumus.} Celamus eos aliquid, quibus clam esse uolumus, quod agimus. ¶ Minime mali illi quidem.} Peculiare est Ciceroni, ad hunc modum coniungere, quidem & illi. Quod ut apud hunc frequens est, ita haud scio, an apud quenquam uetustiorum reperiatur.*

MELAN. *QVare error, &c.} Rhetorice amplificat, errorem hominum taxans. ¶ Atque etiam in omni delibera.} Exaggerat, honesta propter se, non propter famam diligenda: turpia autem uitanda propter sese, uel si ignominia, aut poena nulla sequeretur. ¶ Gyges inducitur à Platone.} Apud Plat. 2. πολιτικῶν.*

Proprijs commodis quatenus cuiq; inseruire permissum sit.

NEc tamen nostrae nobis utilitates omittendae sunt, alijsq; tradendae, cum his ipsi egeamus: sed suae cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. Scite Chrysippus, ut multa: Qui stadium, inquit, currit; eniti, & contendere debet, quàm maxime possit, ut uincat, supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet. Sic in uita sibi quenq; petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est; alteri subripere, ius non est.

BETVL. *NEC tamen.} Aliud praeceptum de quaerenda utilitate priuata. ¶ Chrysippus.} Chria. Exemplum est apud Maronẽ lib. 5. Aen. ubi Nisus in certamine cursorio sese opposuit Salio.*

AMERB. *NEc tamen nostrae.} Per occupationem respondetur ad eandem obiectionem, quae supra sub initium formulae tractata est. Obseruari autem debet Chrysippi Apophthegma, in quo est totius huius disputationis summa, quòd liceat quidem sibi quenq; prae alijs prospicere de rebus necessarijs, & utilibus ad uitam, sic tamẽ, ut turpitudo absit, & iniuria aliorum.*

Formula in amicitijs, ut semper honestati cedat beneuolentia amici, fides praestetur, etiam maximis incõmodis propositis. Communibus in rebus tantum charitati amicorum tribuatur, quatenus religio, & honesti ratio patitur: caeterum ne qua res turpis aut petatur ab amico, aut praestetur petenti.

MAxime autem perturbantur officia in amicitijs: quibus & non tribuere, quod recte possis; & tribuere, quod non sit aequum; cõtra officium est. Sed huius generis totius breue, & non difficile praeceptum est. Quae enim uidentur utilia, honores, diuitiae, uoluptates, & caetera generis eiusdẽ; haec amicitiae nunquam anteponenda sunt. At neque contra Rempublicam, neque contra iusiurandum, ac fidem, amici causa uir bonus faciet, * ne si iudex quidem erit de ipso amico. ponit enim personam amici, cum induit iudicis. tantum dabit amicitiae, ut ueram amici causam esse malit; * & ut perorandae liti tempus, quoad per leges liceat; accommodet. Cum uero iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se adhibere testem; id est, * ut arbitror, mentem suam; qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. Itaque praeclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus; QVae salua fide facere possit. Haec rogatio ad

* nec
* ut
* ut egear

BETVL. *MAxime autẽ.} Quae de amicitia digna nobis uisa sunt, in Laelio annotauimus: quare hic erimus breuiores. ¶ Quae enim uidentur.} Sunt fortassis emolumenta, utilia non sunt, nisi legitime ijs utaris. ut uideas Ciceronem Stoicam personam, quam his libris suscepit, nõdum posuisse: ponit amicos inter res maxime commodas. Id quod Socrates apud Xenophontem 2. τῶν ἀπομνημονευμάτων affirmat, ubi longa inductione amici possessionem caeteris possessionibus multis gradibus anteponit. ¶ Contra Rempublicam.} Quia amicitia inter bonos tantum. Bonus autem contra Rempublicam faciet nihil. Et nascitur omnino haec quaestio ex superioribus exemplis. Videri enim potuit Collatinus contra Rẽpub. pro amicis egisse, cum pro adolescentibus in cõiuratione deprehensis intercessionem pararet. ¶ Iusiurandũ.} Praesertim si ἐπορκτὸς sit ὁ ὅρκος. Venereum enim iusiurandum, si Callimacho credimus, μὴ δύνει οὔτ' ἐς ἀθανάτων. Sed iurisiurandi temeritatem reprehendunt poetae in Phaetontis fabula. Satius fuerat, iusiurandum uiolasse, quàm iuueni imperito solis habenas magno totius mundi malo permisisse. Est sanè iurisiurãdi altera apud Isocr. causa, ut amicis periclitãtibus succurramus. sed amicus erit nemo nisi uir bonus. Nam pecuniam iurisiurandi causam ne iusti quidẽ admittit: ut quod uel auaritiae, uel piurij suspicionẽ generat. Non est, opinor, huius loci dicere, quàm turpe sit uel hosti iusiurandum non seruasse. si Reipublicae augẽdae gratia turpe est, imo etiã religiosum, iusiurandum fallere: multo minus defendi potest, si amici causa falsum iuraueris. ¶ Fidem.} Fidem lib. 1. dixit inde dictam, ut fiat quod dictũ sit: quam qui fefellerit, ferè nõ minorem famae iacturam bonorũ iudicio facit, quàm qui deierauit. De multijuga huius uocis*

Iudex qui salua fide praestare non possit, ne rogandus quidem est.

ea pertinet, quæ paulo ante dixi, honesta amico à iudice posse concedi. Nam si omnia facienda sint, quæ amici uelint; non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. Loquor autem de communibus amicitijs; nam in sapientibus uiris, atq; perfectis nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse: ut cum eorũ alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset; & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies cõmendãdorum suorũ causa postulauisset: uas factus * est alter eius sistẽdi: ut si ille non * reuertisset, moriendũ esset * ipsi. Qui cum ad diẽ se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut se in amicitiam tertiũ adscriberent. Cum igitur id, quod utile uidetur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur; iaceat utilitatis species, ualeat honestas. Cum autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur; religio, & fides anteponantur amicitiæ. * Sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officij.

* sit
* reuertisset ad diem
* sibi ipsi.
* & sic

significatione, lege Budæum in Comment. Do. etiam Alciatus hoc loco distinguit. nam si quis per fidem Christi, quam Lucas πεπληροφορημένων ἀσφάλειαν appellat, uel per religionem fidei aliquid promiserit, dubium non esse, quin ipse iurasse censeatur, ut qui promissionẽ suam hac religione firmauerit. Cæterum aliam esse rationem, si quis simpliciter sub fide sua promiserit, ambigue locutus, an de fide Christi, an uero de suæ promissionis constantia intellexerit. Ideoq; quod ad promissionis obseruantiã attineat, præsumptionem iuratum esse arguere. Verum in pœnis secus arbitratur, nempe ut ibi interpretatio secundum confitentis intentionem fiat. Atq; eodem modo ambiguum ueritatis in sponsionibus uerbum mitigat, pro iuramento accipi non nisi interpretatione quadã debere. Et licet Cic. de fide catholica nihil intelligat, quia tamen ad nostros mores doctrina omnis accommodanda est, uisum fuit minime parergon documenti causa subdere, quæ iureconsultorũ Coryphæus annotauit in. l. si quis. C. de transact. Fides fallitur, si pacta non seruentur, argumento eorum quæ in. d. l. si quis, traduntur. Et Alexander imperator quadã constitutione fideiussori cuidam respondet, illum ei blanditum esse, qui eum nõ teneri persuaserit, q. cum pro aliquo interueniret, λέγω dixerit, cum his uerbis obligationẽ posse cõtrahi, pridem receptum sit, nempe authore Vlpiano, qui in tit. de fideiuss. rem ita determinat. græce etiam fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγὼ. sed & si dixerit, θέλω, siue βούλομαι, sed et φημὶ, pro eo erit ac si dixerit λέγω. Quid multis? Fidei nomẽ tanti momenti apud iuris ciuilis cõditores erat, ut ijs rebus in quibus fides requirebatur, nomina inde cõposita inderent, ut fideicõmissa, ut fiducia, fiduciari, fiduciaria hæreditas, fiduciarius pater, fideiussor, fidem iubere, fidem iudici facere. fides bona. Et in rebus publicis fides publica etiam perduellionibus & hostibus dabatur, quam Romanus pontifex summa iniquitate Ioanni Husso, uiro (ne quid aliud dicam) sancto fefellit: tanta infulatis apostolis inest religio. Multo rectius Cic. iudicat pro Q. Rabirio, q perfidiosum & nefariũ ait frangere fidem. Quia, ut idem testatur pro Sex. Roscio. is qui fidẽ uiolat, omne cõmune præsidium oppugnat. ¶ Nec si iudex quidẽ erit.} Amicitiam, ut odiũ, nõ Cæsar modo apud Salust. inter iusti iudicij obstacula recenset, sed ante ipsum Plato tum, alibi, tum præcipue in Politico, & de Legib. 12. D. Hieronym. contra errores Ioannis Hierosolymitani, amicũ ait nondum in scirpo quærere, amicum aũt etiam praua recta iudicare. ¶ Ponit enim personã amici.} Amico licet secundũ affectum iudicare: iudex aũt, ut Socrates tam apud Xenoph. quàm apud Plat. docet, in pronunciando aliud nihil quàm legem sequi debet. Pro A. Cecinna duo iudiciorũ genera facit, alterum distrahendi, alterũ puniendi causa repertum. in hoc posteriore nõ honorariam operã amici, sed seueritatem in iudicijs requirere. ¶ Perorandæ litis.} Cõmunior senten-

eat, pro re/ gatur.

tia de clepsydra hunc locũ exponit: de qua cõsule Budæum in Annot. post l. munerum ciuil. §. iudicandi quoq;. ff. de munerib. et hon. Eras. in prouerb. Inanter aquã consumis. Blond. lib. 9. triũph. Romæ. Cæl. lib. 10. cap. 39. Ego interim non dissimulabo, uerisimilius mihi uideri hũc locum intelligendũ de legitimis diebus, qui ut Ascon. in Prætur. urb. docet XX. accusatori ad accusandũ, totidemq; defensori ad rñdendum dabantur. Malo tamẽ illis subscribere, qui de ampliatione intelligunt, quã Glaucia lex de cõperendinatione secuta est: ut ex Prætur. urb. Cic. colligere licet. Intelligere clarius locum poteris, si contuleris alium Plutarchi in eiusdẽ Cice. uita, ubi de eius prætura scribit in causa Manilij. qui cum ad dicendam cãm legitimum dierum tempus peteret, eam unicam diem quæ præturæ supererat, Cic. Manilio præstitit. Sed cum mos prætoribus esset, non pauciores quàm decem dies reis largiri, populus grauiter tulit Maniliũ hoc beneficio excludi: Tribuni ad suũ tribunal uocant. Cice. ut audiatur, tribunos rogat, fit illi dicendi copia: Reos, inquit, quantũ leges permiserunt, semp æque humaniterq; tractaui: graue mihi putarem, si non pari modo me Manilio exhibeã. Prætura functus unius diei dñs eram, ea liti finiendæ uisa fuit idonea: quia sententiã in alium reijcere pretorẽ, putabam hominis esse qui reum auxilio destituere uelit. Ex his inquam uerbis huic loco non parum lucis accessisse puto. ¶ Cum uero iurato.} De participijs & participialib. actiuis sub uoce passiua lege Vallã lib. 1. cap. 32. Linacrum lib. 1. de participiali uerbo. Cic. lib. in Ver. 2. iudices iuratos homines interprete Ascon. appellat, ut qui in leges, antequã iudicarent, iurare cõsueuerunt. Hoc autem fieri solitum fuisse idem Ascon. in eodẽ lib. docet, postquam sortitio à prætore, & reiectio à reo & accusatore eorum iudicum facta esset, quos sibi uel propter inimicitiam, uel aliam incõmoditatem obfuturos putabant, atq; deinde in reiectorum locum prætor alios subrogasset, iurabant in leges præter prætorem iudices omnes, ut obstricti religione iudicarent. Et Alexand. Neapol. lib. 3. cap. 5. Genialium dierum: Iudices, inquit, qui pro excessu criminis litem daturi erant, conceptis uerbis se nihil habere, nihil precibus dare solẽnissimum iusiurandum præstare cogebãtur: quod mox deprauatis iudicijs fieri desitũ est. Respexisse Alexander ad hunc Cic. locum uidetur, & uerba concepta & solẽnia esse, Quæ salua fide facere posset. Quem morẽ Cic. suo tẽpore euanuisse cõqueritur: qui fortassis uiguit lege Ti. Gracchi, qua, ut Ascon. in Diuinatione indicat, eqtes Romani iudicarunt per annos uiginti, sine infamia. post eum uictor Sylla leges tulerat, ut senatorius ordo iudicaret, & iudicauit per X. annos turpiter. post Aurel. Cotta legem tulit, ut senatores & equites Romani ac tribuni ærarij simul iudicent. Antiquam illam in iudicando iurandoq; religionẽ commendant illa M. Tullij uerba, quæ in fine Acad. quæst. ponit: Quã, inquit, rationẽ maiorum etiã comprobat diligen

tia, qua

tia, qui primum iurare ex sui animi sententia quenq; uoluerunt deinde teneri, si sciens falleret, quod inscitia multa uersaretur in uita: tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse uidisset. Quæq; iurati iudices cognouissent, ut ea non ut esse facta, sed ut uideri pronunciarentur. ℣ Mentem suam. } Mentē pro conscientia interpretantur, contra quam nihil iudicandum esse D. Alciat. multis utriusq; iuris testimonijs, & luculento Gellij exemplo, quod lib. 14. cap. 2. extat, ut euidenter & uere, ita sancte & religiose docuit in. l. qui accusare. C. de edē, Et Quintil. lib. 12. iudicem ea gloria inflammandum præcipit, ut tanto clarior futura sit fides & religio in pronunciando, quanto minus uel offensæ, uel utilitati suæ indulserit. id qđ Cic. in Verr. sæpe, & pro A. Cecinna facit his uerbis: Nunc sum animo æquissimo: si enim sunt uiri boni, me adiuuant, cum id iurati dicūt, quod ego iniuriatus insimulo. Mentē deum dicit ex analogia, quia in homine idem mens, quod Deus in mundo, cui nimirum menti, ut Prudentij uerbis utar, est origo cœlum, purusq; fons ab æthere, de quo ex Platonis sententia in Catone maiore dictum est. ℣ Damon & Pyth. } Meminit eiusdem Cic. Tusc. quæst. 5. Valer. lib. 4. cap. 7. Lact. lib. 5. cap. 18. Simile exemplum de Dionysio memoratur ab Hyginio Fabularū cap. 257. sed ibi Mœrus et Selinuncius, nominibus forte immutatis, amicorum par legitur. Bud. in Annot. prioribus in. l. posteriorem. de orig. iur. de uadibus loquēs, quos Festo authore, sponsores in re capitali dici ait, elargitos eos uocari testatur, græce ἐξηγγυημένους: qui uadimonio sunt obstricti, eaq; lege dimissi, ut in certum diem sistantur: quo loco documenti gratia hunc Ciceronis locum adducit.

AMERB.

MAxime autem perturbantur officia. } Nec facile negari debet aliquid amico, nec tribuendum quiduis. Quare duo præcepta præscribit Cic. Alterum, ne nostram utilitatem illorum utilitati præferamus. Alterum, ut nihil contra honestatem amicorum causa faciamus. Quæ præcepta, & totam hanc rem de opera danda amicis cōplexus est breui dicto Pericles, cum rogatus, ut Gell. scribit, à quodā, ut pro se falsum deieraret, respondit: δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μεχρὶ βωμῶν. Eadem scribuntur in libello de Amicitia. Historiam Damonis & Pythiæ, quæ exemplū est perfectæ amicitiæ, Val. Max. etiā recitauit lib. 7. ca. 4.

ERAS.

HOc animo inter se fuisse. } Vt dicimus, nouimus inter nos, amant inter se: id est, alter alterum: Ita hic dictū est, hoc animo fuisse inter se, pro, utrunq; in alterum.

MELAN.

POnit enim pers. amici. } Similitudo, ut in iudicijs tandiu amici causam tueatur, dum per leges licet: & ita in alijs rebus ea præstet, quæ fas est.

In publicis consultationibus semper honestum falsa utilitate potius habendum, neq; consilium ullum uideri utile oportere, quod cum honesto pugnet. Atque huius rei utrâque in partem exempla.

SEd utilitatis specie in Repub. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri. Durius etiā Athenienses, qui sciuerūt, ut Aeginetis, qui classe ualebant, pollices præciderentur. Hoc uisum est utile: nimis enim imminebat, propter propinquitatem, Aegina Pyræo: sed nihil, quod crudele, utile. Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiā qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosq; exterminant, ut * Penæus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus & Scæuola. Vsu uero urbis prohibere peregrinos, sanè inhumanū est. Illa * p̄clara sunt, in quibus publicæ utilitatis spēs præ honestate contēnitur. Plena exemplorū est nostra Respu. cū sæpe alias tū maxime bello Punico secundo; quæ Cannensi calamitate accepta, maiores animos habuit, quàm unquam rebus secūdis. * Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere; statuerentq;, ut urbe relicta, coniugibus, & liberis Trœzene depositis, naues conscenderēt, libertatemq; Græciæ classe defenderent: * Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxemq; reciperent; lapidibus ob-

BETVL.

SEd utilitatis. } Diserta solertia quæstiones alias ex alijs ducit. in amici gratiā peccandum non esse, ne iudici quidem, superiori capite docuit. cui recte subnectitur, ne in publicis consultationibus honestum falsæ utilitati posthabeatur. ℣ Peccatur. } erratur, error, ἁμάρτημα committitur. Peccatum enim clasicis authoribus errorem significat. Neq; sciens qsquam erat, aut ex confesso nesciens, sed is qui opinione ducitur: id quod Socrates Alcibiadi aliud atq; aliud in eadē honesti & utilis collatione respondenti, longa inductiōe probat. ℣ In Corinthi disturbatiōe. } De bello Achaico lib. 1. dictū est. ℣ Aeginetis. } Memoratur à Valer. lib. 9. cap. de Crudelitate. Sed crudelitas illa cōpensata fuit, Cum Pyræi murus dirueretur. De quo Thucyd. li. 8. Xenophō lib. 2. & Aeginetæ lege sanxerunt, ne quis Atheniensis Aeginam adiret, qua Plato absolutus est. Ergo ne utile quidē, quæ euentus perniciosus. Ceterū de hoc situ nemo γραφικώτερως Seruio Sulpitio ad Cicer. lib. 4. Ex Asia, inquit, rediens, cum ab Aegina Megarā uersus nauigarem, cœpi regiones circūcirca prospicere: post me erat Aegina, ante Megara, dextera Pyræus, sinistra Corinthus. Aeginam Atticus quidam Pyræo uelut oculis mucum eximendū censebat. Plutar. in Demosth. ℣ Est enim hominum. } A repugnātibus. ℣ Male etiā. } Aiunt hodie non aliud Romæ grauius peccatū, latissimamq; adeo culpā esse, quàm si quis sit pauper. Hoc mirum in ea urbe fieri nō est, in qua omni pietati interdictū est. Quid de nostris dicam Rebuspublicis, in quibus Christiana professio libera est, nefandū dictu, pauperem Christum, peregrini & miseri personam indutū senatuscōsultis moribus excludi. cuius rei indignitate noster Enthusiasmus motus, hosce uersiculos eructauit:

Barbarus hic mos ô ciues, hæc barbara lex est,
Qua sit paupertas, culpa grauis, misera.
Hanc nec Thrax unquā, nec durus Scytha rogauit,
Qua Christus miser hac exulat urbe procul.

Hunc locum D. Ambros. in suis Offic. satis diligenter prosequitur. ℣ Vt Penæus. } Nec de Penæo, nec de Petronio, neq; etiā de Pennio quicquā tale hacte-

Aegina insula e regione Atticæ, Pyræus portus Atheniensium.

Cyrsilum, alij Lycidam fuisse scribunt: historia est apud Demosth. ἐν τῷ περὶ στεφάνου λόγῳ.

* Petronius

* præclara, in

* nulla fuit.

ruerunt. * *Atqui ille sequi utilitatem uidebatur: sed ea nulla erat repugnãte honestate. Themistocles post uictoriam eius belli, quod cũ Persis fuit; dixit in concione se habere consilium Reipub. salutare, sed id sciri opus nõ esse* *: *postulauitq́; ut aliquẽ populus daret, qui cum cõmunicaret. datus est Aristides. huic ille, classem Lacedæmoniorũ, quæ subducta esset ad* * *Gythiũ, clam incendi posse: quo facto, frangi Lacedæmoniorũ opes necesse esset. quod Aristides cum audiuisset, in concionem magna expectatione uenit; dixitq́;, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaq; Athenienses, quod honestum nõ esset, id ne utile quidem, putauerũt: totamq́; eam rem, quam ne audiuerant quidẽ, authore Aristide repudiauerũt. Melius hi, quàm nos; qui piratas immunes, socios uectigales habemus. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile; ne tum quidem, cum id quod utile esse putes, adipiscare. Hoc enim ipsum utile putare, quod turpe sit, calamitosum est.*

* atque

* postulauit ut

Gythiũ, nobile nauale Lacedæmoniorum.

nus legi. quãuis posterior hæc & recentior lectio propius ad germanã accedere uidetur. Fannius enim ego legendum censeo. Nam Fannius qui anno DCXXXII. Cos. cum Domitio Aenobarbo fuit, senatus iussu, omnes præter Romanos urbe pepulit, quo edicto edito nemo uel socius uel amicus Romanorum usus est, quod edictũ etiam ipsi Plutarcho, qui hoc in Graecis scribit, uidetur ἀπηνὲς καὶ ἀλλόκοτον hoc est inusitatũ & barbarum, & Romano senatu minime dignum iudicatur. Melius lex Mosaica, quæ præcipit ut aduenæ qui intra portas suas moratur, commeatum præbeas Hoc quia pium, honestum quoq;, & per consequens utile est. ¶ Papius. } Aymarus Riuallius scribit hanc legem à Papio consule latam, sed in nomenclatura consulari nullũ, eo maxime tempore, Papium consulem inuenio. Pomponius Lætus refert, eam legẽ latam Cn. Põpeio Strabone, L. Portio Catone Coss. hoc est anno DCLXV. Vrb. cond. Quod si uerum est, non potuit M. Perpennæ per hanc legem probro dari, quod ab Alexandro Neapolitano traditur, quòd prius sit factus consul, antequã ad ciuitatem admissus est. Perpenna enim cõsul quadriennũ ante consul fuit, anno DCLXII. Nisi forte leges Papiæ, quæ uariæ ab authoribus memorantur, non eodem tempore latæ sint. Meminit huius legis Cic. pro Archia, & Cornelio Balbo. ¶ Quam legem tulerunt sapientiss. Coss. } Hanc legẽ idem Cic. pro Cor. Balbo legem Liciniã & Mutiam: et pro Cornel. de Maiestate, referente Asconio, legem Liciniã et Mutiam de ciuibus regundis appellat: Video constare inter oẽs, quòd duo Coss omnium quos uidimus sapientissimi, tulissent non modo inutilem, sed perniciosam Reipub. fuisse. ibi Asconius, P. Licinium Crassum oratorẽ, inquit, & Q. Mutium Scæuolam Pontificem Max. eundemq́; & oratorem & iurisconsultũ significat hi enim legẽ eam de qua loquitur, de regendis in sua ciuitate socijs, in suo consulatu tulerunt, cum summa cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerẽtur, & ob id magna pars eorũ pro ciuibus Romanis se gereret, necessaria lex uisa est, ut in suæ quisq; ciuitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorũ populorum, ut ea uel maxima causa belli Italici, qđ post triennũ exortum est, fuerit. Fuerunt hi Coss. anno Vrb. cond. DCLIX. Lege ad hæc Alexandrum ab Alexand. lib. Genialium dierũ 4 cap. 10. ¶ Cannensi calamit } Liuius uidendus est lib. 22. Flor. lib. 2. cap. 6. Vide etiã quæ ibidem citat Camers. ¶ Athenienses cum Persarũ. } Vbi tanta Barbarorum ingruerat uis, Medorũ fulcita equitatu, Persicis curribus, scutatis Aegyptijs, quos sequerentur funditores Cares, Paphlagones hastati, peltati Thraces, Macedonũ grauis armatura, et equitatus Thessalicus: Maximus Tyrius Sermone. 3. ¶ Statuerentq́;. } Cõsulto uidelicet Deo, quõnam maxime modo id mali auerti posset, oraculũ respondit, fieri posse, si ciuitatẽ ligneis mœnibus munirent. nam eo tempore, teste Isocr. muro nondũ cinctæ fuerant Athenæ. Themistocles oraculũ interpretatus est, ligneũ murum aliud significare nihil quàm naues. author Max. Tyrius loco iam citato. Plutarch. author est, Themistoclem Atheniẽsibus persuasisse, ut ciuitatẽ apud Palladem tutricem deponant. qđ Quintil. interpretatur durũ dictu fuisse, ut relinquerent. cũ Cimon plerosq; eius rei stupore exanimatos cerneret, sumpto equestri freno, per Ceramicum forum exultans cũ socijs, in arcem conscendit, illud deæ Palladi oblaturus, q. nauali deinceps, nõ equestri certamine opus esset. Plutarch. in Cimone ¶ Coniugibus & liberis. } parentibus quoq; & mãcipijs, & re familiari, quos Trœzenij humaniter tractarũt, publiceq́; aluerunt: Plutarch. Quare eos Põp. Mela fide societatis Atticæ illustres appellat. Fuit eo ex Pyræo recta nauigatio, ut ibidẽ Vadianus indicat. ¶ Cyrsilũ quendam. } Hoc exemplũ tantũ non ex Demosthenis oratione pro Ctesiphonte transcriptũ uidetur, quo loco & ipse indicat in hoc facto Athenienses magis ad honestũ quàm utile respexisse. Locũ integrũ, si forte iuuenis studiosus requirat, inseram. καὶ ταῦθ' οὕτω σεμνὰ, καὶ προσήκοντα τοῖς ὑμετέροις ἤθεσιν ὑπελαμβάνετε εἶναι ὥστε καὶ τῶν προγόνων, τοὺς ταῦτα πράξαντας μάλιστ' ἐπαινεῖτε, εἰκότως. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς. οἳ καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν εἰς τὰς τριήρεις ἐμβάντες ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ κελευόμενον ποιῆσαι τὸν μὲν ταῦτα συμβουλεύσαντα θεμιστοκλέα στρατηγὸν ἑλόμενοι, τὸν δὲ ὑπακούειν τοῖς ἐπιταττομένοις ἀποφηνάμενον κύρσιλον καταλιθώσαντες. οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμέτεραι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ τότε ἀθηναῖοι οὔτε ῥήτορα. οὔτε στρατηγὸν, δι' ὅτου δουλεύσωσιν εὐτυχῶς. ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἠξίουν, εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας αὐτοῖς ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν. ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ πατρίδι διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἱμαρμένης, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει καὶ φοβερωτέρας ἡγήσεται τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας, ἃς ἐν δουλευούσῃ τῇ πόλει φέρειν ἀνάγκη, &c. ¶ Classem Laced. } Scribunt hanc historiã Plutarchus in Themistocle & Aristide. Valer. lib. 6. cap. 5. ¶ Gythium. } Hermolaus in Castigationibus Plinij hunc locũ emendauit, cum ante Aegypteum lectum fuit. Apud Polybiũ, Ptolemæũ & Plutarchum γύθιον, apud Strab. γυθεῖον uocatur. Polyb. lib. 5. de Philippo loquẽs, μεταβαλλόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν ναύσταθμον τῶν λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται

λεῖται μὲν γύθιον, ἔχει δὲ ἀσφαλῆ λιμένα. τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. Strab. secus. γυθεῖον. ἔφη, τὸ τῆς σπάρτης ἐπίνειον ἐν διακοσίοις καὶ τεσσαράκοντα σταδίοις ἱδρύμενον ἔχει δὲ, ὥς φασὶ, ναύσταθμον ὀρυκτόν. Apud Liu. lib. 4. Decad. 4. Gytibeũ oppidũ omniũ maritimarũ rerũ Lacedemonijs receptaculũ esse legitur, ubi forte rectius Gytheũ simpliciter legetur, qd' apud Plutar. in Philopœmene et ipsum γύθιον appellatur sicut apud Melã fluuius Gythius. ¶ Piratas. } Piraticũ bellũ gestũ est eo anno quo Cic. ædilis fuit, anno Vrb. cõd. DCLXXXV. Scribitur à Plutar. in uita Põpeij, Flor. lib. 3. c. 6. Abbreuiatore Epit. 99. Velleio Paterculo uolumine posteriore. Oros. lib. 6. c. 4. Eutr. lib. 6. c. 4. Plu. de Viris illustr. cap. ult. Sabell. Enneadis 6. lib. 4. Cic. in orat. pro lege Manilia. Plin. lib. 7. cap. 25. & 26. & lib. 37. cap. 2. Val. lib. 8. cap. 16.

AMERB. SEd utilitatis specie. } Antea docuit gñaliter nihil faciendum esse turpiter ꝓpter aliquam utilitatẽ, seu spẽm potius utilitatis, ut ipse uult, nũc eandẽ disputationẽ per spẽs tũ turpitudinis, tũ honestatis incipit ducere, & cõparat illas cum utili sic, ut cedere iubeat honesto utile in actionibus. De crudelitate primũ dicit, q non debeat exerceri publice. Nã illa circũstãtia est iniecta ꝓpter aliquam spẽm utilitatis. Simile preceptũ est supra in. 1. lib. Declarat hoc exẽplis tum suæ Reipubl. tũ Atheniẽsiũ, de quorum eadẽ crudelitate uide Val. Max. li. 9. cap. 2. Postea recitat alia exẽpla ex ijsdẽ Rebuspub. quibus ostẽditur, neglectã esse publicã utilitatem ꝓpter honestatẽ, quæ illi utilitati aduersata est. De Cyrsili historia lege Herod lib. ult. ubi hoc etiam additur, q uxorem quoq; eius & liberos lapidauerint uxores Athenensium, cũ audiuissent, qd fecissent Cyrsilo mariti. Ille etiã Lycidas nominatur in Herodoto, non Cyrsilus. De Themistoclis hoc cõsilio, & contrario cõsilio Aristidis, est apud Plutar. in uita Aristidis. In fine Pompeius & Cæsar notãtur, quorũ alter Campaniã uiritim diuisit, alter colonias assignauit Piratis. De quibus rebus uide Plutar. in uita Pompeij & Catonis Vticẽsis. Post Augustus Cæsar imitatus magnum suũ auunculum, et patrem, diuisit Veteranis agrum Gallicum.

ERAS. EOsq; exterminãt. } Rursus exterminant dixit, pro è finibus suis eijciunt, quod Latini interpretes ferè usurpant pro perdunt.

MELA LIbertatemq; Græciæ classe def. } Historia recensetur à Demosthene, περὶ στεφάνου. τὸν δ' ἐπακούειν τοῖς ἐπιτατ τομένοις ἀποφηνάμενον κυρσίλον καταλιθώσαντες οὐ μόνον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμετέραι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ¶ Melius hi, quàm nos } Pompeius diuisit piratas in colonias, Cæsar Campanorum agrum diuisit militibus.

In contractibus cõmunibus, quæ formula honesti, & utilis. Fingit aũt spẽm quandam iurecõsultorũ more: seq; ea duos Stoicos diuersa sentientes, quorũ alter ad Stoicã rõnẽ omnia refert, alter, & humanã cõsuetudine, & iure ciuili moderatur.

SEd incidunt, ut supra dixi, sæpe causæ, cũ repugnare utilitas honestati uideatur; ut animaduertẽdũ sit, repugnet'ne plane, an possit cũ honestate cõiungi. Eius generis hæ sunt quæstiones; si, exẽpli gratia, uir bonus * Alexãdria Rhodũ magnũ frumenti numerũ aduexerit in Rhodiorũ inopia, & fame, summaq; annonæ caritate: si idem sciat cõplures mercatores Alexãdria soluisse, nauesq; in cursu frumẽto onustas petẽtes Rhodũ uiderit, dicturus'ne sit id Rhodijs, an silẽtio suum quãplurimo uẽditurus? Sapientẽ, & bonũ uirũ fingimus: de eius deliberatione, & cõsultatione quærimus, q celaturus Rhodios nõ sit, si id turpe iudicet, sed dubitet an turpe nõ sit. In hmõi causis aliud Diogeni Babylonio uideri solet, magno et graui Stoico; aliud Antipatro discipulo eius, homini acutissimo: Antipatro oĩa patefaciẽda, ut neqd oĩno, quod uenditor norit, emptor ignoret: Diogeni uenditorẽ, quatenus iure ciuili cõstitutũ sit, dicere uitia oportere, cætera sine insidijs agere: & quoniã uendat, uelle q̃ optime uendere. Aduexi, exposui; uẽdo meum nõ pluris, q̃ cæteri, fortasse etiã minoris, cũ maior est copia: cui fit iniuria? Exoritur Antipatri rõ ex altera parte. Quid agis? tu'te cum hoĩbus cõsulere debeas, & seruire humanæ societati, eaq; lege natus sis, * & ea habeas prĩcipia naturæ, quibus parere, & quæ semp sequi debeas, ut utilitas tua cõmunis utilitas sit, uicissimq; cõmunis utilitas tua sit, celabis hoĩes quid ijs adsit commoditatis, & copiæ? Rñdebit Diogenes fortasse sic: aliud est celare, aliud tacere: neq;

BETVL. SEd incidũt. } Cõtrouersiã quandam p occupationẽ inducit, in qua dũ de utilitate cõstat, de honestate ãbigitur. quã de re hypothesin more iurecõsultorum cõfingit, satis huic rei examinandæ idoneã. ¶ Sapientẽ et uirũ bo. } Inter iureconsultum tñ & phm hoc interest, ut hic qd uir bonus facturus sit, disputet: ille, ut suo qsq; iure utatur, dispiciat. ¶ Soluisse. } Soluere est, solutis anchoris nauigationi se cõmittere: cui opponitur appellere. Diogenes Bab. } Diogenes Babylonij discipulũ Antipatrũ illũ Tyriũ fuisse, ex hoc loco satis claret. Cæterũ Antipatri discipulus fuit Panætius, Posidonij doctor, ut in 1. de Diuinat. legitur. Floruit Diogenes P. Scip. Nasica, M. Claud. Marcello Coss. hoc est, anno Vrb. cõd. DXCIX. ut ex 4. Acad. q̃st. colligitur. Argumẽtũ hic habes, à præceptorũ dogmate digredi licere, mõ id fiat cũ modestia. ¶ Omnia patefaciẽda. } De hoc iurecõsulti cõsulẽdi sunt. Extat titulus de actio. empti lib. Pãdectarũ. 19. primus. Itẽ lib. 21. de ædil. edict. tũ tit. 49. et 58. lib. 4. Codic. Nec aliena sunt quæ traditur in tit. de cõtrahen. empt. lib. 18. Pandect. ¶ Tu'te cum hoĩbus. } Alter ius ciuile urget, alter ius humanũ. à cõiugatis. ¶ Aliud est celare, aliud tacere. } ἀνάλυσις à nominũ interpretatione. Vlp. de act. empt. qd celare sit, his uerbis indicat. Vẽditor, inquit, si cum sciret deberi seruitutẽ, celauit, nõ euadet ex empto actionẽ: si mõ eã rẽ emptor ignorauit. oĩa. n. quæ contra bonã fidẽ fiunt, ueniunt in empti actionẽ. Sed scire uenditorẽ, et celare sic accipimus, nõ solũ si nõ admonuit, sed et si negauerit seruitutẽ istã deberi, &c. * ab A. Tacere aũt Cic. hoc loco aliud esse nihil apparet, q̃ id obticere, qd' uẽditor præstare nõ cogitur. Atque sic fortassis ænigmatica illa regula iuris exponi põt, Expressa nocẽt, nõ expressa nõ nocẽt, nisi obstiterit actio reticẽtiæ, de qua inferius fusius. ¶ Ne uẽdendũ quidẽ. } Vt in Republ. Platonica & Catabaptistica. ¶ Aliqua uitia. } Domus uitium fecisse dicitur, q̃ rimas egit, et quæ sartũ tectũ desiderat. ¶ Pestilẽtes sint. } Carneadis hæc nugamẽta sunt, de qbus lege Lact. lib. 5. c. 17. Diocletia. et Maximia. pestibilẽ fundũ appellãt, quæ pestibilẽ et letiferã herbã habeat. l. si prædiũ. C. de ædil. acti. Hunc locũ diligẽtissime discutit Alexãder ab Alexãd. lib. 6. c. 1. ¶ Errãti uiã. } Lex diuina præclarius, quæ nõ ut illa errantẽ uiatorẽ iubet in uiãre duci, sed pecus etiã inimici domum * ut reduci præcipit, & illi maledicit q cæcũ in errores ducit. Deut. 18. et 21. ¶ In maximã frau. } Fraus aliquando dolũ iureconsultis significat, aliqñ dãnũ. Fraus dolo uest.

*lare emptores debuisse. Neq; enim id est cælare, * cum quid reticeas: sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa uelis eos, quorũ intersit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non uidet? Certe non aperti, non simplicis est, non ingenui, non iusti, non uiri boni; sed uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri. Hæc tot, & alia plura, non'ne inutile est uitiorum subire nomina? Quòd si uituperandi sunt, qui reticuerunt; quid de ijs existimandum est, qui orationis uanitatem adhibuerunt? Caius Cannius eques Romanus, homo nec infacetus, & satis literatus, cum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi, ut ipse dicere solebat; contulisset: dictabat se hortulos aliquos uelle emere; quò inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset; Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit; uenales quidem se hortos non habere, sed licere uti Cannio, si uellet: ut suis, & simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Cum ille promisisset; tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus; piscatores ad se conuocauit; & ab his petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur: dixitq;, quid eos facere uellet. Ad cœnam tempore uenit Cannius: * opipare à Pythio apparatum conuiuium. cymbarum ante * hortulos multitudo. pro se quisq;, quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythy pisces abyciebantur. Tum Cannius, Quæso, inquit, quid est * hoc Pythi? tantum'ne piscium? tantum'ne cymbarum? Et ille, Quid mirum? inquit: hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium: hic aquatio: hac uilla isti carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate: contendit à Pythio, ut uenderet. grauate ille primo. Quid multa? impetrat: emit homo cupidus, & locuples tanti, quanti Pythius uoluit; & emit instructos; nomina facit; negotium conficit. Inuitat Cannius postridie familiares suos: uenit ipse mature; scalmum nullum uidet; quærit ex proximo uicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quòd eos nullos uideret. Nullæ, quod sciam; inquit ille: sed hic piscari nulli solent: itaq; heri mirabar quid accidisset. Stomachari Cannius, sed quid faceret? nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat, de dolo malo, formulas. In quibus ipsis cum ex eo * quæreretur, quid esset dolus malus; respondebat, Cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sanè*

Personæ. Cannius, Pythius, piscatores, uicini. expenditur professiones, eques Ro. locuples alter: alter argentarius, rei faciendæ intentus.

Tempus. Non exprimitur, uel quia non iusta historia est, uel quod facile patet Ciceronis memoria gesta hæc eẽ.

Locus. Syracusæ, hortus instructus, uallæ situs.

Consilia. Cannij, otium, & cum amicis oblectatio: Pythij, rem etiam dolo malo facere. quod Cicero summe improbat.

Acta. Ordo hic requiritur. apparatus conuiuij, piscium proiectio, emptio, nominum & negotij confectio.

Euentus. Cãnius animaduertit se dolo circumuentum.

Causæ. Improuida simplicitas auaræ uersutiæ credidit. Nec dum C. Aquilius, ne id fieret, prohibuit.

In uerbis etiam lenitas & æquabilitas obseruãda est, quæ in hoc narrandi genere maxime requiritur. [Argentariam faceret.] Argentariam facere, ἀργυροπρακτικὴν ἐργάζεσθαι. Vide Cõment. Bud. Ceterũ qui sint argẽtarij, reperies apud Alciat. lib. 1. cap. 24. Parerg. Obserua obiter græcæ fidei exemplum. [Opipare par.] Nam Syracusæ mensæ prouerbio celebrãtur. [Cymbarum multitudo.] Suidas nauigij genus apud Romanos esse ait Lazarus & Doletus hoc loco nixi, cymbas in piscatorijs nauibus numerant, puto à uelocitate dictas, quis κύμβαι Hesichio ἔρνθες. Cymba præterea poculi genus est, ad nauis forte similitudinem. [Emit instructos.] Instructi horti, instructa latifundia, quibus nihil quod usui & ornamento sit, deest. sicut apud iureconsultos instructa prædia, instructæ tabernæ. [Nomina facere.] Adrianus, Doletus, Robertus Stephanus, Tusanus, Tislinus, nomina facere. (hoc maxime loco allegato) significare communi consensu interpretantur, idem quod est debitores sibi comparare. Quod tum (pace tantorũ uirorum) crediderim, si hoc ad Pythium, non Cannium sit referendum. Atque ita quidam, nescio an satis apte, distinguũt. Sed si Cannius nomina fecit, intelligã ego cautiones, syngraphas, chirographaq; nominum factorum. & negotij confectionem interpretatiue adiectam, pro trãsactionis ceremonijs expono, cum alioqui nomen pro obligatione debitoris apud iureconsultos accipiatur. l. nominis. ff. de uerb. sig. ubi Alciatus Horatij testimonium citat ex libro Epist. 2. Cautos nominibus certis expendere nummos. Quid si iuris nomen intelligas? quod dominio mutato, mutatur et ipsum. de quo uidendus idem Alciatus. l. hereditatis appellatio. ff. eodem. Video quosdam in ea sententia esse, ut nomina quidem pro debitore Cannio intelligãt, ut qui se contractæ pecuniæ debitorem cautionibus obligauerit, qua significatione iureconsultis bona nomina quandoque mala fiunt, nisi sæpius interpellentur. quorum ego interpretationem minime repudiauero. [Scalmum.] Scalmus, inquit, Doletus de re nauali, est lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant, ad nauigandum, ut firmius nauigent: uel est scalmus labrum nauis, ubi remi adnexi, à quo interscamnia spatia inter remiges dicta sunt. Lazarus quoque hic obseruauit partem pro toto usurpatam esse. Vide Pollucem libro. 1. cap. 9. de partibus Nauis. Simile exemplum de Pfaffo Callenbergensi memoratur, qui cum sacerdotium aliud sibi magis quàm suũ placeret, commentus artem, inuitat sacrificum illum, quo cum sacerdotium commutatum cupiebat, rogat ut missam in sua ecclesia faceret. Dolum ille minime sentiens, annuit, missat. & cũ ad oblationes faciendas uentum esset, homines illius pagi

Aliud celare aliqd reticere

* quicqui[d] reticeas

Turpe cela[re] quod est, tu[r]pius mentir[i] quod non [...]

* opipare paratũ er[at] con.

* oculos

* ô

Nomina [...] cit, debito[res] se constitu[...]

Formulas, [...] ris regulas

* quærerẽ,

luculenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nullum igitur factum eorum potest utile esse, cum sit tot uitijs inquinatum. Quòd si Aquiliana definitio uera est, ex omni uita simulatio, dissimulatioq; tollenda est. Ita, nec ut emat melius, nec ut uendat, quicquam simulabit, aut dissimulabit uir bonus. Atque iste dolus malus etiam legibus erat uindicatus, ut tutela XII. tabulis, & circunscriptio adolescentium lege * Latoria; & sine lege, iudicijs, in quibus ex fide bona * agitur. Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maxime excellunt; in arbitrio rei uxoriæ, melius, æquius; in fiducia, ut inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo, quod melius, æquius est, potest ulla pars inesse fraudis? aut, cum dicitur, inter bonos bene agier, quicquam agi dolose, aut malitiose potest? Dolus autem malus simulatione, & dissimulatione, ut ait Aquilius, continetur. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium: non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. uterq; si ad * eloquendum uenerit, non plus, quàm * semel, * eloquetur. Q. quidem Scæuola P. filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq; uenditor ita fecisset, dixisset; se pluris æstimare: addidit centum millia. Nemo est qui hoc uiri boni fuisse neget: sapientis, negant: * ut etiã si minoris quam potuisset, uẽdidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quòd alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius, Nequicquam sapere sapientem, qui ipsi sibi prodesse nequiret. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret. Hecatonem quidem Rhodium, discipulum Panætij, uideo in his libris, quos de officijs scripsit Q. Tuberoni, differentem, sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neque enim solum nobis diuites esse uolumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeq; Reipub. Singulorum enim facultates, & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Huic Scæuolæ factum, de quo paulo ante dixi, placere nullo modo potest. Etenim omnino se negat facturum * compendij sui causa, quod non liceat. Huic nec laus maxima tribuenda est, nec gratia. Sed siue & simulatio, & dissimulatio dolus malus est; perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non uersetur: siue uir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini; rectè iustum uirum, bonum non facile re-

inquilini grossos à suo Pfaffo in hoc clam acceptos, certatim ad altaria offerunt: unde missantem permutandi sacerdotij libido inuasit. Exhibuit hic primum se difficilẽ, consensit granatim, ut illius cupido magis ac magis incẽderetur. quid multis? fit contractus Simoniacus. alter mox cum plebecula suã in sacrificando benignitatem non continuaret, animaduertit facile à nebulone sibi illusum esse. ⟦Aquilius collega.⟧ In pretura. Sic in Topicis quoque appellat in loco notationis. Insignis hic Marsi error notandus est, qui Ciceronem pretorem facit ea ætate, qua adolescẽs præceptoribus operam dedit. ⟦De dolo malo for.⟧ istbæc formula plus authoritatis acquiret, si quantæ authoritatis ipse Aquilius fuerit, intellexerimus. Hoc dicam, inquit pro A. Cecinna Cicero, nunquam eius authoritatem nimium ualere, cuius prudentiam Pop. Rom. in cauendo, non in decipiendo perspexerit, qui iuris ciuilis rationem nunquã ab æquitate seiunxerit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam Pop. Ro. promptã expositamq; præbuerit: qui ita iustus & bonus uir est, ut natura, non disciplina consultus esse uideatur: ita peritus ac prudẽs, ut ex iure ciuili, non scientia solum quedam, uerum etiam bonitas innata uideatur. cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quicquid inde haurias, purũ liquidumq; te haurire sentias. Et si liquida puraq; fuerunt eius omnia, mirum non est eam definitionem luculentam esse. Non desunt tamen qui habent quod in hac definitione reprehendant, illiq; uel Seruij, uel Labeonis potiorem iudicant, quorum alter definit machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur: alter omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumuenẽdũ alterũ, fallendum, decipiendum

alium adhibitam. Censetq; Labeo, sine dolo malo aliud agi posse, aliud simulari. Sic enim & medicus ægrotum fallit, & nutrix sæpe puero salutis gratia imponit: & Quintilianus suo oratori permittit iudicẽ fallere, ne erret. Est fortassis hoc quoque puerorum gratia adijciendũ, quod Vlpianus ait, prætorem non contentum dicere dolum, sed adiecisse malum: quoniam ueteres etiam bonum dolum dixerint, & pro solertia hoc nomen adiecerint, maxime si aduersus hostem latronem'ue quas machinaretur. Credidit enim ignorans Christum cæcitas, licere contra uulpes uulpinari. Græci hoc loco ita diserti non sunt, sed nomine τοῦ δόλου simpliciter malum intelligunt. Neq; hoc prætereundum censeo, quo pertineat illud quod Cicero de Natura deorum has formulas malitiarum omnium euerriculum appellat. Illic malitia rationi opponitur. uersutam enim & fallacem rationem interpretatur. Quare hoc quoque loco Pythium, & omnes aliud agentes, aliud simulantes malitiosos esse colligit. κακοήθειαν hanc malaciã appellant. quæ authore Magno Basilio, multum inter se differunt: ipsum discernentem audiamus. κακοήθεια μέν ἐστι, ὡς λογίζομαι, inquit, αὐτὴ ἡ πρώτη καὶ κεκρυμμένη κακία τοῦ ἤθους. δόλος δὲ, τὸ πρὸς ἐπιβουλὴν περίεργον, ὅταν τις ἀγατὸν τι σχηματιζόμενος. καὶ τοῦτο ὥσπερ δέλεαρ τινὶ προθεὶς, δι᾽ αὐτοῦ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς κατεργάσηται. δέλεαρ, inquit, quia & pisces Cannio, & grossi Pfaffo esca malorum fuerunt. ⟦Atq; iste dolus⟧ Atqui, legere malim aduersatiue: apparet.n. hic quandam obiectionem esse illius quod superius dixerat, ante Aquilium de dolo malo nihil fuisse constitutũ, cũ etiam prætor actiões tutelares lege duodecim

rescribere, circumuenire, circumducere.

nel, id est, statis sum pretium equeretur.

Ennij Me

compendium, id est, lucrum.

* Plectori

* additur.

* loquẽdũ

* loquatur.

* ut si

periemus. Nunquam igitur est utile peccare, quia semper est turpe. Et quia semper est honestum uirum bonum esse; semper est utile. Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, ut in his uendendis uitia dicerentur, quæ nota essent uenditori. Nam, cum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata; quæ qui infitiatus esset, dupli pœnam subiret: à iureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio uitij; id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Vt, cum in arce augurium augures acturi essent, iussissentq; T. Claudium Centimalum, qui ædes in Cœlio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspicijs: Claudius proscripsit insulam, uendidit: emit Publius Calpurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud idem denunciatum est. Itaque Calpurnius, cum demolitus esset, cognouissetq; Claudium ędes postea proscripsisse, quàm esset ab Auguribus demoliri iussus; ad arbitrum illum adegit, * quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater. Vt enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud * nomen progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronunciauit: cum in uenundando rem eam scisset, & non pronunciasset; emptori damnum præstari oportere. Igitur ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori uitium, quod nosset uenditor. Quòd si recte * iudicauit; non recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentium uenditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt; quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus propinquus noster, C. Sergio Oratæ uendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. hæ Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Àd ducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus urgebat; quòd uitium uenditor non dixisset, sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius; quoniam id uitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes uendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eum esse deceptum, qui id quod emerat, quo iure esset, teneret. Quorsum hæc? ut illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus. Sed aliter leges, aliter philosophi tollũt astutias: leges, quatenus manu tenere res possunt; philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Ratio

* quicquid sibi dare facere oport.

* lumen

* diiudicauit;

Ad arbitrum adegit, id est, uocauit ad arbitrum.

Seruiebant, id est debebant seruitutem.

Quid inter leges, & Philosophorum dogmata.

decim tabularum dederit. ¶ *Tutela.* } Seruius tutelam definit, uim atque potestatem in capite libero constitutam, ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili datam ac permissam. Vbi Alciatus, ut hoc obiter admoneam, in Parergis, multis conatur ostendere, uim animi uirtutem ut in cæteris multis, ita hoc quoque loco significare. deriuatamq; esse à græco βίη. Sed Theophilus græcus institutionum paraphrastes, ius, non uis legisse uidetur, qui non βίην, ut Alciatus, sed δίκαιον trãstulit, quod ius signat. ἐπιτροπή ἐστιν, inquit, δίκαιόν τι καὶ ἐξουσία κατ' ἐλευθέρας κεφαλῆς. Hoc non propterea dico, ut iureconsultorum coryphæo litem facere uelim ego, qui ne discipulus quidem iuris, nedum Alciati esse queam. Relinquo hoc maiorum gentium professoribus. Hoc unum pro recepta lectione addam, quòd mox in tutoris definitione τῆς δυνάμεως nomine uim expressit. Hæc de definitione duodecim tabularũ, legitima uidelicet agnatorum tutela. Agnati siquidem tutores, qui uocantur legitimi, lege duodecim tabul. dabantur. Sunt autem agnati, cognati per uirilis sexus cognationem coniunctis, quasi à patre cognati. Inst. lib. 1. tit. 15. Ex eadem lege. xij. tab. libertorum tutela ad patronos pertinet, quæ & ipsa legitima appellatur. tit. seq. l. 1. ff. de legit. tut. Eadem lege. xij. tab. patres liberis testamenti tutores dan. l. 1. ff. de test. tut. In legitima tut. nihil usucapi licuisse, docet Cice. alicubi ad Atti. Et de huius tutelæ potestate nihil diminui posse, sine authoritate omnium tutorum, commemorat pro L. Flacco. Suspecti etiam tutoris crimen ex legibus. xij. tab. descendit. l. 1. ff. de suspect. tut. Tutelæ, fiduciæ, & sociorum potissima, adeoq; capitalia iudicia Cicero censet. Sunt deinde aliæ tutelæ, ut fiduciariæ, & quæ legibus Attilia, Titia, & Iulia dabãtur. de quibus Iustinianus ordine, nihil ad institutũ. Porro de. xij. tabu. hic dicere superfluum uidetur: historia Decemuirorum ex Liuio petenda est lib. 3. Decadis primæ. & Pom. l. 2. §. & cum plac. ff. de orig. iuris. Videndus etiam Põpon. Lætus & Fenestella de Decemuiris. ¶ *Et circumscriptio adolescentum.* } Circumscriptio circumuentionem hoc loco significat: cum circũscripti, decepti. ut in Acad. quæst. Fallacibus & copiosis interrogationibus circumscripti atque decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, desciscunt à ueritate. Sed hic proprie significat eam quæ in iudicio fit, circumuentionem. Sic Iulianus minorem. 25. annis circumscriptum dicit, in l. exceptiones. §. idem. ff. de except. ¶ *Lege latoria.* } Alij Latoria, alij Letoria legunt. Sunt rursus qui Plectoria legunt: eademq; est lectionis uarietas de Natura deorum. 3. Nihil de ea habeo quod dicam. Aymarus Riuallius his uerbis exponit. Quintus Latorius, inquit, cum adolescentes in contractibus circumueniri solent, pœnam eorum deceptori adiecit: hodie prætor eis per in integrũ restitutionem subuenit, de quo uidere potes. l. 1. ff. de minoribus. ¶ *Sine lege iudicijs.* } Cicero quodam loco inter legem & iudicium ita discernit, ut iudicium damnet, lex puniat. sine lege iudicium, arbitrium ego esse putabo, tantisper dum meliora quis docuerit. Nã supra de iudicibus iuratis dictũ est. ¶ *In quibus ex fide bona agitur.* } Additur quidam legunt, ut { Ex fide bona } uerba pronunciandi solennia sint. In bonæ fidei iudicijs libera potestas permittitur iudici, ex bono et æquo æstimandi quantum actori restitui debeat. ¶ *In arbitrio.* } Inter iudicium & arbitrium hoc interest, quod ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amitta-

mus. Ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur. Bud. in Annot. prior. Et quamuis secundum iuris t amites incedere omnino arbitrator non compellatur, tamen ex bono & æquo decidere negotium debet. Alciatus in l. illa uerba .ff. de uerb. signifi. ⟦Rei uxoriæ.⟧ Plaustra Ciceroniana rem uxoriam interpretantur; res quæ ad uxorem pertinent. Egregiam uero enarrationem. Marsus hoc loco illis longe præferendus, qui imperatoris doctrinam allegat, qua actionum quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris. §. actionum. Institut. de actionibus. Bonæ fidei iudicis erat: sed imperator postea pleniorem ex stipulatu actionem adinuenit, & omne ius quod res uxoria habebat, cum multis diuisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis præponitur, transtulit. §. sequ. institut. eodem l. 1. tit. tertio libro quinto Codi. Est etiam in Pandectis tit. de pactis dotalibus. item de iure dotium. Quo loco uidetur mihi apposita esse oblata occasio admonendi iurisconsultos, quorum doctores magno multis iam seculis consensu Accursij errorem secuti sunt, in l. mulier bona sua .ff. de iure dotium. ubi Aristotelem in Topicis, pro Cicerone in eo citat. quod huius authoritate uult indicare, inter reliquas coniugij species potissimam esse, si uxor marito in manum conueniat. Sic enim apud Accursium ⟦non, in matrimonium⟧ legendum est, id quod ne in postrema quidem Lugdunensi editione emendatum hactenus est à quoquam. Sed inseram hoc loco Epistolam, quam super ea re quæsitus, ad clarissimum D. Conradum Peutingerum iurisconsultum celeberrimum, municipem & Mecœnatem meum, de me optime meritum, scripsi. S. D.

*sis best. ā, nec apt.

* sic

*hominum inter homines.

* naturæ principijs, & uer.

* ageretur ex fid.

igitur hoc postulat, nequid insidiose, nequid simulate, nequid fallaciter. Sunt'ne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non *sis, nec agitaturus? ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. * Si tu cum ædes proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter uitia uendas, in eam aliquis incurrat imprudens: hoc quanquam uideo propter deprauationem consuetudinis neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut iure ciuili: naturæ tamen lege sancitum est. Societas enim est (quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissime quidem quæ pateat * omnium inter omnes; interior eorum, qui eiusdem gentis sunt; propior eorum qui eiusdem ciuitatis. Itaque maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile esse uoluerunt. quod enim ciuile, non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Sed nos ueri iuris, germanæq; iustitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus: umbra, & imaginibus utimur: easq; ipsas utinã sequeremur. Feruntur enim ex optimis *naturæ, & ueritatis exẽplis. Nam quanti uerba illa: Vti'ne propter te, fidem'ue tuã captus, fraudatus'ue sim: quàm illa aurea: Vt inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Sed qui sint boni, & quid sit bene agier, magna quæstio est. Q. quidem Scæuola pontifex maximus summã uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus * adderetur, Ex fide bona: fideiq; bonæ nomen existimabat manare latissime; idq; uersari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis; quibus uitæ societas continetur. In his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in plerisq; essent iudicia contraria, quid quenq; cuiq; præstare oporteret. Quocirca astutiæ tollendæ sunt; eaq; malitia, quæ uult illa quidem uideri se esse prudentiam. sed abest ab ea, distatq; plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum, & malorum: malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt; mala bonis anteponit. Nec uero in prædijs solum ius ciuile ductum à natura malitiam, fraudemq; uindicat, sed & in mancipiorum uenditione, uenditorum fraus omnis excluditur. qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis; præstat edicto ædilium. Hæredum alia est causa. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Nec ulla pernicies uitæ maior inueniri potest, quàm in malitia simulatio intelligentiæ. ex quo illa innumerabi-

Deus bone, uir amplissime, quàm mihi placeo, quod Scæuola tu ad meum oraculum confugeris. Statim atque schedulam tuam inspexi, Accursij allegatio mihi suspecta uisa fuit, mendamq; præ se ferre emendabilem magis quàm tolerabilem. non quòd eam Accursio impingam. uerisimile enim non est, allegatorem alioquin diligentissimum, in hac allegatione hallucinatum esse, nisi forte casu hoc factum sit: quemadmodum docti aliquando, ut ore, sic calamo labuntur, cuiusmodi errores Gellius & Politianus in Cicerone ipso notant. Cuiusmodi & ego iam aliquot deprehendi. nisi sciolo librario magis acceptum referre uelimus, cui Aristotelis quàm Ciceronis Topica notiora, auribusq; tutiora fuerunt. Certe locus apud Aristotelem, nec alibi, nec in Topicis est: quippe qui præceptis intentus, exemplis res illustrare raro solet, nedum exemplis Romanis, quæ Aristotelis tempore aut nulla prorsus, aut rarissima fuerunt. Locum ergo quem Accursius male allegauit (nisi me iudicium fallit) reperio in Ciceronis Topicis, in effectorũ loco. Verba Ciceronis sunt: Cum mulier uiro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt, dotis nomine. Apud Accursiũ ergo pro Aristotele Cicerone tantisper legam, dum quis meliora docuerit: speroq; fore, ut tuæ æstimationis authoritas mihi uerisimilia dicenti suffragetur. Malo item cum Cicerone, in manũ legere, quàm cum mẽdosis Accursij editionibus, in matrimonium. Fieri siquidem non potest, ut usitatus iuris loquendi modus tuam prudẽtiam fugiat: aut matrimonij diuisio lateat, quam Boetius apud eundem Ciceronem in loco à forma generis tradit. Hæc uir clarissime, ad tuã quæstionẽ respõdere uolui. Vale. ⟦Melius, æquius.⟧ Melius, æquius, uerba solennia, quibus

Ius gentium ius ciuile continet, non cõtra.

In mancipijs, id est, seruis aut ancillis, quæri solet, an sana, an fugitiua, an furacia.

lia naſcuntur, ut utilia cum honeſtis pugnare uideantur. Quotus enim quiſque reperietur, qui, impunitate, & ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria? Periclitemur, ſi placet *; & in ijs quidem exemplis, in quibus peccari uulgus hominum fortaſſe non putat. Neque enim de ſicarijs, ueneficis, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt; qui non uerbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed uinculis, & carcere * fatigandi. Sed hæc conſideremus, quæ faciunt ij, qui habentur boni. L. Minutij Baſilij locupletis hominis falſum teſtamẽtum quidam è Græcia Romam attulerunt: quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecum M. Craſſum, & Q. Hortenſium, homines eiuſdem ciuitatis potentiſſimos: qui, cum illud falſum eſſe ſuſpicarentur, ſibi autem nullius eſſent conſcij culpæ; alieni facinoris munuſculum non repudiauerunt. Quid ergo? ſatin' hoc eſt, ut non deliquiſſe uideantur? Mihi quidem non uidetur: quanquam alterum amaui uiuum, alterum non odi mortuum. Sed cum Baſilius M. Satyrium ſororis filium nomen ſuum ferre uoluiſſet, eumq; feciſſet hæredem; * hunc autem dico patronum agri Piceni & Sabini, o turpem notam temporum illorum! non erat æquũ principes * ciuis rem habere, ad Satyrium nihil præter nomen peruenire. Etenim ſi is, qui non defendit iniuriam, neque propulſat à ſuis, cum poteſt, iniuſte facit, ut in primo libro diſſerui: qualis habendus eſt is, qui non modo non repellit, ſed etiam adiuuat iniuriam? Mihi quidem etiam ueræ hæreditates non honeſtæ uidentur; ſi ſint malitioſis blanditijs officiorum, non ueritate, ſed ſimulatione * acquiſitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honeſtum uideri ſolet. Falſo. Nam eadem utilitatis, quæ honeſtatis eſt regula. qui hoc non * præuiderit; ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans; eſt iſtud quidem honeſtum, uerum hoc expedit: res à natura copulatas audebit errore diuellere; qui fons eſt fraudum, maleficiorum, ſcelerum omnium. Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut, ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere: hac ui non utatur; ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam ſuſpicaturum. At ſi dares hanc uim M. Craſſo, ut digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui re uera non eſſet hæres: in foro, mihi crede; ſaltaret. Homo autem iuſtus, & is, quem ſentimus

quibus arbiter inter maritum & uxorem lites tollit: de quo infra plura. ⸢Fiduciam.⸣ Numerat etiam Cicero in Topicis fiduciam inter bonæ fidei contractus: ſi tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiã procurator. quem locũ Boetius enarrans: Fiduciam, inquit, accepiſſe dicitur, cuicũq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquãdo mãcipet. ueluti ſi quis tẽpus dubium timens amico potẽtiori fundum mancipet, redditurо cum tempus illud dubiũ præterierit. Bud. in Annot. prioribus. Sunt item apud iureconſultos fiduciaria hæreditas pro fidei commiſſaria, & fiduciarius pater in emancipatione, item fiduciaria tutela. ⸢Inter bonos bene agier.⸣ Sunt & hæc maioris euidentiæ gratia maiuſculis exaranda literis. Meminit huius formulæ Cicero ad Trebatium: Sed quonam modo ius C. defendes, cum omnia cauſa tua facias, non ciuium? ubi porro erit illa formula fiduciæ, Inter bonos bene agier oportet? ⸢Si ad eloquendum.⸣ Contra prouerbium, quod iubet, Iniquum petendum, ut æquum auferas. Cæterum de contrahenda emptione, titulus eſt in Pandect. lib. decimooctauo. ⸢Q. quidem Scæuola.⸣ Exemplum emptoris honeſti de Scæuolæ laudibus alibi dictum eſt. ⸢Centum millia.⸣ uidelicet nummûm, hoc eſt. 2500. coronatos ⸢Sapientis negant.⸣ Carneades uidelicet. de quo lege Lactant. libro de Iuſtitia, cap. 17. & 18. ⸢Hæc igitur.⸣ Transfert culpam in corrupta mortalium iudicia, quæ ſapientiam ab honeſto non recte ſeparant. ⸢Neq; quicquã ſap.⸣ Ad Trebatiũ ex Medea Ennij citat. cætera uide in Chiliad. Eraſ. ⸢Hecatonẽ.⸣ Cuius paulo inferius ſextus de Off. lib. citatur: Poſidonij condiſcipulus. Dum ego diligentius Hecatonis dictum eſt Scæuolæ factum confero, non uideo cur ille huius factum improbaturus fuerit. Veriſimile nanq; eſt Scæuolam adeo opibus ualuiſſet, ut hoc pro pecuniarum contemptu exponi debeat. Et ſi maxime ſe neget facturum compẽdij ſui cauſa quod non liceat, nihil tamen de Hecatonis definitione mutauerit, quæ totius iuris ciuilis obſeruationem & frugalitatem complectitur. ⸢Contra mores, leges, inſtituta.⸣ Confundit more ſuo ordinem, mores & inſtituta ἀγραφον, leges τοῦ ἐγγράφου ⸢Differentem.⸣ Aſſerentem, meo iudicio, rectius legeris. ⸢Diuitiæ ſunt ciuitatis.⸣ Expedit enim Reipublicæ ne quis re ſua male utatur. Iuſtinianus de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. ⸢An de iure quidem prædiorum ſancitum eſt.⸣ Aedilitio uidelicet edicto, de quo tit. eſt in Pandect. libro uigeſimoprimo. Item. l. 43. & aliquot ordine ſequẽtibus de contrahenda emptione. ⸢Nam cum ex duodecim tabu.⸣ Cicero de Oratore. Totum illud, uti lingua nuncupaſſet, non in duodecim tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum uideretur. Lingua nuncupare, idem ſignificat quod lingua exprimere & declarare. Cum enim quid uendebatur, uitia rei uenalis lingua nuncupari oportebat, & ultra nuncupato uitio uenditor non tenebatur. Leges poſtea addidere, ut etiam quæ non eſſent nuncupatæ, uenditor præſtaret. Nuncupare item apud iureconſultos eſt, uoluntatem circa heredis inſtitutionem lingua et uoce exprimere. Hinc teſtamentum nuncupatorium, quod fit ſine ſcriptis, coram ſeptem teſtibus, uiua uoce. ⸢Dupli pœnam.⸣ Magis genuina lectio eſt, quàm quæ duplicem pœnam habet. De duplæ ſtipulatione tit. eſt in Pandect. lib. 21. ⸢Reticentiæ pœna.⸣ Actio redhibitoria hodie appellatur. ff. de ædilitio edicto. ⸢Quio-

*, in

* caſtigandi

Teſtamentum falſum.

* hunc d.

* ciuitatis

Hæredipetæ tur, ex.

* quæſitæ.

* peruiderit

uirum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, * qui sit uir bonus, nescire fateatur. At uero, siquis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere: iam se ipse doceat, eum uirum bonum esse, qui prosit quibus poßit; noceat nemini, nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum * succedat? Non ergò faciat, dixerit quis; quod util e sit, quodq; expediat? imo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit, bonus uir esse non poterit. Fimbriam consularem audiebam de patre nostro puer, iudicem M. Luctatio Pinthiæ fuisse equiti Romano sanè honesto, cum is sponsionem fecisset, Ni bonus uir esset. Itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam iudicaturum; ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicasset; aut statuisse uideretur uirum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officijs, & laudibus contineretur. Huic igitur uiro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates nouerat; nullo modo uideri potest quicquam esse utile, quod non honestum sit. Itaque talis uir nō modo facere, sed nec cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Hæc, non'ne est turpe, dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? à quibus natum est id, quod iam tritum est uetustate prouerbium: cum enim fidem alicuius, bonitatemq; * laudent, Dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Hoc quam habet uim, nisi illam; Nihil expedire, quod non deceat, etiam si id poßis nullo refellente obtinere? Vides'ne igitur hoc prouerbio neque Gygi illi posse ueniam dari; neque huic, quem paulo ante fingebam digitorum percußione hæreditates omnium posse conuertere? Vt enim, quod turpe est; id, quamuis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est; id utile ut sit, effici non potest, aduersante etiam & repugnante natura. At enim, cum permagna præmia sunt, est causa peccandi. C. Marius cum à spe consulatus longe abesset, & iam septimum annum post præturam iaceret, neque petiturus unquam consulatum uideretur: Q. Metellum, cuius legatus erat, summum uirum, & ciuem; cum ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum * ducere: si se consulem fecissent, breui tempore aut uiuum, aut mortuum Iugurtham se in pote-

quid insit prædio uitij.} Quid inter uitium & morbū. & quid uitiosum à morboso differat, ui de eodem tit. & Gellium lib. 4. cap. 2. {Vt cum in arce aug.} Auguria quoties ex arce, id est Capitolio petebant, lituum sine nodo, hoc est (ut Cic. de Diuinat. interpretatur) incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum tenebant, quo cœli regiones & certa spatia metiebantur. Quibus templis cum Claudij domus officeret, demoliri eam iussus est. {In arce.} Per antonomasiam Capitolium arcis nomine intelligitur. Id inde uenit, quòd Tarquinius Priscus in eo monte Ioui templum ædificaturus, cum fundamenta aperiret, caput hominis est in imo repertum. hinc Capitolium uocarunt. Vnde augures, super ea re consulti, quid capitis inuentio significaret, arcem hanc locum fore Imperij, et caput mundi totius responderunt. Diuisus est autem mons ille in arcem et Capitolium. {T. Cl. Centumalum.} Eadem historia memoratur à Valerio maximo lib. 8. cap. de Priuatis iudicijs. {Qui ædes in Cœlio monte.} Mons Capitolinus uersus occasum urbis situs est, Palatinus uersus ortum: iuxta hunc Cælius, paulo magis ad septentrionem uergit: deinde Exquilinus & Viminalis prorsus ad septentrionem spectant. De his omnino uidendus Marlianus cap. 1. {In Cælio.} Romulus auxilio implorato à Thuscis, cum Celio rege Hetruriæ ex Ceninensibus, Antemnatibus, & Crustuminis triumphū retulit, & ob id quartus urbis collis à Thuscis habitari cepetus est, & Cælius dictus. author Fabius Pictor libro secundo. {Insulam uendidit.} Insulas interpretatur Festus, domos, quæ uicinorū cōmunibus parietibus non coniunguntur, sed quoquouorsum uel priuata uel plublica area ambiuntur. Quā sententiā sequitur etiā D. Alciatus in l. urbana familia. ff.

de uerbor. signif. Fabius Caluus in prima urbis regione, dicit insulas paruas domunculas tenuiorum & pauperum, uicos autem uiarum directiones: domus uero, magnas potentiorum, nobilium, & optimatum habitationes. {Quorum altitudo officeret auspicijs.} Hoc est, ne rite fierent, altitudo prohibebat. Valerius in eadem historia, quia bis ex arte augurium capientibus officiebat. Cicero de Diuin. Vt enim Aegyptij, ut Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in siderum contemplationem cognitionemq; posuerunt. Item de Orat. 1. Fusius autem simulatq; ædificari cœptū est, in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quod cuicunq; particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabat. Et obstruere luminibus tam apud iurecon sultos, quàm Ciceronē pro Domo, significat, das liecht uerbauuen. {Quid sibi dare facere.} Nec dubitarim sic etiam apud Valc. lectionē corruptam suo nitori restituere, tenuitati meæ diffidens, fortaßis non sine æmulorum reprehēsionibus, aliena pro meis annotare soleo. Quid ni? nihil enim dicitur, quin dictū sit prius. & quia de hoc Alciatus abunde, quo quæso iure mihi uindicem? Eius igitur uerba ex παρέργων libro. 3. cap. 2. adscribā: Ita erant Romæ in. xij. tab. tēperata uerba, ne aliquid penitus uiolentum & aduersus libertatem inducerent. & ideo in iudicijs solennia erant quædam uerba, quid apparebat uolentibus partibus omnia agi, tametsi uere in inuitum redderetur iudicium. Hinc in iudicijs necessaria erat litis contestatio, quam ueteres iudicium accipere uocant, quoniam sic concipiebatur in ea stipulatio:

* quis

* ipse s.

* Lutatio Pythiæ

* laudant.

tio: Q VICQ VID TE MIHI DARE FACERE OPORTET, DABIS, FACIES: DABO, FACIAM. Tuncq; dicebantur prætori fecisse potestatem sententiæ ferendæ. unde iudiciũ dictum M. Varroni, quasi ius, id est potestas dicendi. ¶ Huius nostri Catonis pater.} Vticensis, qui trib. plebis extitit, et præturæ candidatus obijt, Saloniani filius, Censorij nepos. Gellius lib. 13. ca. 19. ¶ Gratidianus propinquus noster.} Quandoquidẽ Ciceronis auus Gratidiani sororem matrimonio coniũctam habuit, ut Q. Frater testatur de Legibus. 3. ¶ Sed hoc in mancipio.} Id est, æduũ dominio transferendo, cedendoq;. Bud. in Annot. ¶ C. Sergio Oratæ.} Vtrũ Auratæ uel Oratæ legendũ sit, uide apud Macro. lib. 3. cap. 15. à piscibus qui uocantur auratæ, goldferchen. Plin. li. 9. ca. 54. scribit ostrearũ uiuaria primũ omnium Sergium Oratam inuenisse in Boiano, ætate L. Crassi oratoris ante Marsicum bellũ. Item iustitiæ priuati exemplum memoratur à Crasso libro de Orat. 1. ¶ Ius Crassus urge.} τὸ ἀκριβοδίκαιον. ¶ Aequitatẽ Ant.} τὸ ἐπιεικές. ¶ Leges quatenus manu.} Leges tollunt dolos manifestos, & qui oculo aut manu comprehendi possunt: Philosophi autem etiã eos dolos à contractibus abesse uolunt, qui sola rõne deprehẽdi possunt. Sic in ingratos leges nõ animaduertunt, qui tamen apud philosophos in reprehensionem maximam incurrunt. Hunc locum optime explicat Christus ipse Math. 5. Dictũ est maioribus, Non occides. ¶ Naturæ lege.} Quæ præcipit, ne alteri feceris quod tibi ab alio fieri nolis. ¶ Dicendum tamen.} Quia bis ac ter quod pulchrum. ¶ Interior eorum.} De hoc in primo satis dilucide dictum est. ¶ Nam quanti uerba illa.} Verba .xij. tabularũ τεχνικῶς ponuntur. Est autem formula hæc

statem P. R. redacturum. Itaque factus est ille quidem consul, sed à fide iustitiaq; discesserit; qui optimum, & grauissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in inuidiã falso crimine adduxerit. * Ne noster quidem Gratidianus officio boni uiri functus est tum, cum prætor esset; collegiumq; prætorum Tribuni plebis adhibuissent, ut res numaria de communi sententia constitueretur. Iactabatur enim temporibus illis numus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. conscripserunt communiter edictum cum pœna, atque iudicio: constitueruntq; ut omnes simul in rostra post meridiem descenderent: & cæteri quidem alius aliò. Marius à subsellis in rostra rectà: idq; quod communiter compositum fuerat, solus edixit. et ea res, si quæris; ei magno honori fuit. omnibus uicis statuæ factæ; ad eas thus & cerei. quid multa? nemo unquam multitudini fuit charior. Hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquã: cum id, in quo uiolatur æquitas, non ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum uidetur: ut Mario, præripere collegis, & Tribunis plebis popularem gratiam; non ita turpe: consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat; ualde utile uidebatur. Sed omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimam: aut illud quod utile uidetur, turpe ne sit: aut si turpe est, ne uideatur esse utile. Quid igitur? possumus'ne aut illum Marium uirum bonum iudicare, aut hunc? Explica, atque excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ sit in ea species, forma, & notio uiri boni. Cadit ergo in uirum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? Nihil profectò minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem, & nomen amittas? Quid est, quod offerre tantum utilitas ista, quæ dicitur, possit; quantum auferre, si boni uiri nomen eripuerit, fidem, iustitiamq; detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? Quid, qui omnia recta, & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur; non'ne idem faciunt, quod is, qui etiam socerum habere uoluit eum, cuius ipse audacia potens esset? Vtile * ei uidebatur plurimũ posse alterius inuidia: id quàm iniustum in patriam, quàm inutile, quàm turpe esset, non uidebat. Ipse autem socer in ore semper Græcos uersus Euripidis de Phœnissis habebat:

* nec

* enim

uerborum, quibus in contractibus bonæ fidei ueteres usi sunt, ad excludendũ dolum. His enim uerbis significabant, ita demum futurum firmum, si appareret, quod nemo ex contrahentibus alterius authoritate et fide persuasus, defraudatus esset. ¶ Iis arbitrijs.} Budæus in Commentarijs, ex huius loci testimonio docet iudicij & arbitrij differentiam confundi, & arbitrium apud antiquos Latinos pro iudicio usurpari. Addunt etiam uerba superiora. Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maxime excellunt in arbitrio rei uxoriæ, MELIVS ET AEQVIVS. ¶ Fidei bonæ nomen.} Enumerat species bonæ fidei. ¶ In tutelis.} De his dictum est. ¶ Societatibus.} Societas si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso iure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi & dolo. Paul. l. 3. ff. pro socio. ¶ Fiducijs.} De his superius. ¶ Mandati esse obligationem. nam si mandatum nisi gratuitum nullum est, originemq; ex officio atque amicitia trahit, neq; quisquam inuitus ad mandatum suscipiendum cõpelli potest, quia nemo ad benefaciendum inuitus cogi potest, nisi forte obligationem faciat spontanea susceptio. Vide tit. Mandati. lib. 17. ff. & Platonis lib. de Legib. 12. Gell. lib. cap. 13. ¶ Emptis, uenditis.} Titu. primus est lib. 18. ff. ¶ Conductis, locatis.} Locati & conducti tit. 2. est lib. 19. ff. Iustinia. bis annumerat titu. Negotiorum gestorum, qui est quintus libri. 3. ff. item Depositi titu. tertio libro decimosexto. Commodati titu. sexto libro decimotertio .ff. Pignoratitiam, de qua titu. septimo libro decimotertio .ff Item familiæ hercisc. quæ ex lege duodecim tabul. nascitur, et diuidendis hæreditatibus destinata est. de ea tit. 2. lib. 10. ff. De communi diuidendo tit. 3. libri eiusdem. De præscriptis uerbis, tit. quinto, libro decimonono

Explicandi [illegible]

quos dicam ut potero: incondite fortasse, sed tamen ut res posit intelligi:

Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

*Capitalis Eteocles, uel potius Euripides; qui id unum, quod omnium sceleratissimum fuerat, excepit. Quid igitur minuta colligimus; hæreditates, mercaturas, uenditiones fraudulentas; Ecce tibi, qui rex Populi Romani dominusq; omnium gentium esse concupierit, idq; perfecerit. Hanc cupiditatem siquis honestam esse dicit, amens est. probat enim legum, & libertatis interitum; earumq; oppressionem tetram & detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fatetur honestum non esse in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæq; esse debeat, regnare; sed ei, qui id facere possit, esse utile: qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? Potest enim, dij immortales, cuiquam esse utile, fœdissimum, & teterrimum parricidium patriæ: quamuis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est; & quidem sic, ut hæc duo uerba inter se discrepare, sed tamen unum sonare uideantur. Nunc * adeo ad uulgi opinionem. Quæ maior utilitas, quàm regnandi esse possit? Nihil contra inutilius ei, qui iniuste consecutus sit, inuenio, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. Possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni & nocturni metus, uita insidiarum, periculorumq; plenissima?* * abeo

Multi iniqui, atque infideles regno, pauci sunt boni, inquit Actius. At cui regno? quod à Tantalo, & Pelope proditũ iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas; * *qui exercitu P.R. populum ipsum Romanũ oppressisset; ciuitatemq; nõ modo liberã, sed etiam gẽtibus imperantẽ, seruire sibi coegisset? Hunc tu quas cõscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ uulnera? Cuius autem uita ipsi potest utilis esse; cum eius uitæ ea conditio sit, ut qui illam eripuerit, in maxima & gratia futurus sit, & gloria? Quòd si hæc utilia non sunt, quæ maxime uidentur, quia plena sunt dedecoris, ac turpitudinis; satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod non honestum sit. Quanquam id quidem, cum sæpe alias, tum Pyrrhi bello à C. Fabritio Consule iterum, & à senatu nostro iudicatum est. Cum enim rex Pyrrhus Populo R. bellum ultro intulisset, cumq; de imperio certamen esset cũ re-*

cuius usus est, quoties contractus existunt, quorum appellationes nullæ in iure ciuili sunt: Item æstimatoriam, quæ est tit. tertio eiusdem libri. Item de rerum permutatione, quæ illam statim sequitur: De petitione hæreditatis, quæ est tit. tertio libri quinti. Hæc ob id partim, ut obseruetur, Ciceronem non singulas, sed potissimas species solitum enumerare. ⌈ Iudicia contraria. ⌉ Plinius putat, ponderandas, non numerandas esse sententias: id quod hodie apud nos non fit. ⌈ Eaq; malitia. ⌉ Propterea de Natura deo. tertio iudicium de dolo malo, euerriculum omnium malitiarũ appellauit. Dolus enim malus recte bonæ fidei opponitur. Cicero κακίαν interpretatur malitiam, cui Plato uirtutem opponit, de Republica .5. Cicero uirtuti uitiositatem è regione ponit, ut quæ nomen omnium uitiorum est. Supra ex Basilio δόλον καὶ κακοήθειαν inuicem opposuimus, quam definit κακίαν κεκρυμμένην, sicut Cicero de Natura deorum .3. malitiam uersutam et fallacem rationem nocendi, & Plato Politie. 4. τὴν ἀρετὴν ὑγίειαν τινὰ καὶ κάλλος, καὶ εὐεξίαν τῆς ψυχῆς appellat sicut τὴν κακίαν νόσον τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένειαν. ⌈ Nec uero in prædijs. ⌉ Cæcilium Sabinum authorem differentiarum citant & iureconsul. in titu. de Aedilitio edicto. & Gellius libro quarto capite secundo. ⌈ De fuga. ⌉ Lactantius libro quinto cap. 17. ⌈ Hæredum alia est causa. ⌉ Locus communis de hæredipetis, uulturibus quàm hominibus uerius. ⌈ Hoc secundum naturam esse. ⌉ De hoc Vlpianus alienbi præclare: Contra naturam est aliquem ex aliquo incommodo suum commodum comparare. Ratio est, quia natura dictat proximo cuique idem facere, quod sibi quisque fieri uelit. ⌈ De sicarijs. ⌉ Lege tit. 8. lib. 48 ff. de lege Cornelia, de sicarijs & ueneficis. ⌈ Testamentarijs. ⌉ Pœna legis Corn. de falsis, damnantur. Quidam magni, scilicet, iurisconsulti non crediderunt testamentarios eosdem esse qui sunt hæredipetæ, & falsorum testamentorum subiectores sunt. ⌈ Furibus. ⌉ tit. 2. lib. 42. Gellius libro septimo cap. 15. lib. 11. cap. 18. ⌈ Peculatoribus. ⌉ De lege Iulia peculatus tit. est. 13. lib. 48. ⌈ Mutij Basilij. ⌉ Val. libro. 9. capite quarto. ⌈ Quanquam alterum amaui. ⌉ Seruat Cicero legem historiarum, quam Polybius libro primo earum scriptoribus præscribit: nempe ita ueri studiosus est, ut ne inimicos quidem debita laude fraudet, nec amicorum uitia taceat. id quod etiam in Gratidiano & Pompeio obseruari potest. ⌈ Quid ergo. ⌉ Subiectio elegans. ⌈ Nomen suum ferre. ⌉ Sicut Augustus Tiberium & Liuiam, de quo legendus Tranquillus. Sed de hoc paulo post plura. ⌈ Dico patronum. ⌉ Notius est uiros principes olim non personarum modo, sed prouinciarum quoq; patronos extitisse, quàm ut multis annotare oporteat, idq; uel Ciceronis exemplo. ⌈ O turpem. ⌉ Exclamatio magna cũ ἐμφάσει. ⌈ Ad Satyrium nihil præter nomen peruenire. ⌉ Hic locus uisus est unus ex ijs esse, qui reconditiorem interpretationem requirunt, præsertim ex iure ciuili depromptam: in qua explananda, cum mihi homini uix grammatico diffiderem, auxilium non Hercules à Theseo, sed discipulus ego à clarissimo uiro Do. Bonifacio Amerbachio præceptore meo, nunquam satis magnifico titulo mihi compellando, petij. Respondit is (qui mos eius est) ut promptissime, ita humanissime quoque. Sed ut res, perinde ut est, per quæstionem respõsionemq; expediatur, utriusque epistolas inserere nihil dubito.

ripsi deĩ cat
en à Cæsa-
usurpatus.
περ γὰρ
δικεῖν χρὴ
ρανν'δος
ἰςι κάλλι
τον ἀδι-
ῖν, τ' ἄλ-
α δ' εὐσε-
ῖν χρεών.

Cæsar patris
triæ appel-
us, sed ab
pressis. At
nna patris
triæ Cice-
nem libera
it.

qui cũ ex.

istoria à
hi medi-
pist. Fabri
mittam
ant.

ge generoso, ac potente; perfuga ab eo uenit in castra Fabritij: eiq; est pollicitus, si præmium ei proposuisset; se, ut clam uenisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum ueneno necaturum. Hunc Fabritius reducendum curauit ad Pyrrhum: idq; eius factum à senatu laudatum est. Atqui, si speciem utilitatis, opinionemq; quærimus; magnum illud bellum perfuga unus, & grauem aduersarium imperij sustulisset: sed magnum dedecus, & flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non uirtute, sed scelere superatum. Vtrum igitur utilius uel Fabritio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, uel senatui nostro, qui nunquam utilitatem à dignitate seiunxit, armis cum hoste certare, an uenenis? Si gloriæ causa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria: sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo, non poterunt esse utiles cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi Q. filij sententia: quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex senatusconsulto liberauisset: ut hæ rursus uectigales essent; neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Ei senatus est assensus. turpe imperio. piratarum enim melior fides, quàm senatus. at aucta uectigalia. utile igitur. Quousque audebunt dicere quicquam utile, quod non honestum? Potest autem ulli imperio, quod gloria debet fultum esse, & beneuolentia sociorum, utile esse odium, & infamia? Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi: nimis enim mihi uidebatur præfracte ærarium, uectigaliaq; defendere; omnia publicanis negare, multa socijs: cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum colonis nostris solêremus; eoq; magis, quòd illa ordinum coniunctio ad salutem Reipublicæ pertinebat. Male etiam Curio, cum causam Transpadanorũ æquam esse dicebat. semper autem addebat, Vincat utilitas. Potius diceret, non esse æquam, quia non esset utilis Reipu. quàm cum æquam esse diceret, non esse utilem fateretur.

Turpis oratio Curionis Vincat utilitas.

CLARISSIMO VIRO Do. Bonifacio Amerbachio, Præceptori ac Domino suo benemerito, S.

Rarius ad te scribo, colendissime præceptor, tuis nimirũ grauioribus negotijs parcens. Vsus sum aliquoties ad te argumentis discipulum decẽtibus, hoc est interrogatorijs, sed interim nequicquam: uel quia tibi literæ non redditæ sunt, uel quia occupationibus arduis magis probibitus fuisti. Vt autem intelligas me non tam fatigandi te animo, quàm discendi studio quærere, eadem denuo fiducia experior, num nomen meum ex albo discipulorũ tuorum sit deletum. me autem etiamnum ex aliqua parte hærere, tum intellexero, si benigne mihi ad quæstiunculam meam respondere non dedignaberis. In tertio Ciceronis de Officijs libro in quendam locum impegi, quem hactenus aliquoties bene securus præterij: super quo, cum aliquot nostris literatis hominibus contulissem, mihi satis factum nondum est. Quare ad te tanquam ad Pythicum oraculum uenio. Locus est de testamentarijs, in exemplo Basilij. Verba Ciceronis, de quibus ambiginus, sunt: Sed cum Basilius M. Satyrium sororis filium nomẽ suũ ferre uoluisset, eumq; fecisset hæredem, &c. quæ sequuntur. Ad horum uerborum lectionem subijt animum cogitatio, Vtrum, quemadmodum in adoptionibus fit, idem fieri soleat in hæredum institutione, nempe ut illic filij adoptiui nomen in nomen patris adoptantis, ita hic hæredis, in testatoris transeat. Cũ ergo diu multumq; de germano sensu nequicquam circũspicio, cõmentarios incipio requirere. Sed ecce Marsus taceat prorsus. Ascensius exponit, nomen suum ferre, id est ex asse hæredem scribere. qui aliquid sane dicere uidetur, si dictis adderet robur. Tum incipio cum amicis literatis conferre, qui me ex dubio ambiguum faciunt, asserentes eam institutionem sub conditione factam esse. Documenti gratia adducunt exemplum Augusti, ut qui hæres à Cæsare scriptus ea sit conditione, ut Cæsaris nomen gereret. Exemplum placuit, nisi quòd apud Tranquillum adoptandi uerbum expressum est, quod sanè simplicius apud Plutarchum legitur. ὅθεν καίσαρ αὐτῷ παῖδας οὐκ ἔχων ἰδίους τὴν οὐσίαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν οἶκον ἐν ταῖς διαθήκαις ἔδωκεν. Sed nulla hic fit conditionis mentio. Hinc nascebatur alia dubitatio, Nũ adoptio sine hæreditatis scriptione fieri posset. Excutio deinde totum de hæredibus instituendis titulum, nunquid ibi inuenire possem, quod me aliquantum dubio liberaret. reperio nihil, nisi forte illud aliquid ad rẽ fecerit, quod .l. sed etsi. §. nepotes, Vlpianus ait, nepotes sub omni conditione institui posse, & si redigantur ad filij cõditionem, filius autem patris nomen gerit. Sed ne hoc quidem uidetur satis solidum, cum hæredes iuris tantum, non itẽ nominis successores definiantur. Offert deinde se alius intellectus, quem libentius si alicuius authoritatis assertorem inuenirem, amplecterer: nempe si mancipatio fiat per æs & libram, in qua hæres emptor familiæ testatoris per imaginariam uenditionem fiebat: si familiã emit, emit fortassis etiam nomen. Sed ne hunc quidem intellectum ut planum & ratum defendam, nisi tua mihi subscripserit authoritas. Interea ergo dum tuã sentẽtiam colendiss. præceptor intellexero, simplicius ita exponam, ut μεταληπτικῶς per nomen, adoptio intelligatur, perinde ac si adoptio institutionem antecesserit. Vides uir clarissime, quæstiunculam nec me homine literatore, nec te iurisconsultissimo indignam. Ex qua si me expediueris, declarabis antiquum tuum in me amorem nondum extinctum esse. D. Erasmi lucubrationes tua opera editas esse, mirifice lætor. Vale, Aug. Vindel. pridie Calend. Octobreis. anno. 1540.

D. BONIFACIVS AMERBAchius Sixto Birkio suo S.

Recte conijcis, Sixte optime: non obliuione, nec tui contemptu, sed negotiorum identidem recurrentium mole fit, si tuis literis non respondeam: tametsi si quibusdam responsum non sit, satis meminisse nequeam. Vt autem tuum mihi scribendi argumentum

ſumme probatur, ita otium ſupereſſe deſiderarem, quo utrique noſtrum ſatisfieri poſſet. Certe quod ad interrogata tua nunc attinet, de Baſilio, qui M. Satyrium ſororis filium, nomen ſuum, uti eſt apud Ciceronem, ferre iuſſerat, &c. Solenne fuit ueteribus, & etiamnum eſt Italis & Gallis, ut orbi habito delectu alterius familiæ aliquem iuuenem hæredem ea lege ſcribant, ut nomen teſtatoris ferat. Exempla ſi ex iure ciuili requiras, uel ex Caij Martiani & Vlpiani reſponſis nunc mihi occurrentibus petas licebit. l. facta. §. ſi dandæ. uerſ. ſi uero. l. ſed ſciend. ff. ad S. C. Trebellianum, l. hoc iure. §. ſed & . ff. de donat. Nominis autem appellatione gentem aut familiam frequenter deſignari, uel ex Diomede non ignoras. Itaq; Baſilius, cum M. Satyrius alterius agnationis eſſet, nempe filius ſororis (quam ex Labeone, referente Gellio, dictam conſtat, quaſi ſeorſim natam, ut quæ ab ea domo, in qua nata eſt, ſeparatur, cuiusq; liberi in ſui patris, non materni aut ſacris ſunt, l. cum legitimæ. ff. de ſtatu ho. §. 2. Inſt. de patr. pot. §. 2. Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſ.) ut ſuæ familiæ nomen aſſumeret, recte inſtituit. Nec porro ea inſtitutio cum adoptione uel arrogatione quicquam commune habet, quandoquidem hæc inter uiuos, ſolennibusq; à Iuſtiniano in tractatu adoptionis præfinitis expediuntur, toto tit. ff. eod. tit. C. de adoptionibus Inſt. eod. illa uero in ultima uoluntate: unde eſt, quod & ſimpliciter aliquem tractare promittens ut filium, minime eum adoptaſſe, aut arrogaſſe uideatur: ut Paulus docet. l. quidam cum filium. ff. de uerb. obligationibus. Hæc habui Sixte, quæ αὐτοσχεδιάζων reſcriberem. Plura non poſſum: quod nihil tale cogitans, nec expectans, Vuormaciam uocor. Si tibi ſatisfactum non ſit, ſcribam aliquando fuſius. Nunc meum ſilentium, ne contemptum interpretarere, malui αὐτοσχεδιάζειν, quàm nihil ſcribere. Bene uale, poſtridie D. Martini. Anno. M. D. X L. Baſileæ. Hoc αὐτοσχέδιον multis elucubrationibus elaboratis doctius, reponere, & per quem profecerim, ingenue fateri malui, quàm alienis plumis me uenditare, præſertim præceptoris mei de me optime meriti, quē debito ſuo honore fraudare iniquum duxi. [Quid ergo.} Subiectio elegans. [Etenim ſi is.} A' minori ad maius. [Si digitis concrepuerit.} Leuiſſimo momento. uide prouerb. Ad digituli crepitum. Eiuſmodi hæreditates prouerbio dicuntur, ſine ſacris hæreditates. [In foro crede mihi ſaltaret.} Turpi quadam geſticulatione turpem lætitiam declararet. Fuit enim apud antiquos Romanos ſaltatio turpiſſima habita, ut ex multis Ciceronis orationibus colligere licet, & inferius paulo plura habebis. [Complicatam notionem.} ἔννοιαν, uel ἐγκατάληψιν, quam qui non habet, à communi ſenſu alienus dicitur. [Qui bono quodam quaſi ueneno.} Galba apud Tranquillum legitur cruce affeciſſe tutorem, quòd pupillum, cui ſubſtitutus hæres erat, ueneno necaſſet. [Fimbriam.} Licinius Fimbria apud Valerium appellatur libro ſeptimo capite ſecundo, ubi eadem hiſtoria memoratur. In Chronologia conſidari circa eadem tempora, hoc eſt anno D C L, C. Flauius legitur. [Cum is ſponſionem feciſſet.} Sponſio fiebat, cum præter rem, de qua controuerſia eſt, depoſita pecunia apud recuperatores litigatur, ubi ſuam uictor aufert, uicti pecunia ad ærarium redibat. Omphalus pro A. Cæcinna. Bud. in Annot. prioribus. [Fimbria etiam, non modo Socrates.} Id eſt πολιτικὸς, non modo philoſophus: per antonomaſiam. [Cum enim fidem.} Vide prouerb. in Eraſ. Chil. Dignus qui cum in tenebris mices. Alexand. ab Alexand. libro Genialium dierum quinto cap. 55. [Conuertere.} Conuerrere alij, meo iudicio concinnius, qualis etiam in Verrem ad nominis etymon, licet non uerum, alluſio eſt. [At enim.} Inter mimos Publianos eſt unus, qui huic ſententiæ quadrat: Cum uitia proſunt, peccat qui recte facit. [C. Marius.} Hiſtoria pleniſſime ſcripta eſt à Salluſtio in Iugurth. ubi à Metello non miſſus, ſed dimiſſus legitur. Vide præterea Plutarchum in utriuſque uita. Factus Coſ. anno. D C X L V I I. [Nec noſter Gratidianus.} Plin. libro. 33. cap. 9. meminit his uerbis: Igitur ars facta denarios probare, tam iucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano uicatim totas ſtatuas dicauerit. Idem Plin. lib. 34. cap. 6. Statueram Romæ etiam in omnibus uicis C. Mario Gratidiano trib. ut diximus, eaſdemq; ſubuertere Syllæ introitu. [Edictum cum pœna.} Hoc crimen punit apud Iureconſultos lex Cornelia de falſis, maxime ſeptimo & octauo. [Quid igitur.} Elegans & longum ſubiectionis exemplum. [Explica.} Idem eſt quod ſupra dixit, animi ſui complicatam rationem euoluere. [Notio.} ἐκτύπωμα, character, paſſiue, nam actiue ſignificat ipſam ἔννοιαν. [Quid eſt quod afferre.} Obſerua paranomaſiam, & locum cōtrariorum. [Quid enim intereſt.} Indignitatem rei à comparatione naturæ humanæ deteſtatur. [Vnum ex homine.} Quaſi dicat, Ratio, non forma facit homines à beſtijs differre. Et habet hæc locutio, conuerſionis ſpeciem. [Quòd is qui ſocerum.} Notatur temerarium Pompeij conſilium, quòd tam potentis ſoceri gener eſſe uoluerit: id quod euentus Reipublicæ perniciosiſſimum fuiſſe docuit. Obſcuriora forte hæc ſunt, niſi lumen ex Plutarcho accipiant. Cæſar rogationem de deducendis colonijs, & agris diuidundis tulit (quam Cæſaris audaciam hic Cicero notat) quam Pompeius à Cæſare ad roſtra productus non improbauit. Quæ res inter utrunque roborauit beneuolentiam, ut Pompeius Iuliam Cæſaris filiam Scipioni ſponſam duceret, quæ eſſet amicitiæ conſtitutæ pignus. Sed Velleius libro ſecundo iuſtiores cauſas quàm Cicero allegat. Hæc geſta ſunt in primo Cæſaris conſulatu, quem cum Bibulo geſſit, nempe anno Vrb. Cond. D C L I X. ſed ita ut ſolus geſſiſſe uideretur, adeoq; ut nonnulli urbanorum (referente Tranquillo) cum quid per iocum teſtandi gratia ſignarent, nō Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare Coſs. actum ſcriberent, bis eundem præponentes nomine atq; cognomine, ut uulgo mox ferrentur hi uerſus,

Non Bibulo quicquam, nuper, ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri conſule, nil memini.

[Ipſe autem ſocer.} Eteocles & Polynices fratres fuerunt, regis Thebanorum filij. Cum igitur inter ſe conueniſſent, ut alternis uicibus regnarent, Eteocles, quia maior natu regnum prior occupaſſet, fratri ſucceſſionem ex pacto petenti cedere detrectat, his uerbis: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Cæſari hæc uerba in ore fuiſſe, non incongrue refertur, ut cuius animus dominandi libidine incenſus tanta fuit, ut Tranquillus hoc, Ciceronis teſtimonio inter cauſas bellorū ciuilium poſuerit. Fabula præterea legitur apud Statiū in Thebaide, Bocatiū lib. 2. cap. 73. & 74. Hyginum fab. 68. [Ecce tibi.} Adrianus in Cicerone & alijs claſsicis authoribus obſeruauit hunc loquendi modum, Ecce tibi, ſingulari cum uenuſtate uſurpari pro ecce. [Qui ex populi.} Sicut alibi Ciceroni nihil magis populare quàm libertas, ita apud Liuium tribunis quibuſdam plebis nihil minus populare quàm regnum eſt. Et Scipio apud eundum Liuium Decad. 3. regium nomen apud alios magnum, Romæ intolerabile eſſe dicit. Et quemadmodum olim apud Græcos tyranni nomen plauſibile erat, nihilq; à regio differebat, ut ex Iſocrate claret, & Verg. Et pars pacis erat dextram

tetigiſſe

tetigisse tyranni: sic post pulsos urbe reges, regium nomen Romanis odiosissimum esse cœpit. Quod Cæsar nequaquam ignorans, tyrannidis suspicionem quammaxime uitaturus, clementiæ mirifice studuit. Nam cum quidam adulatores, teste Plutarcho, ex Sibyllinis libris spargerent, hoc portendi, ut res Parthorum Romanis subiugarentur, si rex cum expeditione mitteretur, regis epitheton admittere noluit, sed gentile suum nomen, sicut & nepos eius Augustus, æterno honore celebrari uoluit. Sed interim ne illud quidem omittendum, quod à Tranquillo de h e memoriæ proditum est, Cæsaris statuæ hæc uerba subscripta fuisse: Brutus quia reges eiecit, Cos. primus factus est: hic quia Coss. eiecit, rex postremo factus est. ¶ Dominusq; omn um gentium. } Quia Roma caput totius orbis. ¶ Amens est. } Id est, non explicuit complicatam animi sui notionem, ut supra dixit. ¶ Quæq; esse debet. } Vnde Cicero: In fatis id non erat. Iuno apud Vergilium in duodecimo à Ioue contendit & impetrat,

Sit Latium, sint Albani per secula reges,
Sit Romana potens Itala uirtute propago.

Vix D & L annis à Coss. Decemuiris & tribunis militaribus rectis, ceterum imperium illud ab Aenea & sublimius ad nostra usq; tempora monarchia fuit. ¶ Parricidam patriæ. } Sicut Vatinium parricidam patriæ appellauit. paronomasia in hoc est, parens patriæ, & parricida patriæ. quam antithesis mirifice exornat & uestit. Cato tribus plebis Ciceronem patrem patriæ salutauit, Catilinariæ coniurationis extinctorem, quod dein epitheton populus ut plausibile assensu suo approbauit. Deinceps temporis successu ad imperatores Romanos defluxit. Nam post mortem eius plebs solidam columnam prope X X. pedum lapidis Numidici in foro statuit, scripsitq; parenti patriæ. Cicero ad Cassium lib. epist. 12. inscriptam ait, PARENTI P. OPT. MAX. Sceleratam alibi statuam hanc Cice. uocat. Lactantius lib. 1. cap. 15. parricidam etiam patriæ appellans, columnam eius à Dolabella Cos. subuersam testatur, & forum expiatum. D. Augusto senatus populusq; repentino & maximo consensu detulerunt: auth. Tranquillo & Ouidio. Traianus (ut in Plinij Panegyrico legitur) etiam ante initum imperium pater patriæ salutatus est. Sic Vipsiam Tyberij coniugem matrẽ patriæ salutarunt, non sine reprehensione: apud Cornel. Tacitum libro Annalium primo. ¶ Nunc abeo ad uulgi op. } Transitio per contentionem iudiciorum. Nam uulgi opinio plerunq; male colligit. Sed iudicium ad ueritatem reuocatum contrarios euentus discernit. ¶ Possunt enim cuiquam. } Maiorem per interrogationem & synathrœsmũ profert. ¶ Multi iniqui. } Minorem omittit, sed probat & amplificat authoritate & exemplo: & per subiectionem fit cõparatio maioris ad minus. quasi dicat, Si regno æquo multi infideles, quid de tyrannide sperandum est. ¶ Regno. } Signanter dicit, ne imagineris tibi imperium tyrannicum. ¶ A' Tantalo & Pelope proditum. } Hoc est legitima successione à patre ad filium quasi per manus transmissum. Atque etiam communis hæc enarratio, cui libẽtius subscribo. Sed audiui quosdam in ea sententia esse, ut regnum Elidis, ubi Oenomaus regebat, quod Myrtilus quidam Pelopi Hippodamiam ambiẽti prodidit. fabula est apud Boccatium libro nono capite septimo lib. 12. capitibus ab initio aliquot ordine sequentibus. item cap. 64. Si posteriorem hanc expositionem sequaris, necesse fuerit ut legas, Quod Tantali filio Pelopi proditum iure obtinebatur. Nec tamen & ipsa lectio bene quadrabit. Propterea priori lectioni & expositioni standum cẽseo. ¶ Nam quanto plures. } Regem rursus odiose appellat. ¶ Imperantem seruire. } Antithesis non ingrata. ¶ Quas conscientiæ. } Conscientiam malam furias alibi Cicero interpretatur. His diris actus creditus fuit Cæsar, quando senatui non surrexit. Domum quoq; reuersus ad familiares uociferatus est, sese cuicunq; uolenti paratũ præbere iugulũ. Quidam morbo adscribunt, μὴ τὴν αἴσθησιν ἀτρεμεῖν, eos uidelicet, qui grauibus eiusmodi negotijs sunt implicati. Plutarchus Cæsarem excusat, culpamq; in adulatores reijcit. ¶ Cuius autẽ uitam. } Prouinciæ inter Cæsaris occisores sunt diuisæ: Bruto Creta, Cassio Libya, Trebonio Asia, Cymbro Bithynia, alteri Bruto Galatia iuxta Eridanum. Plutarchus in uita M. Bruti. Sed interim neq; hoc ignorandum est, quòd ipsorũ nemo quisquam triennio amplius superuixit, neq; sua morte defunctus est, etc. Tranquill. ¶ Quanquam. } Occupatione candidũ nigris confert. ¶ Tum Pyrrhi bello. } De hoc in primo libro satis dictum est. ¶ Iterum Cos. } Anno CCCCLXXVI. ¶ Perfuga. } Plutarchus refert, Pyrrhi medicum epistolam de rege per ueneficium necãdo, si præmium acciperet, ad Fabricium Cos. scripsisse. Eutropius ait, medicum nocte ad Fabricium uenisse. Valerius Antias, referente Gellio, scripsit Timocharem Ambraciensem regis amicum ad Fabricium Cos. furtim uenisse, ac præmium petiuisse, & si de præmio conueniret, promisisse regem ueneno necare. idq; facile esse factu, quoniam filij sui pocula in conuiuio regis ministrarent. Hunc Valerius Maximus uidetur secutus, libro. 6. cap. 5. Addit Gellius ex tertio Claudij Quadrigarij, non Timocharem, sed Niciam Cos. adijsse, neq; legatos à senatu missos (ut Antiati & Maximo placuit) sed à consulibus. quod etiam Cicero hic, & Plutarchus crediderunt. Exemplum Epistolæ Gellius ex Claudij Quadrigarij libro sic reposuit: Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenue commoti, inimiciter tecum bellare studemus. sed communis exempli & fidei ergo uisum est, uti te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret, si te clam interfecisset. id nos negauimus uelle: ne uel ob eam rem quicquam commodi expectaret. & simul uisum est, ut te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum: & quod nobis non placet, pretio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu nisi caueas, iacebis. Variat epistolæ exemplum nonnihil apud Plutarchum. apponemus & ipsum. γάϊος φαβρίκιος καὶ κόϊντος αἰμύλιος ὕπατοι ῥωμαίων πύῤῥῳ βασιλεῖ χαίρειν. οὔτε φίλων ἐυτυχὴς ἔοικας εἶναι κριτὴς, οὔτε πολεμίων. γνώσῃ δὲ τὴν πεμφθεῖσαν ἡμῖν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ὅτι χρηστοῖς καὶ δικαίοις ἀνδρᾶσι πολεμεῖς, ἀδίκοις δὲ καὶ κακοῖς πιστεύεις. οὐδὲ γὰρ ταῦτα σῇ χάριτι μηνύομεν, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ, καὶ δόλῳ δόξωμεν, ὡς ἀρετῇ μὴ δυνάμενοι κατεργάσασθαι τὸν πόλεμον. ¶ Aristides. } Huius dexteritas iamdudum nobis innotuit. ¶ Si gloriæ. } Dilemma ex causis finalibus contrarijs. ¶ L. Philippi. } Si sextus liber nonæ Decadis extaret, posset hoc exemplum plus luminis acquirere. rem ipsam supra libro secundo perstrinxit. ¶ Et senatus est assecutus. } Heus Cicero, mendacem memorem esse oportet. iam primum dixisti, senatum nunquam utilitatem à dignitate seiunxisse. ¶ Piratarum enim melior fides. } Notat Pompeium, sicut supra quoque quodam loco. Velleius Paterculus posteriore uolumine, uidetur Pompeium ab hac Ciceronis nota uoluisse defendere, his uerbis: Sunt qui hoc carpant, sed quanquam in authore satis rationis est, tum ratio quemlibet magnũ authorem face-

ret. Data enim facultate sine rapto uiuendi, rapinis arcuit ¶ Beneuolentia } Beneuolentiæ odium opponitur, gloriæ infamia. ¶ Ego etiam cũ Catone meo } Cũ quæstor esset. quæstoribus enim ærarij cura demandata fuit. quæsturam gessit cum Marcello acerrimam. Nullus prior ex collegis ad ærarium ueniebat, nemo posterior abibat. Quid multa? Plutarchus de quæstoria eius diligentia copiosissimus est. Hodie quoq; episcopi & abbates frugales habentur, si de demenso pauperum & studiosorum quamplurimum depauperent. & magistratus Rerump. si literas literarumq; professores sordide tractent. Cuius rei indignitate motus noster Enthusiasmus, hosce effudit uersiculos:

> Si pueris doctor minimo conducitur ære,
> Publica nummorum cura frugalis erit.
> Impius at miles suo grassatur in auro,
> Mars etenim sanctis utilior studijs.

¶ Omnia publicanis. } Quam Cicero impense publicanis faueat, passim uidere est. De his si plura legere cupis, consule Blondum libro quinto Alexand. lib. 2. cap. 26.

AMERB. QVæ dijudicanda sunt. } Longissimũ est hoc caput, in quo tamen ferè nihil aliud docetur, quàm quæ paulo ante summatim dixi doceri, et tractari in hoc toto libro. Initio explicantur exẽpla in proximo capite proposita. Deinde sequuntur alia exempla, seu causæ, aut facta, in quibus eadem subinde repetuntur, & inculcantur, additis uarijs tum argumentis, tum amplificationibus. In summa autem, ut nos etiam utamur repetionibus, in omnibus exemplis ostenditur, quòd nihil propter nostrum cõmodum facere debeamus contra honestatem, seu ius naturæ, quæ uult, & in omniũ hominum mentes impressit, ne quid insidiose dicamus, uel taceamus, uel faciamus, uel omittamus, decipiendi aut lædendi alterius causa. Atque hoc etiam uult maxime illa definitio doli mali, quam Cicero tribuit Aquilio. Is dolus dicitur in libris iurisconsultorũ ex calliditate & fallacia fieri. Itẽ pactũ dolo malo dicunt fieri, quoties alterius circumscribẽdi causa aliud agitur, aliud simulatur. Et illæ definitiones sunt perfectiores, quàm hæc Aquilij à Cicerone posita. Omissa. n. est deceptationis mentio, quæ tñ ex alijs uerbis huius loci facile colligitur, et omnino talẽ simulationẽ uoluit intelligi Cicero. Nũc si dolus malus nõ debet inter hoĩes uersari, nõ debet etiã uersari inter hoĩes simulatio, & dissimulatio. Atq; sic argumẽtatur Cicero ab illis formulis Aquilianis de dolo malo, quæ formulæ cõtinuerũt modũ & rationẽ prohibẽdi istã calliditatẽ hominum, & solertiã ad nocendũ alijs. Harũ etiã fit multa mẽtio in Oratione pro Q. Roscio. Argumẽtatur & à legibus ciuilibus, & iudicijs, quæ sine lege exercebantur. Illis etiam dicit uindicatum fuisse dolum in certis negotijs, ut in tutela, in qua cautum fuit, ne à tutoribus pupilli deciperentur, & in contractibus adolescentum, in quibus si decepti essent adolescentes, puniebantur deceptores lege Lectoria, ita enim est legendũ. Nam Q. Lectorius hanc legem tulit. Sic etiam hanc uocem scripserunt Pomponius Lætus, et Aldus Manutius. Fuit etiam dolus prohibitus in iudicijs bonæ fidei, de quibus hæc uerba sunt apud Boetium in sexto cõmentariorum in Topica Ciceronis. Est enim iurisconsultorũ prouincia priuatarum quæstio causarũ: maximeq; in illis negotijs hic causarum locus examinabitur, in quibus bonæ fidei iudicia nectuntur. In his enim, qui fuerit animus contrahentiũ, quæri solet: qui deprehendi uix poterit, nisi præcedentibus causis intelligatur. In his igitur iudicijs, in quibus additur, ut ex bona fide iudicent, id est, ubi ita iudices dantur, ut non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem quærant, plurimis causarum usus est, additur, ut inter bonos bene agi oportet, considerantur mores, inquiruntur consilia, statuitur quibus quidq; de causis administratum sit. De eadem re, uide Titulum de Actionibus quarto Institutionum. De iudicio seu arbitrio rei uxoriæ scribitur sic in eodem loco: Est autem iudicium uxoriæ rei, quoties post diuortium de dote contentio est. Dos enim licet matrimonio constante in bonis uiri sit, est tamen in uxoris iure, & post diuortium, uelut res uxoria peti potest. Quæ quidem dos interdum his conditionibus dari solebat, ut si inter uirũ uxoremq; diuortium contigisset, quod melius æquius esset, apud uirum remaneret, reliquum dotis restitueretur uxori, id est, ut, quod ex dote iudicatum fuisset, melius æquius esse, ut apud uirum maneret, id uir sibi retineret: quod uero nõ esset melius æquius apud uirum manere, id uxor post diuortium reciperet. In quo iudicio non tam boni natura spectari solet, uerum etiam cõparatio bonorũ fit, ut non tam, quod æquum, sed melius, æquiusq; est, id sequendum sit. Quæ omnia ex præcedentibus causis uestigari solent. Nam si uiri culpa diuortium factũ est, æquius melius est, nihil apud uirũ manere: Si mulieris est culpa, æquius melius est, sextantem retineri. De fiducia hæc extant in eiusdem operis eodem libro. Fiduciam uero accepit, cuicunq; res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet, uelut si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus, quod suspectum est, præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria uocatur idcirco, quòd fides restituendi interponitur. Scæuolæ exemplũ continet factũ boni uiri, & contrarium dolo malo: postea reprehenduntur ij, qui à bonitate sapiẽtiam separauerunt. Ex ea enim re ortam esse omnem hanc calamitatem de simulando, & dissimulãdo. Huic exẽplo statim est subiectũ aliud dissimile una cũ cõclusione, & eius amplificatione à legibus sumpta per collationẽ & cõtentionẽ. Iure ciuili constitutũ esse, ut uitia indicentur in prædiorũ uenditionibus, cũ hoc non fuerit in legibus duodecim tabularum. Ad id declarandum est adiectum tertium argumentum. Habet hoc etiam exemplum conclusionem, in qua probat obiter quoq; suam sententiam de exemplis præcedẽtis capitis. Atq; ita quartũ exemplum annectitur, exẽplo conclusio, conclusioni amplificatio per contentionem, amplificationi similitudo, similitudini occupatio, in qua iterũ totam hanc rem ad ius naturæ accõmodat, & simul ostendit causam diuersitatis in iure naturali & ciuili, facitq; ius ciuile genus, ius gentiũ speciem. Et hoc ideo, quia nasci ex iure naturæ seu gentiũ debet ius ciuile. Et quanquam ab eo diuersum est, tamen non est ei contrariũ. Atq; sanè, quod Philosophi dicunt de arte, quòd imitetur naturam, ita mihi uidetur de iure ciuili recte dici posse, ac debere, quòd imitetur naturæ ius. Quàm recte autem Cicero ius ciuile fecerit genus, ius gentium speciem, cum sint proprie diuersæ inter se species, non uideo, nec inquirendum in hoc esse arbitror, à me præsertim, & hoc tẽpore. Cur tamen fecisse nobis uideretur, est dictum. Deinde sequitur alia occupatio, quòd non habeamus perfectam iustitiam, de qua re supra etiam est tractatũ. Ibiq; prædicatur hoc, quod habemus de hac uirtute, quantumuis est exiguũ, & non immerito. Non enim essemus homines, sed bestiæ, si illam quoq; uel umbram, uel similitudinem iustitiæ non haberemus. Et hæc omnia sunt expositio quædam superiorum omnium exemplorum, ubi cum dicit leges, quatenus manu tenere res possunt, Philosophi, quatenus ratione & intelligentia, aut hoc significat, ut specialim uelit intelligi seruitutem, & alludat ad uocabulum mancipium, de cuius re in proximo exemplo dixerat: aut certe hoc uult, non tantum in mancipio leges uindicare dolos, sed magis in omnibus rebus, quatenus tamen oculis subiectæ sunt, & manu prehendi possunt,

possint, sicut Germanice quoque dicimus: So sern mans greiffet und sihet. item: Gedanckhen sein zoll frey. Et hoc sanè est, quod Aristoteles docet περὶ πράξεως, καὶ διανοίας, ἢ ἐπιστήμης, nempe illam uersari circa singularia, has uero circa uniuersalia. Tota autem Reipublicæ & legum ratio πρακτικὴ est, id est, indiuidua respicit, non uniuersalia, quæ sunt intellectus. Sic pulchre ad totum exemplum hæc conueniunt, & contentionem, quæ fuit inter Crassum & Antonium pro iure & æquitate. Huc facit, quod sequitur, rationem postulare, ut nihil insidiose faciamus. Supra in tertio exemplo est uetus figura orationis, & forensis, qua etiam est usus Cicero in oratione pro Roscio eodem modo: Cur non arbitrum adegeris Q. Roscium quæro. Boetius non addit alterum accusatiuum, cum inquit: In urbe arcen læ aquæ arbitrum possumus adigere. Et recte hic Erasmus eam figuram exposuit. Arbitrum enim accusatiuus propter præpositionem uerbo additam ponitur, nec sunt per appositionem coniungendi accusatiui. Breuis ibi quæstio quoque est interiecta, qui sint boni uiri, & quid sit bene agi. Recitatq; Scæuolæ de posteriore sententiam, & redit statim ad propositum, astutias non debere esse in uita, separatq; malitiam à prudentia, ut supra sæpe fecit. Sequitur aliud deinde argumentum à legibus ciuilibus, & repetit sæpe nunc positam conclusionem, in qua omnes actiones referuntur ad ius naturæ. Quod ibi addit de difficultate abstinendi ab iniurijs proposita impunitate, sic alibi dicit: Est enim magna illecebra ad peccandum impunitatis spes. Ad hoc declarandum utitur etiam exemplo, in quo recte Crassum & Hortensium reprehendit. Ita enim docet Mimus: Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas. Simile quiddam & ipse uult, cum argumento ex minore turpitudinem eius facti ostendit. Postea per occupationem repetit reprehensionem eorum, qui separant honestum ab utili, additis etiam malis, quæ ex ea re oriuntur. Repetit etiam præceptum de non fallendo, & si fallere possis impune & sine molestia aut labore. Opponit etiam exemplum Crassi auari hominis, estq; Antithesis. Definit etiam uirum bonum, & per obiectionem iterum dicit, quid sit utile. Cui obiectioni additum est sextum exemplum ostendens, quanta res sit esse uirum bonum. Breuem conclusionem habet exemplum, & sequitur deinde argumentum ex minore, quod est prouerbio auctum, & eius expositione. Sequitur hæc obiectio, an non liceat propter magnam utilitatem peccare. Huc etiam accersita sunt duo exempla. Primum C. Marij, de qua re uide Iugurthinum bellum Salustij: Secundum Gratidiani, in quibus ostenditur, utilitatem esse præpositam honestati, sed turpiter, & hoc quidem in conclusione sic satis longa, & amplificata capite huius partis; & comparatione damni, quod accipitur amisso nomine boni uiri, cum alijs omnibus utilitatibus. Et est hic locus uehemens, & paulo plus habet spiritus, quàm precedentes in hoc capite habent. Postea alia duo exempla continua adduntur, Cn. Pompeij, & Iulij Cæsaris, quæ ostendunt, ab utroque turpissime omnem honestatem, & utilitatem publicam, priuatæ utilitati & potentiæ prælatam esse. Acerbe autem ambo obiurgantur, præsertim Cæsar, de quo etiam duo uersiculi ex Euripidis Phœnissis citantur, Latini obiter à Cicerone facti. Eosdem Suetonius citauit in uita Cæsaris una cum hoc loco Ciceronis. Pronunciantur autem apud Euripidem ab Eteocle nolente habere fratrem suum consortem regni. Ad hæc etiam exempla usurpata est breuis conclusio idem cum præcedentibus spectans, ac additur amplificatio de iniusta potentia, quam probat non esse utilem, sed potius perniciosam, opponens ei, quæ secum trahat maxima incommoda. Ad hunc locum faciunt ea, quæ apud Macrobium de Dionysio scribuntur libro primo, capite decimo, in Somnium Scipionis. Accommodat hunc locũ ad caput disputationis, ut maius aliquid ad minus. Inde nascitur aliud exemplum contrarium præcedentibus, cuius tamen explicatio idem docet utili & honesto. Argumentatur autem ibi Cicero ex causa finali imperiorum. Cum hoc loco postrema huius capitis amplificatio coniungitur, quæ etiam tria exempla habet, & eorum expositiones, fitq; hic cum opibus honestatis comparatio. Sic per totum hoc longissimum caput nihil aliud agitur quàm quòd conferuntur uariæ utilitatis partes & species cum honestatis partibus, quæ iustitia & prudentia uocantur. Ac simpliciter ostenditur, ubique uincere honestatem debere, utilitatem uero cedere, & dirigi debere honestate.

ORATIONIS Vanitatem.} Vanitatem dixit, ut pugnet cum ueritate, cum uulgo putemus uanitatem esse iactantiam, fortassis ob id, quòd ferè mentiantur multa gloriosuli. ¶ Argentariam faceret.} Vt dicitur quæstum facere, qui negotiatur, ita argentariam facere dixit Cicero. ¶ Nomina facit.} Nomina facit, qui se debitorem constituit: unde & bonæ fidei debitores, bona nomina dicuntur. ¶ Semel indicaretur.} Indicare dixit æstimare. Id annotandum putauimus, quòd in omnibus, quos uiderim, libris, comperimus deprauatum, indicaret. ¶ Vt etiam si minoris.} Vt, hic habet significationem exempli, confert enim factum cum facto. Qui pluris emit, cum licuisset minoris emere, uir bonus est iudicatus, at non sapiens. Perinde esset si minoris uendidisset, quod potuisset pluris uendere. Hoc admonere uisum est, quòd hunc locum compererim in multis exemplaribus uitiatum, nec à commentariorum scriptoribus aliquid lucis adduci. ¶ Proscripsit insulam.} Proscribitur homo, qui damnatur hoc genere damnationis. Proscribitur domus, aut alia res, quæ uenalis scripto proponitur. Et insulam uocat domum undique semotam ab alijs ædibus, quales ferè, sunt magnatum ¶ Societas est enim.} Subinde occurrit apud Ciceronem ut, enim, ponatur tertio loco, præsertim cum adest uerbum, est. ¶ Interior eorum.} Interiorem dixit coniunctiorem. unde & Intime coniuncti dicuntur, qui arctissima necessitudine copulati sunt. ¶ Testamentarijs.} Qui supponunt testamenta, aut alioqui fraude inuadunt. ¶ Vinculis, & carcere castigandi.} In nonnullis exemplaribus pro castigandi habebatur fatigandi. ¶ Ab hoc nulla fraus aberit.} Reciprocauit loquendi formam. Nam dicimus, non abest à suspicione furti, hic dixit, ab hoc nulla fraus aberit. ¶ Perficiat ut ueros hæredes.} Rursus perficiat dixit, pro efficiat. siue faciat. ¶ Non ita magnum} Ac mox, non ita turpe. Ita, tantum habet epitasin, nihil autem illi respondet: quod genus est cum dicimus, ita sum hominem expertus, ut denuo nolim experiri. ¶ Quid? qui omnia recta, &c.} Quid separandum est à sequenti sermone, quod expergefacit lectorem, ut ante monstrauimus. ¶ Nam si uiolandum est.} Duo senarij sunt, tametsi Cicero non seruat in his legem, quam Græci Tragici seruant. Porro in secundo uersu aut uerbum, Est, elidendum est, aut, In, præpositio, ut constet metri ratio. ¶ Multi iniqui, atque infideles.} Trochaicus est tetrameter, catalecticus, nisi quòd duæ postremæ dictiones in omnibus, quæ uiderim, exemplaribus erant transpositæ, boni sunt, pro sunt boni. ¶ In maxima gratia.} In pretio esse usitatissimum est: in honore esse, itidem: In gratia, & gloria esse, non perinde usitatum: ERAS.

coq; annotauimus, nequis ita uereatur loqui, cum Ciceronem habeamus authorem. ⸢Si praemium ei proposuisset.⸣ Videbatur hic sermo magis requirere pronomen reciprocum, si praemium sibi proposuisset, sed uitasse uidetur amphibologiam. Nos in huiusmodi locis ferè solemus uti, ipsi. ⸢Praefracte defendere.⸣ Cicero praefractos uocat, qui à sententia non possunt abduci, quos, ni fallor, Graeci uocant αὐτάδεις. Praefracte, pertinaciter. Hoc annotaui, quòd eruditi quidam contenderunt has uoces non esse Latinas.

HELAN. QVOD Athenis exercitationibus.⸣ Obserua exemplum Atheniensium, qui execrari soliti sunt eos, qui erranti uiam non monstrarent. ⸢Nequicquam sapere.⸣ Adnotauit illud Graecum, μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός. ⸢Sergio Oratae uendiderat, &c.⸣ Require hoc. ex primo de Oratore. ⸢Digitorum percussione.⸣ Prouerbium, id est, leui momento. ⸢Quicum in tenebris mices.⸣ Micare digitis, ludi genus est. Cicero de Diuinatione. ⸢Nam si uiolandum.⸣ Euripideum carmen à Caesare usurpatum: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

Formulas aliquot, & rogatiunculas colligit non inamoenas, in quibus uidetur aliud hortari utilitas, aliud honestas.

Plenus est sextus liber de Officijs Hecatonis talium quaestionum: Sit'ne boni uiri in maxima caritate annonae familiam non alere. In utranque partem disputat: sed tamen ad extremum, utilitate putat officium dirigi magis, quàm humanitate. Quaerit, si in mari iactura facienda sit, equi'ne pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli uilis. Hic aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit'ne eam sapiens, si potuerit? negat; quia sit iniurium. quid dominus nauis, eripiet'ne suum? minime: non plus, quàm si nauigantem in alto, eijcere de naui uelit, quia * sua sit. quoad enim peruentum sit eò, quò sumpta nauis est; non domini est nauis, sed nauigantium. Quid, * si una tabula sit, duo naufragi, hiq; sapientes; * sibi'ne uterq; rapiat, an alter cedat alteri? Cedat uero: sed ei, cuius magis intersit uel sua, uel Reipublicae causa uiuere. Quid si haec paria in utroque? Nullum erit certamen; sed quasi sorte, aut * dimicando uictus, alteri * cedat alter. Quid, si pater fana expilet, cuniculos agat in aerarium; indicet'ne id magistratibus filius? Nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur. Nō igitur patria * praestabit omnibus officijs? Imo uero: sed ipsi patriae conducit, pios habere ciues in parentes. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater; silebit'ne filius? Imo uero obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit; minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit; patriae salutem anteponet saluti patris. Quaerit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis; cum id rescierit, soluturus'ne sit eos, si cui debeat, pro bonis? Diogenes ait, Antipater negat; cui potius assentior. Qui uen-

ETVL. PLENVS Est liber Hecatonis.⸣ Quid mihi uideatur, dicam, cuique suam sententiam relicturus integram. Quae hoc loco à Cicerone et superius in Diogenis Babylonij & Antipatri disputatiōe tradita sunt. coniecturas mihi praebent, Tuberonem, & eum hoc fortassis alios, qui simul & Stoici & iureconsulti fuere, hunc per eiusmodi quaestiunculas docendi modum à Stoicis ad iureconsultorum scholas transtulisse. Hecatonis Stoici decorū hoc loco Cicero tuetur, sicut ab initio pactus est. Paulo superius multa exēpla ex medio iure ciuili protulit. Iam etiam ipsorū disputandi modū obseruat: atq; sic uelut Proteus aliquis se iā in iureconsultū, iam in Stoicum, iam in Peripateticū, & si dijs placet, etiā nonnunquā in Epicureum transformat. tamen semper ad ingenium Academicū redit. ⸢Annonae.⸣ Non tantum frumenti, sed quicquid ad uictū attinet. ⸢Familiam⸣ Mancipia hoc loco tantum intelligo, licet familiae appellatione liberi quoq; continentur, aut. Vlp. l. detestatio. §. familiae. ff. de uerb. signifi. Authorem huius sententiae habeo Do. Alciatum eodem loco, qui familiā ab Osco famul, id est seruo dictam docet, unde etiam uerbum famulari. Facit hic quoq; in argumentū, quod apud Macrobiū, ubi seruilis conditio celebratur, cū serui & domini nomina duriora uidebātur, quàm quae quotidianam consuetudinē decerent, mitigationis gratia serui familiares, et domini patresfamilias dicti sunt, eadem relationis πρός τι uirtute. Quid t quòd apud scriptores rei rusticae familia plerunque de mancipijs intelligitur. neque enim uerisimile est, uillico imperium in liberos mandatum. Si plura de familiae nomine legere cupis, lege Vlpianum. l. pronunciatio. §. familiae. ff. de uerb. signific. & ibidem Alciatum. Quanquam etiā patres tam immanes inueniuntur, qui non modo uictum liberis denegant, sed etiam ipsorum uisceribus ipsi saginentur. ⸢In mari iactura facienda.⸣ ἐκβολὴν μέλλοντες ποιεῖσθαι iactum facere, Erasmus in Actis transtulit. Dein uulgatus sermo, id quod periculorum maris proprium erat, sibi usurpauit, quando damnum alicuius rei patimur. ⸢Si tabulam.⸣ Ex Lactan libro quinto, capite decimoseptimo colligere licet, Ciceronem haec eadem disputasse in libris de Repub. sub personis Furij Philonis, qui Carneadis personam tuetur, & Lælij, qui tamen licet sapiens, haec irrefutata tanquā foueam sit praetergressus. ⸢Seruuli uilis.⸣ Diminutiuum contemptum habet. Sed memineris, ut Seneca inquit, humiles eos esse amicos. qui ab eodem creatore tecum creatus est, qui ijsdem elementis constat, eodem aere uescitur, is non ex infortunio, sed natura iudicandus est. Vide Senecam, et Macrobium. ⸢Quid si dominus.⸣ Iureconsulti nauicularium, & magistrum nauis uocant. ⸢Quam si nauigantē.⸣ Id quod Arioni musico factum legitur apud Herodotum. ⸢Quoad.⸣ Vide titu. locati, in Pandectis

[...]mpta, con[...]icta.

[...]bi mer ra[...]at.

[...]gere conicu[...]os, ut ante, [...]gere rimas.

* sua nō sit

* si in una tabula sint duo naufragi, hiq; sint sapiētes, sibi uterq;

* in micando

* cedet

* praestat

num fugiens uendat sciens, debeat'ne dicere? Non necesse putat Diogenes, Antipater uiri boni existimat. *Hæc sunt quasi *controuersa iura Stoicorũ. In mancipio uendendo, dicenda'ne uitia? Non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili: sed hæc; mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum; alteri dicenda uidentur, alteri * non uidentur. Siquis aurum uendens, orichalcum se putet uendere, indicet'ne ei uir bonus aurum illud esse, an emat denario, quod sit *mille denarium? Perspicuum est iam, & quid mihi uideatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominaui, controuersia. Pacta, & promissa semper'ne seruanda sint; quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere solent; facta sint? Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritq́; ne illo medicamento unquam postea uteretur: si eo medicamento sanus factus fuerit, & annis aliquot post inciderit in eundem morbum, nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut item eo liceat uti; quid faciendum sit, cum sit is inhumanus, qui non concedat uti, nec ei quicquam fiat iniuriæ? Vitæ, & saluti consulendum est. Quid? siquis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum hæredem faciat; cũ ei testamento sestertium millies relinquatur; ut ante, quàm hæreditatem adeat, luce, palam in foro saltet; idq́; se facturum promiserit, quòd aliter eum hæredem scripturus ille non esset: faciat, quod promiserat ille, nec'ne? promisisse nollem, & id arbitror fuisse grauitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet; honestius mentietur, si ex hæreditate nihil ceperit, quàm si ceperit: nisi forte eam pecuniam in Reipub. magnum aliquod tempus contulerit; * uel saltare eum, cũ patriæ consulturus sit, turpe non sit. Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ non sunt ijs ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phaethonti filio, ut redeamus ad fabulas; facturum se esse dixit, quicquid optasset: optauit, ut in currum patris tolleretur: sublatus * est, atque is ante, quàm constitit, ictu fulminis deflagrauit. quanto melius fuerat, in hoc promissum patris non esse seruatum? Quid, quòd Theseus exegit promissum à Neptuno? cui cum tres optiones Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij sui, cum is patri suspectus esset de nouerca: quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid Agamemnon? cum deuouisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno; im nolauit Iphigeniam; qua nihil erat eo qui-

* hæ
* cõtrouersiæ in iure
* millenarium?
* ut
* non dicenda.
* est insanus; atque constitit,

Pandect's. ⌐Cedat alti.⌐ Neminem inuenies qui hoc non sit dicturus. Item l. prima. ff. nautæ, caupones. ⌐Quid si pater uana.⌐ Hic locus nascitur ex antinomia: Atqui casus colliduntur, léges non colliduntur. Hæc legenti friuola uidebuntur, quæ traduntur à Gellio libro secundo. Quid quòd in sacris quoq; literis liberis mãdatur parẽtũ proditio, si quid aduersus præceptũ Domini machinentur? ⌐Vinum fugiens.⌐ Quod ætatem non fert, Ein auffgest andnen uueyn: quod uel lentum incipit fieri, uel si colore degeneret, & quasi à genuino sapore fugiat: sicut Plin. mala Persica fugientia dixit lib. 15. cap. 12. ⌐Hæc sunt quasi contr.⌐ Hæc meam confirmant sentẽtiam, quam sub initium huius capitis asserui. ⌐Mendacem.⌐ Vlpia. lib. 4. S. item. ff. de ædilit. edicto: Item aleatorem & uinarios non contineri edicto, quosdam respondisse Pomponius ait, quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mẽdaces, aut litigiosos. ⌐Si quis aurum.⌐ Hoc dogma Carneadis est, si quis utilitatem ab honesto separet: de quo fuse Lanct. lib. Diuin. Inst. 5. cap. 7. Porro exemplum hoc doli mali est, non falsi. Cuius etiam paulo ante facta est mentio. Cæterum de auri pretio legendus est Plinius lib. 33. Aurichalcum Latini forte, ut sua per o, & au pronunciare uoluerunt, orichalcum & aurichalcum, sic olla & aula, plostrum & plaustrum, cotes & cautes, & supra, orata & aurata. atque sic uidetur cõpositum & Latino & Græco, quasi æs auri: id enim significat hæc uox: quocunque modo uel scribas uel proferas, gold ærtz, non mess uel messing. quod æris speciem Apollonij enarrator, citante Volaterano, esse dicit, cuius Aristotel. & nomen & speciem extare negat, & Plinius ait suo tẽpore cœpisse desinere effœta tellure, cum tamen Horatij temporibus fistulæ inde facta extiterint. Orichalcum dictum uolunt à quodam Orio inuẽtore. alij ἀπὸ τοῦ ὄρους, eo quòd in montosis locis inuenitur. & in ea sententia est Festus. atque ne sic quidem uerum est, quod nos illud messing uocamus, quia non natiuum effoditur ut es auri (id autẽ esse puto argentum rude puniceũ) sed factitiũ est, fitq́; ex cuparo, adhibito alio ære quod galmey appellamus. Sed fortassis nostrũ mess, est illud aurichalcum factitum, quod Volaterranus Italicos lotonem uocare ait. Sanè nostri aurifabri aiunt hodie æs inueniri, quod auro sit commistum, unde fortassis uasa templi per Hiram Solomoni facta sunt tertio Reg. 7. Quo loco interpretum alij æs purum, uel elimatũ probe interpretantur, quidam aurichalcum. Vbi græcus textus habet, καὶ πάντα τὰ σκεύη συνετέλεσεν, ἃ ἐποίησε χειρὰμ τῷ βασιλεῖ σολομῶντι ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου χαλκᾶ ἄρδην. Quo sanè loco scriptura uult pretium uasorum per auxesin intendere. cũ hic apud Ciceronem per μείωσιν mille cuplo auro uilius indicatur. Num autem factitium illud circa Ciceronis tẽpora in usu fuerit, non ausim affirmare. Hoc certum est, aurũ apud scriptores cum aurichalco in contentionem uocari: ut apud Tranquillum, Vitellius sacrilegos in templis pro auro & argento stannum & aurichalcum supposuit. ⌐Perspicuum.⌐ μετάβασις. ⌐Vt pretores dicere solent.⌐ Prætor ait pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt, seruabo l. iurisg. ff. de pactis. ⌐Aquam intercutem.⌐ ὕδρωψ uel ὑδρώπισις, morbus, quo aut uenter, aut mẽbra alia, aut nonnunquam totum corpus inflammatur & intumescit. huius tres sunt species, ἀσκίτης, τυμ-

τῆς, quo ...

Aqua inter... quæ hy... dropisis ...

dem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo & promissa non facienda nonnunquam. Neque semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens; reddere, peccatum sit; non reddere, officium. Quid, si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ; reddes'ne depositum? Non credo: facies enim contra Rempublicam; quæ debet esse charissima. Sic multa, quæ natura honesta uidentur esse, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita commutata utilitate fiunt non honesta. Ac de ijs quidem, quæ uidentur esse utilitates contra iustitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. Sed quoniam à quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus; in eisdem uersabimur, cum docebimus ea, quæ uidentur esse utilia, neque sunt, quàm sint uirtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam uult imitari malitia; itemq́; de iustitia, quæ semper est utilis; disputatum est.

πιεῖν τῆς ὑποσάρκου. Hydropici quo plus bibunt, hoc magis sitiunt. Sanatur urina capræ: Plin. Diosc. & Sexto Platonico authoribus. ¶ Sester. milies.} Non mille sestertia .i. X X V. millia coronatorum, sed summa centuplicata. Bud. lib. de Asse 2. Sed hic more iureconsultorum certus numerus pro incerto ponitur. Budæus, inquam, uir incomparabilis, cuius obitus ab omnibus literatis certatim ubiq; terrarum lugendus, cum hæc scriberē, ex Biturigibus nobis nunciatur. cuius repētinus dolor hosce nobis uersiculos excussit:

Gallia Budæo melius nil protulit unquam,
Gallia Budæo nil pariet melius.
Ergo dies summum thesaurum sustulit una,
Quem cunctis opibus Gallia non redimet.

¶ Sol Phaetonti filio.} Ex Clymene nympha, Oceani et Thetyos filia. ¶ Facturum se esse dixit.} Imo iurauit per Stygiam aquam. ¶ Insanos.} Ex scorpionis conspectu territus habenas remisit, ut equi sentirent se non uerum aurigam habere. ¶ Ictu fulminis.} à Ioue, precibus mortalium tanto incendio laborantium auditis. ¶ Deflagrauit.} In Padum collapsus. Fabula est apud Ouid. in fine primi, & initio secundi lib. Hygin. cap. 154. Boccat. lib. 7. cap. 6. & 41 meminit & Lucan. lib. 1. Mythologiam eodem Boccat. loco, & apud Fulgen. lib. 1. apud Lucian. in Astrologia reperies. ¶ Quod & Theseus.} De hoc in primo lib. dictū est. ¶ Iphigeniam.} Cicero à commun narrationis serie nonnihil uariat, quæ non quod eo anno natum esset, pulcherrimum, Agamemnonem Dianæ uouisse habet, fortè propter placandum deæ numen, quod ob ceruam in uenatione læsam ipsi exasperatum fuerat. sed cum iam ob hoc ipsum ad Aulidem Græci quia innabilis tranquillitas etiam in ipso Chalcidico Euripo erat, Chalchas augur consultis extis respondit, Dianæ Aulidensi immolandam esse Iphigeniam Agamemnonis filiam, non annucidam, sed iam uiro maturam, & natu maximam. rex, ut Ouidius ait, patrem uicit, ut priuatum pro publico (si dijs placet) negligeret. Sub prætextu igitur nuptiarum Achillis (quod cum ipse comperisset, iusta indignatione mouebatur) à Clytemnestra matre petebatur. Quid ninius? Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris. Et ex Cicerone apparet, hanc uirginis immolationem re uera esse factam. id quod tum ex Senecæ quoque suasorijs, tum ex alijs authoribus immanitatem facti detestantibus colligere licebit. Sed fabulæ constanter habent, quòd

Victa dea est, nubemq́; oculis obiecit, & inter
Officium turbamq́; sacri, uocesq́; precantum
Supposita fertur mutasse Mycenida ceruæ.

Fabula extat apud Euripidem in tragœdia cui titulus est Iphigenia Aulidensis, quam D. Erasmus latinam fecit. apud Ouidium lib. 12. Metamorph. apud Hyginum cap. Fab. 98. & 260. apud Boccatium

lib. 12. cap. 16. apud Dyctē Cretensem lib. 1. Quod ad humana sacrificia attinet, quæ stulta gentium antiquitas uanis numinibus factitare est solita, pro multis lege unum Alexandrum ab Alexandro lib. ult. cap. ult. ¶ Ergo & promissa.} Incipit uela iustitiæ colligere. ¶ Neq; semper deposita.} Ratio, quia furiosum, dominum esse rerum suarum uetant. xij. tabulæ. Cice. Tuscula. Quæst. 3. Titulus depositi est in Pandectis libro. 16. ubi quædam huic instituti congruere possunt. l. Publius Mæuis, & l. bona fides. Exemplum etiam est apud Isocrat. in Trapezitico. Hoc argumentum apud Rhetores declamatur. Quid autem furiosus à mēte capto differat, uide apud Alciatum in Parergis libro secundo cap. 16.

AMERB. Plenus est sextus liber.} Nihil aliud in hoc etiam capite, quàm hactenus est actum in hoc toto libro, agitur, quanquam alia quadam forma, in principio maxime. Supra enim in rebus partim factis, partim dictis est monstratum, quod est honestum, id solum, aut maxime omniū expetendum esse, præferendumq́; omni utilitati, & nec utilitatem ullam sine honestate habendam esse pro utilitate. Hic uero per quæstiones hoc facit, & eas quidem multas, ac uarias, in quarum una, quod dicit, Vinum fugiens, à Græcis uocatur ἐξεστηκὼς καὶ ἐκτροπίας. Conuenit cum his appellationibus etiam uox Germanica, nisi quòd minus est propria. Est autē, auffgestanden. Et significant hæc omnia uinum corruptum, siue lentum quiddam habeat, siue acidum. In hac oratione Non, nisi ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili, ablatiuus iure ciuili non pendet à uerbo redhibeatur, sed ex præcedentis orationis uerbo, dicenda sunt, nisi legatur sic: Non ea, &c. uoce, nisi, omissa in principio, sicut legitur in Lugdunensi codice. Verum tunc est etiam ponendum punctum interrogatiuum post ebriosum, & hæc, non hic in continuate, sed hic mendacem esse, totaq́; hæc oratio erit præcedentis expositio. Quod ad sensum attinet, nullum erit discrimen, utro modo scribas. Non enim mutabitur. Aurum millenarium hic significat id autem, quod habet non pondus mille denariorum, sed pretium. Faciunt autem mille denarij centum aureos Gallicos, Rhenenses centum triginta tres, & tertiam partem aurei. Sestertium millies, facit Gallicæ monetæ uicies quanquies centena millia, Germanicæ tricies tercenties, & tricies ter mille, trecentos triginta tres aureos, & aurei tertiam partem. Porro similis locus ei, qui est hic de pactis, est supra in primo libro. Habent hæ quæstiones & exempla fabulosa conclusionem, cui annexa est generalis conclusio primæ partis huius libri, in qua collata est utilitas cum iustitia & prudentia.

ERAS. Stare conuentis.} Pro seruare pacta. Insitatius quod dixit Vergilius, Manere dictis: apud Græcos mollius est ἐμμένειν.

¶ Reliquæ

REliquæ sunt.} Meminisse iuuenes oportet, rerum ordinis, nempe hoc tertio libro utilitatis cum honestate collisionem pertractari, idq; maioris euidentiæ gratia, ex quatuor honestatis fontibus. Hactenus enim auditum est, quòd calliditas illa uersuta, qualicunque prudentiæ simplicis habitu sit ornata, fieri tamen non posse, quin malitiam illam habendi studium prodat. non minus quàm asininæ Midæ aures, hoc est uitium ex auri morbo contractum, quantumuis uelatæ latere tamen ullis rationibus nequibant: cuius mali causa est sola falsæ utilitatis opinio. quæ eadem iustitiam quoque, sicut cæteras bonas artes omnes, teste Salustio, subuertit. Eodem pariter modo in sequentibus pauculis quidem illis, sed ad rei declarationem sufficientibus clarebit, quantum etiam animi magnitudinem, rerum, falsa opinione, utilium iactura pessundare soleat, & quod Epicurei per uoluptatem inanem, escam uidelicet illam malorum, decepti, amplissima uirtutis præmia, solidam & perpetuam utilitatem magno errore neglexerunt. Hoc eodem argumento epistola Senecæ est φιλοσοφικωτάτη, & exemplis illustrissimus referta, libro nono, quæ incipit, Vt à communibus. ⁋ Animi excellentis. } Periphrasis, tracta ex definitione fortitudinis. ⁋ Conformatione.} Conformationem eam hominũ commoditatem appellat, qua nos hominum moribus conformes facimus, τῆς φιλανθρωπίας portio non minima. Ea uirtute preditos omnium horarum homines appellare solemus, cuius contrarium est Thraso Terentianus, perpaucorum hominum. ⁋ Vlyssi.} Fabulam apud nullũ dum tragicũ reperi. neq; Accij talis à Crinito citatur, nec Pacuuij. Apud Ouidium decimoter tio in contentione, Aiax Vlyssem notat his uerbis:

* illum

*: ne coiret,

* Fides sacrata

* factaq; u.

* iudicantem,

* an

DE FORTITVDINE.

REliquæ sunt duæ partes honestatis; quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præstantia cernitur; altera in conformatione, & moderatione continentiæ, & temperantiæ. Vtile uidebatur Vlyßi, ut quidam poetæ tragici prodiderunt; nam apud Homerum optimum authorem, talis de Vlysse nulla suspicio est, sed insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere uoluisse. Non honestum consilium. At utile, ut aliquis fortasse dixerit; regnare, & Ithacæ uiuere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. * An ullum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego uero istam contemnendam, & abijciendam; quoniam quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illa simulatione perseuerasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiuit ab Aiace:

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
Furere aßimulauit *, ne quò iret: instiit.
Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam,
* Fide sacratum ius perpetuo falleret.

Illi uero non modo cum hostibus, uerum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quàm deserere consentientem Græciam ad bellum Barbaris inferendum. Sed dimittamus & fabulas., & externa: ad * rem factam, nostramq; ueniamus. M. Atilius Regulus cum consul iterum in Africa ex insidijs captus esset, duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Amilcare, iuratus missus est ad senatum; ut, nisi redditi essent pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. is cum Romam uenisset, utilitatis speciem uidebat, sed eam, ut res declarat, falsam iudicauit: quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis: quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ * iudicare: tenere consularis dignitatis gradum. Quis hæc neget esse utilia? quid censes? Magnitudo animi & fortitudo negat. * Num locupletiores quæris authores? Harum enim est uirtutum proprium nil extimescere, omnia humana de-

Optima nunc simat, qui simere noluit ulla. Et rursus,
Atque utinam aut uerus furor ille, aut creditus esset,
Nec comes hic Phrygias unquam uenisset ad arces,
Hortator scelerum, &c.

Memorant fabulam Hyginus cap. 95. fabularum. Boccat. libro undecimo capite quadragesimo, libro decimo cap. sexto. Facit etiam huius mentionẽ Lucianus inter domus suæ picturas. Cæterum Vlyssis nomini non Homerus modo fauet, sed Maximus etiam Tyrius philosophus ubique liberaliter ipsum prædicat, nusquam cum ignominia adducit. ⁋ An ullum decus.} Gloriam sic appellat, quæ acquiritur ex rebus bellicis. A b effectu ad causas: Vlysses res egregie gessit, ergo fortis fuit: uel à consequentibus: Vlysses nõ fuit desertor; quia fortiter se gessit. ⁋ Cum hostibus.} De quo Homerus in Iliad. ⁋ Cum fluctibus.} De quo Home. in Odyssea. ⁋ Deserere.} Verbum proprie militare est apud Latinos, nec tamen deserendi uerbum omnino proprie ad Latinorum usum accedit. Desertores quippe Modestino authore sunt, qui per prolixum tempus euagati reducuntur. l. desertorem. §. deserto. ff. de re milit. Pœna desertionis erat in pace, ut eques gradu deijceretur, pedes militiam amitteret: in bello desertio capitalis erat. l. non omnes. §. qui in pace. ff. eodem. ⁋ M. Attilius.} De huius historia in libro primo satis dictum est. In superiori exemplo utilitas, in hoc honestas præfertur. ⁋ Xantippo.} Quemodo is à Carthaginensibus dux electus sit, scribit Polybius libro primo. Obserua obiter signatam differentiam inter ducem & imperatorem. ⁋ Harũ enim uirtutũ.} A' loco proprij. Cautio forti uiro permittitur, qui solicitudine, uel etiã metu prorsus non caret: sed magnanimus perturbationibus nõ succumbit:

Ex tragœdia quapiã [illegible]

spicere; nihil, quod homini accidere poßit, intolerandum putare. Itaq; quid fecit? In senatum uenit; mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusauit: quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem. Atque illud etiam, (o stultum hominem dixerit quispiam, & repugnantem utilitati suæ) reddi captiuos, negauit esse utile: illos enim adolescentes & bonos duces esse, se iam confectum senectute. Cuius cum ualuisset authoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginem rediyt: neque eum charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque uero tum ignorabat se ad crudelißimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat. Itaque tum, eum uigilando necabatur, erat in meliori causa, quàm si domi senex captiuus, periurus, consularis remansisset. At stulte, qui non modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuaserit. Quomodo stulte? etiam'ne si Reipublicæ conducebat? Potest autem quod inutile Reipublicæ sit, id cuiquam ciui utile esse? Peruertunt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honestate seiungunt. Omnes.n.expetimus utilitatē, ad eāq; rapimur; nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosißime persequatur? Sed quia nusquam possumus nisi in laude, decore, honestate utilia reperire; propterea illa prima, & summa habemus: utilitatis nomen non tam splendidum, quàm necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? Num iratum timemus Iouem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri; sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid, & moliri uolunt: nunquam nec irasci deum, nec nocere. Quid autē iratus Iupiter plus nocere potuisset, quàm nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur uis fuit religionis, quæ tantam utilitatem peruerteret. An'ne turpiter faceret? Primum, minima de malis. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud Accium,

Fregisti'ne fidem? Neq; dedi, neq; do infideli cuiquā; quanquam ab impio Rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam; quemadmodum nos dicamus, uideri quædam utilia, quæ non sint; sic se dicere, uideri quædam honesta, quæ non sunt: ut hoc ipsum uidetur honestum, conseruandi iurisiurandi causa ad

fert rex extimescendas constanter, & sine animi abiectione. ❡ Quandiu iureiurando. } quia non ciuis, ne dum ut senator uel Cos. sententiæ dictionem in senatu habuerit. Mancipium enim erat, cui nihil publice agere licebat. Iureconsultorum Pandectæ nuncupatim citant hoc exēplum, in titu de capt. & postlim. l. postliminij. §. captiuus: Captiuus, inquit. Papinianus, si à nobis manumissus fuerit, & peruenerit ad suos, ita demum postliminio reuersus fuisse intelligitur, si maluit eos sequi quàm in nostra ciuitate manere. Et ideo in Attilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse eum postliminio reuersum: quia iurauerat se reuersurum, & nō habuit animum Romæ remanendi. Inde etiam ex decem captiuis pro commutatione Romam missis, duo deiurio deuincti, iustum postliminium ex commentitio consilio & fraudulenta calliditate (ut est apud Gellium) interpretati, à censoribus infamia notati sunt. Postliminiū Paulus iureconsultus eodem tit. sic definit: Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos, regesq́; (nam à piratis et latronibus capti liberi manent) moribus legibus constitutum. Scæuola, teste in Topicis Cicerone, à post & limen hanc uocem deductam uoluit. Vide plura in Annot. Ferrarij in Institu. tit. Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. ❡ Quid censes? } Contentio demonstratiua uel per subiectionē, uel per prosopopœiam. Cicero Reguli partes defendit, nempe eum utilitati studuisse, quia honestati. Calumniator ex altera parte, stulte fecisse Regulum contendit, quia utilitatem neglexerit, utilitatem ex fortunæ ludibrijs metiens. ❡ Num locupletiores quæris authores. } Sicut idem Cice. de Claris orat. Thucydidem. Sic Posidonium, sic paulo inferius ipsum Regulum locupletes testes. & ad Q. Fratrem locupletem tabellarium, id est cui literæ recte credi possint, appellat. Pro L. Flacco: Quid hoc euenit, ut qui locuples testis doloris & sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis author iniuriæ publicæ? Locupletem testem ibi, sicut hoc loco locupletes authores appellat, quibus merito credi debeat. Liuius libro nono Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes, in id quod nostrum est, &c. Videtur huius significationis usus per iureconsultos in communem sermonem irrepsisse, apud quos in prætorijs edicto fideiussor iudicio sistenti causa locuples iubetur dari, non tantum in facultatibus, sed etiam in conueniendi facilitate. l. 2. ff. qui satis dare. Locupletem enim duodecim tabu. esse dicunt, qui satis & idonee habet, pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. l. quos nos, §. locuples. ff. de uerbor. oblig. Ergo è contrario eum qui idonee non habet, pauperem dici, docet ibidem Alciatus, alioquin ex etymo manifestum est, antiquis locupletes, locorum, id est agrorum plenos. Gell. libro. 10. cap. 5 ❡ Exquisitis supplicijs. } Gell. lib. 6. cap. 4. ❡ In meliori causa. } In meliori causa esse, id est meliorem habere conditionem: sicut paulo inferius, Q. Pompeius in eadem cum Mancino causa esse dicit, hoc est pari ignominia. alioquin in causa esse, significat causam præbuisse. ❡ Quid est igitur, dixerit aliquis. } Perseuerat in eadem disputatione, forma tamen disputandi immutata. Superius per subiectionem aduersariorū obiectiones diluit. Iam uero digressione in locum communem iurisiurandi facta, multas obiectiones coaceruatas ordine diluit. ❡ Non eorum modo. } Epicureorum, cuius factionis Cice. Trebatium insimulat his uerbis:

Minima de malis, subaudiēdum de eligēda. Eclipsis usitata in sermonibus uulgo usurpatis.

cruciatum reuertisse; sed sit non honestum: quia quod per uim hostium esset actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam; *quicquid ualde utile sit, id fieri honestum, etiamsi antea non uideretur.* Hæc ferè contra Regulum. Sed prima uideamus. *Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret: quia neq; irasci solet, neque nocere.* Hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quàm contra omne iusiurandum ualet. Sed in iureiurando, non qui metus, sed quæ uis sit, debet intelligi. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Quod autē *affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. Iam.n.nō ad iram deorū, quæ nulla est, sed ad iustitiam, & ad fidē pertinet. Nam præclare Ennius.

O fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis.

Qui igitur iusiurandum uiolat, is fidem uiolat: quam in Capitolio uicinam Iouis Opt. Max. ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse uoluerunt. At enim ne iratus quidē Iupiter plus Regulo nocuisset, quàm sibi nocuit ipse Regulus: certe, si nihil malum esset, nisi dolere. Id autem non modo non summum malum, sed * ne malū quidem esse, maxima authoritate philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum, Regulum, nolite quæso uituperare. Quem enim locupletiorem quærimus, quàm principē *P.R. qui retinendi officij causa cruciatum subierit uoluntarium? Nam quod aiunt, Minima de malis, id est, ut turpiter potius, quàm calamitose: an est ullum maius malum turpitudine? Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi debet uideri? Itaq; neruosius qui ista disserunt, solū audēt malū dicere id, quod turpe sit: qui aūt remissius, hi tamē nō dubitant summū malū dicere. Nam illud quidē,

Neq; dedi, neq; do fidē infideli cuiquam;

iccirco rectè à poeta dicit', quia, cū tractaret' Atreus, personæ seruiendū fuit. Sed si *hoc sibi sumant, Nullā esse fidē, quæ infideli data sit; uideant, ne quæratur latebra periurio. Est aūt ius etiam bellicū, fidesq; iurisiurādi sæpe hosti seruāda. Quod.n. ita iuratū est, ut mens cōciperet fieri oportere, id seruandum est: quod aliter, id si non *feceris, nullum periurium est. ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omniū. Cum hoc nec fides esse debet, nec iusiurandum commune. Non enim falsum iurare,

bis: Quod tibi placebit Iouem Lapidem iurare, cū scias iratum esse Iouem nemini posse. Horum sententiā doctissime destruit Lactantius Firmianus in libro de Ira Dei, docens Deum nec otiosum, nec inertem, sed eum res humanas curare. & ex hoc euincit, Deum & irasci impijs, & pijs gratiam exhibere. Porro etsi Romanorum ius C. plurimum in iudicijs iuriiurando tribuat, Plato tamen de Legibus duodecimo nostris temporibus, corruptissimus uidelicet, parum congruere putat, quod olim integro Rhadamanti tēpore congruebat: ad ferream Hesiodi ætatem alludens, qua conqueritur & iustitiæ & iurisiurandi authoritatem maiestatemq; interituram his uerbis:

δίκη δ' ἐν χερσὶ, καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται, βλάψει δ' ὁ
κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,
μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων,
ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.

Verba Platonis sunt, θεοῖς δὲ ὅθεν ἁπλαῖ καὶ ταχεῖαι δίκαι ἐκρίνοντ' αὐτῷ {*Rhadamantho*} διδοὺς γὰρ περὶ ἑκάστων τῶν ἀμφισβητουμένων ὅρκον τοῖς ἀμφισβητοῦσιν, ἀπηλλάττετο ταχὺ καὶ ἀσφαλῶς. νῦν δὲ δὴ {*ferreo hoc seculo*} ὅτε μέρος τι φαμὲν ἀνθρώπων, οἱ τὸ παράπαν οὐχ ἡγοῦνται θεούς, οἱ δὲ ὂν φροντίζειν ἡμῶν αὐτοὺς διανοοῦνται. τῶν δὲ πλείστων ἔστι καὶ κακίστων ἡ δόξα, ὡς σμικρὰ δεχόμενοι θύματα καὶ θωπείας πολλὰς, πολλὰ συναποστεροῦσι χρήματα, καὶ μεγάλων σφᾶς ἐκλύονται κατὰ πολλὰ ζημιῶν, οὐκέτι δὴ τοῖς νῦν ἀνθρώποις ἡ ῥαδαμάνθυος ἂν εἴη πρέπουσα τέχνη ἐν δίκαις. μεταβεβληκυιῶν οὖν τῶν περὶ θεοὺς δοξῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, μεταβάλλειν δεῖ καὶ τοὺς νόμους. *Huc haud dubie Ciceronem respexisse fatebitur, quicunque locos diligentius contulerit. Obserua obiter confirmationum robur in solis ferè consistere testimonijs, & ijs aut infirmis prorsus, aut perperam allegatis.* {Sed eorum etiam.} *Stoicorum, Peripateticorum, Academicorum, qui ab eodem Lactantio ibidem loci confutantur.* {Minima de malis.} *Per* ἔλλειψιν, *scilicet eligenda sunt. Paruæ nominis iactura minus malum, quàm tantus cruciatus. ergo. &c. Assertio isthæc applausum apud molles habet.* τὸ κρινόμενον *falsum est, id quod ex solutione inferius, & malorum comparatione clarius patebit.* {Deinde illud etiam apud Accium.} *In Atreo. Ab authoritate rursus. In ea tragœdia fratres Atreus & Thyestes, mutuis se fraudibus prosequuti sunt. Thyestes enim cum Aërope fratris coniuge congressus, arietem aureum nactus est. Vnde inter ipsos bellum ortum, & Thyestes à fratre regno pulsus est. Et tres filios illi ex coniuge sua natos, simulata concordia, concoctos apposuit. Atque ita Thyestis dolum maiori dolo & damno Atreus ultus est: cui de iniuria expostulanti hæc uerba responsitat. Simili modo apud Senecam in Thyeste, Thyestes impia filiorum dape satur, Sceleris, inquit, est aliquis modus. ad quæ Atreus: Sceleri modus debetur, ubi facias scelus, non ubi reponas. Porro fabula eadem legitur apud Hyginum cap. 88. apud Boccatium libro duodecimo capite quinto.* {Quanquam ab impio rege.} *Præstruit solutioni.* {Quemadmodum.} *Neque hæc obiectio aliena est à testimonij natura, ut quæ quasi ex analogia ab aduersarijs petita est.* {Non qui metus.} *Cicero non permittit, quod Lactantius uoluit: qui ut Deo iram tribuit, ita metum cultoribus non adimit, sed eiusmodi metum, qui cum amore*

* affirmatiue,
* nec
* R.P.
* hinc sibi sumunt,
* fecerit,

Iusiurandum
Orte, concordes.
Neruosius, Stoici. Remissius, ut Peripatetici.

peierare est: sed, quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro; id non facere, periurium est. Scite enim Euripides:

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Regulus uero non debuit conditiones, pactionesq; bellicas, & hostiles perturbare periurio: cum iusto enim, & legitimo hoste res gerebatur; aduersus quem & totum ius feciale, & multa sunt iura communia. Quod ni ita esset, nunquam claros uiros senatus uinctos hostibus dedidisset. At uero T. Veturius, & Spurius Posthumius, cum iterum consules essent; quia, cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant; dediti sunt his: iniussu enim populi, senatusq; fecerant. Eodemq; tẽpore T. Numitius, Q. Aemilius, qui tum Tribuni plebis erant; quòd eorum authoritate pax erat facta, dediti sunt; ut pax Samnitium repudiaretur. Atq; huius deditionis ipse Posthumius, qui dedebatur, suasor & author fuit. Quod *idem multis annis post C. Mancinus; qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus authoritate fœdus fecerat, dederetur: rogationem suasit eam, quam L. Furius, & Sex. Atilius ex senatusconsulto ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, quàm Q. Pompeius; quo, cum in eadem causa esset, deprecante, accepta lex non est. Hic ea; quæ uidebatur utilitas, plus ualuit, quàm honestas. apud superiores utilitatis species falsa, ab honestatis authoritate superata est. At non debuit ratum esse, quod erat actum per uim. quasi uero forti uiro uis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captiuis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo iudicio stetit; sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus: cui nisi ipse author fuisset, captiui profectò pœnis redditi essent. ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patriæ non utile putauit, iccirco honestum sibi & sentire illa, & pati credidit. Nam, quòd aiunt; quod ualde utile sit, id fieri honestum: imo uero, esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec quia utile, honestum est; sed quia honestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli, unum illud est admiratione dignum, quòd captiuos retinendos censuerit. Nam quòd rediit, nobis * nunc mirabile uidetur: illis qui-

Quid peierare.

In Hippolyto coronato. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

coniunctus, filialem reuerẽtiam constituit. quorum hic ex sapientia, teste Lactantio, ille ex religione oritur. Dicimus enim nos religione prohiberi, quando à facinore aliquo numinis diuini metu abstinemus. ergo si iusiurandum affirmatio religiosa est, relinquitur, ut dixi, metum aliquem subesse. Nam si ius tantum in uerbis rite conceptis iurantem à deieratione prohibet, quid imprecatione illa opus erat: Si sciẽs fallo, &c. Quamuis in alteram partem non desint argumenta, ut cum per res non animatas, uel etiam ratione carentes iuratum est, quæ nullum prorsus numen, aut uindicandi doli libidinem habuerunt. [O fides alma.] Cicero de Legibus secundo. Colunto illa propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentem uirtutem, pietatem, fidẽ. Coluerunt ergo Romani fidem, ut deam, sicut Fidius Sabinorum deus memoratur, cuius ædes in Quirinali fuit, per quem etiam Romanis (ut per alia id genus multa) iusiurandum fiat. Fidem, ut uirtutem ipsam, & alias uirtutis species, non esse deas, cõprobat D. Augustinus de Ciuit. 4. capite quarto. Nescio an dissimulandum ibidem loci sit, quod huius uocis amphibologia, pio quodam se cauillo inuoluit. Non mirum est, tantum pietatis antistite uirtutes in dijs non ponere, cum Plinius libro secundo, capite septimo fateatur, maiorem ad socordiam accedere, si quis uirtutibus alijsq; id genus nugis diuinitatẽ tribuat. Sed hic, quia nulla ferè deorum opinione: ille, quia uera religiõe imbutus fuit. [Quam in Capitolio.] Huius meminit Plinius libro trigesimo quinto, capite decimo de picturis Aristidis Thebani, Apellis æqualis, loquẽs: Spectata, inquit, est & in æde Fidei imago senis cum lyra puerum docentis. Sunt qui ab Annea in Palatio consecratam Fidẽ referunt. Sed Plut. à Numa in Capitolio his uer-

* non

bis, πρῶτον δέ φασι καὶ πίστεως καὶ τέρμονος ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ τὴν μὲν πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι ῥωμαίοις μέγιστον. De quo Halicarnasseus fusius circa finem secundi Antiquitatũ Ro. libri. De hoc Liuius libro primo sic scribit: (lubet enim, quia huc cõtra Epicureos quadrant, inserere.) Et deorum assidua insidens cura, cum interesse rebus humanis cœleste numen uideretur, ea pietate omnium pectora imbuerat, ut Fides ac iusiurandum, propulso legum ac pœnarum metu, ciuitatem regerent. Apud Ciceronem in secundo de Natura deorum proxime à M. Scauro Fides dedicata legitur. Cæterum de uarijs apud diuersas nationes iurandi ritibus, deq; fide Romanorum, legendus est Alexander ab Alexandro, libro quinto capite decimo. [Certe, si nihil.] Secundum Epicureos, quibus summũ malum est dolor. [Quæ sit in deformitate.] Analogia à corpore ad animum, per comparationem à minore ad maius. [Neruo sius.] Stoici. Metaphora uel à corporis neruis; quibus deficientibus corpus languet. Nam & Fabius alicubi orationis corpus, corpori humano comparat. atque rursus alibi de argumentorum robore agens, ait eas orationes, quæ ad solam uoluptatem compositæ sunt, neruis carere. Atque sic utitur Plinius ad Capitonem, de differentia orationis & historiæ: Hanc, inquit, sæpius ossa, musculi, nerui, illam tori quidam & quasi iubæ decent. Vel ab instrumentis musicis, ut idem Fabius libro secundo. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat. Et hæc posterior comparatio huc magis quadrat. subiungit enim Cicero, Qui autem remissius, Academicos & Peripateticos intelligens. [Personæ ser.] De-

* item

* non

coro

dem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim uinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Id indicant leges in duodecim tabulis, indicant sacra; indicant fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides; indicant notationes, animaduersiones'que censorum, qui nulla de re diligentius, quàm de iureiurando, iudicabant. L. Manlio Auli filio, cum dictator fuisset, M. Pomponius Tribunus plebis diem dixit, quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset, criminabatur etiam, quòd Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus; ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Quod cum audiuisset adolescens filius, negotium exhiberi patri; accurisse Romam, & prima luce Pomponij domum uenisse dicitur. Cui cum esset nunciatum; quòd illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit è lectulo; remotis'que arbitris, ad se adolescentem iussit uenire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium distrinxit; iurauitq; se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius: rem ad populum detulit: docuit cur sibi à causa desistere necesse esset: Manlium missum fecit: tantum temporibus illis iusiurandum ualebat. Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem * Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit: cuius tertio consulatu Latini ad Viserim fusi, & fugati. Magnus uir in primis, & qui * perindulgens in patrem, idem acerbus, & seuerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conseruando iureiurando: sic decem illi, quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal, se in castra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de redimendis captiuis impetrauissent; si non redierunt, uituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius, bonus author in primis, scribit; ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, nouem reuertisse à senatu re non impetrata: unum ex decē, qui paulo post, quā m egressus erat è castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus; Romæ remāsisse. Reditu enim in castra liberatū se esse iureiurando interpretabatur: non rectè. Fraus enim distringit, non dissoluit periuriū. Fuit igitur stulta calliditas, peruersè imi-

* Gallo.

* nuper indulgens

Quísta am... quibus iuri... randi relig...

Torquati cognomen:

ocoro personæ. ⟦ Sibi sumant. ⟧ Huius defensionem suscipiant. Sumere enim idem significat authoribus melioribus, quod barbaris illis præsumere est. Cic. libro Episto. 6. Ad Torquatum: Sed hoc tamen mihi non sumo, ut te consoler de communibus miserijs. & ad Aulum Cecinnam epestola sequenti: Non sumo, ut plus ipse perspiciā, quàm te uidere & intelligere mihi persuadeam. Videant ne quærant latebras. ⟧ Prætextum, πρόφασιν ⟦ Est autem etiam ius bellicum. ⟧ De quo in primo libro. ⟦ Vt si prædonibus. ⟧ Quia prædones & piratæ toti humano generi insidiantur, ius humanum ipsos nō iuuat. ⟦ Ne si iuratus quidem. ⟧ Periurium omnino improbum esse, nec ullam nisi necessitatis exceptionem habere, docet Xenophon de Cyri minoris expeditione libro secundo per subdolam id quidem Tysaphernis personam, Clearcho Græcisq; fucato sermone imponentis. πάντάπαισι δὲ ἀπόρων ἐστι καὶ ἀμηχάνων, καὶ ἀνάγκῃ ἐχομένων, καὶ τούτων πονηρῶν, ὅτινές τε ἐθέλουσι δι' ἐπιορκίας τε πρὸς θεοὺς, καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους πράττειν τι. ⟦ Perduellum. ⟧ De hoc in primo libro dictum est. ⟦ Verbis conciperetur. ⟧ Concipere iusiurandum, est ad certam formulam exprimere. Vide Bud. in l. iusiurand. ff. de iureiurando. & Ferrarium in Inst. 1. tit. de actionibus. ⟦ Iurauit lingua. ⟧ Annotantur ex Euripidis Hippolyto Sthephanophoro. Sunt uerba ipsius Hippolyti ad nutricem Phædræ, quæ dixerat, ὦ τέκνον ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς. Citatur etiam à Basilio Magno de Ratione studiorum capite. 9. Cydippe Acontio apud Ouid. in Epist.

Quid tibi nunc prodest, iurandi formula iuris,
Linguaq; præsentem testificata deam?
Quæ iurat mens est, nil coniurauimus: illa,
Illa fidem dictis addere sola potest.
Consilium, prudensq; animi sententia iurat,
Et nisi iudicij uincula nulla ualent.

Eius generis iuramenta sunt castitatem uouentium, & in scholis artium professionem suscipientium, quæ iuramenta (sicut amatores sua uenerea) ipsi Logicalia, uideant ipsi qua honestate, appellitant. ⟦ Regulus uero. ⟧ Accōmodatione exēpli probat factum Reguli. Quintilianus de deliberatione agens, docendi gratia in controuersiam uocat, utrum hosti fides sit seruanda. cui rei conseruendæ collationem utilis cum honesto adhibet. ⟦ Ius fœciale. ⟧ De hoc lege Dionysium libro secundo Plutarchum in Numa, Camillo, & Problem. Liuium in fine Decad. 3. Gell. lib. decimo sexto, capite quarto, Fenestell. & Latum de sacerdotijs Roma. Alexan. Neapol. libro quinto capite tertio, Blond. lib. quarto Triumph. Romæ. ⟦ Vinctos hostibus. ⟧ Victos etiam emendata, si Musis placet, exempla habent. Liuius: Progressi fœciales ubi ad portam uenere, uestem detrahi pacis sponsoribus iubent, manus post terga uinciri. ⟦ Apud Caudium. ⟧ Apuliæ uicum. Caudinarum furcularum topographiam lucullentissimam habes apud Liuiū libro nono, ubi hæc historia scribitur. ⟦ Sub iugum. ⟧ Cum singulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi. ⟦ Iniussu enim populi. ⟧ Apud Liuium Posthumius uerba Tribunorum deditionem detrectantium, hac sententia confutat: Neque ego inficias eo, patres conscripti, tam spōsiones quàm fœdera sancta esse, apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur. Sed iniussu populi nego quicquā sanciri posse, quod populū teneat.

*tata prudentiam. Itaque decreuit senatus, ut ille ueterator & callidus uinctus, ad Annibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent à Paulo, & Varrone consulibus. eos senatus non censuit redimendos; cum id parua pecunia fieri potuisset: ut esset insitum militibus nostris aut uincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis scripsit idem, quòd senatus populusq; Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione, ea quæ uidentur utilia, uincuntur. Acilius autem, * qui Græce scripsit historiã, plures ait fuisse, qui in castra reuertissent; eadem fraude, ut iureiurando liberarentur: eosq; à censoribus omnibus ignominijs notatos. Sit iam huius loci finis. Perspicuum est enim ea, quæ timido animo, humili, demisso, fractoq; fiant; quale fuisset Reguli factum, si aut de captiuis, quod ipsi opus esse uideretur, non quod Reipub. censuisset, aut domi remanere uoluisset: non esse utilia, quia * sint flagitiosa, fœda, & turpia.*

ille qui,

* sunt

¶ Tit. Numitius.} Apud Liuium trib. pleb. L. Liuius & Q. Melius appellantur. Eodem autem tẽpore signanter dicit, quia tribuni deditionem eo prætextu detrectabant, quòd essent sacrosancti. Sed magistratum abdicare coacti, fœciali ut una cum Coss. dederentur, traditi sunt. Et illi, deditione per fœcialem facta liberata fide, iubente id per indignationem Pontio, ab Claudio in castra Romana inuiolati redierunt. ¶ Ipse Posthumius.} Qui propterea laudibus in cœlum elatus, eiusq; spontanea deditio cum Deciorum deuotione conferri meruit. Præter Liuium scribit hoc bellum Sabellicus aliquot libris Enneadis quartæ, Florus lib. primo cap. 16. Orosius libro tertio cap. 15. Eutropius libro secundo capite secundo, Plinius de uiris illust. in Pontio. Meminerunt huius deditionis D. Aur. Augustinus libro. 3. Ciuit. cap. 17. Val. lib. 5. cap. 1, Gell. lib. 17. cap. ult. Plutar. cap. 6. Parall. uide plura in Catone M. ¶ Quod idem multis annis post.} Nempe CLXXXIII. si rationem à Papyrij consulatu inieris. Posthumius enim & Veturius iterũ Coss. in breuiarijs reperiuntur, anno. CCCCXXXIII. (licet apud Orosiũ. CCCCXXXVI. legatur) Mancinus autem anno. DCXVII. Cæterum historiam scribunt Abbreuiathor Epit 55. Plutarchus in Mario, Flor. lib. 2. cap. 18. Plin. de uiris illust. cap. 59. Eutrop. lib. 4. cap. 3. Oros. lib. 5. cap. 5. Augustinus libro, 3. cap. 21. Valerius lib. 2. cap. de Scipionis discipl. mil. & lib. 1. cap. de Prodigijs. Meminit prodigiorum etiam Iulius Obsequens, suo loco & ordine. De eius postliminio Cicero de Orat. 1. Pomp. l. ultima. ff. de legationibus. ¶ L. Furius.} Sequentis anni Coss. ¶ Honestius hic.} Amplificat collatione exemplorum. ¶ Quàm Q. Pompeius.} Qui paulo ante (quadriennio scilicet) æque infame fœdus cum ijsdem Numantinis pepigisset. Lege plura apud Cice. de Finibus secundo Orosius loco citato. Historiam perstringunt, Abbreuiator Epit. 44. Orosius libro quinto capite. 4. Eutrop. libro. 4. capite septimo. ¶ Accepta lex non est.} Rogationem supra appellauit, quod nunc legem uocat. Confunditur ergo differentia Gelliana, libro decimo capite uigesimo. ¶ At non debuit ratum.} Alia obiectio, quam diluit dogmate Stoicorum. Cicero in disputationibus aduersarios urgere solet, quoties propositum est ut ἀόριστα pronunciata, aut uniuersalia fateantur esse, aut particularis. ita hic ab aduersarijs proponitur: quod per uim fit, irritum est: sed quibusdam, nempe fortibus uis nulla fieri potest: ergo ne Regulo quidem. ¶ Sed suscepit causam.} Causam suscepit, qui tam sustinet, ὁ ὑπέχων τὴν αἰτίαν, & pendente lite sententiam de crimine, quo premitur, à iudicibus expectat. & qui causam sustinere non potest, is causam deseruit, quia illi diffidebat. obtinet is causam, secundum quem sententia profertur. causa cadit, qui de crimine conuictus condemnatur, & contra quem sententia dicta est. ¶ Imo uero.} ἐπανόρθωσις. ¶ Est enim nihil.} ἀντιμεταβολὴ. ¶ Illis quidem temporibus.} Sic etiam alibi, ut Catone opinor. clara uirorũ præstantium facinora à personis ad tempora transfert. Et creditur sane à quibusdam, recte uel secus facta, temporibus, non hominibus tribuenda esse. unde à poetis ætates per metallorum pretia distincta sunt. ¶ Nullũ.} συναθροισμὸς, uel ἐπαγωγὴ signorum, quibus probatur iusiurandum arctissimum fidei uinculum esse. ¶ Id indicant leges in duodecim tabu.} Apud Ciceronem de Legib. secundo Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus. In Cod. libro quarto tit. primo. constit. Alexandri Imper. est ad Felicem: Iurisiurandi contempta religio satis deum ultorem habet, periculum autem corporis, uel maiestatis crimen idq; extra ordinem, ut quidam iureconsultorum tradunt. ¶ Indicant sacra, indicant fœdera.} Legitur apud Samnites hunc iurandi modum fuisse, ut ara in medio constituta, ac cæsis uictimis, & ibi iuraturus septis introductus furiali carmine, inter stragem uictimarum dira execratione astringeretur. Et fœderibus plerunque sacra adhibebantur, ut Aeneæ cum Latino rege fœdus: Aeneidos duodecimo. Et in scuto Palantis, Cæsa iungebant fœdera porca. Aeneidos octauo. ¶ Quibus etiam cum hoste.} Iure gentium uidelicet. ¶ Animaduersiones censorum.} Exemplum, sunt ex decem duo post Cannensem cladem pro captiuis commutandis missi, religione se callida malitia liberantes, à Censoribus in ærarijs relicti. de quibus supra libro primo & paulo inferius latius. ¶ Quàm de iureiurando.} Alexand. ad hæc indicat, periurium apud quasdam gentes capitale fuisse. ¶ L. Manlio.} Dictator is dictus fuit, claui pangendi gratia, anno. CCCXCII ¶ Quod is paucos.} Quod occasione bene faciendi belli ductus, obtinendi legitimum imperij tempus euasisset. Valerius libro quinto, capite de pietate filiorum in parentes. Fuit autem legitimum dictaturæ tempus, sex menses, lege duodecim tabularum, apud Ciceronem de Legibus. Rationem docti assignant, quia is magistratus Albanorum olim fuerit, cuius imitatione Romani populi magistros (si enim dictator appellabatur) non nisi in summis necessitatibus creabant. Liuius primum accusationis caput facit atrocitatem ingenij, unde etiam cognomen imperiosi habuerit, &c. ¶ Criminabatur etiam.} Alterum accusationis caput, quòd filium iuuenem nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro; luce, congressu æqualium prohibitum, in opus seruile, propè in carcerem atq; in ergastulum dederit, ubi summo loco natus dictatorius iuuenis quotidiana miseria disceret, uere imperioso patre se natum esse: Liuius. Quare autem in rus à patre cõdemnatus sit, ostendit Valerius lib. 6. cap. 9. his uerbis: Manlius autẽ Torquatus adeo

he betis

hebetis atque obtusi cordis inter initia iuuentæ existimatus, ut à patre Manlio amplissimo uiro, quia & domesticis & Reipublicæ usibus inutilis uidebatur, rus relegatus, agresti opere fatigaretur. ¶ Remotis arbitris. } è cubiculo abire iussis. Val. ¶ Gladium. } Quem tectum adtulerat. Val. ¶ Nisi iusiurand } Nisi in quæ ipse concepisset uerba iuraret: Liuius. ¶ Manlium missum fecit. } Itaq; non patri modo remissa causæ dictio est, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. Liuius. ¶ Tantum tẽporibus. } Applicatio exempli quamuis trib. plebis hoc iusiurandum ui sibi extortum defendere potuit, deseruisse magis causam uideri poterat, admiratione pietatis filialis. ¶ Ad Anienem. } Anio in monte Trebanorum ortus, Lacus tris amœnitate nobiles, qui nomen dedere sublaqueo, defert in Tyberim. Plinius in regione Italiæ quarta: quartum ab Vrbe lapidem, Oros. apud Iulium Frontinum libro primo de Aquæductibus, duo Anienes leguntur, uetus qui urbem influit, & nouus ¶ Torque detracto. } Q. Claudius Quadrigarius hoc spectaculum pictoria quadam hypotyposi depinxit, quam picturam quod habemus, A. Gellio referimus acceptam: quam, quia non multum chartæ occupat, adscribemus: Cum interim Gallus quidam nudus præter scutum & gladios duos, torque atq; armillis decoratus processit. qui & uiribus, & magnitudine, & adolescentia, simulq; uirtute cæteris antestabat. is maxime prælio commoto, atque utrisque summo studio pugnantibus, manu significare cœpit, utrique ut quiescerent pugnare pugnæ facta pausa est. extemplo silentio facto, cum uoce maxima conclamat, si quis secum depugnare uellet, ut prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem facies. deinde Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare. id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, summo genere nato, tantum flagitium ciuitati accidere, è tanto exercitu neminem prodire. is, ut dico, processit, neque passus est uirtutem Romanam à Gallo turpiter spoliari. scuto pedestri, & gladio hispanico cinctus, contra Gallum constitit. metu magno ea congressio in ipso ponte, utroq; exercitu inspectante, facta est. ita, ut ante dixi, constituerunt. Gallus sua disciplina, scuto proiecto cantabundus: Manlius animo magis quàm arte confisus, scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbauit. dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de certo loco hominem iterum deiecit, eo pacto et sub gallicum gladium successit, atque hispanico pectus hausit: dein continuo humerum dextrum eodem concusso incidit, neque recessit usquam donec subuertit, ne Gallus impetum icti haberet. ubi eum euertit, caput præcidit, torquem detraxit, eamq; sanguinolentam sibi in collum imponit. quo ex facto ipse, posteriq; eius Torquati sunt cognominati, ab hoc T. Manlio. Præter Liuium, eandem historiam scribit hodie Sabellicus Enn. quartæ libro tertio. Attingũt Cic. de Finibus lib. primo & in Tusc. quæst. 4. Salustius in Catil. Valerius libro tertio capite de Fortit. Plutarchus Parall. 26. Plinius de uiris illustr. cap. 28. Florus libro primo, capite decimotertio. Orosius libro quarto, capite sexto. Eutropius libro secundo, capite primo. Ex poetis, Vergilius lib. sexto. Ouid. Fasto. primo. ¶ Hic est. } Hæc nihil ad institutum, sed ad commendationem T. Manlij. ¶ Tertio consulatu. } Cum P. Decio Mure. apud Florum & Orosium perperam pro Mure, Murena legitur, qui sese hoc anno deuouit, ut in Catone Maiore dictum est, nempe CCCCXV. Idem error est etiam apud Frontinum libro primo de Aquæductibus, ubi de Appia aqua. ¶ Latini. } Error Plutarchi est, quod in Parall. memorat, hoc bello Samnitico esse factum. ¶ Veserim. } Fluuium. Pugnatum est, inquit Liuius, haud procul radicibus Vesuuij montis, qua uia ad Veserim ferebat. ¶ Et qui nuper. } Antithesis, in qua ferè omnes huius rei scriptores attonitipedem figunt, morum mutationem satis mirari nequeuntes. ¶ Seuerus in filium. } De duobus hoc Manlijs memoratur, nempe de hoc nostro Tito, & de Lucio, qui cum Cn. Octauio Cos fuit anno. DLXXXIX. qui eam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emanciparat. Cice. de Finib. 1. Prouerbio igitur, Manliana imperia, continuata illa generis illius seueritas usum præbuit. De Titi Manlij in filium, quòd extra ordinem pugnauit, animaduersione, Liuius est legẽdus lib. 8. Decadis primæ. Sabell. lib. 4. Enneadis quartæ. Plin. de Viris illust. in Tito Manlio. Flor. lib. 1. cap. 14. Cato apud Salustium in Catilina. Valerius lib. 2. cap. De discipl. milit. lib. 6. cap. de Mutat. morum. lib. 9. cap. de Ira & odio. Oros. lib. 4. cap. 9. Cice. & Gellius locis citatis. ¶ Sic decem illi. } De quibus præterea quæ in lib. 1. & apud Gellium scribuntur, legendus est Sabell. lib. 2 Ennead. 5. ubi Tit. Manlius in eos grauissime inuehitur, quo loco author omnino ad hunc Ciceronis locum respexisse uidetur. ¶ Polybius bonus author. } Scriptores hũc authorem raro sine elogio & honorifica mentione citant. ¶ Distringit. } Vi, uidelicet sicut Alexander Gordium nodum. ¶ Non dissecat. } Sic in amicitia docet, amicitias scindendas, non dissecandas aut rumpendas esse. ¶ Stulta calliditas. } Hoc argumentum diserte tractauit Franciscus Philelphus lib. 26. Epist. ¶ Sed illud maximum. } Amplificatio, ab ignauia redimendorum, quibus Senatus redemptionẽ seruandæ disciplinæ militaris causa denegauit. ¶ Octo millia. } Liuius & Polybius in numero consentiunt, nisi quòd maior ex Polybio captiuorum æquitas intelligitur, ut qui à Coss. in castris subsidij gratia relicti mille, & ex ijs in castrorum expugnatione CC cæsi, DCCC capti sint. ¶ Paulo & Varrone. } Qui anno. DXXXVIII. Coss. fuerunt. quorum Paulus Aemilius occisus, maiori, ut Florus credit, animo: Varro non desperans, Canusium cum paucis recepit. Cannensis pugnæ scriptores alibi citati sunt. ¶ Vt esset insitum. } Obiter extra propositum in cõmendationem disciplinæ militaris hæc dicuntur. ¶ Sic honestatis. } Accommodatio. ¶ Sit iam. } Transitio, à comparatione utilis cum fortitudine, ad comparationem eiusdem cum temperantia.

AC de prudentia quidẽ. } Transitione coniungitur sequens caput cum præcedente. Sic enim rectius distinguuntur capita, nec prior pars transitionis superiori, posterior sequenti est tribuenda. Proponuntur autem hic etiam uaria exẽpla, in quibus uidetur pugnare utilitas cũ fortitudine. Primum est fabulosum, à quo per ἀποδίωξιν transit ad Reguli exemplũ primo contrariũ. Hoc Reguli factũ prolixe tractatur, & defenditur aduersus amicos, et ueluti socios utilitatis, aduersarios uero, aut hostes honestatis. Argumẽtatur Cic. initio ab ipsius animi præstantis iudicio. Deinde admiscet ipsi expositioni historiæ duarum obiectionũ confutationes, nempe non stulte eum fecisse, ut uideatur, nec ideo, q. non censuerit reddendos esse captiuos, nec ideo, q. etiam hoc fieri in Senatu dissuaserit. Et metitur etiam hic rem ex honestate, & publica utilitate. Postea sex obiectiones addit de iureiurando Reguli, in quibus recitat causas, propter quas uidetur non coli, aut seruari debuisse à Regulo iusiurandum. Prima est, Iouem non irasci, hoc est nec punire periuros, nec afficere præmijs seruãtes iusiurandũ. Secunda, non magis Iouem læsurum fuisse Regulũ, si non seruasset fidem hostibus, quàm læsit se ipse, quando rediit Carthaginem. Versatur hæc in cõparatione pœnarũ, aut cruciatuũ. Tertia, in turpitudine tantum mali non esse, quantũ sit in illis cruciatibus: Et hic est cõpara- AMERB.

tio scilicet malorum, seu cruciatuum, & est cum præcedente cognata. Quarta est ex circunstantia quadam personæ, hostibus non fuisse fidem seruandam, & citatur ad hoc ex Actio Poeta uersus, qui est octonarius. Quinta est inuersio fundamenti huius disputationis Stoicæ, de coniunctione utilitatis & honestatis. Quædam uideri etiam honesta, quæ tamen non sint honesta sicut ipsi dicant, quòd non sint utilia nonnulla, ut maxime uideantur. Sexta, propter magnitudinem res turpes alioqui fieri honestas. Versatur & hæc obiectio in comparatione. His ita expositis, respondet ad singulas obiectiones, seu argumenta aduersariorum iurisiurandi & fidei, quæ sunt magna pars honestatis. Primum argumentum refellit duobus argumentis sumptis, altero ex absurdo, altero ex natura iurisiurandi. Tolli hoc argumento omni iusiurandum, & non pœnæ metu seruandum esse, uerum per sese: ac definit una iusiurandum, reuocatq; ad iustitiam, unde significat tacite sic debere colligi:

Omne honestum est per sese colendum,
Iusiurandum est honestum,
Ergo per sese est colendum.

Secundum infirmat uno tantum argumento, quod est à natura & ordine bonorum & malorum, tractum per quandam concessionem, non esse dolorem summum malum, aut ne quidem malum: idq; confirmat tum Philosophorum authoritate, tum Reguli exemplo. Debet autem hoc ibi intelligi, turpitudinem summum esse malum. Nam si uirtus, aut honestas est solum aut summum bonum, necesse est uitium seu turpitudinem esse aut solum, aut extremum malum. Eodem modo prorsus confutatur tertium argumentum, nisi quòd argumentum ex Minore est additum, ubi eleganter fit hæc quoque collatio, id esse in animo turpitudinem, quod sit in corpore deformitas. Significat enim deformitatem turpitudo, sed animi ferè tantum, Græcis paulo latius patet uocabulum αἶσχος, & de corpore quoque dicitur. Quartum sic diluitur: Atreus impius rex pronunciat apud Actium hunc uersum, nec habendus est pro Poetæ sententia, quod in fabulis dicitur, ibi enim seruitur personæ. Quod cuiusmodi sit, in primo libro est expositum. Atque ita argumentum hoc in personæ circumstantia uersatur. Docet ibi obiter quoque Cicero, quod iusiurandum, & quibus sit seruandum. Quòd autem hosti datum seruari debeat, ferè omnes sentiunt, & ipse Cicero in primo libro supra idem præcepit, usúsq; est eodem exemplo. De latronibus adhuc est inter eruditos contentio. Leges nec iubent, nec prohibent hoc fieri, quanquam generaliter plerunque hæc de nudis promissionibus disputantur, sine iuramento. Quod tamen sic totum est intelligendum, ut sentiamus rem debere licitam, aut non turpem promissam esse. Nam si uel promiseris, uel iuraueris, quod habeat certam turpitudinem, hoc nequaquam est seruandum, neque humano iure, neque diuino. Quanquam interim grauiter peccat is, qui iurat præsertim, & Deum ad rem falsam, aut mendacium adhibet testem. Et quidem Theologi superioris seculi docent, committi peccatum mortale, nisi ab ignorante uerum, aut falsum iuretur. Faciunt etiam differentiam inter mentiri & mendacium. quibus tamen argutijs, præsertim hic nihil opus est. Ponunt præterea duplex iuramentum, alterum assertorium, alterum promissorium: hoc referunt ad res futuras, illud ad præteritas & præsentes. quod non reprehendo, sed tamen aliquid futurum iurari potest sine promissione, saltem falso, ac pro eo, ac ipsi de iuramentis & periurijs disputant. Nam qui sic iurans promittit: Ego sancte iuro tibi, cras pluiturum esse: aut si die Iouis aliquid agere inceperis, feliciter hoc euenturum esse, nihil obligatur iure ciuili, nec peierauit, quando hoc non accidit, uel promissione addita. Iure diuino tametsi non obligatur, nihilominus tamen, si hæc non eueniant, periurus fit, aut fortasse tum etiam, quando euenit iuratum. Temeritas enim est, & blasphemia in Deum illa iurare simpliciter, quæ non habeas in tua potestate, aut de quibus non certus sis, fore, ut aut accidant, aut non accidant. Porro non est hoc concedendum quibusdam Theologis saltem ciuiliter, qui docent periurium tantum in intentione obligandi se consistere. Sic enim patefieret magna fenestra hominibus, ad uiolanda pacta, promissa, fœdera, & omnis generis contractus, adeoq; fides humanæ societatis uinculum subuerteretur, nec ipsis non turbaretur iuramentum, de non seruandis operibus perfectionis. Nouum enim est, quæ uocent opera perfectionis. Nunc si quis iuraret, se seruaturum esse opera perfectionis cum proposito non seruandi, certe faciendum esset contra propositum, seu intentionem, ne poneretur obex motioni Spiritus sancti, ut loquuntur. Aut enim essent seruanda, aut relinquenda libera. Vtuntur, qui sic docent, ad hoc uerbis S. Augustini, qui dicit in quodam loco: Interest, quemadmodum uerbum procedat ex animo, ream linguam non facit, nisi rea mens sit. Quæ si paulo dexterius intelligantur, nihil patrocinantur illis, præsertim ad ciuile periurium. Est itaque periurium erga Deum uel non facere hoc, quod iurans promiseris: te facturum, uel non esse, quod esse iuraueris, siue hoc sit uerum, siue sit falsum, excepto eo, quod per iustam ignorantiam iuratur: Quanquam non debet seruari quod turpe sit promissum. Non enim duplicari debet peccatum. Ac sanè pia mens ne quidem ea iurat, quæ uidentur in nostra potestate esse, nisi addita conditione uel expressa, uel intellecta. Illa enim est incertitudo rerum humanarum, ut quæ maxime putamus nobis subiecta esse, ab eis sæpe excidamus. Quod tamen de ijs, quæ promittuntur, intelligi debet. Nam asseri aliquid sine mendacio aut periurio potest, ut cum iuramus Deum esse, Deum iustum esse: item cum iuramus, nos sensisse, quod certo sensimus, aut intelligere, quæ uere intelligimus, hoc est, cum asserimus iuramento illa esse, quæ natura impressit nobis certa, uel Deus ipse mandauit nobis, ut pro certis haberemus, & assereremus. In his tamen etiam posterioribus maxime est fugienda temeritas, & præcipitantia. Ac tutius est sine iuramento illa asserere, nisi aliqua necessitas iurandi nobis imponatur, ut fit in iudicijs, aut etiam alibi. Hinc nata sunt in foro iuramenta ueritatis, & credulitatis. Graue enim est, Deum adhibere testem. Id quod fit in iuramentis nominatim hoc nostro tempore. Egregie præcipit Isocrates, ubi dicit: ὅρκον ἔπακτον προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σ'αὐτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων. ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς, δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν. Pertinet hæc tota res ad secundum & octauum præcepta diuina. Quòd autem liceat iurare Christianis in rebus serijs, aut necessarijs, aut ad defensionem gloriæ diuinæ, & salutem hominum, tum alia probant, tum exemplum S. Pauli. Docuit idem Augustinus his uerbis: Iuramentum faciendum est in necessarijs; cum pigri sunt homines credere, quod eis est utile. Sed redeamus ad latrones, quibus etiam est seruanda fides non minus,

quàm

quàm hosti, præsertim si prius indixerint bellum, id quod plerunq; fit nostra ætate. Fortasse non fuerunt talia latrocinia cum Cicero uiueret; aut adhuc fortasse non in alijs regionibus non sunt. Nec recte possunt dici latrocinia, sed uera bella sunt. Quod autem à ueris latronibus extortum est iusiurandum, id ius ciuile non cogit seruare, imo non habet aliquando magis pro iuramento, quàm quod est aut impossibile, aut rem turpem continet. Dicit enim metum cadere etiam in constantem uirum, id est, posse adigi uirum constantem proposito uel capitis, uel alio magno periculo, ut iuret contra, quàm faceret extra periculum positus. & quidem hoc non tantum de iuramento, quod à latrone, sed quod à quouis alio extorquetur, intelligendum est. Theologi sentiunt contra, seruandum esse tale quoque iuramentum, quanquam non cogendus sit is, qui iurauit, ad seruandum, sed monendus, ut seruet, id est, sine peccato non posse non seruari tale iuramentum, nisi tamen res illicita, aut peccatum sit iuratum. Tunc enim non debet, seruari, quia adderetur alioqui peccatum peccato. Vbi manet hic intentio? quam si quis aliam ab eo, quod uerbis iurat, habeat, necesse est, non ex eo pendere periurium, aut in tali causa committi periurium, siue, quod iurasti, serues, siue non serues. Et hoc omnino fieri puto, cum ad Deum refertur ista res. Tale fuit iuramentum Saulis, propter quod uoluit filium suum Ionathan interficere: & Dauid sic iurauerat se occisurum esse Nabal, cum omnibus suis: & recte fecit, quòd non seruauit iusiurandum, retractus ab instituto per Abigail uxorem Nabal. Philolosophi propius ad Theologorum sententiam accedunt, quàm ad iurisconsultorum sententiam: docent enim honeste faciendum esse cum quantocunque periculo aut damno. Iam si honestum est stare pactis & conuentis, in quibus non est aliqua turpitudo, aut dolus, multo magis seruari debent iuramenta, in quibus etiam à coactis promissum est, quod sine turpitudine seruari potest. Nam, quod iurisconsulti dicunt, metum cadere in uirum constantem, Philosophi quidem etiam concedunt, saniores præsertim, ut sunt Peripatetici, uerum, paulo aliter, cum docent, non debere sine metu esse hominem, sed debere medium seruare in metu, id est, non committere, ut metu uel periculo mortis contra honestatem faciat. Quare potius mors perpetienda erat, quàm iuranda res turpis, aut hoc, quod non uellet seruare. Atque ita quidem faceret uir fortis. Sed quia magna est imbecillitas nostræ naturæ, ut ad nostra opera & religionem redeam, facile potest & in talibus rebus, sicut in alijs etiam, labi, & errare homo. Quod cum acciderit, non tamen debet propterea desperare, sed redire in uiam, & pœnitentiam agere. Est enim unum de illis peccatis, quæ ignoscit Deus, seu ut scriptura loquitur, in filium est peccatum, non in spiritum sanctum. Quanquam debemus ipsi nobis resistere, aut potius orare Deum, ut det nobis animum, & constantiam contra istiusmodi peccata. Illam etiam infirmitatem, aut tantam uim affectuum in hominis natura iurisconsulti, ut prudentes homines, & multa edocti usu rerum intellexerunt, eoq; respexerunt, cum disputauerunt, metum cadere etiam in uirum constantem. Hæc ferè habui, quæ de iureiurando annotarem hic obiter, quòd Ciceronis sententia sic melius intelligi posse uidebatur, & quòd res magna est, & in qua procliue est committi grauissima peccata, quæq; uarios prætextus habere potest. Nunc redeo ad propositum. Cicero in hac quartæ cauillationis refutatione utitur hoc Syllogismo, non tamen continuatis, & Dialectico ordine positis partibus:

Iuramentum hosti est seruandum.
Regulus dederat hosti iuramentum.
Ergo debuit seruare hoc iuramentum.

Citatur etiam ibi uersiculus ex Euripidis Hippolyto Latine factus, quem copiose est imitatus Ouidius in Epistolis, ubi dicit:

Quæ iurat mens est, nil coniurauimus illa.
Illa fidem dictis addere sola potest.
Consilium, prudensq; animi sententia iurat,
Et, nisi iudicij, uincula nulla ualent.

Pertinet huc tota illa fabula. Adduntur postea duo exempla ex Romana historia, quibus maior Syllogismi præcedentis probatur. Prius extat apud Liuium in nono libro primæ Decadis, Secundum in quinquagesimo quinto, Epitome Flori. Habet hoc etiam amplificationem à contrario facto Q. Pompeij scilicet, cuius fit mentio quinquagesimoquarto, Epitome Flori. Confutatio quinti argumenti est negatio causæ iurisiurandi, cui annexa est obiectio de profectione. Poterat enim uideri ex metu quodam profectus esse Romam. Ad eam sic respondet, cum quadam obiurgatione, ut iudicaretur causa per Senatum ipso suasore, ideo profectum esse. Sextum argumentum reuocat rem ad fundamentum disputationis cum reprehensione sermonis non fieri, sed esse honestum, quod ualde sit utile, atque omittit, quod inde nolebant colligi, manere in patria, esse domi suæ cum coniuge, cum liberis, & alia, quæ supra sunt recitata, esse magnas utilitates, propterea etiā honesta fieri, nec Regulum contra has suas tantas utilitates debuisse facere. Ad hoc tamen sub initium Historiæ respondet. Elegans locus est de hac re apud Gellium libro primo capite tertio. Postremo laudat hoc Reguli factum Cicero, quandam comparationem partium duarum, quòd censuit non reddendos esse captiuos, & seruato iureiurando reuertit Charthaginem, ostenditq; exemplis, quanta fuerit reuerentia ueterum Romanorum erga iusiurandum. Tota historia Manlij extat apud Liuium in septimo & octauo libris primæ Decadis. Quod exemplum est superiori contrarium, docet tamen idem, quod ad Senatus iudicium attinet, accommodaturq; factum illorū decem legatorum ad pugnam, quæ uidetur esse inter prudentiam & utilitatem, quod supra plenius est explicatum. Porro tota historia de captiuis non reddendis publice refertur ad præsentem collationem, quæ est inter utilitatem & fortitudinem.

ET Ithacæ uiuere otiose. } Opinor Ithacam hic usurpari pro urbe eius insulæ, alioqui mirum non addidisse præpositionem: neq; enim permittere hic sibi Cicero, quod permisit Vergilius, Deuenere locos lætos, &c. ⟦Cuius ipse princeps.} Sex senarij sunt, quos oportet in exemplaribus distinguere. Cuius, hic non efficit nisi unicam syllabam, quemadmodum apud Terentium, eius, deos, monosyllaba sunt ubique. Et istius, simili contractione fit dissyllabum. Et percepset legendum, pro percepisset. ⟦O fides alma.} Trochaicus est tetrameter catalecticus. Aptam dixit undiq; concinnatam, ut Vergilius, Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contextum est gemmis, aut similibus, ut inter se contingant: nam ab ἅπτομαι Latina uox ducta uidetur. ⟦Iniussu enim populi.} Iussu tuo, iniussu tuo, iussus feci iniussus fecisti. ⟦Fœdus fecerat.} Inire fœdus, ictum fœdus, pactum fœdus, ferire fœdus, percussum fœdus, usitatiora sunt, quàm facere fœdus: & ob id annotare uisum est. ERAS.

O Fides alma.} Et ex hoc patet, Fidem coluerunt, atque inter deos habuerunt Romani. ⟦Atqui ab Aristippo.} Aristippus Cyrenaicus fuit, inde nomen sectæ fuit. Et Annicerij dicti sunt ab Annicere Cyrenaico. MELAN.

DE TEMPERANTIA.

Restat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium uirtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Anniceriј philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt; uirtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset uoluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem ferè adiutor authorq; sententiæ. Cum his, uelis equisq;, ut dicitur; si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utilitas, sed uita omnis beata, corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut à Metrodoro scriptum est, continetur; certe hæc utilitas, & quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? An, ut conquirat undique suauitates? Quàm miser uirtutis famulatus seruientis uoluptati? Quod autem munus prudentiæ? An * legere intelligetur uoluptates? Fac nihil isto esse iucundius: quid * cogitari potest turpius? Iam, qui dolorem summum malum dicat; apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumq; contemptio? Quamuis enim multis in locis dicat Epicurus, sicut hic dicit, satis fortiter de dolore: tamen non id spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona, uoluptate terminauerit; mala, dolore: ut si illum audiam de continentia, & temperantia: dicit ille quidem multa multis locis; sed aqua hæret, ut aiunt. Nam * qui potest temperantiam laudare is qui ponat summum bonum in uoluptate? Est enim temperantia, libidinum inimica; libidines autem, consectatrices uoluptatis. Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo possunt, non * incallidi tergiuersantur. Prudentiā introducunt, scientiam suppeditantem uoluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, * perpetiendiq; doloris. Etiam temperantiam inducunt non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim uoluptatis magnitudinem doloris detractione fieri. Iustitia uacillat, uel iacet potius, omnesque eæ uirtutes, quæ in communitate cernuntur & in societate generis humani.

Obsoletis. obscuratis.
Velis, equisq; pro uiribus.
Aqua hæret.

* intelligenter
* excogitari
* quomodo
* incallide
* perpetiendiq;

BETVL. RESTAT.} Quælibet res ex cōtentione atq; controuersia facta, lucidior fit. quare cum temperantia τὸ χρήσιμον collaturus, Epicureis continentiæ propulsoribus litem facit: quibus uoluptas temperantiæ antiquatrix summum bonum est. illius inquam uoluptatis, quæ ex opinione boni nata, præter modum lætitia effertur. Idq; indifferenter tam corporis quàm animi. ▽ Quæ decore.} Cicero, more suo in enumerandis speciebus nequaquam religiosus est. ▽ Chorus.} Chorus & ὄχλος, id est turba, τῇ εὐταξίᾳ differunt. ▽ Atqui.} Obiectio aduersariorum. ▽ Cyrenaici.} Ab ipso Aristippo Cyrenensi. ▽ Anniceriј.} penulti. producta ἀννικέρειοι, ab Anniceride Platonis redemptore. de quo lege Laertium in Aristippo. Aristippi auditor fuit Antipater Cyreneus, huius Epitimides Cyreneus, huius Parætbates, Parætbatis Anniceris. De hoc Suidas: Ἀννίκερις κυρηναῖος φιλόσοφος ὃς ἐπικούρειος ἐγένετο, καὶ τι ὢν παραιβάτου γνώριμος, τοῦ ἀριστίππου ἀκηκοότος. ἦν δὲ τῶν ἀννικερίδι καὶ ἀδελφὸς νικοτέλης, ὄνομα φιλόσοφος. μαθητὴς δὲ αὐτοῦ ἐπιφανὴς ποσειδώνιος. ἐκ τούτου αἵρεσις ἡ καλουμένη ἀννικέρειοι ἦν δὲ ἐπ᾽ ἀλεξάνδρου. Contra Aristippum olim scripsit Xenophon. Cicero de Finibus primo, & Lactantius libro tertio, capite octauo horum dogmata cōuellunt. Cyrenaicam ἀσωτίαν dignis modis diuexat Lucianus ἐν βίων πράσει. ▽ Epicurus eiusdem ferè auditor.} Anniceridis: in Laertio latino idem intelligitur, ubi græcus expresse de Theodoro loquitur, ἤκουσε δὲ καὶ ἀννικέριδος ὁ θεόδωρος, καὶ διονυσίου. &c. Certe eius de Voluptate libros lectitauit, quos sibi eodē Laertio teste as-seruit. ▽ Velis equisq;.} Extremum conatum significat, ad fugiendum, assequendumq; magis, inquit Erasmus quàm ad efficiendum. ▽ Sententia est.} κέκρικα. ▽ Constitutione.} εὐεξίᾳ. ▽ Metrodoro.} Atheniensis ille. nam Stratonicensis ad Carneadem defecit. Laertius. ▽ Nam ubi primum.} Eadem per honesti partes epagoge est apud Ciceronem de Finibus primo, fusissime pertractata. ▽ Quàm miser.} Ab absurdo, per exclamationem detestantem rei indignitatem. Quid enim absurdius, quàm ut regina generosissima ancillæ barbarissimæ seruiat? Cicero de Finibus secundo ait, Virtutem iacere, si uoluptas imperitet. ▽ Fac nihil esse.} Concessio aduersarium urgens. ▽ Quamuis.} Occupatione anteuertit ineptas Epicuri assertiones. ▽ Quid dicat.} Quintilianus alicubi putat non tam referre quis dicat, quàm quid dicatur. ▽ Terminauerit} Respicit ad τέλος. ▽ In aqua hæret.} Fluctuando se ipsum inuoluit, & nequit se explicare. Vide Chil. ▽ Nam quomodo.} A contrariis. ▽ Suppeditantem.} Causam efficientem, sine qua maxime. ▽ Depellentem dolores.} Medetur enim philosophia consternatis animis, ut alibi Cicero, noster docuit. ▽ Doloris magnitudinem.} Quia unius generatio, alterius est corruptio. Quid obgrunnient hic nobis porci uerius quàm homines? assiduum uentris studium illud, quod in esu potuq; palatum suauius adtingit, & sensum gustandi iucundius ferit, uoluptatem quam inde uenamur suffocat, & extinguit. Nam sitientibus demū, atque esurientibus esus potusq; grati sunt. ieiunium ergo, non crapula, causa uoluptatis est. Esurienti si quidem sitientiq; hobusculum Diogenicum & frigida multo gratiora sunt, quàm belluonibus istis comissium lautissimum.

*Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus, quàm amicitia, si hæc non per se expetantur, sed ad uoluptatem, utilitatem'ue referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria; sic omnem uoluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem, & Dinomachum iudico; qui se direpturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulauissent. Non recipit istam coniunctionem honestas; aspernatur, repellit. Nec uero finis bonorum, & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri & temperari potest. Sed de * hoc, magna enim res est, alio loco pluribus. Nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, siquando ea, quæ uideretur utilitas, honestati repugnat, diiudicanda res sit; satis est supra disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam uoluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati; condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certe nihil habebit.*

* hoc hactenus: magna n. res, alio loco plurib. uerbis disputata.

tissimum. Porro si compotationibus istis iucunditas quædam inest, quid opus erat poculi propinati & per nodos mensurati coactione, ac necem aliquando seueritatem extendente. Sed quorsum rapior? ⁋ Vel tacet. } ἐπανόρθωσις. ⁋ Neque enim bonitas. } Enumeratione specierum genus comprobat. Ex quibus hoc amicitia præ cæteris demonstrans, collatione reliquis robur præbet. disputauit hoc in Lælio copiosissime, amicitiæ nec utilitatem, nec quicquam aliud præter honestum, finem esse. ⁋ Comitas. } Sic enim malo quàm Communitas: quod genus est. ⁋ Conferamus igitur in pauca. } Colligamus uela. Præcisio est. ⁋ Calliphonem & Dinomachum. } Horum, & opinionis ipsorum etiam in quinto de Finibus mentionem facit, his uerbis: Nam aut uoluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphoni Dinomacho'que placuit: aut doloris uacuitas, ut Diodoro: aut prima naturæ, ut antiquis, quos eosdem Academicos & Peripateticos nominamus, &c. Hæc eadem sunt in Tusculanis quæstionibus libro quinto in Academicis libro quarto. ⁋ Qui se direpturos. } Ita prius legebatur, Diremptures controuersiam, id est ad concordiam inter se contendentes philosophos adducturos: hoc est, διαλύσειν, διακόψειν, διείρξειν τὸν ἀγῶνα, τὴν ἀμφισβήτησιν. Dirimere enim significat dissoluere, aut decidere. Ita dirimere societatem quoque dicimus. Tusan. in episto. Budæus. ⁋ Non recipit. } Incrementum asyndeti. ⁋ Qui simplex esse debet. } Id quod rarissime fit. Et si τὸ καλὸν, quod solum finis esse debet, uniusmodi sit, in rebus tamen agendis plerunque non unum respicitur. ⁋ Alio loco. } De Finibus. ⁋ Quemadmodum. } Epilogus huius partis.

cunq; speciem habeat utilitatis. Et est sanè ea cognatio inter utile & honestum, & illas uirtutes, quæ est inter genus & species. Siquidem idem sunt utile & honestum, ut uult Cicero, id'que initio huius libri disputauit. Ac tametsi præcipue Cicero hoc docet, nihil esse pro utili habendum, quod non sit honestum, uidetur simul tamen probare tanquam coniunctionem illam honesti & utilis. Nam quod conuenit ita cum omnibus partibus aut speciebus alicuius totius aut generis, ut idem sit cum eis, necesse est idem quoque esse cum toto aut genere. Quanquam Cicero alia forma utitur: Nihil, inquiens, cum omnibus partibus honesti, seu cum ipso honesto pugnans est utile: ergo, nihil quod est utile, pugnat cum honesto. Sed neque ex primo sequitur prorsus hoc, Omne honestum est utile: neque ex secundo illud, Omne utile est honestum.

De finibus bonorum & malorum.

Quia non sequitur necessario uel ad negationem alicuius de contrario eius affirmatio de altero contrario, uel ad negationem contrarij de aliquo affirmatio alterius contrarij. Sed omittamus hæc, & putemus sanè Ciceronem priorem partem disputare. In hoc loco sumit Cicero uoluptatatem, quam homines habent pro magna utilitate, & cum ea comparat honestatem sic ut doceat uoluptatem non esse rem utilem. Ita autem hoc probat:

Nihil, quod est contrarium modestiæ, utile est,
Voluptas est contraria modestiæ,
Ergo non est utilis uoluptas.

Minor est probata ab officijs uirtutum sumpto argumento, amplificata'que longa insectatione Epicurei, & similium Philosophorum, qui aut uoluptatem summum bonum statuerunt, aut uirtutem coniunctam cum uoluptate, & conatur demonstrare, quantam ruinam honestatis & omnium uirtutum hæc doctrina secum trahat. Ego supra satis ostendi, quæ sit de uoluptate Aristotelis sententia, nec satis caute, uel nimis Stoice facere Ciceronem, qui uoluptatem contrarium uirtutis ponat, & ne quidem inter bona uelit numerari. Profecto Epicurus non habuit omnino nullam causam, cur uoluptatem censuerit esse bonum, & quidem summum: quem tamen hic non defendo, & de hac re alibi copiosius disputabimus fortasse. Quæ hic de fine bonorum & malorum obiter sunt exposita à Cicerone, fusissime disputata sunt ab eodem in quinto libro de Finibus bonorum & malorum.

AMERBACHIVS.

RESTAT Quarta pars. } Hactenus est utilitas in hoc libro comparata cum prudentia, & iustitia, & fortitudine. Iam incipit etiam comparari cum modestia, quarta honestatis parte. Sicut autem in præcedentibus partibus est ostensum, quod magna sit utilitatis cognatio cum ipsis, quod'que non sint habenda pro utilibus ea, quæ cum una illarum pugnent, ita hic ostenditur, quanta sit eius cognatio cum modestia & continentia, similibus'que uirtutibus, quas omnes una appellatione uenire Ciceroni supra satis est indicatum, nec esse quicquam iudicandum utile, quod his uirtutibus sit contrarium, quantam-

BETVL. HABES à patre.} Epilogus operis, cum parænesi. ¶ A' patre.} Heterosis personæ plus efficaciæ & energiæ habet, quàm si dixisset, à me. Patris enim uox ui relationis filium ad officium faciendum excitat. ¶ Mea sententia magnum.} Alioquin munera nostra ταπεινοῦντες quadam extenuare solemus, sed patris decorum auxesim excusat. ¶ Perinde ut acceperis.} Res enim, inquit Plautus, perinde est, ut eam agas, atque magnifacias. ¶ E medio cursu.} Eo enim tempore Cicero plurimum potētia ualuit, adeo ut Antonium seditiosum urbe eiecerit, utrunque Coss. Hirtiū & Pansam in eum miserit. ¶ Clara uoce.} Prosopopœia patriæ, Ciceroni frequens. ¶ Poteris autem} Sicut in principio: Tam diu autē uelle debebis, &c. ¶ Vale igitur.} n̄bos.

PERORATIO OPERIS.

HAbes à patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; sed perinde erit, ut acceperis: quanquam & hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios, tanquam hospites, erunt recipiendi. Sed ut, si ipse uenissem Athenas; quod quidem esset factum, nisi me * è medio cursu clara uoce patria reuocasset; aliquando me quoque audires: sic, quoniam his uoluminibus ad te profecta uox mea est, tribues his temporis quantum poteris; poteris autem, quantum uoles. Cum uero intellexero te hoc scientiæ genere gaudere; tum & præsens tecum propediem, ut spero, & dum aberis, absens loquar. Vale igitur mi Cicero: tibiq; persuade, te mihi quidem esse charissimum: sed multo fore chariorē, si talibus * monumētis, præceptisq; lætabere.

CAMERB. HABES à patre munus.} Totum opus hic concluditur, et repetita sunt ferè omnia, quæ hic dicuntur ex præfatione primi libri. Sunt autem cōmendatio operis, & adhortatio ad lectionem eius. Item occupatio de diuersitate suæ sectæ, & Cratippi sectæ. Obseruandum est, quòd in fine subiungit superlatiuo comparatiuum, & quidem maius quiddam illo significantem contra, quàm pro graduum natura, pro consuetudine tamen Latini sermonis. Sic etiam est locutus Ouidius in libro transformationum,

Sed quæ cum tibi sit unctissima, unctior esse
Expetit, & uinclo tecum propiore ligari.

Elegans est omnino formula orationis, & magnum quendam impetum ac uehementiam habet.

Hæc ferè uolui & potui scribere hoc tempore, non tam, ut qualemcunq; lucem afferrem huic opusculo Ciceronis, quod tamen dignum est omnino, in quo ornando & illustrando, ac commendando adolescentibus, omnes studium, atque operam aliquam ponant, quàm ut ostenderem studiosis talium rerum, quomodo congruerent hi Ciceronis libri cum Aristotelis libris τῶν ἠθικῶν, simulq; commonefacerem eos, ex fontibus illis tandem scholasticos etiam haurire debere. Gratius enim, ut inquit Poeta, ex ipso fonte bibuntur aquæ. Et dignus est Aristoteles, quem uelut exemplum sanæ & expeditæ doctrinæ habeamus. Quanquam non uelim uideri hoc dicere ad extenuandas Ciceronis laudes, quem scimus, & gratissimo animo recordamur, non pauca priscis & melius & elegantius docuisse. Atque utinam haberet iste author paulo plures & diligentiores lectores. Quod tamen hoc seculo propemodū accidisse uideo, licet nunc iterum hoc incipit agi, ut inquinemur illa uetere barbarie. Quid dico, ut iterum inquinemur, hoc agit. Nondum illud cœnum totū abstersimus, & uix tandem agnoscere potuimus, ac serius q̄ agnouimus perfecte barbariē, & totum, (hoc enim est perfecte, ut puto, agnoscere) quod malū & pestiferum est exterminauimus, & quasi in exiliū, ut iandudū est merita, egimus, elegantiarū literarum iterū ferè nos obliuio & satietas cepit. Quod cur accidat nobis Germanis, utinā sim falsus, non uideo, nisi quòd similes habent labra lactucas, & facile nobis tædium, talium præsertim rerum, irrepere solet. Sed reuoco me ad finem, ad quem tendit nostra oratio. Nos Commentarios conscripsimus & edidimus, tum eorum gratia quæ nunc indicaui, tum ut periclitaremur nostrum ingenium, atque ex multorum iudicio disceremus, quantum de nobis ipsi deberemus sentire iam, & in posterū sperare, imitati in hoc Apellem, & alios bonos artifices, qui nō uoluerunt ex unius, aut alterius pendere iudicio, sed multorū audire sentētias. Nam, ut docet Hesiodus,

φήμη οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζουσι, θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Quòd si animaduertam non displicuisse hunc meum laborem ijs, qui uersantur in discendis nostris literarijs artibus, non leuis mihi fuerit stimulus additus ad alia lucubranda, & fortasse, ut solet diem dies docere, meliora. Reliquum est hoc, ut lectores rogem, ne sint iniqui huius mei facti iudices, ac meminerint fauendum esse potius conantibus aliquid honeste, quàm obstandum.

* de

* monimentis

FINIS.

XYSTI BETVLEI SCHOLIA IN
Lælium Ciceronis seu de amicitia.

QVINTVS Mutius Augur. } Animaduertere hic in ipso sermonis uestibulo uel maxime est, quàm Cicero compositionis studiosus fuerit, qui maluit legitimũ propriorum ordinẽ inuertere, quàm Euphoniæ rationẽ negligere. Nam si sic posuisset, Q. Mutius Scæuola Augur, duo s s nõ minus fœdo stridore colliderẽt se mutuo, q̃ cõmissa inter se duo a a uastũ hiatũ erant reddituura. Mira aũt suauitate aures feriunt, spõdeus & dactylus sibi inuicẽ succedẽtes. Licet aũt de proprij significatione passim dictũ sit à plurimis affatim, puerorũ tamẽ gratia, quibus hæc paramus, nõ grauabor iterare. Quintus prænomẽ est. Sunt aũt prænomina, docente Prisciano, quæ nomini præponũtur, uel differẽtiæ causa, uel quod tẽpore quo Sabinos Romani asciuere ciuitati, ad cõfirmandã cõiunctionẽ, & illorũ nomina suis præponebant nominibus. Notantur aũt uel singulis literis, ut, Q. Quintus: uel duabus, ut Sp. Spurius: uel tribus, ut Sex. Sextus. Mutius est nomen gentilitiũ, quod uidelicet originẽ gẽtis, uel familiæ significat. De prænomine, multa docte tradit Alexan. ab Alexan. in Genial. dieb. lib. 5. cap. 4. atq; rursus de cognomine lib. 1. cap. 9. ubi inter reliqua, Scæuolæ quoq; cognomen ex manus uitio, Plutarchi fortassis authoritate nixus, manasse testatur, ab antiquo inquã euentu, cum C. Mutius Porsenã gladio impeteret, erroreq́; scribã pro rege obtruncaret, facta per ignẽ dextræ manus iactura. leuã porrigeret, Scæuolæ cognomẽ tulit. σκαιὸν siquidẽ Græcis leue & sinistrũ signat. Sic. n Plutar. in Publicola scribit, et meminit Liuius lib. 2. ab Vr. cond. Augur agnomen est, quod hoc loco cognomẽto præmittitur. Agnomen aũt est, quod ab euentu imponitur, ut Africanus: & ab officijs, ut Augur, Cẽsorius. Sed de Augure postea suo loco dicetur. De propriorum differẽtia, præter Priscianũ, legẽdus est etiã Curius Lãcilotus lib. 3. cap. 31. Thomas Linacer lib. 1. qui se apud eruditi seculi scriptores, agnomẽ legisse negat: sed pro eo cognomẽ, multorũ testimonijs usitatũ fuisse probat. ex quibus unũ, atq; hoc Cice. de Senect. adduxisse satis fuerit: Teq; nõ cognomẽtũ solũ Athenis deportasse, sed humanitatem & prudentiã intelligo. Studiosus lector hoc uerũ esse animaduertet. ¶ Memoriter et iu. } Cic. in Bru. Lelij & Scipionis dicẽdi genus cõparans, Lelio, ut horridius & antiquius. sic etiã illustrius tribuit. Hos ut horridos. ita uelut Atticos Romanos. Quintil. fuisse testatur, lib 12. ¶ Appellare sa. } Plutar. in uita Gracchorum oñdit, cur Lelius sapiẽs habitus sit: nẽpe qui uiderit, se res nouas sine turbatione Reip. moliri nõ posse, ab incepto destiterit. ἐπιχειρήσας μὲν οὖν τῇ διορθώσει γάϊος λαίλιος, ὁ σκιπίωνος ἑταῖρος ἀντικρουσάντων δὲ τῶν δυνατῶν φοβηθεὶς τὸν θόρυβον, καὶ παυσάμενος, ἐπεκλήθη σοφὸς, ἢ φρόνιμος. Huius sapiẽtiæ meminit idẽ Cic. lib. Offi 2. Et de Finib. 2. sapientẽ dictũ asserit, q. nõ intelligeret, quid esset suauissimũ. non qđ sequatur, ut cui cor sapiat, ei nõ sapiat palatus, sed q a parui id duceret. ¶ Ego aũt a pa. ita erã ded. } Cor. Tacitus in dialogo de Orat. Apud maiores, inquit, nostros iuuenis ille, qui foro et eloquẽtiæ parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studijs, deducebatur à patre uel à propinquis ad eũ oratorẽ, qui principẽ locũ in ciuitate tenebat. hunc sectari, hunc psequi, huius oĩbus dictionibus interesse, atq; ut si dixerim, pugnare in prælio discere. Ad hũc morẽ Cato de Senect. disserens, sæpe alludit. ¶ Sumpta ui. to. } Posita uidelicet prætexta, quã quidem pueri patricij aliqñ purpureã induebãt. Post pubertatẽ uero, in. 7. & 10. ætatis anno, dimissa prætexta, togã induebãt: aliqñ purã niueis candoris, quæ uirilis dicta est. Hæc, et plura huc facientia, legere potes apud Alexan. ab Alexan Genialium dierũ lib. 5 cap. 18. Lazarũ Bayfiũ de Re uestia. itẽ Beroal. in uitã Augusti. Sumebatur aũt in Iouis Capitolini tẽplo, authore Val. li 5. Græcis hoc δοκιμασθῆναι εἰς ἄνδρας dicitur, καὶ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι. Bud in Pand ¶ Itaq; mul. pru. } Neq; hoc Plutar. dissimulat. ἅμα δὲ τοῖς περὶ μούκιον ἀνδράσι συνὼν πολιτικοῖς καὶ πρωτεύουσι τῆς βουλῆς, εἰς ἐμπειρίαν τῶν νόμων ὠφελεῖτο. Et præcipuus encomij locus hic est, maximeq; ad laudẽ pertinet, qui cũ quis ætatẽ egerit. ¶ Breuiter dicta. } ἀποφθέγματα Græci uocant. ab ἀποφθέγγω. i. multa paucis cõplector. ¶ Cõmode dicta. } In loco uidelicet: cuiusmodi sunt sententiæ generales, chriæ, parœmiæ, &c. ¶ Memoriæ man. } Cicero. n. occupatus scribebat, reliqua memoriæ mandabat, id quod de eo Fabius circa libri decimi finem testatur. quod licet de causis dicendis dictum sit, locum tamen hic quoque habere posse uidetur.

Toga uiriles more exigebas.

M. TVLLII CICERONIS LAELIVS SIVE DE AMICITIA DIALOGVS AD T. POMPONIVM ATTICVM.



QVINTVS Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter et iucunde solebat, nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem à patre ita erã deductus ad Scæuolam sumpta uirili toga; ut, quoad possem, * & liceret, à senis latere nunquam discederem. Itaq; multa ab eo prudenter disputata, multa etiã breuiter & commode dicta, memoriæ mandabam; fieriq́; studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo, me

* et mihi l.

ad Pontificem Scæuolam contuli; quem unum nostræ ciuitatis, & ingenio, & * industria præstantißimum audeo dicere. Sed de hoc aliàs, nunc redeo ad Augurem. Cum sæpe multa narraret: tum memini domi in hemicyclo sedentem, ut solebat; cum & ego essem una, & pauci admodum familiares; in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Meministi enim profectò, ut opinor, Attice: & eo magis, quòd P. Sulpitio utebare multum, cum is tribunus Pleb. capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat consul, dißideret, quicum coniunctißime, & amantißime uixerat; quanta hominum esset uel admiratio, uel querela. Itaque tum Scæuola, cum in eam ipsam mentionem incidisset; exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia, habitum ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio Marci filio, paucis diebus post mortem Africani. Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui; quas in hoc libro exposui meo arbitratu. quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, inquam, & inquit, sæpius interponeretur: atque ideo feci, ut tanquam à præsentibus coram haberi sermo uideretur. Cum enim sæpe mecum ageres Attice, ut de amicitia scriberem aliquid; digna mihi res tum omnium cognitione, tum nostra familiaritate uisa est: itaque feci non inuitus, ut prodessem multis tuo rogatu. Sed, ut in Catone maiore feci, qui est scriptus ad te de Senectute; Catonem induxi senem disputantem, quia nulla uidebatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius, qui & diutißime senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset: sic, cum accepissemus à patribus maxime

* iustitia

Hemicyclus, cathedra in modum medij circuli.

Cato maior.

BETVL. ¶ Ad Pontificem Scæuolam. } Hic Pub. Scæuolæ filius fuit, L. Crassi frater. Crassum Cicero in Bruto eloquentium iurisperitissimum, Scæuolam iurisperitorum eloquentissimum appellat. In primo autem de Oratore utrunque elogium uni Scæuolæ sub persona Crassi tribuit. Fallitur ergo Pomponius, ut rectè Budæus annotauit qui, in .l. 2. de Origine iuris, Pub. Scæuolæ hoc ex Cic. ascribit, licet Haloander eam parenthesin nõ omnia exẽplaria habere admoneat. Lege etiam Gell. lib. 11. cap. 2. ¶ Ingenio. } Sic Crassus apud Cice. de eo pronunciat: Quid uero clarissima M. Curij causa, & M. Coponij nuper apud Centumuiros, quo concursu hominũ, qua expectatione defensa est! Cum Q. Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, prudentiaq; acutissimus, & oratione maxime limatus, atq; subtilis, atq; ut ego soleo dicere, iurisperitorum eloquentissimus, eloquẽtium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet, &c. ¶ Iustitia. } Quippe qui summã uim esse dicebat, in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur: Ex fide bona, fideiq; bonæ nomẽ æstimabat manare latissime. Cicero Officiorum. 3. Atq; idem rursus eodem libro paulo superius memorabile de eo iustitiæ ponit exemplũ: Cum, inquit, postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq; uenditor ita fecisset, dixissetq; se pluris æstimare, addidit centum millia. Tantos ergo cum in iure magistros Cicero habuit, mirũ non est, quod triduo se iureconsultũ fore pollicitus fuerit ¶ Ad augurem. } Augurij sacerdotiũ. τοῦτο δέ ἐστιν, inqt in Marcelli uita Plutarchus, ἱερωσύνης εἶδος, ᾧ μάλιστα τὴν ἀπ' οἰωνῶν μαντικὴν ἐπιβλέπειν, καὶ παραφυλάττειν νόμος δέδωκεν. Dionysius Halicarn. Augurũ, quos οἰωνοπόλους Græcis uocari ait originem ad Numam referens, omnem cœlestium, sublimium & terrestriũ diuinationem penes ipsos esse asseruit. Cic. de Diuin. lib. 1. Romulum nõ modo authorem huius ordinis, sed etiam ipsum augurem fuisse testatur. præter Fenestellam & Lactum, uide Polydorum Vrbinatem de Inuentoribus rerum lib. 1. capite ult. Alexandrũ ab Alexandro Genialium dierum lib. 5. cap. 13. & 19. ¶ Domi in hemicyclo. } Hemicyclus quibusdã est cathedra in modũ medij circuli. Amb. Calepin. τὸ ἡμικύκλιον & ὁ ἡμίκυκλος discernere uidetur. Iulius Pollux lib. 1. cap. 19. in partibus theatri ἡμικύκλιον numerat. Hesychius ἡμικύκλιον τὸ ἡμισφαίριον interpretatur. Phauorinus τὸ ἥμισυ τοῦ κύκλου. Mihi uidetur hemicyclus dimidium consedentium prudentum coronam hoc loco significare: id quod orationis series non modo pati, sed etiam exigere uidetur. Sic etiam apud Platonem sedes in ordinem dispositi leguntur, de Repu. ἔκειντο γὰρ δίφροι τινὲς αὐτόθι κύκλῳ. ¶ Pub. Sulp. utebare multum. } Vipute affine. Nam Anitia Pomponij consobrina nupserat M. Seruio, fratri Sulpitij. author Cornelius Nepos in uita Attici ¶ Cum is trib. plebis. } Orosius lib. 5. cap. 19. Marij collegã facit Legatus enim etiam tribunatum gerens cum Mario fuit, teste Appiano. Orosius autem cum Plutarcho, Sulpitium non à Pompeio Cos. sed Sylla ipso iubente, per serui proditionẽ interfectum scribit. Corn. Nepos cum Cicerone consentit. Sylla & Pompeius Coss. fuerunt: anno ab Vrbe cond. 666. secundum Glareanum: secundum Holoandrum uero. 667. Dissociatis itaque seditione intestina ciuiũ animis, ne alterutram partem Atticus offenderet, Athenis uitam studijs agere uoluit, unde etiam Attici nomen obtinuit. ¶ Quia nulla uidebitur aptior. } In hanc sententiam, capite duodecimo est apud Valerium Max. lib. 8. Nec alienum est prouerbium, Quam quisq; norit artem, &c. ¶ Quæ de illa loqueretur. } Vt obseruaret τὸ πρέπον. Et est argumentum a coniugatis significatione magis, quàm uoce. Cæterũ de Catonis senectute suo loco ¶ Floruisset. } παράδοξον est, exacta quem ætate florere, quæ ob canos, frigus & pigritiam, hyemi comparatur. Floruit autem, græcas nimirum literas senex addiscens, quod studium propriè iuuentutis est.

ERAS. ¶ Cum sæpe multa narraret. } Quoties iunguntur hæ duæ uoces, cum & tum, solet conuenire modus uerborum: quod mirum est hic non fieri. nisi forte pro narraret, legendum est narrare. ¶ P. Sulpitio utebare multum. } Pro, multum fuisti familiaris. Satis noue dictum est: nam usitatius, multus mihi cum illo fuit usus. ¶ Ne inquam, & inquit sæpe interponeretur. } Hunc locum subtaxat Valla in præfatione dialogi de Libero arbitrio, sed argute magis, quàm grauiter: nam Cicero non enumerat uerba, sed ostendit genus sermonis, quod submolestum esse solet iteratione.

memorabilem C. Lęly & P. Scipionis familiaritatem, fuisse; idonea mihi, C. Lęlij persona uisa est quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset *Scæuola. Genus autem hoc sermonum positum in hominum ueterum authoritate, & eorum illustrium; plus, nescio quo pacto, uidetur habere grauitatis. Itaque ipse mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non me loqui existimem. Sed ut tum ad senem senex de senectute, sic in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo ferè senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lælius, & sapiens, sic enim est habitus; & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu uelim à me animum parumper auertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mutius ad socerum ueniunt post mortem Africani. ab * his sermo oritur: respondet Lælius, cuius tota disputatio est de amicitia: quam legens tu ipse cognosces. FANNIVS. Sunt ista uera Læli; nec enim melior uir fuit Africano quisquam, nec clarior. sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos: unum te sapientem & appellant, & existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni: scimus L. Aciliū apud patres nostros appellatum esse sapientem; sed uterq; alio quodam modo:

BETVL. ⁋ Memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem. } Par ueræ amicitiæ clarissimum, Scipio & Lælius, tum amoris uinculo, tum etiam omnium uirtutum inter se iunctum societate, ut actuosæ uitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoque remissioni communi er acquiescebant. ¶ Constat nanque eos Caietæ & Laurenti uagos littoribus conchulas & calculos lectitasse, idq; se Pub. Crassus ex socero suo Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audisse sæpenumero prædicauit. Hæc Val. Max. libro. 8. cap. de Otio. & Crassus apud Ciceronem lib. secundo de Oratore. Horum opera Terentius suas fabulas scripsisse creditur. ⁋ Et eorum illustrium. } Emphasis. ⁋ Non me loqui. } Ob gloriosam iactantiam male Cicero audit. ⁋ Sed ut ad senem senex. } ταυτολογίας cuiusmodi est uitiū, in quod Cicero tam paruæ obseruationis securus, sæpe incidisse notatur. de quo uide Fabium Quintilianum libro octauo, capite tertio. Mihi autem nō modo securus, sed etiam amator eius fuisse uidetur. Atque ob id non modo schema esse concesserim, sed etiam schema elegans.

*magister meus Scæ.

* ijs

ORATIONIS DISPOSITIO.

Thema simplex generis didascalici, amicitia: unde ferè tot composita nascuntur, quot locis ipsa pertractatur. pullulant inde quæstiones infinitæ: ut, Sint'ne noui amici ueteribus anteponendi, Sit'ne πολυφιλία paucorum consuetudini præferenda, Sit'ne amicorum causa delinquendum. Primum constituit, de qua amicitia futurus sit sermo, ne quis prauorum hominum consortium sibi imaginetur, cum ea demum uera amicitia sit, quam bonitas conciliauit. Bonitatem autem non secundum Stoicum rigorem, sed secundum communem uitæ consuetudinem metitur. Diuisionem definitioni præmittit. Huius enim beneficio necessitudines eorum tollit, quas uel gentilitas coniunxit, uel affinitas sponsalibus contractis, quæ cum sanguinum tantum uincula sint, animos non semper uinciunt. Definitio ergo, cum definit, quæ animorum consensu diuinas humanasq;, hoc est, honestas tantum res administrat. Causæ. Efficiens, τὸ καλὸν amoris causa, ex amore amicitia nascitur. est enim amor princeps beneuolentiæ. Alia item causa principalis, dij immortales: nihil siquidem à dijs immortalibus melius, &c. Item à natura, non imbecillitate oritur. Causam formalem Cicero fines appellat: hoc est modum amandi, quatenus progredi debeat. Est ergo modus, honestas: & materia, studia honestatis reciproca: & effectus fructusq;, sunt officia ex honestate fluentia. finis nec uoluptas est, nec utilitas, sed solum honestum, quo amicitia tota consummatur. Effectus: uita uitalis, ita ut nec elementis pluribus locis utamur. Solem è mundo tollere uidetur, qui amorem sustulit. spe enim prælucet in posterum, absentes præsentes reddit, mortuos exhibet uiuos, Respublica domesticas rusticas in uigore seruat, unus fit è pluribus, beneficia & officia, &c.

Cognata. Candor & sinceritas, humanitas, id est φιλανθρωπία, solicitudo & cura pro amicis, & per consequens iustitia, uerecundia, & reuerentia, suauitas sermonis, & uirtus non dura, nec ferrea, sed tenera & tractabilis. obsequium in rebus honestis, beneficentia liberalis, constantia uera, hoc est honestas, uoluptas. Pugnantia. adulatio, hypocrisis, suspicio, tyrannis, & μισανθρωπία, neglectus, securitas, & ἀστοργία, liuor, rixæ, querelæ, tristitia, & acerbitas morum, difficultas intractabilis, auaritia, amare tanquam aliquando osurus, odium, tædium & satietas. Profuerit hic legisse, quæ scribit eloquentiæ restaurator Sturmius de Ludis recte aperiendis, capite de Resolutione oratorum.

Plus his grauitatis sermo positus in authoritate ueterū, & illustrium uirorum.

DIALOGVS.

⁋ FANNIVS. Sunt ista uera Læli. } Ex abrupto orditur, more Comicorum, apud quos antecedentia ex sequentibus intelliguntur. ⁋ Tribuebatur hoc modo Catoni. } Quid Cicero? Nunquid in Officijs Catonem & Lælium eodem sapientiæ gradu locasti? Locaui sanè, inquiet. sed ubi memineris me cum Attico pactum fecisse, ut animum à me paulisper auertat, Læliumque & generos, non me loqui existimet. Quod, inquam, si tu quoque feceris, generis hoc pro decoro ascribes, quibus laudi datur, ut amplissime de socero sentiant. Certe Cato Lælio inferior sapientia censendus hoc nomine non est, qui & ipse iureconsultus celebris fuit, cuius libros extare suis temporibus testatus est Pomponius de Origine iuris, eiusque filij plurimos. Nec Antonius Catonem iureconsultum fuisse dissimulat. apud Ciceronem de Oratore secundo, qui Catonis & Bruti libros non generalia, sed per singulas personas singula iura complecti differit. In libello de Senectute; Cato Scipioni & Lælio suam sapientiam mirantibus respondet, in hoc se sapientem esse, quòd naturam optimam ducem, tanquam deum sequatur, eique pareat.

BETVL.

*Acilius, quia prudens esse in iure ciuili putabatur: Cato, quia multarum rerum usum * haberet, multa'que eius & in senatu, & in foro uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel responsa acute ferebantur: propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Te autem alio quodam modo dicunt, non solum natura & moribus, uerum etiam studio & doctrina esse sapientem: nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. Nam qui septem appellantur: eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum nō habent. Athenis unum accepimus, & eum*

* habebat.

Acilius quia pru. } Ad Chunradū Peutingerū iurecōsultū epistola. S. D. En cōsultissime uir. liber tuus tibi cū fœnore redit, uel si mauis, cū onere. Læliū Cice enarranti, statim in ipso dialogi limine impingere accidit. Cōparat ibi Cic. Catonis Cēsorij, et L. Acilij iurecōsulti prudentiā. Fixi tum pedem, et undequaq; circumspexi, quis'nam ille Acilius priscis illis tēporibus tam celebris fuerit, ut et uulgo sapiētiæ titulū, & à Cic. cū Catone cōferri meruerit. Circumspeciēti aūt, quod uerisimile esset, occurrebat nihil. Iuris professio, qua excelluisse apud Cic. legitur, admonebat, ut titulū de Orig. iuris (qui iureconsultorū clarorū catalogus est) percurrerem Inuenio Atiliū quendam, qui primus à populo sapiēs appellatus ibi memoratur. Subdubitare tum cœpi, num idem esset qui apud Cic. Acilius uocatur. Tēpora nō male cōgruunt, accedunt'q; coniecturæ nō leuiuscule. nisi quòd prænominib. mutatis hic L. Acilius, illic P. Acilius legitur. et ob id minus audeo temere utroq; loco, uel Aciliū, uel Atiliū legere. Cōsulo itaq; Budæū: qui licet tenebras oēs è Pandectarū libris profligasse merito creditur, hoc tamē pulchre dissimulat. Putaui ergo fieri non posse, quan Zasiuē, qui iusto hunc titulum cōmentario exposuit, mihi satis faciat. Ecce dū se mirifice torquet, ex ambiguo perplexū facit. Incertior igitur inde factus ab inuestigando destiti, post tantos uiros quicquā inueniri posse diffidens. Ecce aliud agens, Cōsularem Glareani Chronologiam cū Haloandri confero: inci loq; si nō in eundem, certe in simillimū errorem, quē Glareanus, ut & religiosus et æquus in eiusmodi rebus censor est, diligēter annotauit. Locus est circa. 604. ab Vrbe cond. annū, quo L. Quintius Flaminius, & Marcus Acilius Balbus Coss. fuerunt. quo, inquam, loco admonet, tam apud Cice. in Catone maiore, quàm apud Pliniū, Attiliū pro Acilio perperam legi Atq; rursus anno. 640. annotat, M. Acilium Balbum Catonis in consulatu collegam, apud eundem Plin. Attiliū pro Acilio legi. Ex quibus ego iam non admodum sollicitus, ausim apud Pomponiū Acilius legere, & alijs etiam huiusce lectionis author esse. Nec magni referre puto, quod hic Publij, illic Lucij prænomen legitur. cū hoc frequenter fieri soleat, ut apud diuersos authores diuersa eiusdē nomina inueniantur. Postea animum subijt, si fortassis Franciscus Floridus, arrogans scriptor, in eo libello quem de Legum commentatoribus nuper edidit, post Budæum & Zasium, atq; etiam Haloandrum aliquid amplius uiderit. sed Haloandri lectioni, præter geminatum tt (Attilius enim legit) adijcit nihil. Quare Vir amplissime. utrum recte censeam, tu uideris, æstimaueris'q;. Neq; meum uidere tam pertinaciter tuebor, quin lubens subscripturus sim, si quid in utramlibet partem pro tua authoritate pronunciaueris, quæ tanti apud me semper iudicata fuit, ut oraculi loco duxerim, præsertim in cultiore hoc quæstionum genere, in quo te delectari, multis suauissimis colloquijs magno meo bono, magnaq; uoluptate iam pridem didici. Vale. Ex ludo nostro. V. Calen. April. Anno. 38. Ad hæc uir ille, ut studijs nostris impense fauet, Iureconsultorū catalogū per Bernardinū Rutiliū iureconsultū conscriptū, ad me misit, librū insignem, non hactenus mihi uisum. Sed quia deinde sæpius excusus, omniū iam manib. teritur, ad eū ipsum te remitto: què inuenies tantū non mecū facere. Vbi tamen admoneo, apud Bernardinū Attiliū & Aeliū legi, cū Liuiani emēdatiores codices habeant Aciliū et Heluium. Vsum multarū rerum. } Hinc Sapientia apud Afraniū inquit: Vsus me genuit, mater peperit Memoria. Gell. lib. 13. cap. 8. Multa eius in senatu. } Romani eum in quo multarū rerū usus ac experiētia sit, Catonem appellarunt, teste Plutar. Huius amplissimū præconium celebrat Liuius libro. 9. Decad. 4. De hoc alibi plura. Nam qui septē appellantur. } De septē sapientibus lege Laertium in uita Thaletis, libro primo. Nomina illorum, dicta'q;, et patriam, hisce uersibus ex græco Ausonius complexus est:

> Septenis patriam sapiētum, nomina, uoces,
> Versibus expediā, sua quenque monosticha dicent:
> Chilo, cui patria est Lacedæmon, nosceere seipsum.
> Periander trepidam moderare Corinthius iram.
> Et Mitylenæis nimium nil Pitacus oris.
> Mensuram optimum ait Cleobulus Lyndius in re.
> Expectare Solon finem docet, ortus Athenis.
> Plures esse Bias prauos, quem clara Priene.
> Mileti fugisse Thales uadimonia alumnus.

Idem Ausonius prosequitur alibi longius, & Volaterranus libro Phil. 28. ex Demetrio Phalereo. Et eos qui subtilius quærunt. } Stoicos intelligit, qui medijs officijs contenti non sunt, sed κατορθώματα fingunt, id est perfecta officia, quibus tantundem à reliquis distant, quantum interuallum inter uulgus & doctos relinquitur: quæ res luculentius & pleniori manu ab eodem Cicerone traditur libro Officiorum tertio. Verba eius subiungam. Hæc igitur omnia officia de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant, & ea communia sunt, & late patent, quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Illud autem officium, quod rectum ijdem appellant, perfectum atque absolutum est: &, ut ijdem dicunt, omnes numeros habet, nec præter sapientem cadere in quenquam potest. Cum autem aliquid actum est, in quo media officia compareant, id cumulate uidetur esse perfectum: propterea quòd uulgus, quid absit à perfecto, ferè non ex toto intelligit. quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Quòd autem in poematibus & in picturis usu uenit, in alijsq; compluribus, ut delectentur imperiti, laudentq; ea quæ laudanda non sint, ob eam credo causam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidem quid in unaquaque re uitij sit, nequeant iudicare. Itaque cum sint docti à peritis, facile desistunt à sententia. Hæc igitur officia, de quibus his libris differimus, quasi secunda quædam honesta dicunt esse, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia: his omnes in quibus est uirtutis indoles, commouentur. Nec uero cum duo Decij. aut duo Scipiones, fortes, uiri, commemorantur, aut cum Fabritius aut Aristides iusti nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ tanquam à sapientibus petitur exemplū. Nemo enim horum sic sapiens est, ut sa-

pientem

Septem Græciæ sapientes.

plentem intelligi hic uolumus. Nec hi qui sapiētes habiti sunt et nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerunt: nec illi quidem septem sed ex mediorum officiorum frequentia, similitudinem quandam gerebant, speciemq; sapientum.

BETVL. ¶ Quidē etiā Apollinis. } Periphrasis Socratis. ¶ Apollinis. } Pythici. πρὸς γὰρ τῆς πυθίας ἐμαρτυρήθη χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον, ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος. Hæc Laertius in eius uita. Vnde etiā magnam ei conflatā esse inuidiā testatur: id quod & Xenophon fatetur. Apud quem in Apologia, cū Socr. hoc iudicib. obijceret, uehementius contra se exasperati sunt. Meminerunt huius oraculi ex bonis scriptorib. non pauci præ cæteris Val. lib. 3. cap. 4. Plin. lib. 7. cap. 3. Solin. cap. 7. ¶ Omnia tua in te posita. } Præsidia ex sese quærere, laudabile apud ethnicos habetur. Hinc Syrus apud Terent. magnifice se effert, qui tantam uim in se, & potestatem habeat tantæ astutiæ. Intelligit autem animi bona, quæ sola hominem beatum reddunt. Sic etiam ille, omnia sua secū habere responsitabat, cum incendium securus negligeret. Epictetus Stoicus quædam dicit in nobis esse, quædam nō esse in nobis. ἐφ' ἡμῖν, inquit, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. ¶ Proximis Nonis. } Legimus apud Macrob. lib. Satur. 1. cap. 15. Nonarum die populares, qui in agro essent, confluere in urbem accepturos causas feriarum à rege sacrorum, scituros q; quis esset eo mense faciundum. Meminerunt eiusdem Ouid. Fast. e. & Varro de Re rustica. 2. Vnde, inquit Macrobius quidā hinc nonas existimant dictas, quasi nouæ initium obseruationis: uel quòd ab eo semper ad Idus nouem dies putantur, &c. ἀλλὰ ταῦτα οὐδὲν πρὸς ἔπος. nisi fortassis quis, ut Ouidius ait, Nonarum tutela deo caret, & Augustum imperatorem hunc diem ueluti infaustum obseruasse, nihilq; serij eo inchoasse, apud Tranq. legitur: uerisimile est, doctos uiros cum à Reipublicæ negotijs uacarent, illud tempus in studijs insumere uoluisse. Eius rei uestigium etiam relinquitur in episto. Ciceronis ad Varronem libro. 9. ubi Nonarum dies in Tusculano conueniendi constituitur. ¶ In hortos. } Sic in hortis Africani disputatio de Republica, ut infra audiemus, habita est. sic Crassum, Antonium, & alios in libris de Orat. inductos, in horto conuenisse fingit, id quod platanus indicat. In Bruto, Brutum & Atticum in xysto, id est ambulatorio loco; in Academicis, Atticum in Cumano: in Tuscu. eundem in Tusculano. de Legibus Atticum & Q. Fratrem in luco Arpinatiū, &c. in quibus, ut dixi, Platonē & Xenoph. secutus est. ¶ D. Bruti auguris. } Ille est M. Bruti pater, qui per facetias tres de Iure libros edidisse memoratur à Crasso apud Cic. de Orat. 2. cuius etiam meminit Pompon. de Orig. iuris. ¶ Constantia. } Constantia siquidem fortitudinis membrū, Græcis ἐπιμονὴ (perseuerantiam etiam uocant) est, in ratione bene considerata, stabilis et diuturna permansio. ¶ Aut enim nemo. } Secundum Stoicos. ¶ Aut si quisquam. } Ex communi doctorum iudicio, qui sapientiam, ut dictū, ex medijs officijs, nō perfecto illo catorthomate ducunt. ¶ Mortem filij tulit. Plutarch. πράως δὲ καὶ φιλοσόφως λέγεται τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν καὶ μηδὲν ἀμβλύτερος δὴ αὐτὴν εἰς τὰ πολιτικὰ γενέσθαι. Huius non semel Cato ipse de Senectute honorificam mentionem facit. meminit Gell. lib. 13. cap. 19. ubi testatur eum egregios de iuris disciplina libros reliquisse. Cuius rei etiam meminit Pomp. de Orig. iuris. & Paulus in l. eadē. ff. de uerb. oblig. Item Instit. de adop. Hinc fortassis regula Catoniana, de legatorum ualetudine. Eadem exempla sunt in secundo Tuscu. quæst. ¶ Memineram Paulū. } Aemiliū uidelicet, qui nunc felicissimi, nūc miserrimi patris clarissima repræsentatio, ex quatuor filijs formæ insignis, egregiæ indolis, duos iure adoptionis in Corneliā Fabiāq; gētem tralatos sibi ipse denegauit, duos et fortuna abstulit. quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru cōspectus, post diem tertiū expirauit. Itaq; qui ad donādos usq; liberos abundauerat, in orbitate subito destitutus est. quem casum quo robore animi sustinuerit, oratione quam de rebus à se gestis apud populum habuit, hanc adijciendo clausulam nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo prouentu felicitatis uestræ Quirittes, timerem ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opti. Max. Iunonemq; reginā & Mineruam precatus sum, ut si aduersi quid P. R. immineret, totum in meam domū conuerteretur. Quapropter bene habet se res. annuendo. n. uotis meis id egerunt, ut uos potius meum casum doleatis, q̄ ego uestrū ingemiscerem. Val. lib. 5. cap. 10 ubi plura huius loci exemplis enumerat. & Sen. lib. Decl. 4. Plut. in hoc uariat, quod alterū quinq; diebus ante triumphū mortuū ait, natum scilicet annos sexdecim, alterum quidem triduū, post cum esset annorum. xij. Diuersim ab utroq; authore, apud Liuium lib. 5. Decad. 5. Eius uerba subijciam: Nam duob. è filijs, quos duobus da-

*quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc esse in te sapientiam existimant; ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosq; casus uirtute inferiores esse putes. Itaq; ex me quærunt, credo *& ex hoc item Scæuola; quónam pacto mortem Africani feras: eoq; magis, quòd his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti Auguris commentandi causa, ut assolet, uenissemus; tu non affuisti: qui diligentissime semper illum diem, & illud munus solitus esses obire.* SCAEVOLA. *Quærunt quidem C. Læli multi, ut est à Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animaduerti; te dolorem, quem acceperis cum summi uiri, tum amantissimi morte, ferre moderate; nec potuisse non cōmoueri, nec fuisse id humanitatis tuæ: quòd autem his Nonis in nostro collegio non affuisses; ualetudinem causam, non mæstitiam fuisse.* LAELIVS. *Recte tu quidem Scæuola, & uere. Nec enim ab isto officio, quod semper usurpaui cum ualerem, abduci incommodo meo debui: nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officij. Tu autem Fanni, *qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice: sed, ut mihi uideris; non recte iudicas de Catone: aut enim nemo, quod quidem magis credo; aut si quisquam, ille sapiens fuit. Quo modo enim, ut alia omittam, mortem filij tulit? Memineram Paulum,*

* ex

* quòd

tis in adoptionem, solos nominis sacrorum familiæq; heredes retinuerat domi. minor fermè. xij. annos natus, quinq; diebus ante triumphum: maior. xiiij. annorum, triduo post triumphum discessit, quos prætextatos curru uehi cum patre, sibipsis similes prædestinantes triumphos oportuerat. Porro quem in Cor. familiam adoptandum dedit, ille ipse est quem Lælius hic laudibus euehit.

uideram Caium: sed hi * ne comparentur Catoni, maximo & spectato uiro. Quamobrem caue Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum iudicauit. Huius enim facta, illius dicta laudantur. De me autē, ut iam cū utroq; loquar, sic habetote. Ego, si Scipionis desiderio me moueri negem; quàm id recte faciam, uiderint sapientes: sed certe mentiar. Moueor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit; & ut confirmare possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medicina: me ipse consolor, & maxime illo solatio, quòd eo errore careo, quo amicorum decessu pleriq; angi solent. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, siquid accidit. Suis autem incōmodis grauiter angi, non amicum, sed seipsum amantis est. Cum illo uero quis neget actum esse præclare? Nisi enim, quod ille minime putabat; immortalitatem optare uellet: quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? Qui summam * speciem ciuium, quam de eo iam puero habuerant; continuo adolescens incredibili uirtute superauit: qui consulatum petijt nunquam; factus est consul bis, primum ante tempus, iterum sibi suo tempore,

* nec comparantur

* spem

BETVL. ⌈Videram Caium.⌉ Alij Gracchū legūt. certe ego de C. Graccho apud Plutar. nihil tale cōperio, neq; apud Val. ullus memoratur Caius. Infra Caius cū Paulo, Catone, Scipiōe, Philo, et alijs numeratur. Eius rei exempla plura sunt apud Bapt. Fulgosum lib. 5. cap. 10. ⌈Sapientes⌉ Negant. n. quenquam sapientem debere affectib. succumbere. quo de Cic. disputat lib. Tusc. quæst. 3. & 4. Notat aūt ἀπάθειαν Stoicorū. ⌈Moueor.⌉ Imitatio Platonis, apud quem Phædo, ubi Socr. uenenū hausisset, à lacrymis abstinere nō poterat, nō Socratem, sed fortunam suā deplorans, qui tali amico esset orbatus. ⌈Medicina.⌉ Nā efficit hoc philosophia, medetur animis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Cic. 3. Tusc. q. Boetius in libris de Cōsol. ⌈Suis aūt incō.⌉ Argumētū à causa finali. unde Arist. definitio lib. 2. Rhet. deducta est, quæ sic habet: ἔστω δὲ τὸ φιλεῖν, τὸ βούλεσθαί τινι, ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα ἀλλὰ μὴ αὑτοῦ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶναι τούτων. Atq; sic fiunt amicorū omnia cōmunia. & in Ethicis lib. 8. cap. 2. τῷ δὲ φίλῳ φασὶ δεῖν βούλεσθαι τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα. τοὺς δὲ βουλομένους οὕτω τἀγαθὰ, εὔνους λέγουσιν, ἂν μὴ τὸ αὐτὸ καὶ παρ' ἐκείνου γίγνηται. εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντιπεπονθόσι, φιλίαν εἶναι. ⌈Non amicum.⌉ φιλαύτου οὐδὲ μία φιλανθρώπου. ⌈Qui sum.⌉ In puero, quia facta, ut in herba fructus, laudari non possunt, spem laudat. Cuius rei admonet Ser. in 6. ubi poeta Marcellum puerū à spe laudat his uerbis: Nec puer Iliaca quisquā de gente Latinos. In tantū spe tollit auos, nec Romula quondā. Vllo se tantū tellus iactabit alūno. Idem Scipio à spe cōmendatur à Plutar. in Aemilio, cū magno omniū mœrore temere pugnās perijsse putaretur. πᾶσι γὰρ, inquit, ἀγαθὸς ἦν εὐθὺς ἐξαρχῆς πρὸς ἡγεμονίαν καὶ πολιτείαν, ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν συγγενῶν κεκραμένος τὸ ἦθος. Habes aūt hic exemplū generis demonstratiui, suis locis absolutum. Ceterū multo præclarius est spem superare, quàm spei de se cōceptæ respōdere. Est enim in uerbis αὔξησις. ⌈Primū ante tēpus.⌉ Flor. Epit. 49. scribit, quod uirtutē eius Cato uir promptioris multæ ad uituperandū linguæ, in senatu sic prosecutus est, ut diceret, reliquos qui in Africa militarent, umbris militare, Scipionē uigore. & populus Romanus eo fauore illum cōplexus est, ut comitijs cōplurimæ eum tribus cōsulem scriberent, cū hoc per ætatem minime liceret. Catonis hoc testimoniū apud Plutar. tum alibi, tū in Catōis uita ex Hom. Odyssæ usurpatur. οἶος πέπνυσθαι τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. De quo uide Eras. in prouerb. Solus sapit. Id aūt lege Annali factū est, cuius authorē Ruscā quendā allegat Cic. de Orat. 2. quæ legitimā magistratus petēdi ætatē præscribit, quam ueteres habuisse idem Cic. in 5. Philippica negat: uirtutis esse, q̄ ætatis, cursum celeriorē asserēs. Quod uero ad legitimū tempus attinet, Omnibonus aliàs non omnino bonus cōmentator, eam cōstituit magistratui capessēdo ætatē, qua tutelā adolescētib. subire, & res suas legib. licet antequā Minores appellantur. quæ sententia Conrado Peutingero, qui ut est patriæ suæ in causis perplexis oraculū præsens, ita in hoc eleganti studiorū genere cōsenuit, improbatur minime: q cū super ea re, ut ferè solemus, cōtuli. Robur opinioni inde accedit satis firmū, quod Cic. in. 5. Philip. scribit his uerbis: Quid Macedo Alexāder, cū ab ineūte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne. 3. & 30. anno mortem obijt, quæ est ætas nostris legib. x. annis iunior q̄ cōsularis. Licet, si calculū urgeas, nō modo. xxv. sed. xxiij. anno accessus ad cōsulatū legib. cōcedatur. ad uiuū tñ rem resecare, necesse nō puto. Plin. ad Traian. scribit lege Pompeia cautū esse, ne quis capiat magistratū, ne'ue sit in magistratu minor annorum. XXX. eademq; lege comprehensum, ut qui ceperint magistratū sint in senatu. Deinde Augustū permisisse minores magistratus, ab annis duobus & uiginti capere. Sed ea lex Bithynijs data est. Vlpia. in. l. 8. ff. de munerib. & hon. negat minoribus Reipu. administrationem. Item. l. 2. §. de minoribus. ff. de uocatione & excusat. minorib. munerib. & honorib. inter dicit. Eorū qui ante legitimū tempus magistratū gesserunt, multa exēpla colligit Riual. lib. 2. de historia Iuris ciuilis, in lege Annaria. Meminit eius legis etiam Pōpon. Lætus. ⌈Iterum sibi suo tempore.⌉ Cum C. Fuluio Flacco, anno ab Vrb. cond. DX. & XX. qui annus est à priore consulatu. XIIII. Quare non immerito miratur Glareanus, quid Florus sibi uelit, cum lege (cuius Cicero quoq; de LL. 1. meminit) quæ nullos eosdem intra decennium Coss. creari permittit. Flori uerba sunt Epit. 50. Pub. Scipio Aemilianus, inquit, cū ædilitatem peteret, consul à populo dictus, quoniā per decem annos consulem fieri minime licebat, cum maximo certamine suffragantibus plebeijs, & repugnantibus aliquantum patribus, legibus solutus, & consul creatus est. Meminit Val. lib. 8. cap. 16. Cassius pro Cæsare apud Appianum hoc exemplo præiudicij loco utitur lib. 4.

Scipionis laus

ERAS. Sibi suo tempore.⌉ Sibi additum est, non perinde festiuitatis gratia, atque ut respondeant dandi casui, qui mox sequitur, reipublicæ.

Reipublicæ penè sero : qui duabus urbibus euersis, inimicißimis huic imperio ; non modo præsentia, uerum etiam futura bella deleuit. Quid dicam de moribus facilimis ; de pietate in matrem ; liberalitate in sorores ; bonitate in suos ; iustitia in omnes ? Hæc nota sunt uobis. Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accesßio iuuare potuisset ? Senectus enim quamuis non sit grauis ; ut memini Catonem uno anno ante, quàm mortuus est, mecum & cum Scipione disserere : tamen aufert eam uiriditatem, in qua etiam * tunc erat Scipio. Quamobrem uita quidem talis fuit uel fortuna, uel gloria, ut nihil posset accedere : moriendi autem sensum celeritas abstulit. quo de genere mortis difficile dictu est : quid homines suspicentur, uidetis. Hoc tamen uere licet dicere, P. Scipioni, ex multis diebus, quos in uita celeberrimos lætißimosq; uiderit, illum diem clarissimũ fuisse ; cum senatu dimisso, domũ reductus ad uesperam est à patribus conscriptis, à Populo R. socijs, & Latinis, pridie quàm excessit è uita : ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur potius, quàm ad inferos peruenisse. Neque enim assentior ijs, qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animas interire, atq; omnia morte deleri. Plus apud me antiquorũ authoritas ualet, uel nostrorũ maiorũ, qui mortuis

* nunc

BETVL. ¶ Reipublicæ penè sero. } Periclitanti, uidelicet cum uitio ducum bellum Numantinum non sine publico pudore duraret. Flor. Epit. 56. ¶ Duabus urbibus euersis. } Carthagine uidelicet, & Numantia. ¶ Non modo præsentia. } Florus libro. 2. cap. 15. de tertio Punico bello sic censet. Si quis, inquit, trium temporum momenta consideret, primo commissum est bellum, profligatum secundo, tertio uero confectum est. Scribit hoc bellum præter citatos, Appianus in Lybico, Orosius libro 4. cap. 22. & 23. Eutrop. cap. 3. lib. 4. Numantinum bellum scribunt Flor. libro. 2. cap. 18. Item Epit. 55. & ordine deinceps aliquot. Orosius libro quinto. Eutrop. cap. 3. lib. 4. Vtriusque meminit August. lib. tertio cap. 21. ¶ De mo. facili. } Qui Panetij domestica consuetudine, oratione, & præceptis, licet Stoici, tristior non factus est, sed lenior: teste pro Murena, Cicerone. ¶ Pietate in matrem. } Papyriam, à patre ob latentem causam repudiatã. ¶ In sorores. } Vt puta indotatas, pauperis uidelicet Aemilij filias, quorum duas habuisse apud Plutarchum legitur. Hanc M. Catonis filius, alteram Tubero uxorem duxit. Quod uero similius propterea censetur, cum ipse una cum fratre à patre Aemilio heres scriptus, ipseq; ex adoptione satis superq; diues, fratri hereditatem cesserit integram. ¶ Bonitate in suos. } Amicos forte recte intelligas, si necessitudinis gradus uel à Cicerone in Officijs, uel à Gellio in Noctibus positos sequeris. Cuius rei præter cætera, memorabile exemplum esse potest L. Cotta, quem utroque consulatu & censura functus defendit. Cuius Cicero tum alibi, tum in oratione pro Murena meminit. ¶ Iustitia in omnes. } Huc fortaßis non inepte retuleris restitutum Masinissæ auunculum. quod si cum Valer. humanitati adscribere malis, non me philodicon senties. Et certe hoc iustitiæ dederis, quòd Gracchum citra propinquitatis respectum iure cæsum pronunciare nihil dubitarit. ¶ Quàm autem ciuitati charus. } Cicero pro Milone: Quantum luctum in hac urbe fuisse à patribus nostris accepimus, cum Pub. Africano domi suæ quiescenti, illa nocturna uis esset illata ? Quis tum non gemuit ? quis non arsit dolore ? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent : cuius ne necessariam quidem, expectandam esse mortem ? &c. ¶ Paucorum annorum accesßio. } Extat ea de re oratio Erasmi disertißima. ¶ Vt memini Catonem. } Vide suo loco. ¶ Moriendi autem sensum. } In primo Tuscul. quæst. docet mortem malum non esse. Concedo quidem accessum ad mortem esse miserum. Sed uiolenta mors, quali Scipio sublatus fuit, si quam miseriam habuit, momentaneam habuit, qua de Appiani translata uerba ex primo de Ciuilibus bellis subiungam. Quibus auditis, populus (nempe quod legi Agrariæ resisteret) maiori formidine correptus est, donec Scipio uespere domum reuersus, tabula apud se deposita, qua noctu scripturus uidebatur, quæ populo essent referenda, siue uulnere in lecto mortuus inuectus est, siue Corneliæ Gracchi matris insidijs impetitus sit, ne Tiberij Gracchi lex dissolueretur, consentiente ad hæc etiam Sempronia eius filia, quæ Scipioni nupta, ob deformitatem & stultitiam neque illum diligebat, neque ab illo diligebatur: siue, ut nonnullis uidetur, spõte excesserit è uita, quod ea quæ pollicitus fuerat, exequi non posset. Vtcunque, eius mors incerta est. Sunt qui dicant, seruos eius in tormentis habitos dixisse, ab exteris quibusdam noctu post domum latitantibus, oppressum interiisse. Plutarch. in Gracchi suspicionem in Fuluium refert, ea ipsa nimirũ die, in Scipionem inuectum. Plinius libro septimo cap. 44. in Metellum Macedonicum. Siquidem liberis dixerit : Ite filij, celebrate exequias, nunquam ciuis maioris funus uidebitis, &c. Liuianus Abbreuiator Semproniam suspicione non eximit, Epit. 59. Meminerunt porro Valerius libro quinto, capite de Ingratis, Plinius (uel quisquis alius illius libelli author est) de Viris illustribus, Orosius libro quinto, capite decimo. Sempronio Tuditano et M. Acilio Capitone Coss. factum id affirmat, hoc est anno ab Vrbe condita D. IIII. lege etiam Alexandrum de Alexandro Genialium dierum lib. 1. cap. 18. ¶ Reductus est à patribus conscriptis. } Honorifici huius reductus nemo illorum, quos citaui, authorum meminit. Appianus quidem refert, quid eo die in senatu egerit, nempe cum Gracchi legem minime contempsisse, sed solum indicasse difficultatem. Orosius memorat, Scipionem pridie pro concione de periculo salutis suæ contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denunciari cognouisset, alio die mane exanimum in cubiculo suo repertum. Fieri ergo potest, ut senatus ea contestatione motus, Scipionem saluum domum conduxerit, charitatemq; tanti uiri publice testari uoluerit. ¶ Neque enim assentior his. } Epicureis, quorum dogma de natura deorum tuetur Velleius, de Finibus. Videtur autem Cicero tacitus perstringere Cæsarem, qui sententiam de coniuratis rogatus, contra immortalitatem apud Salustium disserit.

¶ Eam uiriditatem. } Vigorem appellat uiriditatẽ, nam languescit uiror in his, quæ marcescunt. ERAS.

tam religiosa iura tribuerunt; quod nõ fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: uel eorũ, qui in hac terra fuerunt, magnamq; Gręciã, quæ nunc quidẽ deleta est, tum florebat; institutis, & præceptis suis erudierũt: uel eius, qui Apollinis oraculo sapiẽtissimus est iudicatus: qui nõ tum hoc, tum illud, ut in plerisq;; sed idem dicebat semper, animos hominũ esse diuinos, iisq;, cũ è corpore excessissent, reditũ ad cœlũ patere, optimoq;, & iustissimo cuiq; expeditissimum: quod idẽ Scipioni uidebatur; qui, idẽ quasi pręsagiret, per paucis ante mortẽ diebus, cum & Philus, & Manilius adessent, & alij plures, tuq; etiã Scæuola me couenisses; triduũ disseruit de Repub. cuius disputationis fuit extremũ ferè de imortalitate ãnimorũ: quę se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cuiusq; animus in morte facillime euolet, tanquam è custodia, uinculisq; corporis, cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, q̃ Scipioni? Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis, quàm amici sit. Sin autem illa uereor, ut idẽ interitus sit animorũ, & corporũ, nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte, sic certe nihil est mali: Sensu. n. amisso, fit idẽ quasi natus nõ esset omnino: quẽ tamẽ esse natum & nos gaudemus, et hæc ciuitas, dũ erit, lętabitur, Quamobrẽ cum illo quidẽ, ut supra dixi; actũ optime est, mecũ autem incõmodius: quẽ fuit æquius, ut prius introieram in uitã, sic prius exire de uita. Sed tamẽ recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate vixisse uidear, qa cũ Scipione uixerim. quocum mihi cõiuncta cura de Rep. & de priuata fuit: quocum domus fuit, & militia communis; & id, in quo est omnis uis amicitiæ,

BETVL. ¶ Tam reli. iu. } iura pro iusta, notatu dignũ est. obsequia. n. & parẽtalia intelligit, quæ Græcis νομιζόμενα & ἐναγίσματα uocantur. Ecce fundamẽtũ Papistici purgatorij. Obserua argumẽtũ à maiorũ authoritate, debile et eluumbe Melius Christus colligit, Luc. 20. Deus uiuentiũ deus est, nõ mortuorũ: Deus Abrahæ, Isaaci, Iacobi deus est: Abrahã ergo, Isaac, & Iacob uiuunt. ¶ Vel eorũ qui in hac ipsa terra. } Italia, in qua Pherecydẽ Syrũ, qui primus animos hominũ dixit sempiternos, quẽ Cic. 1. Tus. quæs. suo regnãte gentili { Seruiũ Tulliũ intelligit } floruisse cõmemorat. Hãc, inquit Cic. opinionem discipulus eius Pythagoras maxime cõfirmauit, qui cũ regnãte Tarq. Superbo in Italiam uenisset, tenuit magnã illam Græciã cũ honore et disciplina, tũ etiã authoritate. Multa secula postea sic uiguit Pythagoreorũ nomẽ, ut nulli alij docti uiderẽtur. Quid ãt Epicurus et Pythagoras de animæ immortalitate senserint, Plut. de Plac. lib. 4. cap. 7. indicat. Lact. Firm. acerrimus Ethnicorũ impugnator, Pythagoricis ac Stoicis ignoscit, quia uerũ sentiũt. nõ põt tñ nõ reprehẽdere eos, q nõ sciẽtia, sed casu inciderũt in ueritatẽ. Is. n. ĩ diuinis Inst. li. 3. c. 18. Pythagoræ μετεμψύχωσιν dignis modis explodit. D. Hier. huius hæreseos insimulat Originem assertorẽ fuisse περὶ ἀρχῶν. tũ ad Auitũ. tũ in Apologia aduersus Rufinũ. atq; rursus in Aratí cap. 11. quẽ tñ Pamphilus defendit in Apologia, q μετενσωματώσιν appellat Scribunt porro cõtra μετεμψύχωσιν ex Ecclesiasticis doctorib. D. Ambrosius de fide Resurrectionis. Aug. de Trinit. lib. 13 in Genesim lib. 7. cap. 9. Chrysostomus in ca. Ioan. 12. Hom. 65. Cyrillus lib. 7. contra Iulianũ. Cum quibus facit Aeneas Platonicus in Theophrasto. Eludit suo etiam modo Lucianus, tam in Gallo quàm in Veris narrationibus. Lege omnino præter Laertium. Ouid. 15. Metamorphoseon. Plutarchum in Symposiacis: quẽ locũ citat Aul. Gell. lib. noct. Att. 4. ca. 11. Petrũ Crinitũ de Honesta disciplina lib. 11. cap. 3. ¶ Magnãq; Græ } Liuius lib. 1. ubi Pytha. Numæ tẽporibus nõ floruisse cõtẽdit, scribit eũ Seruio Tulliũ regnãte in ultima Italiæ ora circa Metapontũ, Heracleamq; & Crotonẽ, iuuenũ æmulantiũ studio, cœtus habuisse cõstare, quæ tũ tẽporis magnæ Græciæ urbes fuere. & cũ Crotone. xx. annos docuisset, inde Metapõtũ migrasse, cumq; ibi ex humanis excessisset, domo quã habitauit sublata tẽplũ ibi extructũ esse, et diuinos honores decretos. Quare aũt magna Græcia ea regio appellata sit, scribũt Str. lib. 6. Iust. lib. 20. Nec huius loci esse puto memorare, an Numæ tẽporibus Pythagoras Samius floruerit. qđ Liuius, Plutarchus & Dionysius magno cõsensu negãt. ¶ Sed idẽ semper di. } Socratis cõstantiã celebrat Val. li. 3. cap. 8. et præcipue Xenophon de dictis & factis Socratis. Maxime aũt omniũ tam de animæ immortalitate, q̃ de Socr. cõstãtia. uidere est apud Plat. in Phædo. ¶ Philus et Man. } psonas quas de Repub. induxit, enumerat ad. Att. Epi. 15. libri. 4. Hãc inquit, ego de Rep. quã institui disputationẽ, in Aphricani psonã, Phili, & Pæti, et Manlij cõtuli. Adiunxi odolescẽtes C. Tuberonẽ, et P. Rutiliũ. duos Lelij generos. Scæuolã & Fanniũ. Et certe in fragmẽto qđ extat, Læliũ ipsũ inductũ uidemus. Philus ferè cũ Scip. et Lælio memoratur, ut de Orat. 2. Et certe non tulit illos hæc ciuitas aut gl'ia clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores, P. Africão, C. Lælio, L. Furio, qui secũ eruditissimos homines è Græcia palam semper habuerunt. in quibus Terentius à Donato ex Fenestella memoratur. Philo & Lælio cõnumerat Cicero Manilium, in Bruto: L. Furius Philus per bene latine loqui putabatur, literatusq; q̃ cæteri. P. Scæuola ualde prudẽter, & acute. Pæto etiã copiosius, nec multo minus prudẽter M. Manilius. Et in. 1. de Orat. hunc cũ Sex. Aelio, & P. Mutio pro uere iureconsultis numerat. quos Põponius ius ciuile fundasse testatur. De Tuberone & Rutilio, quorum apud eosdẽ honorifica mentio fit, nihil opus est hic commemorare. De Pæto quod dicam inuenio nihil. Locus uidetur menda non carere. ¶ Africano. } maiore. Hic locus solus, fatis forte ita uolentibus ab iniuria temporum posteritati uindicatus est. ¶ Custodia uinculisq;. } In corpore enim tanq̃ in ergastulo detinetur, cuius uinculis, inquit Seneca, liberata, ad originem redit ¶ Cui cẽsemus. } In hunc ferè modũ illic colligit: Patriæ benefactoribus certus in cœlo locus est: Tu de patria melius quàm ullus alius mereberis: Ergo facilimus tibi ad deos cursus erit.

ERAS. ¶ Qua se in in quiete. } Aut subaudiendum de, qua de se, aut addendum. In nonnullis, pro qua, habebatur quæ. quæ lectio mihi magis arridet, ut referatur ad uerbum disserebat, ea, quæ. ¶ Quia cum Scipione uixerim. } Non inficior, quia, iungi uerbis subiunctiuis, sed haud scio, an scriptum fuerit qui.

¶ Voluntatum

BETVL. ¶ Voluntatũ, stu. } Salust. Idẽ uelle, inquit, atq; idẽ nolle, ea demũ firma amicitia est. Sed praui hæc, uidelicet Catilinæ, & ad seditionẽ intestinam factiosos euocantis, uerba sunt. & Aristo. interrogatus, quid esset amicus, respõdit, μία ψυχὴ, δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. & Pythagoras ait, ex multis fieri unum. D. Hieronymus in Micheam ait, se apud quendam legisse, amicum esse eandem animam: et Lyricum, amicum animæ dimidium suæ dixisse. ¶ Itaq; nõ tã. } Modestia obseruanda est. ¶ Vix tria aut quatuor paria. } Pylades nempe et Orestes: apud Euripidẽ & Lucianũ in Toxari, de quibus Pacuuius scripsit tragœdiam, ut paulo post dicturus est. Meminit Boccat. lib. 12. & Cicero infra. Ouid. 4. Tristium. Achilles & Patroclus: præter Homerum, Pyndarus in Olymp: Boccat. lib. 12. cap. 52. Theseus & Pirithous: Plutarchus in Theseo, Isocrates in Helena. Valerius lib. 4. cap. de Amicitia, qui plura amicorũ paria enumerat. Damon & Pythias: de quibus Cicero in Offic. 3. Tusc. quæst. 5. Valer. Maxi. loco citato, Lactant. lib. 5. Si quis plura eiusdẽ rei exẽpla cupiat, petat Hygini fabulas, cap. 257. & Baptistam Fulgosiũ lib. 4. cap. 7. Sabellicũ lib. Exẽplorũ. 5. cap. 2. qui satis copiosam syluã suppeditabunt. Adeas, si uacat, etiam Textoris officinã. ¶ Doctorũ ista est cõ. } Academicorũ præcipue, quorũ hunc morẽ patriũ & peculiarẽ fuisse, multis locis testatur Cicero, quẽ disserendi morem in 3. de Orat. lib. ad Gorgiam refert. His Academiæ spacijs plus se eloquentiæ debere fatetur, quàm scholis rhetorũ. ¶ Vt ijs proponatur. } Vbi bene longũ in enarrando progressum fecimus, offeruntur Riuij in aliquot Ciceronis locos castigationes, quarum capita, mira, ut fieri solet, cupidine percurro, si quid forte non satis diligenter à nobis perpensum, ab alijs exactius excussum sit. Ecce in hunc ipsum incido locũ, quo se pro proponatur, ponatur alicubi legere affirmat: nec eã lectionẽ sibi improbari, quod aliàs quoq; hoc uerbo ad hunc modũ sit usus, ut in 2. Tusc. quæst. Ponere iubebam, de quo quis audire uellet, ac id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itẽ in primo: Quid mihi nunc nos, tanquã alicui græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atq; erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Et lib. 9. Epist. fam. Quod tu unũ ζήτημα Dioni philosopho posuisti, &c. Inde positiones hodie pro argumentis disputantiũ. θέσεις. Recte tu sanè Riui. sed Quintil. li. 3. cap. 5. θέσιν propositũ à Cicerone uocari ait, infinitã uidelicet quæstionẽ, sine personarũ, tẽporũ, cæterorũq; complexu. Quid quod θέματα quoq; quæ ante declamationẽ in schola exponuntur, proposita Cicero uocat, teste eodẽ Fabio cap. 2. libri 7. Ego tolerabilẽ lectionem ita temere expungi non probo. Alioquin iampridem pro cõquiescere, acquiescere posuissem. Nec latinitas adeo exhausta est, ut eadem res nõ possit nisi uno modo bene dici.

Quid sit amicitia.

voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Itaque non tam ista me sapientiæ, quam modo Fannius commemorauit, fama delectat, falsa præsertim; quàm quòd amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore: idq; mihi eo magis est cordi, quòd ex omnibus seculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum. quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam, & Lælij notam posteritati fore. FANNIVS. Istud quidem Læli ita necesse est; sed quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi; pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ; si, quemadmodum soles de cæteris rebus, cum ex te quæruntur; sic de amicitia *disputaris, quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. SCAE. Mihi vero pergratum hoc erit: atque idipsum cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit: quamobrem vtriq; nostrum gratum admodum feceris. LAEL. Ego vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. Nam & præclara visa res est; & sumus, vt dixit Fannius, otiosi. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? doctorum est ista consuetudo, eaq; Græcorum; vt ijs proponatur de quo disputent, quamuis subito. Magnum opus est, egetq; exercitatione non parua. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt; ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. Ego vos hortari tantum possum, vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim tam naturę aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Neque id ad uiuum reseco vt illi, qui hęc subtilius disserunt, fortasse vere, sed

*disputabis

Amicitia omnibus rebus humanis ante ponenda.

¶ Nisi in bonis amicitiam. } Diog. in Zenone, λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι διὰ τὴν ὁμοιότητα. Memmius ap. Salust. in Iugurth. eadẽ cupere, eadẽ odisse, eadẽ metuere inter bonos amicitiã, inter malos factionẽ esse asserit. Plato in Lysi de huius rationem reddit, quia boni sunt similes inter se, & ob id amici: mali autẽ ne sibi ipsis quidẽ similes, nedum alijs. Atq; rursus mẽtionem facit de Rep. l. 1. Quem deinceps locum Aristote. lib. 8. & 9. Moralium imitatus, prauos non modo sibi dissimiles asserit, sed etiam sibi inimicos, &, ut ipsius utar uerbis, στασιάζει αὐτῶν ἡ ψυχή. Nec Isocrates malis amicitiam tribuit, dum in Parænetico differentiam bonorum malorumq; facit. ἐν πολλοῖς μὲν ὦ Δημόνικε πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι, καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. Vbi bonis γνώμας tribuit, id est sana consilia: malis uero διανοίας, quæ uox plerunque in malam rapitur partem, ut in cantico Mariæ, διεσκόρπισε τοὺς ὑπερηφάνους ταῖς διανοίαις καρδίας αὐτῶν. & inter bonos φιλίας, inter malos συνηθείας esse manifestam differentiam dicit. ¶ Neque ad uiuum reseco. } Ad uiuum resecare dixit, pro eo quod est rem exactius quàm sat est, & morosius excutere. Mutuo sumpta metaphora à tonsoribus, capillos aut ungues resecantibus. Hæc Eras. ¶ Vt illi qui hæc subtilius. } Stoici, de quorum catorthomate supra.

ERAS. ¶ Aeque Græcorum. } Legendum arbitror, eaq; Græcorum. ut sensus sit, ne doctorum quidem omnium hanc esse consuetudinem, sed tantum Græcorum. ¶ Nisi in bonis. } In bonis Græco more dixit pro inter bonos.

ad communem vtilitatem parum. Negant enim quenquam virum bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sanè: sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea, quæ sunt in vsu vitaq; communi, non ea quæ finguntur, aut optantur, sperare debemus. Nunquam ego dicam C. Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum, & obscurum; concedantq;, vt hi boni viri fuerint. *Neq; id quidē facient: negabunt id, nisi sapienti, posse concedi. Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas; nec sit in eis vlla cupiditas, vel libido, vel audacia; sintq; magna constantia, vt hi fuerunt, quos modo nominaui: hos viros bonos, vt habiti sunt, sic etiam appellandos esse putemus: qui assequuntur, quantum homines possunt, naturam optimam recte viuendi ducem. Sic enim perspicere mihi videor, ita natos esse nos, vt inter omnes esset societas quædam; maior autem, vt quisque proxime accederet. Itaque ciues potiores sunt, quàm peregrini; & propinqui, quàm alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis. namque hoc præstat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia autem non potest. Sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitiæ sit, ex hoc intelligi maxime potest, quòd ex infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Est autem amicitia nihil aliud

*ne id

Natura optima recte uiuendi dux.

Amicitiæ definitio.

BETVL. ¶ Ad cōmunē utilitatē.} Officiū, quod καθῆκον μέσον appellant. Cicero Offic. 1. ¶ Negāt. n. quēquā.} iuxta παράδοξον. ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, & ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. ¶ C. Fabritium.} Huius sapiētissimū factū memoratur à Gellio lib. 4. cap. 8. & rursus aliud à Valerio lib. 4. cap. 3. ¶ Marcum Curiū.} Cuius cōtinētia eodē loco apud Valeriū celebratur, quæ & ipsa ex sapiētiæ fontibus manauit. ¶ Tiū Coruncan.} Cic. de Ora. 3. ait hāc Crassi ueteris, Titi Coruncani & Scipionis fuisse sapiētiā, ut ad eos de omnibus diuinis atq; humanis rebus referretur, eosdēq; & in senatu et apud populū, & in caussis amicorū et domi & militiæ cōsiliū suū præstitisse. Et Pomp. de Orig. iuris testatur hūc primū ius ciuile fuisse professum. & hūc primū ex plebe summū pontificē esse factū scribit Florus Epit. 18. Huic de sapiētia loco plenius intelligēdo fideliter ancillatur alius ex eodē de Orat. lib. Verba subiungā: Hanc inquā cogitādi pronunciādiq; rationē, uimq; dicendi, ueteres Græci sapiētiā nominabant. hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atq; ab hac similitudine Coruncani nostri, Fabritij, Catones, Scipiones fuerunt, nō tā fortasse docti, sed impetu mētis simili. Eadē aūt alij prudētia, sed cōsilio ad uitæ studia dispari, quietē atq; otium secuti, ut Pythagoras, Democritus, Anaxagoras, à regēdis ciuitatib. totos se ad cognitionē rerū transtulerunt, quæ uita propter tranquillitatē, & propter ipsius sciētiæ suauitatē, qua nihil est hominib. iucundius. plures q̄ utile fuit rebus publicis, delectauit. ¶ Inuidiosum.} Pythagoræ, Democriti, etc. ¶ Pingui Minerua} ἀμαθέστερον, rudius ac planius. Vide Gell. & Eras. ¶ Vt eo. probe. fi} Fides autem ut habeatur, duab. rebus effici potest, si existimabimur adepti cōiunctam cum iustitia prudentiā. Of. 2. ¶ Integritas.} Integri sunt, qui nō sunt corrupti. nō aūt corrūpi, cōtinētiæ est, ut Fabritius & Curius, &c. ¶ Aequalitas.} Aequabilitatē Offi. pri. uocat, quādo idē semper uultus, eadēq; frons est. quo nomine cōmēdatur Lælius ipse, & Socra. apud Plat. nisi tu æquitatē summi iuris emēdatricē intelligere malis, uel ἰσότητα, qua nos alijs nō præferimus, quæ in iustitia plurimū emolumenti habet. ¶ Liberalitas.} quæ & ipsa pars iustitiæ est. ¶ Naturā opti. be. ui. ducē.} Theologi philosophis immerito negotiū facessunt, qui hominis naturā uelut se

ductricē insimulant, cū boni authores nō corruptā illam intelligant, sed qua creatoris imagine referimus. ¶ Vt inter omnes esset societas quædam, maior autem, vt quisque proxime accederet. ¶ Vt se q; ex potio.} De pluribus humanæ societatis gradibus, deq; hac ipsa diuisione, plena manu idē Cic. agit lib. Off. 1. Atq; hæc quidē diuisio, ex Aristo. doctrina manat, qui, ut apud Laertiū de eo legitur, diuisit εἰς συγγενικὴν, καὶ ἐρωτικήν. Plato apud eundem Laertium tres spēs facit, priorē φυσικὴν, alterā ἑταιρικὴν, tertiā ξενικήν. Naturalis est, q̄ Cic. propinquitatē uocat. Socialē et hospitalē nō incōmode sub amicitiæ nomine intelliges. ¶ Præstat ami. pro.} Sic Cato Uticēsis Pōpeio, nuptias filiarū petēti respōsitabat, amicitiā propinquitate fideliorē esse. ¶ Beneuolētia.} Beneuolētia aūt Aristo. ab amicitia differt, q. illa se ēt ad ignotos extendit, & latere pōt, hæc uero nō itē. li. Moraliū. 9. ¶ Sublata n.} Sublato siquidē principio, ipsa corruat necesse est. Est n. amicitiæ principiū beneuolentia, teste philosopho, q̄ ne ipsa quidē sine uirtute & bonitate fit. et si εὔνοια bona mens est, malus animus esse nequit. ¶ Ex in. so.} Alij infinitate legūt, q̄ uox Erasmo parū Ciceroniana uidetur, cū tamen usus sit lib. Off. 1. hoc ipsum negotiū agēs: Gradus, inquit, plures sunt societatis hominū. ut. n. ab illa infinitate discedatur, &c.} Adducta in ang.} Prima ita societas in ipso est cōiugio, proxima in liberis, deinde una domus, cui sunt omnia cōmunia, &c. Cic. iam sæpius citato. ¶ Aut inter duos.} Aenigma:

Quod magis ē strictū, q̄ quod complectitur unos,
Id bene conueniet, binos quod stringit in arctum:
Amplius hoc tamē ē, q̄ ut tres cōcludere possit. Resolutio:
Nodus amicitiæ non tantum continet unos.
Sed bene conueniet, binos qui stringat in arctum.
Laxior hic tamen est, q̄ ut ternos claudere possit.

περὶ πολυφιλίας inferius suo loco fusius.

ERAS. ¶ Qui assequūtur, quātū hoīes possunt.} Assequūtur, positū uidetur pro sequūtur, ut Græci dicūt παρακολουθοῦσι. Quāquam in alijs legitur, sequūtur. ¶ Ex infinitate societatis.} Rursus infinitatē dixit, haud scio unū. Nā ab infinito nō pōt dici infinitas, sed ab infinito pōt. quod tamē in usu nō est, quēadmodū ab affini dicitur, affinitas. Nisi q. in nōnullis exēplaribus habebatur, ex infinita societate generis humani. ¶ Nihil aliud nisi.} Et nihil aliud q̄, utrūq; Latine dicit.

*nisi omnium diuinarum, humanarum'que rerum cum beneuolentia, & charitate summa consensio. qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quicquam melius homini sit à dijs immortalibus datum. Diuitias alij præponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiā alij honores, multi etiam uoluptates. beluarum hoc quidem extremum est; illa autem superiora sunt caduca, & incerta; posita non tam in nostris consilijs, quàm in fortunæ temeritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt; præclare illi quidem, sed hæc ipsa virtus amicitiam gignit, & continet: nec sine virtute amicitia esse vllo pacto potest. Iam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisq; nostri interpretemur: nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia: virosq; bonos eos, qui habentur, numeremus; Paulos, Catones, Caios, Scipiones, Philos: his communis vita contenta est. Eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, *cui*
*quis pôt potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius, *quicum quàm habere, *quocum omnia audeas sic loqui, vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æque ac tu ipse gauderet?*

BETVL. *Nisi omnium diuin.* Quemadmodum omnis legitima disputatio ita hæc quoq; à definitione proficiscitur. Est autem definitio causalis, causa materialis est, consensio humanarum & diuinarum rerum, atq; item beneuolentia & charitas. *Excepta sapientia.* Quippe quæ uirtutem in se complectitur omnem. Vnde, ut infra dicit, amicitia iungitur. *Bellunarum.* Epicureorum. Vide Ciceronem de Finibus.1. Cicero autem hoc loco contra Platonicorum dogma, amicitiam in bonis animi numerat: qui facit bona animi, bona corporis, bona fortunæ. Animi bonis connumerat iustitiam, prudentiam. pulchritudinem & habitum assignat corpori. amicos, forinsecus accedere ait. Cicero uero amicitiam nequaquā fortunæ obnoxiam facit, sed cū animi bonis coniungit. Nec id, meo uidere, præter rationem. nā si amicitia mutua beneuolentia est (Aristoteles enim ἀντίστροφον εὐνοίας ἰσότητα definit) beneuolentia habitus animi est, & in nostris consilijs, ut cum Cicerone loquar, posita, nec Stoici, opinor, aduersabuntur. Quibus τὰ ὄντα ἢ ἀγαθὰ, ἢ κακὰ, ἢ οὐδέτερα. Bona uocant uirtutes, mala uirtutum contraria uicia. Neutra autem faciunt ἀδιάφορα: atq; hæc rursus diuidunt εἰς προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα. Amicitiæ autem contrarium ex confesso malum est, nec στέρησις eius in ἀποπροηγμένοις, uel, ut Cicero uocat, remotis locum sortietur, cum ἀφιλία miserrima sit, nec homo sine amicorum præsidio uitam agere possit, nedum uitam beatam. *A' dijs immortalibus.* Causa efficiens: miscet autem epidicticos locos, ut ferè fieri solet, generi suasorio. Ostendit amicitiæ originem diuinitus esse, id quod rei honestatis æstimationem conciliat: non enim cum fortuitis rebus, sed cum animi bonis numerandam esse. deinde non modo plurimum commodi ad uitam humanam afferre, sed adeo mortalibus necessariam esse ostendit, ut ne elementa quidem, quibus res uniuersæ constant, plus emolumenti in se habere indicandum sit. *Caduca.* uel fugitiua prorsus, ut ualetudo. uel ad alios, te sublato, mutatis uicibus, uelut hæreditates caducæ deferuntur, quo in genere sunt honores & diuitiæ, &c. *Vt quidam indocti.* Docti in quibusdam exemplaribus legitur, nec mea sententia male. Stoicorum enim imaginariam perfectionem notat, quos nequaquam pro indoctis habet. Opinioni siquidem illorum, doctrinæ derogat minime. *Paulos, Catones.* id est homines cordatos, per αὔξησιν & ἀντονομασίαν. *Principio, cui potest.* alij legunt, qui potest. fortassis qui pro quomodo: quæ tamen lectio quomodo constet, non uideo. Alij legunt, quis potest. atque hoc magis Ennium sapit. Illud enim secidum, quis, etiam fœmineo sexui tribuit. Eunomia Megadorum apud Plautum interrogans, quam ducturus esset, dicit: Dic mihi quæso, quis ea est, quam uis ducere uxorem? Et Pythias Terentiana, Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam uidit Phædria. *Conquiescat.* Acquiescere frequentius dicit, pro eo quod est tranquillo & defecato animo in ea re esse, cui tuto te fidere putas. sic infra: Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus. Exemplorum syluam suppeditat Adrian. Græcis est ἀρέσκομαι, ἐπαναπαύομαι. *Vt tecum.* id est, cum quo omnia consilia conferre potes, qui'ue admonitionem non ægre ferat: &, ut Seneca inquit, cuius conscientiam minus timeas quàm tuam. Chremes apud Teren. Nemo est meorum amicorum hodie, apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam. Elegans eius rei exemplum extat apud Nasonem libro tertio Trist. Elegia sexta. *Qui esset fructus.* Quæstio apud Platonem & Aristotelem est, utrum fortunati indigeant amicis. Qui negant, hoc in argumentum rapiunt, quòd felici beato'que ex sese omnia suppetant, sibi'que cum in omnibus sufficiant, nullius indigeant. At si, qua quis felicitate fruitur, ea sine amicorum dulci consuetudine absoluta esse nequit. Hic enim, inquit Cicero, prosperitatis fructus est, si habeas, qui ea, ac tu ipse gaudeas. Comici, imo uita humana, exemplorum satis ministrabit. Chremylus sanè apud Aristophanem, Plutum nactus, graue sibi putabat, si solus felicitate frueretur.

ERASMVS.

Præclare illi quidem. Rursus iunxit, quidem & illi, quod alibi notauimus. *His communis uita contenta.* His contenta est, usitatius dicitur: de his contentus sum, nescio an Latine dicitur. Videndum igitur an locus mendo uacet, ac plane non puto. *Vita uitalis.* Sic enim Græci βιωτὸς βίος, quasi dicas, uiuibilis uita. Nam iuxta ueterum exemplaria lego, Principio, cui potest esse uita uitalis: non, quis potest, ut in nonnullis scriptum uisitur. *Quocum omnia.* Ego malim, quicum omnia.

uero f. Aduersas *vero res ferre difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam quàm tu ferret. Denique cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis; diuitiæ, vt vtare; opes, vt colare; honores, vt lauderes; voluptates, vt gaudeas; valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Amicitia plurimas res continet; quoquo te verteris, præsto est; nullo loco excluditur; nunquam intempestiua, nunquā molesta est. Itaque non aqua, non igni, non aere, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm amicitia. Neque ego nunc de vulgari, aut de mediocri, quæ tamen ipsa delectat, & prodest; sed de vera, & perfecta loquor; qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, communicansq́;, leuiores. Cumq́; plurimas, & maximas commoditates amicitia contineat; tum illa nimirū præstat omnibus, quòd bona spe prælucet in posterum; nec debilitari animos, aut cadere patitur. uerū
etenim a. *etiā, iā amicū qui intuetur, tanquā exēplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, et egētes abundant, & imbecilles valent; &; quod difficilius dictu est,

ETVL. Aduersas uero ferre. } Aristoteles non procul à fine noni Moralium, in controuersiam uocat, utrum amicitiis magis opus sit in aduersis uel prosperis rebus. quandoquidem qui aduersa premuntur fortuna, amicorum indigent: & quibus secunda aspirat, quærunt quibus cum tædia fallant, & in quos beneficia conferant. Tandem colligit, hoc quidem honestius, illud uero necessarium magis esse. Atque rursus in principio octaui pari modo amicitiam ab ineuitabili necessitate commendat. Facere non possum, quin ipsius uerba subiungam: ἔστι γὰρ ἀρετή τις, ἢ μετ᾽ ἀρετῆς, ἔτι δὲ ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον. ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἕλοιτο ζῆν ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία· τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας, ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίγνεται μάλιστα, καὶ ἐπαινετωτάτη, πρὸς φίλους. ἢ πῶς ἂν τηρηθείη, καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. ἐν πενίᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται, καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους, καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον, καὶ πρεσβυτέροις πρὸς θεραπείαν, &c. Denique cæteræ res. } Collatione demonstratiua quantam operæ pretij mortalibus afferat, ostendit. Nunquam intempestiua. } Hinc Lysimachus apud Plautum in Mercatore: Quanquam negotium est, si quid uis Demipho non sum occupatus unquam operam dare amico. Nunquā molesta. } In amicitijs enim inquit Aristoteles, quas uirtus conciliauit, expostulatio nulla est, nunquam, ne uitijs quidem. Horatius:

At pater ut gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit uitium, non fastidire. &c.

Itaque non aqua. } ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. quo loco Erasmus admonet necessarios latinis dici amicos, & amicitiam necessitudinem, secutus, Gellium, qui lib. Noct. Att. 13. Necessitas, inquit, pro iure, officióque obseruantiæ affinitatis'ue infrequens est: quanquam qui hoc ipso iure affinitatis familiaritatis'ue coniuncti sunt, necessarij dicuntur. Reperi tamen in Oratione C. Cæsaris, qua Plautiam rogationem suasit, necessitatem dictam pro necessitudine, id est iure affinitatis. Verba sunt hæc: Equidem mihi uideor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Vtroque utitur Cicero in Orat. pro Pub. Sylla. Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, Iudices, existimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem familiaritatemq́; uiolasset, aliquid se de authoritate meæ defensionis posse detrahere. Pro Planco autem: Mihi ad defendendum Plancium parum multæ, parum iustæ necessitudines erant familiaritatis, uicinitatis, patris amicitiæ. Et Martianus iureconsultus l. fi. de iustitia & iure: Nonnunquam, inquit, ius etiam pro necessitudine dicimus. Neque ego nunc de uulgari. } quam Aristoteles κατὰ συμβεβηκὸς appellat. eam uidelicet quam ex utilitate tantum & iucunditate metimur. Sed de uera & perfecta. } Aristoteles τελείαν uocat, non quidem illam Stoicorum imaginariam, sed quæ ex mutuo bonorum consensu constat, cuius que caussa efficiens est mera uirtutis admiratio. Splendidiores. } ut in nuptiarum apparatu. Videtur expressisse illud Socraticum apud Xenophontem libro secundo dict. & fact. Socra. cum ait amicitiam secunda fortuna utentibus, multam lætitiam conferre, calamitatibus uero grauatos subleuare. Prælucet in posterum. } Non modo præsentibus medetur malis, sed etiam ueluti occidentis solis rubescentes nubes futuram animorum serenitatem pollicetur. Potest fortassis hic locus non ir. omnino de ad hæreditarias amicitias trahi, qualis Telemachi cum Nestore & alijs, qualiumq́; frequens in epistolis Ciceronianis mentio fit. Tanquam exemplar. } ὅτι ὁ φίλος, ἄλλος αὐτός. Absentes adsunt. } παράδοξα hæc sunt, quibus ἀντίθεσις multam gratiam adfert. Absentes adsunt. } Hinc illud, in oculis ferre, &c. Hoc nomine Isocrates ueros amicos à fictis distare testatur. οἱ μὲν, inquit, τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. Egentes abundant. } Amicorum enim omnia communia, ut est in prouerbio. Imbecilles ualent. } Ouidius de Ponto lib. 1. ad Rufinum.

Vtq́; Machaonijs Pæantinus artibus heros
Lenito medicam uulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
En iam deficiens, sic ad tua uerba reuixi,
Vt solet infuso uena redire mero.
Nec tamen exhibuit tantas facundia uires,
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostro de pectore, curæ
Non minus exhausto, quod superabit, erit.

Seneca libro Epist. 10. suam conualescentiam amicis acceptam refert, quorum adhortationibus, uigilijs, sermonibus alleuatus sit. Hinc prouerbium, Animo ægrotanti medicus est oratio.

Opes ut colare. } Hic palam distinguit opes à diuitijs. licet altera res alteram soleat comitari. Inopia est amicorum magis, quàm rei familiaris, & potentiæ uerius, quàm egestatis. ERAS.

BETVL. ⁋Mortui uiuunt.} Ita Scipio Lælio mortuus uiuit. ⁋Quòd si exemeris, ex natura rerum.} Sublata enim causa, effectus quoque tollatur necesse est. sublato fundamento, quin concordiæ, adeoq; ipsius amicitiæ contiguatio corruat, fieri non potest. ⁋Nec domus ulla, nec urbs stare poterit.} Aristoteles lib. Moralium 8. publicæ & domesticæ amicitiæ ἀναλογίαν ponit pro Reipublicæ specierum uarietate hoc modo:

ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας,
Vt rex erga subditos, sic pater erga filium.
ἐν τῇ ἀριστοκρατίᾳ,
Vt ἄριστος erga uulgus, sic maritus erga uxorem.
ἐν τῇ ἑταιρικῇ,
Vt ciuis erga ciuem, sic frater erga fratrem. — Oĩa sine amicĩcia corruunt.

*mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo, illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. Quòd si exemeris ex natura rerum beneuolentiæ coniunctionem; nec domus vlla, nec vrbs stare poterit; *nec agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur; quanta vis amicitiæ, concordiæq; sit, ex dissensionibus atque ex discordijs percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odijs, atque dissidijs funditus possit euerti? Ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Agrigentinum *doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoq; mundo constarent; quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atq; hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & re probant. Itaque si quando aliquod officium *extitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est, qui id nõ maximis efferat laudibus? qui clamores tota cauea nuper in hospitis, & amici mei M. Pacuuij fuerũt *noua fabula? cum ignorante rege, vter eorum esset Orestes,*

*quidem de — *existit — *in n. — Cauea, — M. Pacuuij tragoedia de Oreste & Pylade.

Sic è regione ἐν ταῖς παρεκβάσεσιν, amicitiam constare posse negat: cum enim iustum, hoc est ueræ amicitiæ fundamentum, in ijs locum non habeat, amicitiam primo quoque offendiculo corruere. ⁋Nec agri quidem cultus.} Varro libro primo de Re rustica capite decimo septimo agriculturam diuidit in homines, & adminicula hominum: uel secundum alios, in uocale, semiuocale, & mutum. In uocali seruos numerat, in semiuocali boues, in muto plaustrum. Et deinde subiũgit, omnes agros coli hominibus, aut liberis, aut seruis. Aristoteles autem dominorum ad seruos, quatenus serui hoc est instrumenta, amicitiam constare posse negat: sed quatenus homines sunt, inter eos amicitiæ locum concedit. ⁋Ex dissensionibus.} A` contrarijs docet. Res enim aliquando facilius ex ijs quæ non sunt, intelligimus, quàm ex ijs quæ sunt. ⁋Agrigentinum.} Obserua decorum personæ. Quod si Cicero sub sua ipsius persona eius mentionem fecisset, nuncupatim Empedoclis nomen perstrinxisset, utputa philosophus, & in philosophorum monumentis diu uersatus. Lælius autem in eo seculo florens, quo Romani Græcorum philosophiam nondum ex professo colebant, idq; uulgo non laudabile habebatur, Græcam lectionem dissimulat, sicut de Oratore Antonius. Floruit autem Empedocles, teste Gellio, Menenio Agrippa, M. Horatio Puluillo Coss. bello Veiente apud fluuium Cremeram: ab ijs sex & trecenti patricij Fabij cum familijs suis uniuersi ab hostibus circumuenti periere. Hoc anno ab Vrbe condita C C LXXVII. Olympiade uero LXXVI. ⁋Carminibus græcis.} Lactantius de Origine erroris, capite decimotertio dubitat, utrum'ne inter poetas, an inter philosophos numeres, quod de natura rerum uersibus scripsit. Aristoteles in poetica Homero & Empedocle nihil plane præter metrum commune esse indicat. Quamobrem legitimum quidem illum poetam, hunc physicum potius quàm poetam merito uocandum esse. Meminit Laertius in Parmenide. Citantur uersus eius ab Aristotele, Plutarcho & Gellio. Et Quintil. libro tertio capite primo memorat eum aliqua circa rhetoricen mouisse. Gellio Pythagoram secutus est, libro quarto, capite undecimo libro trigesimo capite primo Plinio, sicut Pythagoras, Plato, Democritus, magicam secutus. cum Agrigentini uento infestarentur uehementiore, illum auertisse Empedocles dicitur, circumpositis urbi pellibus asinorum innumeris. Vnde κωλυσανέμος dictus fuit. Tanta ambitione fuit, ut se in ardentis Aetnæ specum intempesta nocte deiecerit; ut cum repente non apparuisset, abijsse ad deos crederetur. Lactant. libro tertio capite decimo octauo Strabo libro sexto. ⁋Quæ in rerum natura.} Refert Plutarchus in Placitis libro primo capite tertio. ἐμπεδοκλῆς μέτωνος ἀκραγαντῖνος τέτταρα μὲν λέγει στοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν. δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις φιλίαν τε καὶ νεῖκος. ὧν ἡ μὲν ἐστιν ἑνωτική, τὸ δὲ διαιρετικόν. φησὶ δὲ οὕτως,

τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
ζεὺς, αἰθὴρ, ἥρη τε φερέσφιος, ἠδ' ἀϊδωνεὺς,
νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

δία μὲν γὰρ λέγει τὴν ζέσιν καὶ τὸν αἰθέρα. ἥρην τε φερέσφιον, τὸν ἀέρα. τὴν δὲ γῆν τὸν ἀϊδωνέα. νῆστιν δὲ καὶ κρούνωμα βρότειον, οἱονεὶ τὸ σπέρμα, καὶ τὸ ὕδωρ. Non dissimelia sunt apud eundem Plutarchum lib. eodem, capite uero trigesimo. Huc respexisse uidetur Ouidius, cum ait:

Dissociata locis concordi pace ligauit.

Lege ad hæc Eryximachi apud Platonem in Conuiuio sententiam. ⁋Tota cauea.} theatrum interpretantur. Eatenus consenserim, dum non extructum theatrum intelligatur. Nam uix xx. ante annis, cum locatum à censoribus extrueretur, Pub. Cornelio Nasica authore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. destructum est, populus'que aliquandiu stans, ludos spectauit. Flor. Epito. quadrigesimooctauo August. libro de Ciuit. dei primo capite trigesimoprimo. Totum autem hic theatrum caueam dicit. in Catone maiore partes, puta gradus, caueas appellat: Turpio Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat: delectatur tamen etiam qui in ultima. Gaza θεωρητήριον transtulit. ⁋M. Pacuuij.} De eius uita & dicendi genere, præter Crinitum, Volaterranum, & Lancilotum, consule Gellium libro tertio capite secundo libro decimoseptimo capite 21. ⁋In noua fabula.} Oreste.

Pylades Orestē se esse diceret, vt pro illo necaretur; Orestes aũt, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret? stantes aũt plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuisse facturos? Facile indicabat ipsa natura vim suã; cũ homines, q̃d facere ipsi nõ possent, id recte fieri in altero iudicarēt. Hactenus mihi videor de amicitia, quod sentirē potissime dixisse: si qua præterea sunt, credo aũt esse multa; ab iis, si uidebitur, qui ista disputant, quæritote. FAN. Nos aũt à te potius: quanquã etiã ab istis sæpe quæsiui, & audiui nõ inuitus equidē: sed aliud quoddã expetimus filũ orationis tuę. SCAE. Tu magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis cũ est de Rep. disputatũ, affuisses: qualis tũ patronus iustitię fuit cõtra accuratã orationē Phili. FAN. Facile id q̃dē fuit iustitiã iustissimo uiro defendere. SCAE. Quid amicitiam? non'ne facile ei erit, qui ob eam summa fide, cõstantia, iustitiaq; seruatã, maximam ceperit gloriã? LAEL. Vim hoc quidē est afferre. Quid. n. refert, qua me ratione cogatis? Cogitis certe: studiis. n. generorũ, præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquũ quidē obsistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitãti, maxime illud cõsiderãdũ videri solet, num

Pylades se esse Orestem. } Fabulam solita facilitate retulit Naso libro Tristium quarto, Elegia item 4. Eius uerba subiungam:

Nec procul à nobis locus est, ubi Taurica dira
Cæde pharetratæ spargitur ara deæ.
Hæc prius, ut memorant, non inuidiosa nefandis,
Nec cupienda bonis regna Thoantis erant.
Hic pro supposita uirgo Pelopeia cerua
Sacra deæ coluit qualiacunq; suæ.
Quo postquam dubiũ est, pius an sceleratus Orestes,
Exactus furiis uenerat ipse suis.
Et comes exemplum ueri Phoceus amoris:
Qui duo corporibus, mētibus unus erant.
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram,
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum,
Alter ab alterius funere mœstus erat.
Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,
Cinxerat & Graias barbara uitta comas.
Cum uice sermonis fratrem cognouit, & illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit.

Manilii quoque uersus adscribã:

Idcirco nihil ex se met natura creauit.
Pectora amicitiæ maius, nec rarius unquam
Vnus erat Pylades, unus qui mallet Orestes,
Ipse mori: lis una fuit per secula mortis.
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo, qui potuere sequi, uix noxia pœnis
Optauit rerum sponsor non posse reuerti.
Sponsoremq; reus timuit, ne solueret ipsum.
Perq; tot ætates hominum, tot tempora & annos,
Tot bella, & uarios etiam sub pace labores,
Cum fortuna fidem quærat, uix inuenit usquam.

In re fictis. } Quod si spectatores fabulã tanto applausu exceperunt, qua cõgratulatione, quo stupore populũ, si rē ipsam geri spectasset, motum futurum fuisse, uerisimile est? A' minori ad maius. *Quod facere ipsi nõ possunt.* } Insitũ. n. etiã malis probare meliora: Seneca. Itē, uirtus in omniũ animos lumē suũ permittit, etiã qui nõ sequuntur illã. *Filũ.* } φράσιν. i. corpus, ut Quintil. uocat, eloquētiæ metaphora à textoria sumpta. *Tu magis id diceres Fanni.* } Hoc unũ est τῶν μνημονικῶν ἁμαρτημάτων, quæ in Cicerone notant, Gellius lib. 15. cap. 6. & Politianus cap. 53. Miscel. Nam supra ex quarto ad Atticum annotauimus, Fannium quoq; numerari cũ iis qui de Repub. collocutores introducuntur. Hic contra adfuisse memoratur. Vtrum uerius sit, uiderit Tyro, quem Cicero ipse scriptorum suorum canonem solitus fuit appellare. *Qualis tum patronus.* } quippe cuius mens etiam in scriptis spirauit: Cicero in Bruto. *Contra accuratam orationem Phili.* } Cicero in Bruto de huius Phili filio, sic pronunciauit: L. Furius Philus perbene latine loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. Publius Scæuola ualde prudenter & acute, paulo etiam copiosius. *Iustitiam iustissimo uiro.* } à coniugatis. artifex enim rectius de artificio censebit. *Quid amicitiam.* } Aristoteles enim ait, iustitiam & amicitiam in eodem esse. *Ceperit gloriam.* } Quibus rebus gloria quæratur, docet Cicero libro officiorum secundo. Gloria autem, ut Seneca ait, uirtutis umbra est, quæ etiam inuitos sequitur. *De amicitia cogitanti.* } Dissimulat Lælius se apud Aristotelem & Platonem legisse, & id, ut diximus, πρὸς τὸ πρέπον. Diuisio è causa finali ducta est. Præcipiunt dialectici, sæpius diuidendum esse. Nam quoties noua sub pullulat ambiguitas, toties soluendi necessitas incumbit. Solutio autem commodissime diuidendo fit. Diuisio siquidem aptissimum tollendi dubii instrumentum est. Conciliabimus ergo Ciceronianam diuisionem cum Aristotelica.

Amicitia est uel

- τελεία. i. p̃fecta & absoluta, cũ καθ' αὑτοὺς, hoc est, ut Cicero loquitur, à natura. i. propter eas dotes quæ animi propriæ sunt, quæq; nos in sui admirationem rapiunt, quæ quia nunquam uacillant, perpetuoq; tenore uigent, amicitiam solidam & stabilem reddunt.
- κατὰ συμβεβηκός
  - διὰ τὸ χρήσιμον, uel ut Cicero loquitur, propter imbecillitatē atq; inopiam. Vtilitatis autem causa cessante, cessat etiam effectus, uidelicet simulationis amicitia harundineo baculo innitens.
  - δι' ἡδονὴν, id est eorum qui ad uoluptatem pecudum more omnia referunt. à quibus Cicero prorsus dissentit, neq; eos ad amicitiæ disputationē admittit.

Cæterũ quod ad causas attinet, in cõfesso apud physicos est, primã omniũ esse efficiētē, secundas occupare materiã, in tertio loco formã cõsistere. Finē autē, quanquã usu postremas obtineat, iure tamē suo, ut hinc quoq; clare liquet, primã efficientē stimulare. Reliqua philosophiæ candidatus cõtēplabitur ipse. Collegit aũt hoc ferè modo: Amicitia solidioribus innixa causis, firmior ac diuturnior est: Virtutis causa, q̃ utilitatis uoluptatis'ue solidior est: Ergo ea demũ amicitia, quã uirtus conciliauit, cõstans, & ob id etiã perfecta iudicanda est.

Propter

BETVL.

*propter imbecillitatem, atque inopiam desideranda sit amicitia; ut in dandis, recipiendisq; meritis, quod quisq; minus per se posset, id acciperet ab alio, uicissimq; redderet: an esset hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa esset. amor enim, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam cõiungendam. Nam utilitates quidem etiam ab ijs percipiũtur sæpe, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur causa temporis. In amicitia autem nihil fictũ, nihil simulatum: & quicquid in ea est, idem uerum, & uoluntarium est. Quapropter à natura mihi uidetur potius, quàm ab * imbecillitate orta amicitia: & amplificatione magis animi cum quodã sensu amandi, quàm cogitatiõe, quãtũ * illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestijs quibusdã animaduerti potest; quæ ex se natos ita amant ad quoddam tẽpus, & ab eis ita amantur, ut facile earum appareat sensus. quod in homine multo est euidentius: primum ex ea charitate, quæ est inter natos, & parentes; quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest: deinde, cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, & natura congruamus; quòd*

Antiquior, id est, nobilior. Amor, ex quo amicitia, a natura potius, quàm ab imbecillitate orta. Fictum & simulatum.

* indigẽtia

* illa ut.

⁋ Propter imbecillitatem.} τὸ χρήσιμον per metalepsin intelligit ἀδυναμίαν enim est earũ rerũ destitutio, quibus sarciendis supplẽdisq; quod prodest, utile uulgo indicamus. Sicut.n. imbecilles dicũtur, qui bacillo fulcri loco utuntur, ita fortuna et naturali præsidio destituti, amicorũ opera utuntur, id quod nõ modo utile sed uehementer quoq; necessariũ est ⁋ Sed antiqior.} Venerãda.n. antiquitas rebus æstimationem adfert, hinc κατὰ μετάληψιν pretiosæ ferè res antiquæ dicũtur. ⁋ Amor enim ex quo amicitia.} Illud idem est in lib. de Finibus. 2. uerba adscribam: Amicitiæ uero locus ubi esse potest? aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? Quid autem est amare, ex quo nomẽ amicitiæ ductũ est, nisi uelle bonis aliquem affici quàm maximis, etiam si ad se ex his nihil redeat? quid prodest mihi eo esse animo? imo uideri fortasse? Esse nisi eris, non potes: qui aũt esse poteris, nisi amor ipse cœperit? Quod nõ sub dubia rõne utilitatis effici solet, sed ipsum ex se oritur, et sua spõte nascitur. At.n. sequor utilitatem. Manebit aũt amicitia tã diu, quàm diu sequetur utilitas. Et si utilitas amicitiam constituet, tollet eam. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia, ut fit sæpe, defecerit? Relinques? Nequaquã ista amicitia est. Retinebis? qui conuenit? Quid.n. de amicitia statueris, utilitatis causa expetẽdã? at uides ne in odiũ ueniã, si amicũ destitero tueri, primũ quid ista res digna odio est? Nũquid est turpe, nisi qđ est? Si nequeo, incõmodo afficiare. nõ relinquas amicum: tũ ne sine fructu alligatus sis ut moriatur optabis. Quod si nõ modo utilitatem tibi nullã afferet, sed iacturæ familiaris erunt faciũdæ, labores suscipiendi, adeundũ uitæ periculum, ne tum quidem te respicies, & cogitabis, sibi quẽq; natum esse, & suis uoluptatibus? Vadam te ad mortẽ tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno: aut Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? Aut si esses Orestes, Pyladem refelleres? te indicare? & si id non probares, quo minus ambo unà necaremini, non precarere? Faceres tum quidem Torquate hæc omnia. nihil enim arbitror magna laude dignũ, quod te prætermissurũ credã, aut mortis aut doloris metu. Porro quid amor ab amicitia differat, lege apud Senecam lib. Epist. 3. epist. 30. ⁋ Nã utilitates.} Ex quibus uulgus ut poeta inquit, amicitias probat. Nam habeo appositum magis ex omni antiquitate exemplum, quàm quod ex Basilea nobis ab amicis nuper scriptum est, de argẽteo quodam, qui hominem Gallum, doctum, humanũ, pium, & alijs animi bonis non minus quàm fortunæ potentem sinistris Gratijs colit. in cuius fauorem postquam eruditionis prætextu irrepsit, utrus quod in pectore alebat, pulchre occultãs, ita hominem obseruauit, ut multis ab eo beneficijs ornaretur: idq; tantisper, dum proditionis occasionem nactus, indignam benefactori talionem rependeret. Quod facinus cum legerem, ne eo uehementius exasperauit. quòd olim puer etiãnum fores meas infami pictura notauerat, tanta iniquitate facinoris indignitate motus, hosce in eũ uersiculo effudi:

An scelus est grauius, quàm designauit Iudas?
Non puto. nam dominum prodidit ille suum.
Hoc fœdum facinus placuit, uelut esset honestum,
Qui benefactori struxerat insidias.
Vtile namq; putat, quod cũ pugnaret honesto,
Turpe necesse fuit, prodere sic dominum.

IN EVNDEM.

Iustius en habuit, meliusq; Phalisca iuuentus,
Quàm Basilea sua proditione fiet.
En teneros reddit pueros, uirgisq; Camillus
Armat, doctoris terga ferire iubet.
Proditor at uester patrui defenditur armis,
Captiuosq; necat sæuius innocuos.
Illic facta fuit pax cõstans atque Phalisca
Romanis prompte porta repansa fuit.
Ast turbat requiem sæuis Argenteus armis
Auctorem certe præmia digna manent.

IN EVNDEM.

Prodidit ecce suum doctorem falsus Iudas,
Et Pœnus doctor prodidit en pueros.
Proditor Argentus facinus præstauit utrunq;:
Et puer, & doctor, hunc paradigma capit.

⁋ In amicitia autem nihil fictum.} Hinc Gratias uirgines fingunt, hunc alij diductis ac perspicuis uestibus, alij nudas prorsus. ⁋ In bestijs quibusdam} Hoc enim omnibus animantibus ex æquo lex naturæ dedit Off c. 1. Fœtum præ cæteris amãt tygrides, asini, simiæ, delphines, de quibus Plin. lib. 8. & 9. ⁋ Ad quoddã tempus} Adultos enim negligunt, id quod in gallinis alijsq; domesticis uidere est. ⁋ Primum ex ea charitate, quæ est inter.} οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα. τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς ὡς ἀπ᾽ ἐκείνων τι ὄντα, & reliqua, quæ huc ab Aristotele dicuntur. ⁋ Nisi detestabili scelere.} Sic Brutus filios proditores patriæ hostes iudicauit. & Sp. Cass. regni affectatorem pater. sic Orestes matrem occidit, ob id quod ipsa occiderat patrem. Sic uel optimo propinquitatis amicitiam, quantũuis necessariam dirimit, odiumq; generat. sic Hippolytus à Phædra apud Theseum patrẽ, falso incestus delatus, in grauissimũ patris odiũ uenit. Sic nõ raro arctissima cõiugij uincula rumpunt adulterij crimina.

in eo quasi lumen aliquod probitatis, & uirtutis perspicere uideamur. Nihil est enim amabilius uirtute; nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter uirtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabritij, M. Curij cum charitate aliqua, & beneuolentia memoriam non usurpet, quos nunquam uiderit? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Melium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho, & Annibale: ab altero propter probitatem eius * non nimis alienos animos habemus: alterum propter crudelitatem eius semper hæc ciuitas oderit. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam uel in eis, quos nũquam uidimus; uel quod maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirum, si animi hominum moueantur; cum eorum, quibus cum usu coniuncti esse * possint, uirtutem, & bonitatem perspicere uideantur? Quanquam confirmatur amor & beneficio accepto, et

non a. * possunt.

BETVL. ⟦In eo quasi lumen aliquod probitatis.⟧ Cicero ad Appium Pulchrum: Insignia uirtutis, multi etiam sine uirtute assecuti sunt. talium uirorum tanta studia assequi sola uirtus potest. Hinc τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ καλεῖν, uel κηλεῖν, id est demulcendo, ut Proclo uidetur. ⟦Nihil amabilius uirtute.⟧ Ea enim propter se expetitur sola, reliqua omnia propter ipsam. ⟦C. Fabritij, M. Curij.⟧ de quibus superius. Horum nomine intellige optimos quosq;. ⟦Tarquinium Superbum.⟧ cognomen enim ex moribus traxit. Flor. Quàm inuisum Tarquinij nomen Romanis fuerit, scribit Liuius in principio lib. 2. ab Vrbe cond. Plut. in Publicola. Dion. li. 4. ⟦Sp. Cassiũ.⟧ Quædam exemplaria habent P. Crassum. Sed hæc lectio melior est. Fuit autem is Cos. cum Proculo Virginio, anno ab urbe condita CCLXVIII. Primus legis agrariæ author, cui collega resistebat. qui ut Cassio uiam regni inuadendi præcluderet, factus ipse quoq; popularis, passus est agros assignari, dum ne cui nisi ciui Romano assignarentur. unde Cassius ciuium fauore excidit. quẽ ut sibi reconciliaret, iussit pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. id, inquit Liuius, haud secus quàm p̃sentem mercedem regni aspernata plebs, adeo propter suspicionem insitam regni, munera eius in animis hominum respuebantur. quem, ubi primum magistratu abijt, damnatũ necatum'que constat. Sunt qui patrem authorem eius supplicij ferant, cum cognita domi causa, uerberasse, ac necasse, peculiumq; filij Cereri consecrauisse, signũ inde factum esse, & inscriptum, EX CASSIA familia datum. cui sententiæ astipulatur Plinius lib. 34. cap. 4. Alia opinio est, quam Liuius propiorem fidei putat, nẽpe à quæstoribus Cæsone Fabio & L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatumq; populi iudicio, &, ut Dionysius scribit, præcipitatum, quam gentilitiam damnatorum punitionem esse asserit. Addit Val. lib. 6. cap 3. Senatum populumq; Romanum non cõtentum, capitali eum suplicio afficere, interempto domum superiecisse, ut penatium quoq; strage puniretur. in solo autem Telluris ædem fecisse. Cuius etiam Cicero pro Domo sua meminit. ⟦Sp. Meliũ.⟧ Equestris ordinis hominem, qui anno ab Vrbe condita CCCXV. Proculo Geganio Macerino & L. Menenio Lanato Cos cum ciuitas annona premeretur, populum largitione frumentaria sibi cõcilians, quia conciones & arma domi haberet, regni consilia agera creditus est. Quẽ L. Quintius à T. Quintio Capitolino & Agrippa Menenio Lanato sequentis anni cõsulibus dictator dictus C. Seruilio Hala magistro equitum dicto, ad concionem causamq; dicendam uocat. detrectantem, opemq; popularem inuocantem Hala obtruncat. Historia est lib. quarto ab Vrbe condita. Plutarchus in Bruto cum à Seruilio Hala colloquium simulante, obsequentem etiam confossum scribit. Cuius deinde domum complanatam, quod æquum Melio accidisse populus Romanus iudicaret, Aequimelium appellauit. cuius meminit Cicero pro domo sua, & Valerius loco citato. Meminit historiæ tum alibi, tum etiam Officiorum secundo, & Catil. primo ubi ferè pro Melio Aelius perperam, nisi fallor, legitur. Vtriusq; historiæ mentionem facit Flor. libro primo, capite ultimo. ⟦Pyrrho.⟧ Eius uitam scribit Plutarchus. Cicero Officiorum primo, ubi de iure belli agit, scribit in hunc modum: Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal, reliqui iustiores, Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.
Ferro, non auro uitam cernamus utriq;.
Vos ne uelit, an me regnare Hera, quid'ue ferat fors
Virtute experiamur (& hoc simul accipe dictum)
Quorum uirtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est.
Dono ducite, doq; uolentibus cum magnis dijs.

Regalis sanè, & digna Aeacidarum gente sententia. Hæc Cice. Et hæc de Pyrrhi iustitia. De humanitate uero Florus, licet ipse dolo ascribat, sic commemorat: Nam, inquit, interemptos cremauit, captiuosq; indulgenter habuit, & sine pretio restituit, missisq; deinde legatis in urbem, omni modo adnixus est, ut in amicitiam reciperetur. Addit Valer. cum legatis Romanis, quo honoratius exciperentur, Liconem Molossum obuiam misisse, ipsumq; ornatu equitum extra portam occurrisse. De bello Tarentino scribunt Florus lib. 1. cap. 18. Abbreuiator Ep. 13. & 14. Oros. cap. 1. qua[illegible]stin. lib. 17. & 18. De tempore quo bellum inter Romanos & Pyrrhũ gestum est, inter authores non prorsus conuenit. Gell. cap. ult. 17. lib. annum Vrbis cond. CCCC. ferè & LXX. assignat. Plin. lib. 8. cap. 6. annum CCCCLXXII. Polyb. lib. 2. CXXIIII. Olympiad. quæ quidem tempora non male congruunt. Videat ergo Orosius, qui annum CCCCLIIII assignat, nisi mentiatur chalcographus, uel chalcographi exemplum. Apud Euseb. reperitur Olympiade CXXIII. ⟦Annibale.⟧ Quia omnia de eius crudelitate plena sunt, malo tacere quàm parum dicere. Sed ne ipse quidẽ ita prorsus inhumanus erat, quin Aemilij Pauli, Tyberij Gracchi, M. Marcelli corpora, honorifice terræ mandari curarit. Val. Flaminij quoq; corpus funeris causa magna cura inquisitum, non inuenit. Liu. ⟦Quod si tanta.⟧ Cõparatio à minori ad maius, uel potius ab eo quod difficilius ad facilius. ⟦Quanquã confirmatur.⟧ Nam poterant iuuenes tale quippiã obijcere, quale illud Senecæ est, cum ait, Virtutem non recipere sordidum amatorem. Huic cogitationi tacite obuiam uenit, nempe beneficia ex amicitijs, amicitias contra ex benefi-

De Spurio Cassio T. Liuius lib. 1.
De Spu. Melio Liu. ab Vrbe condita 4.

studio perspecto, et consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo: quam siqui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit per quam quisq; assequatur, quod desideret; humilem sanè relinquunt, & minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ; quam ex inopia, atque indigentia * nasci uolunt. Quod si ita esset, * ut quisq; ualetudinis nimium in se esse arbitraretur, ita ad amicitiā esset aptissimus; quod longe secus est. Vt enim quisque sibi plurimum confidit, & ut quisq; maxime uirtute, & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaq; omnia in seipso posita iudicet: ita in amicitijs expetendis, colendisq; maxime excellit. Quid enim? erat Africanus indigens mei? Minime hercle. At ne ego quidem illius: sed ego admiratiōe quadam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit: auxit beneuolentiam cōsuetudo. Sed quanquam utilitates multæ, & magnæ cōsecutæ sunt; non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ. ut enim benefici, liberalesq; sumus, non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium fœneramur; sed natura propēsi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam,

* natam

* ut quisq; minimum in se

ex beneficijs minime nasci. Estq; hæc solutio non dissimilis illi, qua iustitiariorum bona opera conuelluntur, qui non uident opera ex fide, uelut fructus ex arboribus nasci: hoc est, non tantum ex suo didicerunt Aristotele, ut inter causam efficientem & effectum discernant. Et licet hoc loco de motu idem quod supra de causis dicere. Nam sicut uirtus amicitiæ causa per se est, utilitas uero per accidens: Ita hoc loco primus animi motus, quem ὁρμὴν Græci uocant, hoc est prima scintillula, unde amoris flāma adhibitis beneuolentiæ sementis inardescit, continua deinde motus actione, non secus quàm physicorū κίνησις, ad constitutum terminū uergit, ille aūt uires quas amicitia acquirit eundo, primū motū moliri proprie dici nō possunt, sed κατὰ συμβεβηκός.

BETVL. [Studio perspecto.] Studium idem uocat, quod Græci σπουδὴν. differt à beneuolentia, quod hæc in animo latitans quiescit, illud uires suas conatibus exerit. estq; quasi beneuolentiæ executio, quādo totus in hoc sum ut ille sentiat, me sibi bene uelle, & hac significandi ratione studere latinis & græcis σπουδάζειν iuxta significat. Eodem quoq; modo studiosus & σπουδαῖος. Sed hoc sine relatione in usu non est, ut si dicam, tui studiosum me senties. id propterea dico, ut admoneam σπουδαῖον, absolute nō studiosum, sed uirum bonum, quem latini uocant, significare. id quod interpretes quosdam ignorasse, translationes testantur. Atq; hinc etiam fluere puto, q[uod] in progressu Lælius suo ipsius exemplo docet, eos amicitijs conciliandis magis idoneos esse, qui suis ipsorum præsidijs nituntur, quàm qui ope indigent aliena. σπουδαῖος siquidem ἀπὸ τῆς σπουδῆς dictus, quòd opera sua iuuat mortaleis, quantumq; in se est, studet omnibus prodesse. Huc quoq; facit, quod Aristoteles asserit, eos quibus ut benefaciant suppetit, ad amandum proniores esse, quàm qui beneficium accipiunt. οἱ δὲ, inquit, εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας. [Quàm ex inopia.] Contra hæc pugnare uidētur, quæ Socrates apud Platon. in conuiuio de Amoris natalibus disserit. ex Diotimæ fatidicæ sententia, τοῦ πόρου καὶ τῆς πενίας filiū fingens. [Quid enim Africanus.] Aulus Gell. lib. 17. cap. 5. hunc Cic. locum ab obtrectatoribus defendit. Caput integrū inserere alienum non puto. Cic. in dialog. cui titulus est Lælius, uel de Amicitia, docere uolens, amicitiam non spe, expectationeq; utilitatis, neq; pretij mercedisq; causa colendam, sed quo ipsa per sese plena uirtutis honestatisq; sit, expetendā diligendamq; esse, etiā si nihil opis, nihilq; emolumenti ex ea percipi queat, hac sententia atq; his uerbis usus est, eaq; dicere facit C. Læliū sapientem uirum, qui P. Africani fuerat amicissimus. Quid.n. Africanus indigens mei? ne ego quidem illius. sed ego admiratione quadā uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quā de meis moribus habebat, me dilexit; auxit beneuolentiā consuetudo. sed quanquā utilitates multæ & magnæ consecutæ sunt, non sunt tñ ab earum spe causæ diligendi profectæ. ut enim benefici liberalesq; sumus, nō ut exigamus gratiā, neq; enim beneficiū fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatē sumus, sic amicitiā non spe mercedis adducti, sed qd' omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendā putamus. Hoc cum legeretur in cœtu forte hominū doctorum, rhetoricus quidā sophista, utriusq; linguæ callēs haud sanè ignobilis, ex istis argutulis & minutis doctorib. qui τεχνικοὶ appellantur, atq; in disserendo tñ nō impiger, usum esse existimabat argumento M. Tulliū nō probo, neq; ἀποδεικτικῷ, sed eiusdem quæstionis, cuius esset ea ipsa res de qua quæreretur. Verbisq; id uitium Græcis appellabat, qd' accepisset ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου. Nam beneficos, inquit, & liberales sumpsit ad cōfirmandum id quod de amicitia dicebat, cum ipsum illud & soleat quæri, & debeat quisq; liberaliter & benigne facit, qua mente, quo'ue consilio benignus liberalisq; sit. Vtrum quia mutuam gratiā speret, & eum in quem benignus sit, ad parem curam sui prouotet, quod facere pleriq; oēs uidentur. An qui natura sit beneuolus, benignitasq; eum per sese ipsa et liberalitas delectat sine ulla recipiendæ gratiæ procuratione, quod est omnium fermè rarissimum. Argumēta aūt censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minime controuersa, idq; ἀπόδειξιν uocari dicebat, cum ea quæ dubia aut obscura sunt, per ea quæ ambigua non sunt, illustrantur. Atq; ut ostēderet beneficos, liberalesq; ad id quod de amicitia quæreretur, quasi argumentū exemplum'ue sumi nō oportere. Eodem, inquit, simulachro, & eadem rōnis imagine amicitia inuicem pro argumento sumi pōt, si quis adfirmet hoīes beneficos liberalesq; esse debere, non spe aliqua cōpendij, sed amore & studio honestatis. poterit enim cōsimiliter ita dicere. Namq; ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur, sic benefici liberalesq; nō gratiæ recipiendæ studio esse debemus. Poterit sanè, inquit, ita dicere: sed neq; amicitia liberalitati, neq; liberalitas amicitiæ præbere argumentum potest, cum de utroq; pariter quæratur. Hæc ille. Rhetoricus artifex dicere quibusdā uidebatur perite & scienter, sed uidelicet eum uocabula rerum uera ignorauisse: nam beneficum & liberalem Cic. appellat, ita ut philosophi appellandum esse censent, non eum qui, ut ipse ait, beneficia fœneratur: sed qui benigne facit, nulla tacita rōne ad utilitates suas redundante. Non ergo obscuro, neque

Amicitia non spe mercedis, sed ex fructu amoris expetenda est.

nō spe mercedis adducti,sed quo'd omnis eius fructus in ipso amore inest,expetendam putamus. Ab iis,qui pecudum ritu ad uoluptatē omnia referunt,longe dissentimus. nec mirum: nihil enim altum,nihil magnificum,* ac diuinū suspicere possunt,qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamq; contemptam. Quàobrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autē intelligamus,a' natura gigni sensum diligendi,& beneuolentiæ charitatē,facta significatione probitatis:quā qui appetiuerunt, applicant sese,& propius admouent;ut & usu eius, quem diligere cœperunt,fruantur,& moribus;sintq; pares in amore,& æquales,propensioresq; ad bene merendum, quàm ad reposcendum. Atque hæc inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates ex amicitia maximæ capientur; & erit eius ortus a' natura,qua'm ab imbecillitate & grauior,& uerior. Nam si utilitas amicitias conglutinaret,eadem commutata dissolueret. Sed quia natura mutari non potest, idcirco ueræ amicitiæ sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiæ uidetis, nisi quid adhuc forte uultis.* SCAEVOLA. Tu uero perge Læli: pro hoc enim,qui minor est natu,meo iure respondeo. *FANNIVS. Recte tu quidem.quàobrē audiamus.

LAELIVS.

AVdite uero optimi uiri ea,quæ sæpissime inter me, & Scipionem de amicitia disserebātur:quanquā ille quidem nihil

[margin: ETVL. — * nec — * FAN. — * SCAE. — ihil diffi:1/ us,q̄ amici/ am uldq; ad tremum ui/ e dem per/ anere.]

ambiguo argumento usus est,sed certo atq; perspicuo. Siquidē qui uere beneficus liberalisq; est,qua mente bene aut liberaliter faciat, non quæritur. Aliis enim longe nominibus appellandus est,si cū & talia facit,sin potius q̄ alterius iuuandi causa facit. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio,si Cic.ita dixisset. ut enim benefice liberaliterq; facimus,non ut exigamus gratiam.uideretur enim benefice facere etiā in nō beneficum cadere posse , si id p aliquā circūstantiam fieret,non per ipsam ppetuæ benignitatis constantiā. Sed cū beneficos liberalesq; dixerit,neq; aliusmodi isti sunt, quàm cuius eē eos supra diximus,illotis,ut aiunt, pedibus & uerbis reprehēdit doctissimi hominis orationem.

¶ Sed quod omnis eius fructus.} Cic.ad Appiū Pulchrū: Itaque mihi propono fructum amicitiæ nostræ , ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, præsertim in iis studiis quibus uterque nostrū deuinctus est. Nā tibi me pfiteor & in Repub. sociū, de qua idē sentimus, & in quotidiana uita cōiunctū cū iis artibus studiisq;,q̄ colimus. ¶ Ab iis qui pecudū.} Tertium amicitiæ membrum,δι' ἡδονήν. ¶ Qui pecudū ritu.} Quos in Officialibus libris hoīes dicit noīe tantum,nō re. ¶ Omnia.} Indignā qdē hominis præstātia iudicat: sin aūt quispiā sit, qui aliqd tribuat uoluptati, diligēter sciat ei tenendū esse modū eius fruēdæ. Offic.1. ¶ Nihil tam altū.} A' cōtrariis sic colligit,uoluptuosus humilia tantū & abiecta sectatur. Amicitia,ut pulchra omnia,in excelso loco cōsistit. Voluptuosus igitur ab amicitiæ disputatione alienus est. ¶ Aut tam magnif.} Magnificentia siquidem est rerum, magnarum cum ampla animi cogitatione administratio. ¶ Propensiores.} Honestius siquidem dare quàm accipere, non Ciceronis modo,sed & Solomonis testimonio habetur. ¶ Honesta certatio. } Hesiodia nimirū,ad quam fratrem Persam bis uersib. inuitat:

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος,ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν,
εἰσὶ δύω,τὴν μὲν κὲν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητὴ,διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν,καὶ δῆριν ὀφέλλει
σχετλίη,οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτὸς.ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
τὴν δ' ἑτέρην,προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννὴ,
θῆκε δέ μιν κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
καὶ γῆς τ' ἐν ῥίζῃσι,καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω.
ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
πλούσιον,ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι ἠδὲ φυτεύειν,
οἶκόν τε εὖ θέσθαι.ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων.
εἰς ἄφενον σπεύδοντ' ἀγαθὴ τ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Eiusmodi concertationes tum alibi apud Ciceronem legimus, tum lib.7.Epist.ad Trebatiū: Vide quanti apud me sis, & si uere id quidem,non enim amore te uinco. ¶ Capiētur.} Vt fructus ex arboribus. ¶ Cuius ortus sit à natura.} Argumentū à causa materiali formaliq;. sunt enim physicis materia & forma principia constituentia. Aristotel.lib. Phys.1. φανερὸν οὖν, inquit, ὅτι γίνεται ἅπαν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου,καὶ τῆς μορφῆς. Natura principiū constituens est.ait.n.lib.3. φύσις μὲν γάρ ἐστιν ἀρχὴ κινήσεως καὶ μεταβολῆς. κίνησιν supra primum motum Cice. appellaut μεταβολὴ autem est, qua animus antehac alienus beneuolentiæ formam induit. Argumētatur aūt ferè in hunc modum: Cuius principiū per se stabile est,idipsum stabile firmūq; sit necesse est, per accidens non item. Amicitiæ principiū, uirtus scilicet p se stabilis, fortuna & uoluptas per accidens caducū. Amicitia ergo,si eius principiū, natura,id est solidū per se quidam sit,durabile semper : si fluxum quiddā,primo quoq; tēpore unà cū principio,primo quoque tēpore concidet & euanescet. ¶ Eadē cōmutata.} Cessante cā,cessat etiā effectus. Isocra. ad Demonicū. τὰς μὲν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. Lege omnino Epist.9.lib.1.apud Senec. ¶ Sed qa natura mutari non pōt.} quā licet expellas furca, inquit Horat.tā usq; recurret. Et qa uidemus Cic. de industria physicorū uti uocibus,qd uetat φυσικῶς amicitiæ ortum expendere, & hoc trahere ad naturæ definitionē,cum definiunt esse ἕξιν,ἢ δύναμιν ἐξ αὑτῆς κινουμένην αἰτίαν γενέσεώς τε καὶ διαπλάσεως. Gale.in Defin.& Laer.in Leone. ¶ Idcirco uere amicitiæ.} Nā natura pulchri desiderio capitur,authore in Cōuiuio Platonico Socrate ¶ Qui minor est natu.} Hæc nōnihil faciēt q̄ scribit Cic. in Bruto: alter autē C.Fannius M.F.C.Lælii gener, et moribus & ipso gñe dicēdi durioris soceri instituto,quē qa cooptatus in augurū collegiū nō erat,nō admodū diligebat,præsertim cū ille Q.Scæuolā sibi minorē natu generū prætulisset. Cui tū Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud,sed maiori filiæ detulisse. Quod ad ad reciprocationē tibi,pertinet,consule Quintil.& Budeum.

Vel

difficilius esse dicebat, quàm amicitiam usque ad extremum uitæ diem permanere. Nam uel ut non idem expediret utriq;, incidere sæpe; uel ut de Repub. nō idem sentirent. mutari etiam mores hominū sæpe dicebat, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente. Atq; earum rerū exemplū ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quòd summi puerorū amores sæpe una cum prætexta, * & toga deponerentur: sin aūt ad adolescentiam pduxissent; dirimi tamen interdū contentione, uel luxuriæ conditione, uel cōmodi alicuius, quod idem adipisci uterq; non posset: quòd si qui longius in amicitia prouecti essent; tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionē incidissent: pestē enim maiorem esse nullā in amicitijs, q̄ in plerisq; pecuniæ cupiditatem, in optimis quibusq; honoris certamen, & gloriæ; ex quo inimicitias maximas sæpe īter amicissimos extitisse. Magna etiā dissidia, & plerūq; iusta nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum nō esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriā. quod qui recusarent, quamuis honeste id facerēt; ius tñ amicitiæ deserere arguerētur, ab ijs, quibus obsequi nollent: illos aūt, qui quiduis ab amico auderēt postulare; postulatione ipsa profiteri omnia se amici causa esse facturos. eorū querela inueterata non modo familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima, atq; sempiterna. Hæc * ita multa quasi fato impēdere amicitijs, ut omnia subterfugere nō modo sapientiæ, sed etiā felicitatis diceret sibi uideri. Quamobrem id primum uideamus, si placet; quatenus amor in amicitia progredi debeat: num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? num Becillinum amici regnum appetentem, num Spurium Melium iuuare debuerunt?

* sumpta toga

* multa ita

Quatenus amor in amicitia progredi debeat.

BETVL. ¶ Vel non idem expediret. } Nā Arist. 2. Rhet. inter causas amicitiæ numerat, si quibus eadem bona mala'ue sint. Vita communis exempla suppeditat, præsertim religio. ¶ Vel ut de Rep. } Exemplis historiæ plenæ. Isocr. in Paneg. commendat Atheniensium maiores, ab eo quòd amicitias magis ob Remp. quàm priuatam contraxerunt. Sic M. Octauius, T. Gracchi in tribunatu collega & amicus, quia Agrarijs conatibus subscribere nollet, eò inimicitiæ res peruenit, ut tribunatu moueretur. Sic Ciceronis & ipsius Crassi propter coniurationem Catilinæ, sic aliæ infinitæ. ¶ Sin autem. } Sic in offic. iubet beneuolentiam non adolescentium more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius et constantia iudicare. Interdum contentione. } Martialis: Aurū & opes & rura frequens donauit amicus: ¶ Qui uelit ingenio cedere, rarus erit. } Quintilianus lib. 6. cap. 4. Potius amicum quàm dictū perdidi. ¶ Honoris contentionem. } quam cōtra officium esse, docuit lib. 1. Offic. ¶ Honoris certamen. } Exēpla sunt in Aristide et Themistocle. ¶ In plerisq; pecuniæ cupiditatē. } Sal. in Catil. Nāq; auaritia fidem, probitatem, cæterasq; bonas artes subuertit. Pro his superbiam, crudelitatē deos negligere, omnia uenalia habere docuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasq; nō ex re, sed ex cōmodo æstimare, magisq; uultum quàm ingeniū bonum habere. ¶ Cum aliquid ab amicis. } Cicero lib. Off. c. 3. Maxime autem perturbantur officia in amicis, quibus & non tribuere quod recte possis, & tribuere quod non sit æquum, contra officium est. Sed huius generis totius breue et non difficile præceptū est. Quæ n. uidētur utilia, honores, diuitiæ, uoluptates, et cætera gñus eiusdē, hæc amicitiæ nunquā anteponēda sunt, atq; neq; cōtra Rēpubl. neque contra iusiurandum ac fidem amici causa uir bonus faciet, ne si iudex quidem erit de ipso amico. ponit enim personam amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amicitiæ, ut ueram amici causam esse malit, & ut perorandæ liti tempus, quod per leges liceat, accommodet. Cum uero iurato dicenda sententia sit, meminerit Deū se adhibere testem, id est, ut arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. Itaq; præclarū à maioribus accepimus morē rogādi iudicis, si eū teneremus, quæ salua fide facere possit. Hæc rogatio ad ea ptinet, quæ paulo ante dixi, honesta amico à iudice posse concedi. Nam si oīa faciēda sint, quæ amici uelint, non amicitiæ tales, sed cōiurationes putādæ sunt. Loquor aūt de communibus amicitijs. nam insipientibus uiris, atq; perfectis, nihil potest esse tale. Damonem et Pythum Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendatorū suoru in causa postulauisset, uas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset, moriendū esset ipsi. Qui cū ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut se in amicitiā tertiū adscriberent. Quum igitur id quod utile uidetur in amicitia, cum eo quod honestū est, cōparatur, iaceat utilitatis species, ualeat honestas. Quum autem in amicitia quæ honesta nō sint, postulabuntur, religio & fides anteponantur amicitiæ, et sic habebitur is quem exquirimus, delectus officij. de hoc inferius plura. ¶ Coriolanus. } Cui Corioli Volscorum oppidū captum cognomē adiecit, C. Martius aliàs familiæ nomine, Anci regis clara progenies, plebi infensus, cuius inuidiā partim cū frumentū esurienti populo negaret, partim cū coloniā Veliternos exhaustī peste ciuitatē ducendam urgeret, cōciliasset, affectati regni cām dicere à tribunis coactus, duodecim tribuum, cum XXI essent, calculis exilio multatos, ad Volscos Romanorū hostes se cōtulit, patriā armis ad salutis usq; desperationē uexauit. Quo de paulo post. Periclitantis aūt casum, quāuis ordo patricius nō sine acerbo doloris uulnere tulerit, nemo tñ unus ex uniuersa nobilitate eripiendo illi, præ plebis furore manus admouere ausus fuit. Omni ergo amicorū auxilio destitutus, magno ciuium malo rem iudicatā fecit. Historiam scribunt Plutarchus in eius uita Dionys Halicarnaseus lib. 7. & 8. Liu. ab Vrbe cond. 2. Plin. de Viris illustr. tit. 19. Meminerunt Val. lib. 5. c. 2. & 4. Flor. lib. 1. cap. 22. Appian. in principio primi Bellorum ciuilium. ¶ Becillinū. } Sp. ille Cassius est, de quo supra, quem alij Vicellinum uocant.

ERAS. ¶ Luxuriæ cōditione. } Cōditiōe dictū hic uidetur nō à cōdēdo, sed à cōdiēdo: īter iuuenes aūt his ēt de rebus solet esse cōcertatio.

SEI VL.

Tiberium quidem Gracchum Rempub. uexantem, à Q. Tuberone, æqualibusq; amicis derelictum uidebamus. At C. Blosius Cumanus, hospes familiæ uestræ, Scæuola, cum ad me, qui aderam * cū Lenate, & Rutilio consulibus in consilio, deprecatum uenisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quòd tanti Tib. Gracchum fecisset, ut quicquid ille uellet; sibi faciendum putaret. Tum ego, Etiam'ne, inquam, si te in Capitolium faces ferre uellet? Nunquam, inquit, uoluisset id quidem: sed si uoluisset, paruissem. Videtis quàm nefaria uox: & hercle ita fecit, uel plus etiam, quàm dixit. non enim paruit ille T. Gracchi temeritati, sed præfuit: nec se comitem illius furoris, sed ducē prębuit. itaq; hac amētia; quęstione noua perterritus, in Asiā profugit, ad hostes se cōtulit; pœnas Reipub. graues, iustasq; psoluit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici cā peccaueris. Nā cum conciliatrix amicitiæ uirtutis opinio fuerit, difficile est amicitiā manere, si à uirtute defeceris. Quòd si rectū statuerimus, uel concedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab amicis quicquid uelimus, perfecta quidem sapiētia sumus, si nihil habeat res uitij: sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus, aut quos nouit uita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, & eorum quidem maxime qui ad sapientiam proxime accedunt. * Vidimus Paulū Aemilium

Deprecari, id est, a se crimē remouere.

Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris.

* Lenati,

* uidemus Papū Aem.

Tiberium quidem Gracchum.} Cicero exemplis, ueluti cothurno amphoteredexio, utitur: & pro instituti uarietate, argumentis uelut Lesbiam regulam adhibet. Quare nō est, ut tibi Ciceronem loqui fingas: decorum Lælij exprimit, qui, ut ex sequentibus clarius patebit, plebi, plebisq; magistris, præsertim Gracchi legibus uehementer restitit, quare Remp. hic ab eo uexatam scribit, quasi Respub. ex solis patricijs, atq; non item ex plebe constaret. Nam si hoc rempub. uexare est, si quas æqualitatis, quæ Platoni tantopere placuit, studiosus est, meri to Gracchi pro perniciosis ciuibus habentur, qui hoc unū agebant, ut agros populo diuiderent, quos, ut D. August. de Ciuitate dei affirmat, nobilitas peram possidebat, periculosum siquidem illis, imo perniciosum fuisse uetustam iniquitatem audere conuellere. Quid aūt Cic. alibi sentiat, accipiamus. Taceo alia loca: in Oratione pro lege Agrar. scribit in hunc modum: Nam quid dicam, Quirites? Genus ipsum legis agrariæ uituperare non possum. Venit mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebi Romanæ uiros Tib. & Caium Gracchos plebem in agris publicis constituisse, qui agri à priuatis antea possidebantur. Non sum autē ego is Cos. qui, ut pleriq;, nefas esse arbitrer, Gracchos laudare, quorū consilijs, sapiētia, legibus multas esse uideo Reipub. partes constitutas. Et inferius: Audes enim Rulle mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa commouet? tales uiros illos triginta quinq; tribuū suffragio esse creatos. Et cum à Tib. Gracchi ætate ac pudore longissime remotus sis, id quod dissimillima rōne factum sit, eodē iure putas esse oportere. Atq; quo Catilinæ aliorumq; facinora exaggeret, simili collatione Gracchorū conatus extenuare solet. Historiam Gracchorū scribunt in primis Plutarchus in uitis, Appian. de bello ciuil. lib. 1. Plin. de Viris illust. cap. 64 Flor. lib. 3. cap. 14. Abbr. Ep. 58. & seq. Oros. lib. 5. cap. 8. & 9. Meminerūt Cic. ut hic, ita in Offic. & multis alijs locis suo arbitrio. Salust. in Iugurthino bello, Portius Latro in Catilinam, Val. lib. 1. cap. de Ausp. lib. 3. cap. de Fortitudine. lib. 4. cap. de Amicit. lib. 7. cap. de Sapienter dictis & factis. Aug. de Ciuit. lib. 3. cap. 24. Quinto Tuberone } homine Stoico & austero. Panætij auditor is fuit, & iurisperitus, ceterum in nullo oratorum numero, integerrimus tamen. & ciuis optimus, P. Aemilij ex filia nepos, P. Africani sororis filius, Fabij Maximi in cōsulatu collega, de quo Cic. pro Murena, & de Claris oratorib. Val. lib. 7. cap. 5. Pom. de orig. iur. Plut. in Aemilio. Plin. lib. 8. cap. 17. Ceterū quod à Graccho res nouas conante defecerit, nihil dum reperi, nisi quod Rutilius in Catalogo iureconsultorum memorat. Aequalibusq; amicis. } M. Octauio, qui & ipse Tribunus pleb. & Tiberio admodum familiaris. is primum ob amicitiam intercessionem facere detrectabat: tandem locupletū instātia uictus, quia et ipse multū agri publici possidebat, intercessit. Quare postremo Tribunatum abdicare coactus fuit. de quo Plutarchus & Appian. At C. Blosius. } Plutarcho, Antipatri Tarsensis philosophi discipulus. Cum ad me qui aderam. } Nam eius consilio precipue Coss. utebantur: Valerius. Plutarchus autem hanc quæstionem à Nasica, nō à Lælio factam scribit, & Blosium ad Coss. perductū, non sua sponte se excusatum uenisse. Cum Lenate & Rupilio. } apud Valerium uulgo Lemnati legitur. Glareano & Holoandro anno ab Vrbe condita DCXXII. quo hæc gesta sunt. Consules fuerunt P. Popilius Lenas, & C. Sulpitius Galba. ubi Glareanus admonet, apud Florum Epit. 59. P. Attilium falso fortassis legi, pro Popilio. Miror à Plutarcho consulum nomina reticeri. Deprecatum uenisset. } Vide Gellium libro sexto, capite 16. Valer. libro sexto. cap. 24. Videtis quàm nefaria uox. } Quis illum sceleratum putasset fuisse, si tacuisset? Quis etiam non sapientē, si pro necessitate temporis loquutus esset? At Blosius nec silentio honesto, nec prudenti sermone salutem suam, ne qua ex parte infelicis amicitiæ memoriam desereret, tueri uoluit? Hæc Valerius. Sed præfuit. } Tyberius enim, ut primum Tribunus pleb. creatus est, eam actionem suscepit authoribus, ut plerique scripserunt, Diophane rhetore Mytilenæo, tunc in Italia exulante, & Blosio Cumano. Plutarch. Quæstione noua. } uel inquisitione, quæ Gracchanis tendebatur, uel iudicio, quo C. Villius, & Diophanes rhetor necati fuerant, unde quæstio, quæsitor, et quæstionis iudex, uel interrogatione, qua se circūuentum animaduertit. In Asiam fugit. } ad Aristonicum regis Eumenis filium, qui Asiam occupauit, cum testamento Attali regis legata populo Romano libera esse deberet. Rebus autem Aristonici profligatis, sibi mortem consciuit. Plutarchus & Florus. Difficile est amicitiam manere. } Quia cessante causa cessat effectus. Perfecta sapientia. } in quam nullus error, nullum peccatum, nullū uitium cadit, quæ denique in se uirtutem omnem complectitur.

Lucinio

C. * Lucinio familiarē fuisse, sic à patribus accepimus; bis vna Consules, & collegas in Censura: tum etiam cum iis, & inter se coniunctissimos fuisse, M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ traditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus, quenquam horum ab amico quippiam contendisse, quod contra fidem, contra iusiurandum, contra Rempublicā esset. Nā * hæc quidem in talibus viris quid attinet dicere: si contendissent, scio impetraturos non fuisse, cum illi sanctissimi viri fuerint. Aeque autem nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. At vero Tiberium Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, & minime tunc quidem C. frater, nunc idem acerrimus * inimicus.

* Luscinio

* hoc

* hostis.

Prima lex in amicitia, ut ne quæ rogemus res turpes, nec faciamus rogati.

HAec igitur prima lex in amicitia sanciatur, vt neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Turpis.n.excusatio ē, et minime accipiēda, cū in cæteris peccatis, tū si qs cōtra Rēp. se amici causa fecisse fateat. Et.n. eo loco, Fanni & Scæuola, locati sumus, vt nos longe

BETVL. ¶ Lucinio familiarē.} sic Mediolanense illud liberale exemplar cum emendationib. nostratibus habet. Glareanus in Chronologia Cōsulari Licinio, non Lucinio, ad quam lectionem etiam omnibus conniuet, legendum esse recte censet. Nam C. Licinium Crassum in secundo cōsulatu collegam habuit, anno ab Vrbe cōdita DLXXXVI. Valerius libro septimo capite de Repulsis: Postquam campum repulsis fatigarit, tres.n. repulsas passus fuit, bis consulem & censorem fatetur. De duobus consulatibus inter authores conuenit. Sed ex his Valerij uerbis nō colliges, bis eum censorem fuisse, nec apud Plutarchum plures q̃ semel censura functus memoratur. Id propterea dico, quia in quibusdam codicibus legitur, bis Consules, & bis Censores fuisse una, in aliis uero, bis, in Censura non repetitur, de collegis controuertitur. Plutarchus, Valerius, & Plin. magno silentio prætereunt. Liuius, cui multa habenda fides, circa finem libri noni Decadis quartæ, Cneum Bæbium Pamphilum, ubi alij Tamphilium male legunt, in priori consulatu, quo de Liguribus triumphauit, collegam assignat, nō Licinium. nisi forte uel bis utrunq; extinguendum sit. uel intelligas, bis collegas fuisse, in consulatu semel, in censura iterum. Chronologi huic consulatui annum quingentesimū septuagesimū secundum ab Vrbe condita ascribunt. de secundo eius consulatu, idem Liuius lib. 4. quintæ Decadis, sic scribit: Consules creati L. Aemylius Paulus. 17. anno, postquā primo Consul fuerat, & C. Licinius Crassus. Vbi Chronologis XIIII tantū annos interponit. Viderint ergo Chronologi hoc loco, an Delij alicuius opera ex hisce Syrtibus enatare posint. ¶ Tum etiā cum iis.} Glareanus, cuius auditorium aliquando sectatus sum, sua laude fraudandus non est, qui in Chronologia Liuiana diligenter annotauit, hunc Ciceronis locum prauatissimum esse, si quis tempora uirosq; atq; uerborum ordinem expendat. Fieri potest, ut Curius et Coruncanus, quia σύγχρονοι, inter se coniuncti fuerint: sed cū iis qui haud minus centum annis antecesserunt, quā contraxerint amicitiam, ut le rint alij. Hi nanq; tempore belli Samnitici, cumq; Pyrrhus cum Romanis de imperio certaret, floruerunt, hoc est anno ab Vrbe cond. 40. ferè & septuagesimo. Quos bellū Macedonicū, quo Aemilius & Licinius Coss. fuerunt, centum & amplius annos secutū est. ¶ C. Carbo & C. Cato.} Flor. Ep. 59. Fuluiū Flaccū & C. Carbonē cū C. Graccho in agro diuidendo creatos scribit. Non dissentit Appianus, nisi q̃ Papyrium Carbonem, non forte sine hallucinatione uocat. Plutarchus solius Fuluij mentionem facit, ut hominis seditiosi, cuiq; ob Africanū subito defunctum in suspicionem uenerit. & cum C. Graccho in seditione Opimij Coss. iussu occisus fuerit. Cæterum de C. Catone nihil dum inuenio. Vtinam Sulpitius aliquis Apollinaris nobis daretur, qui Portiorum genealogiam fusius edisserat. ¶ C. Fratri.} Mediolanensis lectio expeditior mihi uidetur, atq; planior, quæ sic habet. Et minime tum quidem acer C. frater, nunc idem hostis acerrimus. nisi quod pro hostis inimicus legere malo. hostis siquidem nisi bellum legitime indictum sit, esse non potest, cum Caius illius Coss. oppressione, indicta causa necatus sit, qui postea furti reus est factus. ¶ Minime tum quidem acer.} Per ætatem uidelicet, quippe nouem annis, fratre, cum occideretur, minor: siue, quòd uel inimicos ueritus, uel ut inuidiam illis accumularet, statim post necem Tyberij fratris, omisso foro, se in otium tradidit, quasi & tunc misere, & in futurum abiecte uitam acturus, ut etiam quibusdam de se præstaret sermonē, quasi ea damnaret quæ Tyberius gesserat. Hæc Plutarchus qui somnium quoque ex primo Cicero. de Diuinatione lib. refert. Caio in somnis quæsturam petenti Tyberium fratrem uisum esse dicere, quàm uellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interijsset, esse pereundum. fatis ergo Caius in perniciem tractus, adeo aliàs inculpatam duxit uitam, ut ne senatus quidem eius acta improbarit, cum personam grauissime perse queretur. quid multis? Quemadmodum Romanorum senatus libido eum consensu pessundedit, ita magno historicorum consensu innocens & reformandæ reipublicæ pressæq; potentum tyrannide libertatis asserendæ studiosus pronunciatur. Lælius ergo patriciæ, quam gerit, personæ non obliuiscitur, licet ex generis neutiquam alieno prorsus à Gracchis animo fuisse, historias legentibus facile uerisimile sit. ¶ Hæc lex pri. de amicitia sanciatur.} Pausanias in Conuiuio Platonis, inter cætera duas amicitiæ leges ponit. unam, ut mentem, non corpus amemus, atque eum demum stabilem amorem esse. alteram, amare secundum se nec honestum, nec turpe esse. Turpe prauo turpiter obsequi, honestum uero honesto. Cæterum sanciendi uerbum alij à sanguine hostium, alij à sagminibus deducunt. significat autem firmare, munire & quasi sanctum facere. Hinc sanctiones pro legibus, & leges ipsæ sanctæ dicuntur, quæ non debent pœnæ sanctione corrumpi, ut Macrobius ex Trebatij traditione docet lib. Sat. 3. cap. 3. de quo uide etiam Bud. in Pandectis, & alios. Hinc etiam sacratæ leges. Lex autem, quæ hic pro regula accipitur, Varroni dicta, quòd unum ex multis statuendis legat, quod seruandum sit. ¶ Excusatio.} exceptionem iureconsulti uocant, rhetores, translationem. Sed hæc eiusmodi est, quæ nec perimat actionem, nec differat. Quæ quia honeste reum tueri non potest, nullius momenti habebitur. Imo grauius incusat, sicut illa adolescentis Terentiani, qui stuprum ebrietate defendere tentabat. De exceptionibus alibi plura.

ERASMVS.

¶ Ab amico quippiam contendisse.} Attende recte dici, hoc à me contendit, pro eo quod erat, hoc à me instanter petijt.

prospicere oporteat futuros casus Reipublicę. deflexit enim iam aliquantulnm de spatio, curriculoq́; consuetudo maiorum. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. Num quid simile Populus Rom. audierat, aut viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici, & propinqui. Quid in P. *Scipionem Nasicam effecerint, sine lacrymis non queo dicere. Nam Carbonem quoque, quem modo posuimus, propter recentem pœnam Tib. Gracchi sustinuimus. De C. Gracchi autē tribunatu quid expectem, nō libet augurari. Serpit. n. deinde res, quæ procliuis ad perniciē, cū semel cœpit, labitur. Videtis in tabella iā ante quāta sit facta labes, primo Gabinia lege,

*Scipionē ef.

BETVL. ⁋ Prospicere. } Hoc prudentiæ est, quæ ex præteritorum memoria, & præsentium coniecturis futura colligit, & prospicit. ⁋ Spatio curriculoq́; } Metaphora à stadijs, curuliq́; certamine. Cōqueritur dignitatē patritiam Tribunorū potētia labefactatā ⁋ Regnū occupare conatus. } Inanis hæc suspicio fuit, quæ inde manauit. Tyberius Attali Philopatri defuncti testamento à Pergamenis Romā transmisso, in quo popu. Roma. hæres scriptus fuerat, primo quoq; tempore ad populū tulit, ut regia pecunia ciuibus Romanis, quibus agri dabantur, pro cultura assignarentur. de oppidis autem, quæ Attali fuissent, nihil ad senatum, sed ad populū Romanū pertinere prædicabat, id quod uel maxime senatū offendit. ideoq; Pompeius in senatu assurgens, se uicinum esse Tyberij, atq; ob id exploratum habere affirmat, diadema & purpuram ex regia gaza per Eudemum Pergameum Graccho delatam, tanquam Romæ regnaturo. Accedit etiā illud ad suspicionē, quod cum uim in concione aduersus se parari uideret, capitis contactu percunctantibus, quid ea præparatio sibi uellet, sibi periculum imminere, significationē fecit: quod signū inimici nequaquā candide interpretati, regium eū diadema affectare, Senatui nunciarunt. Ex Plutarcho & Appiano ⁋ Vel regnauit is quidē } ἐπ αερό φθο σις δι α' υξησιν, non carens zelotypia, quā Cicero obtrectationem interpretatur, hoc est æmulationis egritudinē. Regnauit quidē Tyberius, si triumuiratus regnum est. Regia, hoc est intolerabilis patricio potentia, popularis uidetur omnis. Et fuit sanè tyrannicum satis, quòd tribunus plebis Octauiū collegam loco mouit, et se magistratu abdicare resistentem coegit. Et ueteribus obseruatū est, ab ipso Bruti primi Cos. exemplo, neminem, qui collegam amolitus sit, annum superuixisse. ⁋ Quid in P. Scipionem Nasicam effecerint. } Nasica, uir optimus ab æuo condito iudicatus. Plin. Is cū Scæuolā Consulem in opprimendo Graccho cunctatorē animaduerteret, priuatus ipse dextra sublata, sequi se iussit, qui saluā rempublicā uellent. Gracchū in Capitoliū persecutus oppressit. de quo præter cæteros, Valerius lib. 5. cap. 2. Ei, inquit Plin. in patria mori non licuit: non hercle magis q̃ extra uincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati. Is. n. ut inuidiæ subtraheretur (uindicta. n. & accusatores contra eū, teste Plutarcho, parabantur) sub titulo legationis Pergamum secessit, & quod uitæ superfuit, ibi sine ullo ingratæ patriæ desiderio peregit. Val. li. 5. c. de Ingratis. ⁋ Sine lacrymis. } Senile πρέπον. ⁋ Nā Carbonē. } Ne plebs ex recente Gracchi interitu illius cæde nimium exasperaretur. Nec fefellit omen patricios. Carbo siquidem Tribunus pl. rogationē tulit, qua de statim in Tabellarijs, ut eundē Tribunum pl. quoties quidem uellet, creari liceret. Quam P. Africanus grauissima oratione dissuasit, in qua dixit Tyberium Gracchum iure cæsum uideri. Florus Epit. 59. Idē C. Carbo Consul cū L. Opimij causam defenderet, apud populū nihil de Gracchi nece negauit, sed id iure pro salute patriæ factum esse dicebat. Cicero de Oratore secundo. factus post Carbo cum C. Graccho & Fuluio Flacco Triumuir, propter rem agrariam, seditionis author extitit. Quibus cū P. Scipio Africanus aduersaretur, fortisq́; ac ualidus pridie domū se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus. Hinc illæ lacrymæ. necdū. n. recens ex amici interfecti dolor animo exciderat. Admonendus hoc loco mihi lector est, nō in omnibus editionibus Nasicæ cognomen superius à lectū, fieriq; posse ut ex glossulis in contextum irrepserit. atq; sic nō male de Africano quoq; intelligi posse. ⁋ De C. Gracchi. } Valerius lib. 4. capi. de Amic. ⁋ Nō libet augurari. } i. signis quibusdā perniciē Reipub. uidere. quia igitur illud demū augurium auspicatū est, quod pro patria, non cōtra patriā fit, non libet amatori patriæ male, cū bene nō possit, ominari. ⁋ Serpit. } Metaphora à gangrænis & alijs id genus serpentibus morbis, quos, nisi putridum ac corruptum radicitus exciderīs, curationem nequicquam parabis. Ouidius:

—Sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Quia autē Carbo, C. Gracchus. et alij cæli supererāt, nulla sanitatis spes, quā patricij sublata tribunitia potestate sibi imaginabantur, sperāda erat. quā Q. Cic. de Legib. 3 pestiferā ideo iudicat, quia in seditione ad seditionē nata sit. ⁋ In ta. } unde tabellariæ leges nomē acceperūt, q̃ iubebant, ut populus p tabellas punctis distinctas suffragia ferret. hoc est, ut puncto in tabula apposito, per singulas tribus, pro quo candidato suffragia cōferrēt, dinosci poterāt. hoc fiebat, ut animo magis libero uota impartirent, neue aliqua inuidia inde oriretur, cū non uoce, sed punctis suffragarentur. Lege Alexādrū ab Alexādro, lib. Genialiū dierū 4. cap. 3. & Erasmū in prouerbio, In simpulo. ⁋ Gabinia le. } De tabellarijs legibus disserit Q. Cice. de Legibus lib. 3. his uerbis: Ista, inquit, sentētia maxime & fallit imperitos, et obest sæpissime Reipub. cū aliquid uerū & rectū esse dicitur, sed obtineri. i. obsisti posse populo negatur. Primū. n. obsistitur, cū agitur seuere: deinde ui opprimi in bona causa est melius, q̃ male cedere. Q. ut autē nō sentit omnē authoritatē optimatiū tabellariā legē abstulisse, quā populus liber nunquā desiderauit, idē oppressus dominatu ac potētia principū flagitauit. Itaq; grauiora iudicia potētissimus hominibus extant uoces, q̃ tabellæ. Quāobrē suffragādi nimia libido in nō bonis causis eripiēda fuit potētibus, nō latebra danda populo, in qua bonis ignorātibus, quid quisq; sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragiū. Itaque isti rōni neq; lator quisquā est inuētus, nec author unquā bonus. Sunt n. leges tabellariæ, quarū prima de magistratibus mādādis: ea est Gabinia, lata ab homine ignoto & sordido. secuta biennio post Cassia est, de populi iudicio: ea ab nobili homine lata est, L. Cassio, sed pace familiæ dixerim, dissidēte à bonis, atq; oēs rumusculos populari rōne aucupāte. Carbonis est tertia, de iubēdis legibus ac uetādis, seditiosi atq; improbi ciuis, cui ne reditus qdē ad bonos salutē à bonis potuit afferre. Vno in genere relinqui uidebatur uocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat perduelliones. dedit huic quoque iudicio Cælius tabellam, doluitq́; quoad uixit. sed ut opprimeret Cælius populum, nocuit & Reipublicæ, & auus quidem noster singulari uirtute in hoc municipio quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem tabellariam.

⁋ Biennio

BETVL. biennio autem post, Caßia. Videre iam videor populum Rom. à senatu disiunctum, multitudinisq; arbitrio res maximas agi. plures enim discent, quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodum his resistatur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quicquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis; vt, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, vt ab amicis in magna re. aliqua in Remp. peccantibus non discedant. Improbis autem pœna statuenda est; nec minor vero ys, qui sequuti erunt alterum, quàm ys, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui cum imperator bello Persico seruitute Græciam liberasset, propterq; inuidiam in exilium missus esset; ingratæ patriæ *inuidiā non tulit, quā ferre debuit. Fecit idē qd XX. annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor cōtra patriā inuentus est nemo.

Coriolanus, & Themistocles mortē sibi cō sciuerunt.

* iniuriam

Biennio post.} C. Mario & Flacco Coss. Alexander habet, quos in Chronologia nō inuenio, nisi uelis pro Mario Manliū legere, quæ tamen tēpora an cōueniant, nescio. Quorsum hæc.} Subiectio uideri poterat παρέκβασιν nimis uagam fecisse. Pertinēt igitur, quæ dixit, eo, ne quas uidelicet bonis amicis seditionum authoribus cōtra fas, cōtraq; Rēpublicam suppetias ferre debeat. Præcipiendū igi.} Consilium, quo ex præcedentibus cōsequentia colligit, & cauet. Quis clarior.} Amplificatio à dignitate personæ. Themistocle.} Themistoclis res gestas scribit Plutarch. in Themistocle, Aristide, & Cimone. & frequentē eius mentionē fecit ubiq; Thucydides lib. 1. Herodotus lib. 7. & 8. Isocrates in Panathenaico, Demosthenes pro Ctesiph. Iustin. lib. 2. Oros. lib. 2. cap. 9. 10. 11. Aemilius Probus, Val. Maxim. lib. 5. cap. 3. & 6. lib. 6. cap. 11. lib. 7. cap. 2. lib. 8. cap. 7. & 15. Cicero multis locis, præcipue tamē Officiorū 2. & 3. in Catone maiore, ad Atticū lib. 10. pro Archia poeta, de Orat. secūdo. & in Bruto. Quintil. lib. 4. Græciā liberasset.} Huius siquidē uirtute & consilijs, Persis nauali prælio uictis, rex Xerxes re infecta pari damno & ignominia, suo excessu Græciā belli molestia leuauit. de hoc Offic. pri annotatū est. Propterq; inuidiā.} Quā tamen nō sine πλεονεξίας studio sibi conciliauit, quā, inquit alibi Cicero, effugere non potuit, licet τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανέσιν ἑωρακέναι μάλιστα Thucydidi uidetur. In exilium.} Quod nomen non turpitudinis, sed calamitatis esse testatur Cic. pro Domo sua. Nec sanè κόλασις ὁ ἐξοστρακισμὸς erat. quo ipse extorris est factus: sed ut Plutarchus inquit, παραμυθία φθόνου καὶ κουφισμὸς. i. placatio & leuamen inuidiæ. Ferebatur autē ostracismus ad hunc modū. Ostraci. i. testulæ, uiritim in comitijs dabantur. in eis quē quisq; uellet urbe cedere, literis inscriptis indicabat. Hos deinde omnes in fori locum quendam cancellis circumseptum deportabant. Porro magistratus quibus hoc datum erat negotij, primum uniuersos recensebant: qui nisi plures sex milibus fuissent, nihil conficiebatur. deinde semotis uniuscuiusq; calculis, is qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur: ita tamen ut illi liberum interim esset, suos fructus accipere. Erat itaq; ostracismus non improbitatis castigatio, sed uulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. Antiquatus autē est hic ostracismus, eiecto per hunc Hyperbolo quopiam, homine contempto atq; humili. Hæc Eras. in prouerb. Testulæ transmutatio, ex Aristide Plutarchi, qui & ipse & Pericles hoc exilij genere multati fuerunt. Scribit autē de ostracismo nonnihil idē Plutarch. in Nicia. & quare inuentus sit, refert Arist. libro Polit. 3. Ex recentioribus, præter Erasmū, consule Budæū in l. princeps. ff. de ll. & S.C. Alexandrū de Alexandro lib. Genial. dierum. 3. cap. uigesimo. Ingratæ patriæ.} Valerius lib. 5. cap. de ingratis. Fecit idē quod.} hoc est, ad hostem se contulit. Ephorus, Dinon, Clitarchus & Heraclides, ad Xerxem ipsum uenisse asseuerant. Plutarch. Thucydidi subscribit, ad Artaxerxem Xerxis filium eum uenisse: ad quē Themistoclis epistola apud Thucydidem extat. Quintil. & Val. addunt, Themistoclem intra unum annum priusquam in regis conspectum ueniret, Persico sermoni se assuefecisse, ut labore parta cōmendatione regijs auribus familiarem & assuetum sonū uocis adhiberet. Porro Cicero in Bruto quoq; Themistoclem Coriolano cōparat. uerba quia huc bene congruunt, subnectam: Pisistratum proximo seculo Themistocles insecutus est, ut apud nos perantiquus, sic apud Athenienses non ita uetus. Fuit. n. regnante iam Græcia, nostra autē ciuitate nō ita pridem regio dominatu liberata. Nā bellū Volscorū illud grauissimū, cui Coriolanus exul interfuit, eodē ferè tēpore quo Persarū bellū fuit, similisq; fortuna clarorū uirorū. Siquidē uterq; cū ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes cōtulit, conatumq; iracundiæ suæ morte sedauit. nā etsi aliter est apud te Attice, de Coriolano, concede tamen ut huic generi mortis potius assentiar. At ille ridens: Tuo uero, inquit, arbitratu, quoniam quidem concessum est rhetorib. ementiri in historijs, ut aliquid dicere possint argutius. Vt. n. tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. nam quem Thucydides, qui & Atheniensis erat, & summo loco natus, summusq; uir, & paulo ætate posterior, tantū mortuū scripsit; & in Attica clam humatum tradidit, fuisse suspicionē ueneno sibi cōsciuisse mortē: hunc isti aiunt, cū taurum immolasset, excepisse sanguinē patera, & eo poto mortuū concidisse. hanc. n. mortē rhetorice & tragice exornare potuerunt. Quare, quoniā ita tibi quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano, pateram à me quoq; sumas licet, præbebo etiā hostiam, ut Coriolanus sit plane alter Themistocles. Hactenus Cice. Plutarch. Coriolanū cū Alcibiade cōparat, cū Themistocle Camillū. Cæterū quod ad tēporis concordiam attinet, Gellium audiamus, qui Noct. Attic. 17. cap. 21. scribit, Martiū Coriolanū nō diu post Marathoniā pugnā, quæ CCLX. anno post Romā cōd. cōmissa fuit, à tribunis pleb. uexatum, ad Volscos Romanorū hostes desciuisse, belliq; populo Romano fecisse. Post deinde paucis annis, Xerxem regem ab Atheniensibus, & pleraq; Græcia Themistocle duce, nauali prælio, quod ad Salamina factum est, uictū fugatumq;. Orosius libro 2. memoriæ tradidit, Xerxem patri Dario Olympiade LXXIIII. hoc est post Vrbem conditam anno CCLXXV. quo tempore Romæ Popilia uirgo ob crimen stupri uiua defossa est, in regnum successisse, quæ tempora non male congruunt. Certo ex Dionysio & Liuio constat, Coriolanum Sp. Mantio Rutilio, & Sex. Furio Philo Coss. hoc est anno ab Vrbe condita CCLXVI. interijsse. Dionys. CCLXXIII. Xerxem in Græciam exercitum duxisse scribit, libro nono. Sed hæc superstitiosius quàm par est.

itaq; mortẽ sibi vterq; cõsciuit. Quare talis improborũ cõsensio nõ modo excusatione amicitiæ tegenda nõ est, sed potius omni supplicio* vindicãda: vt ne quis concessum putet; amicũ, bellũ patriæ inferentem sequi. Quod quidem, vt res cœpit ire, haud scio, an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est, qualis Respub. post mortem meam futura sit; quàm qualis hodie sit.

Haec igitur prima lex amicitiæ sanciatur, vt ab amicis honesta petamus, amicorũ causa honesta faciamus; *ne expectemus quidem, dum rogemur; sed studiũ semper adsit; cunctatio absit: consiliũ verum dare gaudeamus libere; plurimũ in amicitia amicorũ bene suadentium valeat authoritas; eaq; adhibeatur ad monendũ nõ modo aperte, sed etiã acriter, si res postulabit; & authoritati adhibitæ pareatur. Nam quibusdã, quos audio sapientes habitos in Græcia; placuisse opinor mirabilia quædã; sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutijs. partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum solicitum esse pro pluribus; satis superq; esse sibi suarum cuique rerum curam; alienis nimis implicari molestum esse; commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. caput enim esse ad beate viuendum securitatem: qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro pluribus.

¶ Itaq; mortem. } Contentionem inter Ciceronem & Atticum, supra audiuimus. quomodo extantibus inter se conueniat authoribus uideamus: & prius quidem de interitu Coriolani. Liuius: Abductus deinde legionib. ex agro Romano, inuidia rei oppressum perijsse tradunt: alij, alio letho. Apud Fabium longe antiquissimum authorem, usque ad senectutem uixisse eundem inuenio. Refert certe hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse uocem: multo miserius seni exulem esse. Plin. de Viris illust. omisso bello, tanquam proditorem occisum scribit. Dionys. memorat populum propter Tullij accusationem ita fuisse exasperatum, ut Coriolanum, negata defendendi copia, lapidibus obrutum interfecerit. Subscribit Plutarchus: nisi quòd istud facinus non omnibus placuisse, hoc docet argumento, quod honorifice humato, monumentum magnificum extruxerunt. Ex tot ergo scriptoribus, nemo unus Ciceroni suffragatur. Cæterum de obitu Themistoclis, Atticus superius paulo Thucydidis sententiam adduxit, Herodotus ἐνδὲν πρὸς ἔπος. Plutarchus & Valerius in hoc consentiunt, quòd hausto tauri mactati sanguine, ante aram conciderit. ¶ Quare talis improbo. } Epilogus huius loci. ¶ Neq; expectemus rogemur. } Isocrates, οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρῷο τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς. Seneca: Gratissima sunt, inquit, beneficia parata. facile occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis uerecundia. Optimum est antecedere desiderium cuiusque, proximum sequi: illud melius, occupare antequam rogemur. quia cum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor: qui hoc tormentum remiserit, multiplicat munus suum. Non tulit gratis, qui cum rogasset accepit: &c. quæ grauissime in hunc sensum scribit. Hinc Mimus non insulsus, Bis est gratum, quod est opus, ultro si offeras. Lege ad hæc quæ congessit Erasmus in adagio, Bis dat qui cito dat. ¶ Eaq; adhibeatur ad monendum. } ἀγαθὴ γὰρ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου, Homerus Iliad. λ. Ea siquidem amicitiæ symbolum est: Isocrates in Panthenaico. Appositum huius rei exemplum est apud Plautum in Trinummo, ubi Megaronides senex Calliclem amicum ob merita mala, noxia, magna cum grauitate castigat: & fatetur sanè, immane id quidem facinus esse, sed in ætate utile & conducibile. Obserua interim illud ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. ¶ Sapientes habitos. } Hesiodum forte dissimulanter perstringit, qui philosophiam complexus, è philosophorum senatu non excluditur. Cuius uersus ex τ' ἔργων prouerbij loco celebratur. μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. Aristoteles nono Moralium id concedit in ea amicitia, quæ est πρὸς χρῆσιν, hoc est, ut Cicero loquitur, cuius finis est indigentia, & imbecillitas. Crediderim & ipse quidẽ ex altera eius parte, ea nẽpe quæ indiget. quemadmodum enim unus plurium beneficijs uti frui potest, ita unus erogando non sufficiet. & hoc in ea benignitatis parte, cuius fons largiendo exhauritur. Cæterum operarum benignitas usqueadeo affluens est, ut diuitis alicuius scaturiginis instar, quo plus exhauris, hoc plenius exundat. Porro πρὸς ἡδονὴν paucos sufficere, qui uoluptatem expleant, omnium siquidem rerum satietas. Cæterum τῶν σπουδαίων modum constituit. nam si in infinitum extẽdatur, fieri haud facile posse, ut cum his gaudeas, cum illis doleas. Diuersum enim affectum, qui tamen uterque amicitiæ proprius est, in eundem simul cadere posse. Nec multiiugas amicitias, sed paria tantum celebrare πολιτικῶς. salutatenus scilicet, multis se familiariter exhibere, etiam non per omnia gratis. Postremo δι' ἀρετὴν non ad multos se extendere, paucorum duntaxat consuetudinem iucundam esse. Scriptura sine omni exceptione docet, ut diligas proximum sicut teipsum: cui Ciceronis doctrina magis cõgruit. Ciceroni subscribit Plutarchus, περὶ πολυφιλίας. Quibus adde prouerbium: Vnus deus plures amici. ¶ Mirabilia quidem. } Quæ Græci παράδοξα uocant, non modo Stoicorum dogmata inopinata, sed etiam apud rhetores inter schemata à quibusdam ponuntur, quoties aliquid præter expectationem dicitur. ¶ Argutijs. } quibus plerunque ueritas amittitur. ¶ Vnus parturiat pro pluribus. } Prouerbium redolet, uelut illud, Vnus uir nullus uir, et, Multæ manus onus leuius reddunt. Sunt enim quædam munia quorũ uices pro alijs nemo subire potest. Ea uidelicet quæ naturæ necessitas requirat. de quibus hoc lusimus ænigmate,

Sunt operæ quĩs nemo potest perfungier unus
Pro socio, quin has ipse uires subeat.

Solutio.

Esus, & egestus, partus, somnusq; suauis,
Ast operam soboli quis dare forte potest.

¶ Alios

Alios autem dicere aiunt etiam multo inhumanius, (quem locum breuiter perstrinxi paulo ante) præsidij, adiumentiq́; causa, non beneuolentiæ, neq; charitatis amicitias esse expetendas. Itaq;, vt quisq; minimum firmitatis habeat, minimumq́; virium; ita amicitias appetere maxime. ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, q̃ viri; & inopes, q̃ opulenti; & calamitosi, q̃ ij, qui putantur beati. O præclaram sapientiam: Solem .n. è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt: qua à Dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius. Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. neq; enim est consentaneum vllam honestam rem, actionem'ue, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est: quæ necesse est, vt cũ aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atq; oderit; vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaq; videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Ergo hoc propriũ est animi bene cõstituti, & lætari bonis rebus, et dolere contrarijs. Quamobrẽ si cadit in sapientẽ animi dolor, qui profecto cadit; nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur; quæ causa est, vt amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eã suscipiamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem, & hominem; sed inter hominem, & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? Neq; enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera, atq; tractabilis; vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Quamobrẽ angor iste, qui pro amico sæpe capiẽdus est; nõ tantũ valet, vt tollat è vita amicitiã; nõ plus q̃ vt virtutes, quia nonnullas curas, & molestias afferunt, repudientur. Cũ autẽ contrahat virtus amicitiã, vt supra dixi; si qua significatio virtutis eluceat, ad quã se similis animus applicet, & adiungat: id cũ contingit, amor ibi exoriatur necesse est. Quid enim tam absurdum, q̃ delectari multis inanibus rebus; vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultuq́; corporis; animo aũt virtute prædito, eo, qui vel amare, vel, vt ita dicã,

BETVL. ¶ Alios autẽ.} Confutat alterum obiectum: ad quod Arist. respondet, hoc esse honestius, illud necessarium magis. ¶ Mulierculæ magis.} ἀντιθέσεων congeries aduersarium obruit. ¶ O præclaram sapientiam.} Exclamatio per ironiam. ¶ Solem enim è mundo.} Supra dixit magis necessarium, quàm aquam & ignem. Comparatione uel analogia potius docet, quantum operæpretij adferat mortalium rebus amicitia. Præsentissimam homini mortem inuluisti, si cor uitæ fontem læseris. Atqui sol physicis cœli cor appellatur. Nãq; animi imperio, ut inquit Salustius, corporis seruitio magis utimur, cui nisi obtemperet, in certam perniciem, eamq́; extremam, incertum labitur. Sed amabile illud lumen, animus ac mens mundi, adeoq́; naturæ regimen à sapientibus constituitur. Potentissimus ille uirtutum elementalium dominus, nisi cum magna illa matre, ueluti cũ legitima coniuge, certis uicibus conglutinatur, incipiet hæc fortifica prole destitui, ille uero plausibile illud humanæ uitæ patris epitheton amittet. In solis commendationem præter Macrobium multa pariter ac docta congesserunt, Boccatius lib. 4. cap. 3. Cælius Rhodiginus Lectionũ antiq. lib. 23. cap. 14. Grynæus quoque, ne multa dicam, uir magnus, mihiq́; nunquam sine honoris præfatione compellandus præceptor, ne solus epitheton ingratus gereret, dignũ huius præconium fecit in Annotationibus, quas in Arist. de Mundo librum conscripsit. ¶ Quæ est .n. ista securitas.} Diluit prius dogma ab honesto, hoc ferè modo: Ardua quæ pulchra: amicitia ergo ob id ipsum, quia solicitudine plena, pulchra est. Maiorem, hoc est uirtutem curis & solicitudine distrahi, ostendit ἀντιθέσεων silua. ¶ Blanda.} ὁμοιοτέλευτον. ¶ Rem, actione'mue.} Virtus .n. omnis in actione consistit: quarũ definitiones si excutias, uidebis sine rerum arduarum quæ curam requirunt conatu, nullam inueniri. quid quòd φρόνησις, quæ rerum multarum memoria & usus, cõplurium negotiorum definitur,

Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt.

In Stoicos

à cogitando nomen habet? quid fortitudo? quid fortitudinis partes, patientia, magnificentia, fidentia, perseuerantia, nõ'nne omnes in rebus cura plenis uersantur? quibus enumerandis nasceretur mihi oratio Iliade perplexior. ¶ Si cadit in sapientem dolor.} Cicero in 4. Tusc. quæst. excussis diligenter affectuum definitionibus, Stoicos cũ Peripateticis conciliat: quorũ illi ἀπάθειαν statuunt, hi affectibus nimiũ indulgent. discernit inter affectus turbulentiores, & eos qui animũ placide mouent. atq; inter cætera Stoicos quoq; sapientem amaturum concedere dicit, & amorẽ ipsum conatum amicitiæ faciundæ, ex pulchritudinis specie definire. Qui, si quis sit in rerum natura, sine solicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspicione sit sane. uacat .n. omni libidine. Est .n. illic de libidine, quæ procul à sapiente abest, oratio. Intelligit autẽ sapientem ea sapientia præditum, quæ rerum diuinarum & humanarum scientia, cognitioq́;, quæ causa cuiusque rei sit: ex quo efficitur, ut diuina imitetur, humana omnia inferiora uirtute ducat. ¶ Pecudem & hominem.} quæ specie differunt. ¶ Sed inter hominem & saxum.} quæ differunt genere. ¶ Quamobrem.} Epilogus prioris confutationis. ¶ Angor.} ægritudo premens: Cicero. ¶ Cum autem.} Alterius obiectionis ablatione, quia supra breuiter perstrinxit, non diluit, sed suam statuit: Amicitiæ ueræ conciliatricem, non indigentiam, sed uirtutis pulchrum esse. ¶ Significatio uirtutis eluceat.} Virtus enim, inquit Seneca, in omnium animos lumen suum permittit, etiam qui non sequuntur illam, uident. ¶ Quid enim tam absurdum.} Absurdum comparatione minorum colligit. ¶ Vel, ut ita dicam, redamare.} Quintil. lib. 8. cap. de Ornatu προεπιπλήσσειν, hoc est ueniam captando præmuniendoq́; licentiæ occurrere iubet, si quid insolitius sit dictum. Hæc uox Ciceronis seculo duriuscula ut apparet, usu deinceps mollior est facta.

redamare possit, nō admodū delectari? nihil est.n.remuneratione beneuolētiæ, nihil vicissitudine studiorū, officiorūq; iucundius. Quòd si etiā illud addimus, quod rectè addi potest; nihil esse quod ad se rē vllam tam alliciat, & tā attrahat, q̄ ad amicitiā similitudo: cōcedatur profectò verū esse, vt bonos boni diligant, adsciscantq; sibi quasi propinquitate cōiunctos, atq; natura. nihil est.n. appetentius similiū sui; nihil rapacius, q̄ natura. Quamobrē hoc quidē Fanni, & Scæuola cōstat, vt opinor; bonis inter bonos quasi necessariā beneuolētiā esse; * q̄ est amicitiæ fons, à natura cōstitutus. Sed eadē bonitas etiā ad multitudinē pertinet: nō est.n. inhumana virtus, neq; immunis, neq; superba; quæ etiā populos vniuersos tueri, eisq; optime consulere soleat: quod nō faceret profectò, si à charitate vulgi abhorreret. Atq; etiā mihi quidē videntur, q vtilitatis causa fingunt amicitias; amabilissimum *modum amicitiæ tollere: non enim tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat, tumq; illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum amore & studio est profectum. Tantumq; abest, vt amicitiæ propter indigentiam colantur; vt ij, qui opibus, & copijs, maximeq; virtute prædití, in qua plurimum est præsidij, minime alterius indigent; liberalissimi sint, & beneficentissimi. atque haud scio, an'ne opus sit quidem nihil vnquam omnino deesse amicis. ubi enim studia nostra viguissent; si nunquam studio, nunquam consilio, nunquam opera nostra nec domi, nec militiæ Scipio eguisset? Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiā cōsecuta est. Non ergo erunt homines diuitijs affluētes audiendi; siquando de amicitia, quā nec vsu, nec ratione habent cognitā, disputabunt. Nā quis est, proh deū fidē atq; hominū, qui velit, vt neq; diligat quenquā, nec ipse ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atq; in omniū rerū abundantia viuere? Hæc.n. est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia; omnia semper suspecta, atq; solicita sunt, nullus locus est amicitiæ. quis.n. aut eū diligat, quē metuit; aut eū, quo se metui putet? Coluntur tamē simulatione amicitiæ duntaxat ad tēpus: quòd si fortè, vt fit plerunq; ceciderint; tum intelligitur, q̄ fuerint inopes amicorum.

ETVL. ¶ Redamare.} Amicitia.n. ex amore nascitur, ut Pausanias in Conuiuio Platonis docet. Atque rursus in eodē Socrates inductione πρός τι εἶναι τὴν φιλίαν ostendit. ¶ Nihil.n. remu.} Nullū.n. officium referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea que acceperis utenda, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus, quid nam beneficio prouocati facere debemus? an nō imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt q̄ acceperunt? Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Hæc Cicero in Offic. Porro Seneca dicit, nihil æque concordiam humani generis dissociare ac distrahere, q̄ ingratitudinis uitium. Et Aristo. inter indignationis causas numerat, si quis beneficia non compensauerit. Non id quidem tam fœnoris respectu quàm animi. Nihil siquidem acerbius, quàm ab ijs negligi, in quos fuimus benefici. ¶ Quā ad amicitiā sunt.} Hinc prouerbia, ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Item, æqualis æqualē: & alia in hunc sensum ex ordine, in Chiliad. Controuersiam ex Platone supra fecimus. ¶ Nihil est .n. appe.} Idem Plinius dicit, de materia conglutinanda, lib. 16. cap. 43. lignum siquidem lapidi non facile cohærere. ¶ Sed eadē bo.} à coniugatis. Si bonitas in multitudinē se diffundit, quid prohibet, quin beneuolentia bonorū, qui non omnino pauci sunt, in omnes illos, licet bene multos, se extendat? Itē à genere ad formam, hoc ferè modo: Virtus humana hominibus multis se insinuat, eumq; ijs communicat. Amicitia autē, quia in uirtutibus nō postremas obtinet, facere non potest, quin bonos omnes quasi sinu suo bene amplo fouere gestiat. ¶ Vbi.n. stu.no.} Hæc superioribus nō pugnant, cū diceret, neq; Africanū indigentia sui, ac ne se quidē ipsius, sed amiratione uirtutis amicitiæ fœdus iniisse. Neq; .n. inquit de Beneficijs Seneca, id, per se nō est expetēdū, cui aliqd extra quoq; emolumēti adhæret. ferè.n. pulcherrima queq; multis et aduenticijs comitata sunt dotibus: sed illas trahunt, ipsa præcedunt. ¶ Nō igi.e.ho.di.affl. au.} Artifices siquidem de artificio rectius cēsebūt, nec sutor ultra crepidam iudicabit. In quibusdam codicibus legitur Delicijs, sed diuitijs magis quadrat. Est autem argumētū à fine ductū, tale: Finē cōsecuti, nō amplius cōtēdimus: diuites āt ad honorū amicitas usq; anhelant. Nā et in primo quoq; Offi. lib. gratificandi facultatē in opū cōgerendarū causis numerat. Finis ergo amicitiarū diuitiæ non sunt. Atqui, inquiet quis, sic deliciæ quoq;, tāquā nō uerus amicitiæ finis, minime firmus, loco moueri posset. Sed Cice. uoluptarios iāpridē ab amicitiæ disputatione exclusit. ¶ Proh de.} Exclamatio indignitati rei cōueniēs. ¶ Vt ne.di.qu.} Adeo prorsus μισάνθρωπος ¶ Nulla sta.} Est.n. iuxta Arist. ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν. Videtur aūt respicere ad illud Ennianū: Nulla sancta societas, nec fides regni ē. Et Mitioni Terētiano longe errare uidetur, q imperiū grauius credat esse, aut stabilius, ui quod fit, q̄ illud qd' amicitia adiungit. ¶ Oīa sem. su.} Exēpla tot sunt, quot tyrāni extiterūt. oīum āt potissimū Diony. Siculus, qui barbā ne filiabus qdē tondendā credere ausus fuit. ¶ Quis.n. aut eū di.} Lege prouerbia apud Eras. Oderit, dū metuat. Itē, Quot serui, tot hostes. ¶ Ad tē.} Prouer. 17. Semp diligīt amici, & in aduersitate frater cognoscitur. Cæterū huius loquēdi formulæ exempla Adrianus cōgessit. ¶ Ceciderint.} In præcipitium iuerint. Est aūt fortunæ cōscensus arduus, fastigiū tremulū, descēsus præceps.

ERAS. ¶ Neq; immunis, neq; superba.} Immunē dixit, q abhorreat à cōmuni functione uitæ, quēadmodū olim philosophi, & hodie monachi quidam, abhorrentes à functionibus uitæ cōmunis. ¶ Amabilissimū modū.} Ab huiusmodi nominibus raro uidemus superlatiua. Quis.n. legit mirabilissimus? aut quis sic ausit loqui? ¶ Neq; diligat.} Neq; & Nec coniunxit. Id annotaui ob quosdā in his nimium superstitiosos.

¶ Quod

BETVL: ¶ Quod Tarquinium.} Argumentum à pronunciato. testimonio enim sunt ipsæ etiam chriæ, hoc est sententiæ ad aliquem certū authorem se referentes. Quàm uero Tarquinius exul amicis destitutus fuerit, lege apud Halicarnasseum, circa finem quarti. ¶ Gratiam referre.} paria facere. Quid sit gratiam referre, lege apud Gell. lib. 7. cap. 4. L. Vallā lib. 5 cap. 41. Obserua interim hoc loco, etiam in malam partem accipi. ¶ Quanquā miror pro illa superbia.} Tarquinij tyrānidem exaggerat Brutus pro concione, apud Dionys. ¶ Non enim solum ipsa fortuna cæca.} Fortuna in Cebetis tabula cæca pingitur. Cæcam eam esse asserit etiam Aur. August. de Ciuitate dei lib. 4. cap. 18. Vt quid, inqt, colitur, quæ ita cæca est, passim in quoslibet incurrens, ut suos cultores plerūq; prætereat, & suis contēptoribus hæreat. Lælius autē uel sub persona Lælij Cicero, de dijs fictitijs sentit, figmentumq; poeticum ad suam trahit commoditatem. Poetæ siquidem Plutum, diuitiarū deum, cæcum fingunt. Is apud Aristophanem conqueritur, uisu ab Ioue se mulctatum esse, quod iustis ac bonis conuersari statuerit: Chremylo enim interroganti, sic respondet:

In aduersis cognoscunt amici.

Fortuna cæca

Qui sint in amicitia fines.

ὁ Ζεὺς μὲ ταῦτ᾽ ἔδρασεν
ἀνθρώποις φθονῶν.
ἐγὼ γὰρ ὢν μειράκιον
ἠπείλησ᾽, ὅτι
ὡς τοὺς δικαίους καὶ σο-
φοὺς καὶ κοσμίους
μόνους βαδιοίμην, ὁ δέ μ᾽
ἐποίησε τυφλόν,
ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι
τούτων μηδένα.
οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρη-
στοῖσι φθονεῖ.

Hinc etiam claudum Lucianus fingit, quoties à Ioue mittitur ad bonos: alatum, quoties à Dite ad prauos. μυθολογίας si quæras, est ea: Ne boni diuitiarum præsidio uulgo sint admirationi: nec uirtutes ob diuitias, sed propter se expetendæ sunt. Obserua obiter τὰ συστοιχα. ¶ Cæcos efficit.} Reddit.n. iuxta prouerb. insolentes. ¶ Imperio.} ἀρχὴ γὰρ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν. Cuius rei exemplum idem Cic. ad Att. lib. 13. adducit: Quid tu? inquit, non uides ipsum illum Aristotelis discipulum summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? Quin & hodie iactatur, Honores mutant mores. ¶ Indulgere nouis.} Cum prouerbium diuersum præcipiat, nempe, Ne nouos parans amicos, ueterum obliuiscatur. ¶ Quid aūt.} Absurdum colligit, à cōparatione minoris ad maius. Quia iuxta Plauti puerbiū, Vbi amici, ibi opes. Simili quodā mō Crates quoq; apud Plutarch. cōqueritur, nullā liberorum rōnē haberi. ὦ ἄνθρωποι, ex edito urbis loco clamare solitus fuit, ποῖ φέρεσθαι, οἵ τινες χρημάτων μὲν κτήσεως πέρι πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδήν, τῶν δ᾽ υἱέων οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε. ¶ Vt ita dicā supellectilē.} προσπίπλησι metaphora insolentiori. ¶ Constituēdi.} Tres amicitiæ termini uulgo præscribuntur, quarum pro se quælibet pria frōte subtili cuiq; theologo pbabilis satis, satisq; christiana uideri queat. Sed post quam interpretationem accepe runt, humanā quidem eam, adeo spirituali simplicitati nihil derogatum apparet, ut absolutior multo, & genuinæ prudentiæ propior uideatur. Nam dum lex diuina dicit, Diliges proximū tuū sicut teipsum, uno quasi fasce fines hosce complectitur oēs. sed ἔγγραφον illud affectum quidem requirit: modum uero pro circūstantiarum decoro admittit. Prioris exemplum esto Paulus, cætera lubens silentio prætereo, qui omnia factus omnib. ea sustinuit, quæ sui causa nunq̄ sustinuisset. Quod si obijcias, Paulum nihili fecisse animā, ne animæ iacturā faceret: Rñdeo, eum se pro salute proximi anathemati deuouisse. Quod sanè exemplū late patet, ut nō prioribus solū, sed singulis hisce speciebus quadret. Sed hoc est miscere sacra prophanis. ¶ Vnam ut eodem modo.} 3. Tusc. q. Præclarū, inquit, illud est, &c. si quæris, rectum quoq; & uerum, ut eos q nobis charissimi esse debeāt, æque ac nosipsos amemus. At uero plus nullo pacto fieri potest, ne optandum quidem est in amicitia, ut me ille plus quàm se amet, ego illum plus quàm me. Perturbatio uitæ, si ita sit, atq; officiorum omnium consequatur. Ex his uideas, quàm sui Cicero obliuiscatur, nisi ipse aliud quàm Lælius sentiat.

Quod Tarquinium dixisse ferūt, tum cum exul esset; se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos, cum iam neutris gratiā referre posset. Quanquam miror in illa superbia, & importunitate, si quenquā habere potuit. Atq; ut huius, quem dixi, mores, ueros amicos parare nō potuere; sic multorū opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solū ipsa fortuna cæca est, sed eos etiā plerunq; efficit cæcos, quos cōplexa est; itaq; illi efferunt fastidio ferè, & cōtumacia: neq; quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri pōt. Atq; hoc quidē uidere licet, eos, qui antea cōmodis fuerūt moribus, imperio, ptāte, prosperis rebus immutari, sperniq; ab his ueteres amicitias, & indulgeri nouis. Quid aūt stultius, q̄, ut primū copijs, facultatibus, opibus possint, cætera parare, quæ parant, pecuniam, equos, famulos, *uestes, gloriā, uasa ptiosa; amicos non parare, optimam & pulcherrimā uitæ, ut ita dicā, supellectilē? Etenim cætera cū parant, cui parēt, nesciūt, nec cuius cā laborēt. Eius.n. est istorum *quicquid est, qui uincit uiribus: amicitiarū sua cuiq; permanet stabilis, & certa possessio: ut etiā si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tñ uita inculta, & deserta ab amicis nō possit esse iucūda. Sed hæc hactenus. Cōstituēdi aūt sunt, q sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi. de qbus tres uideo sentētias ferri, quarū nullam probo: unam, ut eodē modo erga amicū affecti simus, quo erga nosmetipsos: alteram, ut nostra in amicos beneuolentia illorū erga nos beneuolētiæ pariter, æqualiterq; rñdeat: tertiam, ut quanti quisq; seipsum facit, tanti fiat ab amicis. Harū trium sententiarū nulli prorsus assentior: nec.n. illa prima uera est, ut, quē admodū in se quisq;, sic in amicum sit animatus. Quàm multa enim, quæ nostra cā nunquā faceremus, facimus

*uestes egregias, u.

*quodque, qua

ERAS. ¶ Intolerabilius fieri potest.} Fieri dictū uidetur, pro esse, Græcorū more γίνεσθαι siue γενέσθαι. ¶ Quasi termini diligēdi.} Aut diligendi dixit, pro undiq; eligendi: aut dirigendi legendū est. ¶ Quàm multa enim.} Quanto sanctius hic, quàm Theologi quidam, qui docent ordinem charitatis.

causa amicorum ? * precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi, insectariq; uehementius: quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorũ fiunt honestissime. Multæ quoq; res sunt, in quibus de suis commodis uiri boni multa detrahunt, detrahiq; patiuntur, ut ijs amici potius, quàm ipsi fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs, ac uoluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos * uocare amicitiã, ut par sit ratio acceptorum, & datorum. Ditior mihi, et affluentior uidetur esse uera amicitia, nec obseruare stricte, ne plus reddat, quàm acceperit. Neque enim uerendum est, ne quid excidat, aut nequid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius uero ille finis deterrimus, ut quanti quisq; se ipse faciat, tãti fiat ab amicis. Sæpe in quibusdã aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunę fractior: non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est; sed * potius eniti, & efficere, ut amici iacentem animum excitet, inducatq; in spem, cogitationemq; meliorẽ. Alius igitur finis ueræ amicitię cõstituẽdus est, si prius, * qđ maxime reprehendere Scipio solitus sit edixero. Negabat ullam uocem inimiciorem amicitię potuisse reperiri, quàm eius, qui dixisset. Ita amare oportere, ut aliqñ esset osurus. Nec uero se adduci posse, ut hoc quemadmodũ putaretur, à Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esset unus è septem; sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis, esse sententiam. Quo'nam enim modo quisquam amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? Quin etiã necesse erit cupere, et optare, ut quã sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanq̃ ansas ad reprehendendum. rursus autem recte factis, cõmodisq; amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum cuiuscunq; est, ad tollendum amicitiã ualet. Illud potius præcipiendũ fuit, ut eam diligentiam * adhibeamus in amicitijs cõparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quin etiam, si minus felices in deligendo fuissemus; ferendum id Scipio potius, quàm inimicitiarum tempus cogitandum, putabat.

¶ Ad calculos uocare. } rationẽ inire, & æstimare. Translatum à ratiocinantibus. Vide prouerbium, Calculum reducere. ¶ Acceptorum & datorũ. } Continuata metaphora allegoriam facit. Plin. lib. 2. ca. 7 Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota rõne mortalium sola utrãq; paginã facit. Cice. pro Roscio Comœdo: Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert, suas in suam rẽ suo arbitratu scriptas, &c. Codicilli rationales. quos uulgus registra, Cice. ἐφημερίδας, uocat. hoc est expensi & accepti tabulas, duas paginas habebant, quarum prior accepti erat, posterior expensi, Hinc acceptum accepto'ue ferre, uel referre, Græcis προσδεκτὸν ἔχειν, est scribere se pecuniã accepisse. Et expensum ferre, est scribere se pecuniã dedisse. Hinc iureconsultorum Acceptilatio, hoc est accepti p mutuam interrogationem cõfessio. Quoniã uero nihil dicitur, quod dictum sit prius, hoc omne suis authoribus acceptum referam: Gellio nempe, Asconio, Vallæ, Beroaldo, Erasmo, Budæo, Alciato, Ferrario, Syluio. ¶ Ne plus reddat quàm acceperit. } In. 1. Offic. tertiũ membrum secundo præmittit. De beneuolentia, inquit, quã quisq; habeat erga nos primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. quàm sibi sit similis, uideris tu. Deinde subiungit ea quæ huic loco non parũ luminis adfert: Sin erunt, ait, merita ut nõ ineunda, sed referenda sit gratia. maior quædam cura est. Nullum enim officiũ referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea quæ acceperis utenda maiore mensura, si modo posis, iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperunt, &c. Lælius ergo more suo græca studia dissimulans, ad illud Hesiodum alludit. Quod ut facilius credas, sequentia fidem facient, cum metaphoræ insistens ait; Neque enim uerendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, &c. Verba Hesiodi sunt, τῷ ἔργον αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνῃ. ¶ Ita amare. } Arist. Rhet. 2. κατὰ τὴν βίαντος ὑποθήκην καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες. ¶ Biante. } Prieneo philosopho, cuius uitam scribit Laert. lib. 1. ¶ Et unus è septẽ. } Is enim tripoda aureum ab Atheniensibus piscatoribus inuentũ, ad se tanquam sapientem delatum repudians, ad Apollinem deferri iussit. ¶ Impurus. } Impurum pro improbo dici, apud Terent. docet Donatus. Vale. lib. 7. cap. 3. contra Scipionem contendit hoc præceptũ, licet prima specie minus fortassis callidum uideatur, inimicũq; simplicitati, qua præcipue familiaritas gaudeat: tamen si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, perquam utile repertum iri. Sed ex cogitationis suæ pfunditate nihil profert, quod uertutem stabile illud amicitiæ fundamentum mouere possit. Certe Ciceroni tutũ non fuit, uel fratri fidere. Quãdo uero magno authorũ cõsensu Bianti tribuatur, quoniã hæresis perniciosa non est, tantisper, credemus Biantis esse, dũ Scipio certum aliũ authorem allegauerit. Volater. Septem sapientũ sentẽtias ex Demetrio Phalereo enumerãs, huius nec in Biante, neq; in alijs meminit. Gell. paulo post Chiloni tribuit. Cæterũ quæ ad prouerbium attinent, lege apud Eras. Atque rursus in prouerb. Ne quid nimis. ¶ Quo'nã enim modo. } A contrarijs. Diuersæ enim qualitates in eodem subiecto simul eẽ nequeũt ¶ Ansas. } λαβὰς ἂν παρέχει, idest occasionem. est aũt ansa, qua quippiam prehenditur, & tenetur. Vide prouerbium apud Erasmum. ¶ Commodisq;. } hos affectus supra in sapientem cadere posse, ex afflictis amicorũ rebus docuit. Corruet ergo hoc quoque argumentum, contrariorum machinis labefactatum. ¶ Inuidere. } Non mirum tibi hoc sit, πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συναχθόντες; καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι. Isocr.

¶ Edixero. } Videtur usurpasse pro dixero.

* precari amicos ab ind.

* reuocare

* potius debet eniti

* quid

* adhibere mus

His igitur finibus utendum arbitror; ut cum emendati mores amicorũ sit, tum sit inter eos omnium rerum,

BETVL. ¶ His igitur finibus. } Inseram hoc loco tertium Auli Gellij ex Noctibus Atticis cap. libri primi, quo ex Chilonis & Theophrasti sententia sup hoc loco disserit. Chilo, inquit, præstabilis homo sapientiæ, quo'nam usq; debuerit contra legẽ, contraq́; ius pro amico progredi dubitauit, eaq́; res in fine quoq; uitæ ipso animum eius anxit. Et alij deinceps multi philosophiæ sectatores, ut in libris eorũ scriptum est, satis, inquit, scitè satisq́; solicite quæsierunt, ut uerbis quæ scripta sunt, ipsis utar, εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον, καὶ μέχρι πόσου, καὶ ποῖα. Ea uerba significant, quæsisse eos, an contra ius, contra'ue morem faciundum pro amico sit, & in qualibus, & in quibus causis, & quem'nam adusque modum. Super hac quæstione tum ab alijs, sicuti d[illegible] multis, tum uel diligentissime à Theophrasto disputatur, uiro in philosophia Peripatetica modestissimo, doctissimoq́;. Eaq́; disputatio scripta est, si rectè meminimus, in libro eius de Amicitia primo. eum librum M. Cicero uidetur legisse, cum ipse quoq; librum de Amicitia cõponeret, et cætera quidem quæ sumenda à Theophrasto existimauit, ut ingenium facundiaq́; eius fuit, sumpsit & transposuit commodissime, aptissimeq́;. Hunc autem locum, de quo satis esse quæsitum d[illegible] omnium rerum aliarum difficillimum, strictim atq; cursim tr[illegible]ressus est. Neque ea quæ à Theophrasto pensiculate atq; enucleate scripta sunt, executus est, sed anxietate illa & quasi morositate disputationis prætermissa, genus ipsum rei tantũ paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis si recensere quis uellet, apposui. His igitur finibus utẽdum esse arbitror, ut cum emendati mores amicorum sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, uoluntatum, sine ulla exceptione cõmunitas, ut etiam, si qua fortuna acciderit, ut minus iustæ uoluntates amicorũ adiuuandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum sit de uia, modo ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus amicitiæ uenia dari possit, cũ agetur, inqt, aut caput amici, aut fama, declinãdum est de uia, ut etiã nonnunquã uoluntatem illius adiuuemus. Sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat, qualisq́; ad adiuuandũ digressio, & in quanta uoluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid aũt refert scire me in hmõi periculis amicorum, si nõ magna me turpitudo secutura est, de uia recta esse declinandum? nisi id quoq; me docuerit, quàm putet magnã turpitudinem? & cum decessero de uia, quousq; digredi debeam? Est.n. inquit, quatenus dari amicitiæ uenia possit. Hoc imo ipsum est, quod maxime discendũ est, quodq́; ab ijs qui doceãt, minime dicitur, quatenus, quaq; fini dari amicitiæ uenia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo ante dixi, conseruandi amici causa de uia declinauit. Sed usque quousq; progressus est. falsum enim pro amici salute consiliũ dedit. Idipsum tñ in fine quoq; uitæ an iure possit reprehendi, culpariq́; dubitauit. Contra patriam, inquit Cic. arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profecto nemo ignorat, et prius quàm Theognis, ut Lucilius ait: nasceretur, sed id quæro, id desidero, cum pro amico contra ius, & contra quàm licet, salua tñ libertatẽ atq; pace faciendum est, & cum de uia, sicut ipse ait, declinandũ est, quid, & quantum, & in quali causa, et quo'nam usque id fieri debuit. Pericles ille Atheniensis egregius uir ingenio, bonisq́; omnibus disciplinis ornatus, in una quidẽ specie, sed planius tñ quid existimaret, pfessus est. Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re causaq́; eius falsum deieraret, his ad eum uerbis usus est, δεῖ μὲ ἔφη συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν. Theophrastus in eo quem dixi libro inquisitius super hac re ipsa, et exactius pressiusq́; quàm Cic. disseruit. Sed his quoq; in docendo, non de unoquoq; facto singulatim æstimat, neq; certis exemplorum documẽtis, sed generibus rerum summatim uniuersimq́; utitur, ad hunc ferè modũ: Parua, inquit, & tenuis uel turpitudo, uel infamia subeunda est, si ea re magna utilitas amico quæri põt. Rependitur quippe, & compensatur leue damnum delibatæ honestatis, maiore alia, grauioreq́; in adiuuando amico honestate. Minimaq́; illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum rõne solidatur. Neq; nominibus, inquit, moueri nos oportet, quod paria genere ipso nõ sunt, honestas meæ famæ, et rei amici utilitas. Ponderibus hæc.n. ptãtibusq́; præsentibus, non uocabulorũ appellationibus, neq; dignitatibus generũ dijudicanda sunt. Nam cũ in rebus aut paribus, aut non longe secus, utilitas amici et honestas nostra consistit, honestas proculdubio præponderat. Cum uero amici utilitas nimio est amplior, honestatis autẽ nostræ in re non graui leuis iactura est, tunc quod utilis amico est, id primũ illo quod honestũ nobis est, fit plenius: Sicuti magnũ pondus æris, parua lamina auri fit pretiosius. Verba adeo ipsa Theophrasti super ea re adscripsi. οὐκ οἶδ' εἴπου τούτῳ τῷ γένει τιμιώτερον ἤδη, καὶ ὁτιοῦν ἂν ἢ μέρος τούτου πρὸς τὸ τηλίκον θατέρου συγκρινόμενον αἱρετὸν ἔσται. λέγω δ' οἷον, οὐ καὶ χρύσιον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τηλικὸν τοῦ χρυσίου πρὸς τὸ τηλικὸν χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμενον πλέον δόξει. ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥοπὴν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος. Phauorinus quoq; philosophus huiuscemodi indulgentiã gratiæ, tempestiuius, laxato paulũ, permissoq́; subtili iustitiæ examine, his uerbis definiuit. ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτον ἐστὶν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι. Post deinde idẽ Theophrastus, ad hanc fermè sententiam disseruit. Has tamen, inquit, & paruitates rerum & magnitudines, atq; has omneis officiorũ æstimationes, alia nonnunquã momenta extrinsecus, atque alia, quasi appendices personarum, & causarum, & temporum, & circumstantiæ ipsius necessitates, quas includere in præcepta difficile est, moderantur & regunt, & quasi gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas. Hæc talia, quæ Theophrastus satis caute & solicite, & religiose causa disserendi magis, disputandiq́; diligentia, q̃ decernendi sententia atque fiducia disseruit: profecto causas scientiæ corporũ uarietates, dissertationumq́; et differentiarum ignorantes, directum atq; perpetuum distinctumq́; in rebus singulis præceptum, quod ego in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, nõ capiunt. Eius autem Chilonis, à quo disputatiunculæ huius initium fecimus, cum alia quædam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratæ utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris atque odij intra modum tantum coercuit: Hac, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna osurus. hac itidem tenus oderis, tanquã fortasse post amaturus. Super hoc eodem Chilone Plutarch. philosophus in lib. περὶ ψυχῆς his uerbis scripsit: χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας. Hactenus Gellius. Confide ad hæc Eras. in prouerb. μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Sunt quædam huius loci apud eundem Plutarchum de discrimine adulatoris & amici, & apud Eras. in Chiliadibus.

BETVL.

consiliorum, & uoluntatum sine ulla exceptione cõmunitas: * ut etiã si qua fortuna acciderit, ut minus iustæ amicorum uoluntates adiuuandę sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama; declinandum sit de uia, modo ne summa turpitudo sequat̃. Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit. Nec uero negligenda est fama. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiã ciuium; quam blanditijs, & assentationibus colligere turpe est. Virtus quam sequitur charitas, minime repudiãda est. Sed * sæpe (redeo. n. ad Scipionẽ, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quòd in õibus rebus hõies diligentiores eẽnt: capras, & oues quot quisq; hẽret dicere posse; amicos quot haberet nõ posse dicere: & in illis quidẽ parandis curã adhibere, in amicis eligendis negligentes esse; nec hẽre quasi signa quædã, et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Sunt igitur firmi, & stabiles, & constantes eligẽdi: cuius generis est magna penuria: & iudicare difficile est sanè, nisi expertum.

* et, si

* (sæpe. n. redeo

¶ Consiliorum & uoluntatum. ¶ Ouid. lib. 3. Trist. Eleg. 6.

Fœdus amicitiæ non uis charissime nostræ,
Nec si forte uelis, dissimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi charior alter,
Nec tibi me tota iunctior urbe fuit.
Isq; erat usq; adeo populo testatus, ut esset
Pene magis quàm tu, quàmq; ego, notus amor,
Quiq; est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, uiro.
Nil ita celabas ut non ego conscius essem,
Pectoribusq; dabas multa tegenda meis.
Cuiq; ego narrabam secreti quicquid habebam,
Excepto quod me perdidit, unus eras.
Id quoq; si scisses, saluo fruerere sodali,
Consilioq; forem sospes amice tuo.

¶ Voluntatum sine ulla exceptione cõmunitas. } Andr. Alciatus lib. de uerb. sign. 4. ait ab usu prouerbiorum nõ dissidere, cum omni exceptione maiorem dicimus integerrimæ fidei hominem. Sic ego hoc loco uoluntatum sine ulla exceptione cõmunitatem, non sine prouerbiali uirtute summum de rebus bonis æquisq; consensum à Lælio dici iudico. metaphora à iureconsultorum exceptione sumpta, quã quidem exceptionem Vlp. l. 2. ff. de except. dictã ait, quasi quandã exclusionem, quæ interponi actioni cuiusq; rei soleat ad excludendum id quod in intentionẽ condemnationem'ue deductũ est. Nisi malis ab actionibus empti ductã, quando nominatim aliquid cauetur. Nec forte alienũ fuerit exponere, sine ulla exceptione, idest sine ullo dolo. Siquidem excipere inter cætera, dolo quoq; circũuenire significat. Tranquil. Quorũ dominum in inuidiam uenerat, quasi exceptos supprimeret: idest dolos circũuentos ¶ Sine ulla. } Ergo exclusa est amicitia, ἡ μέχρι προσηγορίας, ut Theognis uocat: hoc est salute tenus, ubi arcani nihil cõcreditur. ¶ De capite aut fama agatur. } Caput salutem, συνεκδοχικῶς significat: fama nominis æstimationem. Cic. Papyrio: Priuatas causas, & eas tenues agimus subtiliter, capitis aut famæ scilicet ornatius ¶ Nec mediocre telum. } Vide prouerbium, Ingens telum necessitas ¶ Beneuolentiã ciuium. } Cicero Offic. 2. docet multitudinis beneuolentiã maxime conciliari beneficijs. Secundo loco, etiã si res forte non suppetat, eam benefica uoluntate moueri. Tertio, quia honestũ per se plausibile est, ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumq; earũ uirtutum quæ pertinent ad mansuetudinẽ morum, ac facilitatẽ. Item eodem libro, docet caput esse popularis gratiæ, si absit auaritiæ suspicio ¶ Blanditijs & assent. } qbus tribuni ferè & populares populi auram captabant ¶ Quàm blãditijs. } Extat Plutarchi libellus de Adulatoris & amici discrimine, quo amicitiã non ita blanditijs spoliat, ut ij prorsus assentatores sint, quorũ consuetudo iucundior blandiorq; sit. De quo inferius suo loco. ¶ Ad Scipionẽ. } pro apud, uel corã. Ad Ser. Sulp. Quod ad te delatũ diceret sese contra dignitatẽ tuam. exẽpla sunt apud Linacrũ lib. 1. ¶ Querebatur. } Probe ergo cui studium erat, quotidie amicũ sibi amicum conciliare. Et Bias qui ob hoc ipsum inter inimicos quàm amicos pronunciare maluit, q; hic alterutrum amittere, illic lucrari necesse esset. Respexisse aũt Cic. uidetur ad illud Xenophontis, quem illi familiarẽ fuisse cõstat, quod ex Socratis sententia lib. 2. scribit. Bessarionis translationẽ subiungam: Quondã uero audiui eum & de amicis ea disputantem, è qbus mihi uidebatur, quàm maximam quisq; utilitatẽ ad amicorum usum ac comparationẽ habere. à multis enim aiebat audire, omnium possessionũ præstantissimam esse, uerum ac bonum amicũ: uidere uero se quàm plurimos quiduis potius sectari, quàm studiũ comparandorum eorũ. Etenim domus, agros, & seruos, & uasa quædam diligenter eos procurare, ut habeant uidere dicebat, et adhuc cõseruare conari quæ hñt: amicũ uero, quod maximũ bonũ esse dicunt, nec ut acquirant, nec ut sibi conseruent curare. Porro ægritudine laborantib. amicis & seruis, deprehendere quosdam aiebat, pro seruis quidẽ & medicis pecuniam soluere, alia quoq; pro sanitate illorũ diligenter separare: amicos uero negligere. Mortuis aũt utrisq;, propter seruos quidem dolere, & damnum putare, propter amicos uero minime. Et aliarũ quidẽ possessionum nihil sine cura dimittere, amicos uero indigẽtes despicere. Et ad hæc, inquit, nõnullos uidisse aliarũ possessionum suarũ, quantũuis multæ sint, totã multitudinem scire: amicos ueros, etiam si pauci sunt, quot'nam, quales'ue sint, ignorare. tantã habent amicorum curã. Atqui quare bonus amicus cõparatus non multo melior apparet? quis nãq; equus, quod'ue par iumentorũ tam utile est, q̃ bonus amicus? aut quis seruus ita affectus et cõstans? aut quæ possessio alia tam utilis erit? Verus nanq; amicus seipsum paratũ exhibet ad oẽm amicorum inopiã subleuandã siue in rebus priuatis, siue publicis. ac si quẽquã oportuerit afficere beneficijs, suã operam accõmodat: si quis metus cõturbat, simul adiuuat: illic quidẽ non parcendo sumptib. hic uero rem opere properãs, partim persuadendo, partim cogendo. Item secunda fortuna utentibus multã lætitiã cõfert, calamitatibus uero grauatos subleuat. Quæcunque uero aut manus cuilibet suppeditant, aut oculi præuident, aut aures præaudiunt, aut pedes pficiunt: horum omniũ nullo beneficus amicus posterior est. Nonnunquã enim quæcũq; quisq; pro seipso nõ faceret, aut non uideret, aut nõ auscultaret, hæc utiq; amicus pro amico pfecerit sed tñ nonnulli arborũ quidem curã habent fructuũ causa: fertilissimum uero agrũ, qui amicus appellatur, socorditer ac remisse colunt. Aliàs uero aliũ eius audiui sermonẽ, qui hortabatur audientes,

Difficile est amicum iudicare.

experiendum autem est in ipsa amicitia: ita præcurrit amicitia iudicium, tollitq; experiendi potestatẽ. Est igitur prudentis sustinere ut cursum, sic impetum beneuolentiæ: quo utamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus amicorũ. Quidã sæpe in parua pecunia perspiciuntur, quàm sint leues: quidam autem, quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. Si uero erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiæ, sordidum existiment: ubi eos inueniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant; ut cum ex altera parte ꝓposita hæc sint, ex altera ius amicitiæ, non multo illa malint? Imbecilla enim * natura est ad contemnendam potentiam: quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatũ iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaq; ueræ amicitiæ difficilime reperiuntur in ijs, qui in honoribus, Rēque publica uersantur. Vbi enim istum inuenias,

* humana natura

tes, examinare seipsos quanti existimandus esset amicus. Cũ enim quendam uidisset nullam curam habere amici paupertate oppressi, interrogauit Antisthenem coram illo negligente & alijs multis. Num ô Antisthenes, ait sunt quædam amicorũ existimationes, sicuti & seruorum sunt. seruorũ enim alius duob. minis existimatur dignus, alius uero nec media mina, alius uero etiam quinq;, & alius decem. Nicias uero filius Nicerati dicitur nõ uno talento emisse, qui argentarijs suis præesset. Consideremus itaq;, inquit, utrũ sicut eorũ, sic etiam amicorum existimationes sint? Ita mehercle sunt. Antisthenes ait: ego nãque uelim profecto hũc mihi amicum esse potius, quàm duas minas: hunc uero nec mediæ minæ anteponerem, & aliũ quidem citius quàm decem minas eligerem, alium uero præ omnibus pecunijs atque laboribus anteponerem mihi esse amicum.

ERAS. ¶ Est enim quatenus.} Græco tropo est usus, est ubi, pro alicubi: est quatenus pro aliquo usq;: est quando, pro aliquãdo: est ut uir uiro præstet, aliquo mõ uir uiro præstat. ¶ Mediocre telum.} Telum noue dixit instrumentum. Nam telo assequimur quod ferimus.

BETVL. ¶ Experiendum autem in ipsa amicitia.} Theophrastus apud Plutarch. περὶ φιλαδελφίας dicit, οὐ φιλοῦντας δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίνοντα φιλεῖν. Cæterũ de probando amico: Plutarchus de discrimine adulatoris & amici, censet in hunc modũ: Verum haud oportebit illius temporis experimentum expectare, tum quidem inutile, uel potius noxium, neq; periculo uacans. Graue siquidẽ est, in eo demum articulo sentire, qui non sint amici, quo amicis est opus, cum non liceat iam incertũ & insyncerum amicũ cum certo synceroq; permutare. Quin magis ut nummum, ita amicum habere cõuenit, nempe probatum antequã eo sit opus, non usu ipso deprehensum. Neq;.n. oportet intelligere, postea quã malum acceptum est, sed ne quid accipiamus mali, experimentũ adulatoris capiendũ est, & animaduersio. Alioqui idem nobis accidet, quod solet his qui letale uenenum non aliter sentiunt, nisi cum prægustarunt, suo exitio indicantes. Isocrates porro in Parænetico aliquot probandæ amicitiæ regulas præscribit obseruatu haudquaquã indignas. μήτε, inquit, μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. τοῦτο δὲ ποιήσεις ἂν μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. μὴ τυχὼν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσῃ, τυχὼν δὲ μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ. Atq; rursus aliud ibidem: μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν περὶ σε γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε. Hanc ipsam regulam Socrates apud Xenophontẽ quoq; tradit. ¶ Est igitur prudentis sustinere cursum.} Mediolanensis editio

legit: Est igitur prudentis sustinere, ut currũ, sic impetum beneuolẽtiæ, qua utamur quasi equis temperatis. Quòd si Erasmus legisset currum pro cursu, temperatos fortassis equos nõ repudiasse, memor uidelicet Socraticæ cõparationis, quam ipse suo militi Christiano inseruit, de affectib. nempe bonis & malis, quos equis temperatis calcitrantibusq; confert, quibus rationẽ aurigam præficit. Sed sua cuiq; sententia per nos maneat libera. Cæterũ amicos nõ temere parandos, quos uero paraueris, non reijciendos, admonet Solonis apophthegma, qđ ex Apollodoro Diogenes refert, φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ἀποδοκίμαζε. ¶ Leues.} Huius oppositum est graues, qui non facile, aut ad quẽuis impetũ ab animi instituto mouẽtur manet enim in metaphora, dum dicit quosdã parua pecunia moueri non potuisse. ¶ Sordidũ.} Theophrastus in Characteribus μικρολόγους id genus hoĩes appellat. ¶ Imbecilla enim humana natura ad contemnendã potentiam.} Antithesi mira inest gratia, & energiæ plurimum. ¶ Itaq; ueræ amicitiæ.} Potentum cõsuetudines fugiẽdas esse, Ouidius suo exemplo amicum hortatur lib. Tristiũ. 3. Eleg 4.

O mihi chare quidem semper, sed tempore duro
 Cognite, res postquam procubuere meæ.
Vsibus edocto si quicquam credis amico,
 Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potest prælustria uita,
 Sæuum prælustre fulmen ab arce uenit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes,
 Non prosunt, potius plurimum obesse solent.
Effugit hybernas demissa antenna procellas,
 Lataq; plus paruis uela timoris habent.
Aspicis, ut summa cortex leuis innatat unda,
 Cum graue nexa simul retia mergat onus?
His ego si monitis monitus prius ipse fuissem,
 In qua debebam forsitan urbe forem.
Dum tecum uixit, dum me leuis aura ferebat,
 Hæc mea per placitas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano, uix hoc tamen euenit ipsum,
 Si cadit, ut tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,
 Occurrit regi flebilis umbra suo.
Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?
 Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic alte, demissius ille uolabat.
 Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra
 Fortunam debet quisq; manere suam.

qui honorē amici anteponat suo? Quid? hęc, ut omittā, quàm graues, quàm difficiles plerisq; uidentur calamitatum societates? ad quas non est facile inuentus, qui descendat. Quanquam Ennius rectè,

Amicus certus in re incerta cernitur:

tamen hæc duo leuitatis, & infirmitatis plerosq; cōuincunt; aut si in bonis rebus contemnunt, aut si in malis deserunt. Qui igitur utraq; in re grauem, cōstantem, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus, et penè diuino.

Non foret Eumenides orbus, si filius eius.
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma, uidisset in arbore natas,
Cepisset genitor si Phaetonta Merops.
Tu quoq; formida nimium sublimia semper,
Propositiq; precor contrahe uela tui.

Et paulo inferius:

Viue sine inuidia, mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias et tibi iunge pares.

Et Horatius libro Episto. primo, ad Lollium:

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuet. tu dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi.

Et pauper apud Plautum Euclio subtimet cum diuite Megadoro affinitatem contrahere. Verba Euclionis addam:

Venit hoc in mentem mihi Megadore, te esse hominem diuitem,
Factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum.
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem uenit,
Te bouem esse, & me esse asellum, ubi tecum coniunctus siem,
Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto:
Tu bos me haud magis respicias, gnatus quàm si nunquam siem.
Et te utar iniquiore, & me meus ordo irrideat,
Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fuat,
Asini mordicus scindant, boues incursent cornibus.
Hoc magnum est periculum, me ab asinis ad boues transcendere.

ERAS. ¶ Quasi aquis tempestatis.} Aeque mendose, ni fallor, in a'ijs scriptum habebatur, equis temperatis: legendū arbitror, equis tentatis. Nam ut modice tentamus equos prius, quā laxemus illis frenos ad cursum, ita non statim recenti amico per omnia fidendum. In uetustioribus exemplaribus habebatur aquas, non equis, & hæc lectio magis etiam arridet mihi. Quandoquidem cursus non minus nauium dicitur, quàm equorū, et nautæ demissa bolide tentant profunditatem aquarum prius, q̄ passis uelis se credant arbitrio uentorum. ¶ Periclitatis moribus.} Periclitatis, pro expertus, et experimento probatis, dixit passiue.

BETVL. ¶ Qui honorem.} δοκεῖ γὰρ ἐνίοις μάλιστα ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ φίλος εἶναι, & reliqua quæ Arist. in 7. Moralium Eudemiorum περὶ τῆς φιλαυτίας scribit. Extant in hanc sententiam παροίμιαι, Tunicam pallio propior, item Genu sura propius, item Omnes sibi melius esse malunt quàm alteri, item φίλαυτοι sed est rursus diuersa, Si te nimium amas, multi te oderint ¶ Vt omittā } Occupatio. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur.} Incertum pro dubio posuit, affectans ἐναντίωσιν et παρονομασίαν. qbus schematibus impendio delectatus est, atq; adeo non ipse solū, sed omnis ætas, usq; ad M. Tullium Hæc Eras. Sunt & aliæ in hūc sensum parœmiæ, ueluti illa εὐτυχία πολύφιλος. item, τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. itē, πρὸς τὸν εὐπράττοντα τοῖχον ῥέπειν, item, μή μοι τὰ τ' ἔλθῃς

ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς. item, naufgare cum felicibus. item illud Arist. χρόνον δεικνῦναι τὸν φίλον. item, olla amicitia. item, ἀνδρὸς κακῶς πράττοντος ἐκ ποδῶν φίλοι. item, plures adorant solem orientem quàm occidentem: de quibus omnibus uidendus Eras. Quandoquidem has cōmentatiunculas in puerorum maxime usum congessi, quibus locorum communium collectionem non in postrema studiorum parte pono, nolo quis uitio mihi uertat si illis hac licet supersttiosa opera ueluti præmāsum præbeā. Ouid. lib. Trist. 1. laudat amicū, qui reb. in aduersis constans permanserit. atque rursus Elegia. 8. conqueritur, qđ uulgus fortunā sequatur.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Aspicis ut ueniāt ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues?
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtq; comes radios per solis euntibus umbra est:
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit.
Mobile sic sequitur fortunæ lumina uulgus:
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.

Idem de Ponto libro secundo, Elegia tertia.

Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror, non ut torrentibus undis
Communis uitij te quoq; labe trahi.
Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est,
Quæ simul intonuit, proxima quæq; fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis
Dum flauit uelis aura secunda meis,
Vt fera nimboso tumuerunt æquora uento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.

Eodem lib. Eleg. 6. cum Græcino, q. exulē se deseruerit, expostulat.

Turpe erit in miseris ueteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci.
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicum:
Et, nisi sit felix, esse negare suum.

Et apud Lucan. lib. 4.

Nulla fides unquam miseros elegit amicos.

Pind. in Nem. 1. Od. παῦροι ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν. Et Decius Capuanus apud Silium Ital. lib. 11.

Is locus officio, cum cessant prospera, cumq;
Dura ad opem fortuna uocat. Nam læta fouere
Haudquaquam magni est animi decus.

Hactenus poetæ. philosophos accipe. Isocrates in Parænesi. δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε ταῖς περὶ τὸν βίον, ἀτυχίαις, καὶ ταῖς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίαις. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν, Arist. in 7. Moral. Eud. ἔτι δοκεῖ τοῖς

μὲν

μὲν ῥᾴδιον τὸ κτήσασθαι φίλον, τοῖς δὲ σπανιώτατον γνῶναι, καὶ οὐκ ἐνδέχεσθαι ἄνευ εὐτυχίας. τοῖς γὰρ εὖ πράττουσι βούλονται πάντες δοκεῖν φίλοι εἶναι. οἱ δὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν & rursum: χρόνος λέγεται δεικνύναι τὸν φιλούμενον, καὶ αἱ ἀτυχίαι μᾶλλον τῶν εὐτυχιῶν: & multa ibidem in hanc sententiam, quæ quia textus est mutilus, inserere nolui.

quib. infertur, si possint, nõ propulsant iniuriã. nã, inqt, qui iniuste impetũ in quempiã facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus uidetur afferre socio. qui aũt nõ defendit, nec obsistit, si põt iniuriæ, tã in uitio ẽ, q̃ si parẽtes, aut amicos, aut socios deserat. ⁋ Suspiciosum. } Suspicionis. n. morbo uel in primis amor laborat, et maxime uenereus, qui solicitudinis plenus est: cuius euidẽtissimũ exẽplũ expressit Terẽ. in Eunucho.

Firmamentũ autẽ stabilitatis, constantiæq́; eius, quã in amicitia quærimus; fides est. Nihil. n. stabile est, quod infidum est. Simplicem præterea, & communẽ, & consentientẽ, * & qui rebus iisdẽ moueatur, eligi par est: quę omnia pertinent ad fidelitatẽ. Neq; enim fidum potest esse multiplex ingeniũ, & tortuosum: neq; uero qui non iisdẽ rebus mouetur, & natura consentit; fidus, aut stabilis potest esse. Addendũ eodẽ est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat * oblatis: q̃ omnia pertinent ad eam, quã iandudum tracto, constantiam. Ita fit verũ illud, quod initio dixi, Amicitiam nisi inter bonos esse nõ posse. Est enim boni viri, quem eundem sapientẽ licet dicere, hæc duo tenere in amicitia: Primum, nequid fictum sit, néue simulatum; aperte enim vel odisse, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam: Deinde, non solum ab aliquo oblatas criminationes depellere; sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatum. Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum, atq; morum; haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. Tristitia autẽ, & in omni re seueritas absit. Habet illa quidem grauitatem; sed amicitia

ERAS. ⁋ In bonis rebus. } Noue bonas res dixit, sed'as: malas, aduersas.

BETVL. ⁋ Firmamẽtũ aũt sta. fi } οὐ γάρ ἐστιν ἄνευ πίστεως φιλία βέβαιος. Arist. & rursum ἄπιστος ὁ φαῦλος καὶ κακοήθης. Nec mirũ in amicitia tantũ momenti habere fidẽ, cum etiã in hoste probetur, de quo in Offi. lib. 1. ubi fidẽ etiam iustitiæ fundamentũ posuit: Quo itẽ loco fidẽ definit dictorum factorumq́; constantiam: & quia fiat quod dictum est, fidem appellatam. Apud Dionem de non temere credendo, eius rei insigne exẽplum est de Lacone quodam, cuius amicitiam cum complures peterent, omnemq́; offerrent fidem, hanc unam ad amicitiæ firmitatem sufficere respondit. Hac enim uigente, ne si maxime quidem uelint officere, posse, cætera omnia fraudi exposita. Verba ipsius subiungam. ὁ Λάκων ἐν ὁμιλίαις τινῶν συνθεμένων αὐτῷ, καὶ ἀξιούντων αὐτὸν λαμβάνειν, ἣν ἂν προαιρῆται πίστιν ὑπὲρ τῆς φιλίας. μίαν ἔφη πίστιν εἶναι τὸ ἐὰν ἐθέλωσιν ἀδικῆσαι, μὴ δύνασθαι. τὰς δὲ λοιπὰς πάσας εὐήθεις ἐπιτελέως ἀσθενεῖς. ταύτην δὲ μόνην περὶ τῶν πολλῶν τὴν πίστιν δεῖ λαμβάνειν, ἑτέραν δὲ οὐδεμίαν. ⁋ Neq; enim fidum esse potest multiplex. } Argumentum à contrariis est. pugnant enim simplex & multiplex, id quod ex Aristotelis doctrina manifestum est. quem Cicero ut multis ubique locis, ita hoc quoque expressisse uidetur. uerba eius ex Moralib. Eudemiis subiungam. τότε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. καὶ ἀγαθὸς ὅμοιος ἀεὶ, καὶ οὐ μεταβάλλεται τὸ ἦθος, ὁ δὲ φαῦλος καὶ ὁ ἄφρων οὐδὲν ἔοικεν ἕωθεν. ⁋ Quem eundẽ sapientem. } Sapientia siquidem uirtutem in se complectitur omnem. ⁋ Ne quid fictum. } Qui una manu ostentant panem, altera lapidem tenent, audiunt prouerbio, beneuolus mactator & clemens lanista. ⁋ Aperte enim odisse. } Seneca de Ira scribit plures amicos quàm inimicos diuum Iulium confecisse. Illud hominum genus Horat. cauere iubet, Absentem qui rodunt amicum, quiq; non defendunt alio culpante. Sat. 4. lib. 1. ⁋ Deinde non solum. } Quia supra philosophum secutus iustitiam amicitiæ insolubili uinculo copulauit, nunquam separat, atq; ob id, ut indicauimus, fidem utrisq; fundamentum posuit. ideo nunc quoq; idẽ amicitiæ tribuit, quod in officiis iustitiæ: ubi duo iniustitiæ genera cõstituit, unũ eorũ qui inferunt, alterũ eorũ qui ab iis

⁋ Accedat huc sua. } Hinc tetricos illos à Gratiis alienos dicimus, quorũ mores nullo festiuitatis sale cõditi sunt. Plu. de discr. adul. et amici, scribit amicũ nõ ita insuauẽ rẽ esse, aut incõditã, neq; quenq̃ asperũ hoc ipso esse amicũ, quòd seuerus austerusq; sit. Seneca quoq; li. de Trãq. 1. iubet amicos tristes uitare, et oĩa deplorãtes, qb. nulla nõ cã in q̃relas placet. constet illi licet fidés, ait, et beneficẽtia, trãquillitati tñ inimicus est comes perturbatus, et oĩa gemẽs. Sed qa de cõstãtia et habitu amicitiæ dictũ est, iuuabit fortasse audire, uel uidere potius eius imaginem quo pingi soleat. eã si nõ graphice, p nostro tñ modulo delineauimus. absolutiorẽ operã requirẽs ab Habrone petat, qui apud Plin. lib. 35. ca. 11. amicitiam & concordiã pinxisse legitur.

Fides stabilis à societate ... sequestranda

* atque reb. alienis

* illatis

Ecce tibi præsens sub imagine uirginis adstat,
Quæ genti Graiæ dicta fuit φιλία.
Nomen Amicitiæ hæc eadem sortita Latinis,
Auribus est gratum nomen utrunq; suis.
Aetas est matura quidem, sed uirginem ab ore
Agnoscas, uultum nulla senecta notat.
Fixa utrunq; pedem, quadro stat marmore constans,
Impetus hanc nullus, nulla mouebit Ate.
En Charitis stipata suis. hinc maxima natu
Aglaia læta est, hinc uiridis Thalia,
Grata etiam Euphrosyne, comitata sororibus astat.
Officiis prompta est sedula quæq; suis.
Corpora nuda uides manibus conserta tenellis,
Nam dominæ famulas condecet esse pares.
Gratia multa subest oculis, uultusq; serenus,
Obscurant frontem nubila nulla sacram.
En tranquilla genus arrident gaudia pulchris.
Austeraq; uacat blandula tristitia.
Nullus adest fucus, color est natiuus in omni
Corpore, constanti firma nitore manet.
Simplicitas illi prudens, prudentia simplex,
Nec fastu cristas erigit illa suas.
Neminem in amplexus recipit nisi sit bonus, atq;
Sinceros penitus candida candide amat.
En uertex radiis fulget, fiduciumq; metallum

Auricomæ mixtum cæsariæ rutilat.
Haud equidem, ut cernis, passis est crinibus: atque
More puellari plegmate nexa coma est.
Plegmata ceruici non pendula uirginis almæ,
Vertice sed notis spira ligata coit.
Auribus & baccas auri, gemmasq; tenellis
Appensas pulchre dius puella gerit.
Lumina uirgineo uersat modulamine clara,
Cæsia belligeræ Palladis instar habet:
Virginis ore decor suffusus pulcher in omni,
Dulcibus in labijs en roseus color est.
Non humeros humilis, non est hæc corpore ualde
Procero, medio membra uenusta modo.
Candidus en iugulus splendet torquatus, & auro,
Et gemmis fulget conspicuus uarijs.
Inde monile decus demissum lucet (ut altis
Sol cœlis radiat) ubera per niuea.
Sed magis exornant en hemisphæria pectus
Lactea quæ turgent ordine congemina.
En læua tenui uestit uelamine pubem,
Ne castam quisquam prostituisse putet.
In summis dextræ digitis est anulus auro, &
Gemmis distinctus, symbolum amicitiæ.
Singula conueniunt, recta ratione putanti
Semper amicitiæ singula inesse decet.

remißior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemq; procliuior. Existit autẽ hoc loco quædam quæstio subdifficilis; Nunquando amici noui, *nõ indigni amicitia veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus? Indigna homine dubitatio. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates: ueterrimæ quæque, vt ea vina, quæ vetustatem ferunt; esse debent suauissimæ: verumq; illud est, quod vulgo dicitur; Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Nouitates autem, si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat; nõ sunt illæ quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conseruanda est. Maxima est enim vis vetustatis, & consuetudinis. Atqui in ipso equo, cuius modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato, & nouo. Nec modo in hoc, quod est animal, sed in ijs etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo valet: cum locis etiam ipsis montuosis delectemur, & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis

(left margin: ...ui amici ...n sunt uete ...s antepo ...ndi.) (right margin: *digni)

ETVL.

¶ Remißior.} Non admodũ rigida, uel intenta, sed laxo magis uinculo colligata. ¶ Nunquando amici noui.} Iuxta prouerbium, Nouos parans amicos ueterum ne obliuiscere. ¶ Vt equis uetulis.} Vergilius Georg. 3.

Hinc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in uenerem senior, frustraq; laborem
Ingratum trahit, & si quando ad prælia uentum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis
Incassum furit. ergo animos æuumq; notabis.

¶ Præcipue teneros.} binos. Nã minores, teste Columella, non oportet. De arte equestri, adeoq; de equis Xenophontis libellum in compendium coegit Volater. lib. 25. Philolog. Eadem de re apud Græcos scribunt obiter idem Xenophon in Oeconomia, Aristo. cum alibi, tum lib. 6. Hist. animal. cap. 22. apud Latinos præter Verg. Plin. lib. 8. cap. 42. Var. lib. 2. cap. 7. Columella lib. 7. cap. 27. Palladius li. 4. cap. 13. ¶ Aliarum rerum satietas.} Eras. cõqueritur, omnes quos ipse uiderit codices, huic lectioni reclamare. At Erasme, tibi liberalis illa Mediolanensis editio astipulatur, quam Alexan. Minutianus edidit. Satietas .i. odium, ut Donatus apud Teren. annotauit: Omnium autem rerum satietas est. ¶ Vt ea uina quæ uetustatem ferunt.} .i. inueterata non fugiunt, nec uetustate exolescunt. Ciceronis iocus est apud Macrob. qui cum apud Damasippum cœnaret, & ille mediocri uino posito diceret, Bibite falernum hoc, annorum quadraginta est: Bene, inquit, ætatem fert. amphibologia uerbi ætatẽ, quod generale est, conuiuatorem elusit. quasi dixerit, minime uetus. Quint. lib. 2. cap. 4. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic & annos ferent, & uetustate proficient. ¶ Multos modios salis.} Prouerb. etiam Aristo. usitatum. Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris. Vide Eras. ¶ Modios.} μεδίμνους, modium, medimni partem faciũt Bud. de Asse. 5. & Leonard. Port. de Mens. libro secundo de Medimno uide Pollucem libro tertio cap. uigesimotertio quia hic species pro genere accipitur, non est quod ad unum reseruemus. ¶ Vt tanquam in herbis.} In herba esse, id est in spe esse, prouerbiali figura dixit. Vide Eras. Ouid. in Epist. Helenes ad Paridem usus est:

Sed nimium properas, & adhuc tua meßis est in herba.

¶ Quod est animal.} ἔμψυχον & ἄψυχον Aristote. uocat. Obserua inanimatum Ciceronianam uocem esse, quam nonnulli tanquã male latinam uitant: animatum contra, uelut duram, periphrasi molliore à Cicerone uitatam. ¶ Maxima uis uetustatis & cons.} Hoc Ouidius non ignorauit in amore uenereo, qui 2. de Arte præcipit:

Fac tibi consuescat, nil assuetudine maius.

¶ Superiorem parem esse inferiori.} Respicit ad ἰσότητα, id est, æqualitatem, quæ quantum in amicitia momenti habeat, iam sæpe dictum est. ¶ Excellentiæ.} quas Aristote. ὑπερβολὰς καὶ ὑπεροχὰς appellat. Quod genus sunt, amor Dei erga homines, principis & magistratus erga subditos, patris erga filios, & cuiuscunque tandem dignitas inferioris respectu, se ad æqualitatem demittit. Cuius generis hic luculentißimum in Scipione exemplum Lælius ponit, qui dignitatis excellentiam, æqualitatis temperamento quod moribus inerat, temperauit, æquauit. Res autem (ut quo Cicero respexerit planius intelligas) sic se habet.

ERASMVS.


¶ Sicut aliarum rerum societates.} Licet reclament omnes, quos uiderim codices: tamen dubitandum non est, quin pro societates, legendum sit satietates.

{ ἰσότης κατ' ἀρετὴν, Per se.
Amicitijs {
inest { { χρήσιμον }
{ ὑπεροχὴ κατὰ { } Per accidens.
{ τὸ { }
{ ἡδὺ }

Licet aũt Scipioni (Scipionis nomine intelligimus, candidũ quẽq; amicitiæ cultorem) uirtus amicitiæ finis, & quasi subiectũ minime uacillãs sit, utile tamẽ dulceq; (q̃ qui miscuit, omne pũctũ iuxta poetã tulerit) si adsunt amicitiæ, nõ derogãt quequã, sed uelut accidẽtia, sui quidẽ natura fluxa & fugitiua, subiecto tamẽ adhibita sicut emblemata quædã pluscudũ gratiæ adijciũt. Nec sibi pugnat Cicero, dũ superius uoluptarios ab amicitiæ disputatione, ut minime idoneos exclusit: nũc aũt amicitiã suauitate conditã uult. Meminisse. nanq; oportet, illic quæstionẽ de fine fuisse, hic uero de accidentibus, adeoq; de amicitiæ dotibus sermonẽ fieri. Porro hoc loco nequaquam ignorandum censeo, excellentias hasce ex alia quoque amicitiæ diuisione manare, nempe ex analogis ad Reipublicæ formas reducta, hoc modo:

Amplior ætas colendus est.

in nr̃o, ut ita dicã, grege. nunq̃ se ille Philo, nunq̃ Rutilio, nunquã Mummio anteposuit, nunq̃ inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximũ fratrẽ, egregiũ virũ, omnino sibi nequaquã parẽ; quòd is anteibat ætate, tanquã superiorem colebat; suosq; omnes per se esse posse ampliores uolebat. Quod faciendũ, imitandũq; est omnibus: vt si quam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt; impartiant eam suis, cõmunicentq; cum proximis: vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores uel animo, uel fortuna; eorũ augeant opes, eisq; honori sint, & dignitati: vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerint; cum cogniti sunt, &



Ex hac igitur demonstratione, nonnihil lucis huic præsenti negotio accessisse spero. nã dũ paulo superius raras amicitias eorũ docuit,

qui in honoribus & Rep. uersantur, id in παρεκβάσει, quãdo iustũ atq; officiũ deseritur, in quo tamẽ Scipionẽ constãter cõstitisse, licet dignitate præ cæteris emineret, tamẽ uelut pater in eodẽ propinquitatis gradu, sic ipse sibi nihil arrogans, humiliores amicis nunquã anteposcat. Cuius rei exẽplũ Arist. Agamemnonẽ adducit, quem Homerus ποιμένα λαῶν appellauit. [In no. gre.] Teren. in Adelph. At hic hercule de grege illo est. i. eiusdẽ factionis, quos Cicero alibi uocat gregales. Vide Chiliadas. de multuario huius uocis usu uide F. Syluiũ in oratione Ciceronis pro Sexto Roscio. [Nũquã Mum.] Spuriũ intelligit, ut ex epilogo huius operis claret. [Inferioris or.] ὑπερεχουμένοις, minorũ gentium amicis. Alludit ad ordines ciuiles, ut Gnato ille Terẽtianus cõuenerat sui loci atq; ordinis hoĩnẽ, sui uidelicet respectu. sed hæc ex epilogo huius operis manifestiora fiẽt, si Ciceroni Brutũ contuleris. Quint. Max.] à Fabio Maximo quinquies Cos. coaptatũ, sicut ipse quoq; à Scipione adoptatus fuerat, uterq; uidelicet Pauli Aemilij γνήσιος filius, de quibus lege Plutarchũ, & alios. [Sibi ne. par.] κατ' ἀξίαν uidelicet. [Tanquã supe. co. quod fa.] Mediolanẽsis editio legit, tanq̃ superiorẽ colebat, suosq; oẽs præ se posse, esseq; ampliores uolebat, quod fa. q̃ lectionẽ ut nõ p genuina agnoscã, quod prætendã habeo nihil [Tanquã su. co.] Offi. I. Est igitur adolescẽtis, maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos & probatissimos, quorũ consilio atq; authoritate nitatur. ineuntis. n. ætatis inscitia, senũ cõstituenda & regenda prudentia est. Senectuti, scribit Val. lib. 2. iuuẽtus ita cumulatũ & circũspectũ honorẽ reddebat, tãquã maiores natu adolescẽtiũ cõmunes patres essent. Quocirca iuuenes, senatus die utiq; aliquẽ ex patrib. cõscriptis, aut propinquum, aut paternũ amicũ ad curiã deducebãt, affixiq; ualuis expectabant, donec reducẽdi ẽt officio fungerẽtur. qua quidẽ uoluntaria statione, & corpora, et animos ad publica officia sustinẽda impigre roborabãt, breuiq; processu morarũ clarã in lucẽ uirtutũ suarũ uerecũda laboris meditatione, ipsi doctores erãt inuitati q nã et cõuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu præcurrerẽt. sublataq; mẽsa priores consurgere et abire patiebantur. è quibus apparet cœnæ quoque tempore qui parco et modesto sermone his præsentibus soliti sunt uti. Iuuenal. Sat. 13.

Improbitas illo fuit admirabilis æuo,
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis uetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer, licet ipse uideret
Plura domi farra & maiores glandis aceruos:
Tam uenerabile erat præcedere quatuor annis,
Primaq; par adeo sacræ lanugo senectæ.

Elegans sanè obseruatio officiorum, & super ea re quæstio Tauri philosophi apud Gellium est, si filius κατ' ἀξίαν patri præeat. eiusdem rei memorabile exemplum est apud Liuium lib. 4. Decad. 3. de Fabio patre, qui filio Consuli legatus in Apuliam missus fuit. [Impartiant eã suis.] Eadem libertatis seminaria hominibus à natura insita esse, etiam in primo Officiorum docuit.

BETVL.

ETVL. ⁋ Aut deo. aut re. fi.} Sic Telephus Herculis & Auges, sic Aegistus Thyestis & Pelopiæ filij: alter à ceruà, alter à capra nutritus à pastoribus inuẽti sunt. Sic Romu. & Remus à Faustulo educati. Sic Cyrũ Medorũ regẽ ab Astyage expositũ Mithridates pastor aluit. Sic Semiramis diu ab auibus alita, à pastoribus sublata, regia coniux facta fuit. Quid quod Iupiter ipse Adrasteæ & Idæ nymphis nutricibus Amaltheæ capræ fertile cornu officij præmiũ dedit? Nutricationis præmium græci uocãt τρέπτον & τρόφημα. de quo Alciatus. l. inter donũ ff. de uerb. sig. Hesiod. πρεπτήριον uocat. ⁋ In fa. fue.} In famulatu esse diuersum ab eo sonat, quod est in ore esse, in uitio esse, in noxia esse, in honore esse, in laude esse. Idẽ tñ ferè qđ est in ditione esse, in ptãte esse, ĩ tutela esse, ĩ seruitio esse. Quæ qdẽ frequẽtius cũ accusatiuo leguntur in ditionẽ esse, in ptãtẽ esse, de quibus Gellius li. 1. ca. 7. Linacer li. 6. ⁋ Quod qui.} A minori ad maius. Hinc nomothetæ ius naturæ secuti cauerũt, ut filij parẽtes alant, aut uinciãtur: q̃ quidẽ lex olim Rhetorũ declamationibus agitata, tã apud Senecam q̃ Quintil. Hinc philosophus circa finẽ octaui Moraliũ negat diuũ parẽtũq; meritis quẽquã digne respõdere. Et Anaximenes, τὶ γὰρ δικαιότερον, ἢ τοὺς γενέσεως καὶ παιδίας αἰτίους ἀντευεργετεῖν. Huc faciũt ea q̃ tradit Erasm. in prouerb. ἀντιπελαργεῖν. Memorabile huius exẽplũ est apud Valer. de filia, q̃ matrẽ in custodia fame necãdã sacrosãcto uberũ fonte aluit. ⁋ Dolere nõ de.} quod inuidorũ est, qui alienis rebus marcescũt opimis. ⁋ Aut q̃. sem. ali.} Hoĩes q̃rulos amicitiæ idoneos nõ esse, docet Prouerb. οἱ φιλομεμφεῖς εἰς φιλίαν οὐκ εὐφυεῖς. ⁋ Quod offic.} Odiosa ẽt officiorũ cõmemoratio exprobrationi dissimilis nõ ẽ id qđ Sosia apud Terẽtium non ignorat, cui heri cõmemoratio q̃ si exprobratio immemoris beneficij uidebatur. ⁋ Quæ m. d. is} Qui dedit beneficiũ, inq̃t Seneca, narret qui accepit. lege eũ in hãc sentẽtiã scite admodũ & grauiter differẽtẽ li. de Beneficijs 2. quo docet quẽadmodũ dandũ sit beneficiũ. ⁋ Nisi ijs qui ẽt cõ. se.} Nihil arrogãter de se sentiẽtes, altius in se descẽdunt, agnoscuntq; q̃ ipsis sit domi curta supellex. ⁋ Tantũ .n. cuiq; tri. est.} Officiorum 1. hãc quoq; inter cæteras liberalitatis cautiones numerat, nempe ut pro dignitate cuiq; tribuatur. id .n. iustitiæ esse fundamẽtũ. Quã ẽt definit ius esse suũ cuiq; pro dignitate tribuẽs. Cui iurecõsultorũ quoq; definitio astipulatur, l. iust. ff. de iust. & iure. Hoc ipsum Cicero ipsius Lælij exemplũ, ex Rutilij, quo demox, tũ moris fuisse in Bruto testatur, ut in reliquis rebus melior, sic in hoc ipso, humanior, ut faciles essent in suo cuiq; tribuendo.

aut deorum, aut regũ filij inuẽti, retinẽt tñ charitatẽ ĩ pastores, quos patres sucs multos annos esse duxerunt. quod qdẽ est multo pfecto magis in veris patribus, certisq; faciẽdũ. fructus .n. ingenij, & virtutis, oĩsq; pstãtiæ tũ maxime capit', cũ in pximũ quẽq; cõfert. Vt igit' ij, q sunt in amicitiæ, cõiunctionisq; necessitudine superiores, exæquare se cũ inferioribus debẽt: sic ĩferiores dolere nõ debẽt, se à suis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. quorũ plerıq;, aut querunt' semp aliqd, aut ẽt exprobrãt, eoq; magis si aliqd habere se putãt, qđ officiose, aut amice, et cũ labore aliquo suo factũ queant dicere. Odiosum sanè genus hominũ officia exprobrantiũ; quæ meminisse debet is, in quẽ collata sunt, nõ cõmemorare qui cõtulit. Quãobrẽ vt ij, qui superiores sunt submittere se debẽt in amicitia: sic quodãmodo inferiores extollere. Sunt .n. quidam qui molestas amicitias faciunt, cũ ipsi se cõtemni putant. quod nõ ferè cõtingit nisi ijs, qui etiã cõtemnẽdos se arbitrãtur: qui hac opinione nõ modo verbis, sed etiã opere leuandi sunt. Tantũ autẽ cuiq; tribuendũ est primũ, quantũ ipse efficere possis: deinde etiã quantũ ille, quẽ diligas, atq; adiuues; possit sustinere. Nõ .n. tu possis, quãtumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere: ut Scipio P. Rutiliũ potuit cõsulẽ efficere, fratrẽ eius *Luciũ nõ potuit. Quòd si etiã possis quiduis deferre ad alterũ; vidẽdũ est tñ, qd ille possit sustinere. Oĩno amicitiæ corroboratis iã, cõfirmatisq;, et ingenijs, et ętatibus iudicãdæ sunt, nec, siqui ineunte ætate uenãdi, aut pilę studiosi fuerint; eos habere necessarios oportet, quos tũ eodẽ studio pditos dilexerũt. isto .n. mõ nutrices, et pædagogi iure vetustatis plurimũ beneuolẽtię postulabũt: q negligẽdi qdẽ nõ sunt. sed alio quodam mõ colẽdi: aliter .n. amicitię stabiles permanere nõ possunt. dispares .n. mores, disparia studia sequunt': quorũ dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob aliã cãm ullã boni, ĩprobis; ĩprobi bonis amici esse nõ possunt; nisi quòd tãta est ĩter eos, q̃ta maxima põt esse, motũ, studiorũq; distantia. Recte etiã præcipi potest in amicitijs, ne quis

Lælium

⁋ Pub. Ru.} Is est qui cũ Lenate cõsul fuit, de quibus supra, ubi de Blosio agebatur. Anno ab Vrbe cond. DCXXII. de quo plura infra in epilogo. ⁋ Luciũ non po.} Hic fortassis L. Rufus est, qui T. Graccho secundũ uinus inflexisse gloriari solitus est, ut apud Plutarchũ legitur. ⁋ In genijs & æta.} Parmeno in Hecyra Terẽtiana, cãm eãdẽ instabilis puerorum amicitiæ reddit: Pueri inter sese q̃ pro leuibus noxis iras gerunt. Quapropter? quia .n. qui eos gubernat animus infirmũ gerunt. &c. ⁋ Necessarios.} Cornelius in Actis ca. 10. φίλους ἀναγκαίους cõuocarat: quẽ locũ tã de propinquis, q̃ de officij iure exponunt. alibi ex Gellio dictũ est, quid necessitudo & necessitas differant. ⁋ Nutrices.} Sic Aeneas pius in nutricẽ legitur Aeneid. 7. cui & funus mortuæ fecit, & Caietã urbẽ ex ea nominauit. & Politian. Nutritia musis ipsum nutricantibus dedicauit. ⁋ Pædagogi.} Aristotelẽ Alexãder primũ summe coluit, postea paulatim amoris ardor refriguit. Piget huius impietatis meminisse tanta siquidẽ eorũ qui erga præceptores ingrati fuerunt, exẽplorum copia adobruor. Nec Lælius his alios doctores intelligit q̃ pædagogos domesticos, qui plerunq; futiles pueris adhibebantur, id qđ & Comici suis fabulis perstringunt, & philosophi suis scriptis aperte grauiterq; taxant, qui et ipsi subinde in fabulis de hac impietate queruntur, hanc prouinciam ueluti duram incusantes.

⁋ Patres esse duxerũt.} ἦγον ERAS. το. i. existimarũt. ita plane usurpauit: licet eos quoq; ducimus esse patres, quos patrũ habemus loco, cũ sciamus nõ esse. ⁋ Aliter .n. amicitiæ stabiles.} Aliter p alioqui, sicut ante cõmmonstrauimus. ⁋ Quãta maxima põt.} Hanc loquẽdi formã nullus auderet sequi, nisi Ciceronẽ authorem haberemus.

⁋ Intemperata

BETVL. ¶ Intẽperata qua.be.} Lege ea quæ cõgessit Eras. in prouerb. Intẽpestiua beneuolẽtia nihil à simultate differt. Sicuti è contra 'nihil est homini amico amicius. ¶ Troiã Neopto.} Hy.. in fa cap. 96. Thetis Nereis, cũ sciret Achillẽ filiũ suũ, quem ex Peleo habebat, si ad Troiã expugnãdã isset periturũ, cõmẽdauit eũ in insulã Scyro ad regẽ Lycomedẽ, quẽ ille inter uirgines filias habitu fœmineo seruabat nomine mutato. nã uirgines Pyrrhã nominauerunt, quoniã capillus flauus fuit: & Græce rufum pyrrhon dicitur. Achiui autem (qui ut apud Boccatiũ legitur, respõsum acceperũt absq; Achille Troiã capi nõ posse) cũ rescissent ibi eũ occultari. ad regẽ Lycomedẽ oratores miserũt, qui rogarẽt ut eum adiutoriũ Danais mitteret. Rex cũ negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quærerẽt. qui cũ intelligere nõ possent, quis esset eorum Achilles Vlysses in regio uestibulo munera fœminea posuit, 'in quib. clypeũ & hastã, & subito tubicinã canere iussit, armorũq; crepitũ & clamorẽ fieri iussit. Achilles hostẽ arbitrãs adesse, uestẽ muliebrẽ dilaniauit, atque clypeũ et hastã arripuit. ex hoc est cognitus, suasq; operas Argiuis promisit, & milites Myrmidones. Dares autẽ Phrygius scribit Lycomedẽ auũ libẽter cõcessisse. lege plura apud cõmẽtatorẽ Homeri Iliad. τ. apud Boccat. lib. 12. cap. 52. & 53. apud Dictyn Cretensem li. 4. Aeneas Aeneidos. 1. in equo Troiano fuisse memoratur. Eius nominis meminit Plut. in Pyrrho. de eius interitu, idẽ Hygin. cap. 123. Pindarus in Nemeis Ode. 7. Hãc fabulã pinxit Athenion Maronites apud Pli. lib. 35. cap. 11. Nisi q. apud Pliniũ Achilles, nõ Neoptolemus legitur. ¶ Quod de.} Quomodo Petrus quoq; Christũ à passione auocare uoluit, cũ audiret Sathanæ nomẽ. ¶ Est ẽt q̃si.} Hinc fingunt amorẽ nec mortalẽ, nec immortalẽ, quia nec stabilis semper, nec semp intereat. ¶ Necessaria.} &, ut Næuius appellat, sontica. ¶ Delabitur.} p digressionẽ. ¶ Catonẽ dice.} à testimonio. Est autem χρεία λογική. Aristo. 9. ἠθικῶν νικομαχείων cõtrouersiã facit, Sit ne amicitia uitiosorũ dissoluẽda. Dissoluẽdã cẽset, τοῖς ἀνίοις διὰ τὴν μοχθηρίαν. de quibus uidelicet plus cõtagij, q̃ emẽdationis expectari põt. ὁ παρόρθωσιν δ' ἔχου

Cõsiderãdũ est quid ab amicis petamus.

Dissuẽdæ magis quàm discindẽdæ amicitiæ.

intẽperata quadã beneuolẽtia, quod per sæpe fit, impediat magnas vtilitates amicorũ. Nec.n. vt ad fabulas redeã; Troiã Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedẽ, apud quẽ erat educatus, multis cum lacrymis iter suũ impedientẽ audire voluisset. Et sæpe incidunt magnæ res, vt discedẽdũ sit ab amicis: quas qui impedire vult, quòd desiderium nõ facile ferat; is et infirmus est, mollisq; natura, & ob eã ipsam cãm in amicitia parũ iustus. Atq; in oĩ re cõsiderãdum est, & quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. Est ẽt quasi quædã calamitas in amicitijs dimittẽdis nõnunquã necessaria. Iã.n. à sapiẽtũ familiaritatibus ad vuulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sæpe vitia amicorũ tũ in ipsos amicos, tũ in alienos; quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitię sunt remissione vsus eleuãdæ; et, vt Catonẽ dicere audiui, dissuẽdæ magis, q̃ discindẽdę sunt; nisi quædã admodũ intolerabilis iniuria exarserit, vt neq; rectum, neq; honestum sit, neq; fieri possit, vt nõ statim alienatio disiunctioq; faciẽda sit. Sin aũt morũ, aut studiorũ cõmutatio quędã, vt fieri solet; facta erit; aut in Reipubli. partibus dissensio intercesserit (loquor.n. ut paulo ante dixi, nõ de sapiẽtũ, sed de cõmunibus amicitijs) cauendum erit, ne nõ solũ amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiã susceptæ videãtur. Nihil.n. turpius, q̃ cũ eo bellũ gerere, quicũ familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat, vt scitis, Scipio: propter dissensionẽ autẽ, quæ erat in Rep. alienatus est à collega nostro Metello: utrũq; egit grauiter, authoritate, et offensione animi nõ acerba. Quãobrẽ primũ danda opera est, nequa amicorũ dissidia fiãt; sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, q̃ oppressæ videantur. Cauẽdũ uero est, ne ẽt in graues inimicitias cõuertãt se amicitię: è qbus iurgia, maledicta, cõtumeliæ gignunt. Quæ tñ si tolerabiles erũt, ferẽdę sunt: et hic honos veteri amicitię tribuẽdus est; vt is in culpa sit, q faciat, nõ qui patiatur iniuriã. Oĩno oĩum horũ vitiorũ, atq; incommodorum vna cautio est, atq; una prouisio;

σιν, & ad salutẽ spectãtibus, adeo nõ renunciari uult, ut etiã posita simultate auxiliares illis porrigere manus iubeat. ¶ Sin aũt mo. aut stu.} Aristo. exemplũ ponit, amicitias ab ineunte ætate cõtractas, si alter mẽte puer maneat, alter uero in cordatũ uirũ excrescat, qa uẽ uterq; uelle, idẽq; nolle nequeãt, amicitiã necessario dissolui. Familiaritatẽ & cõsuetudinẽ ego dissolui posse cõcesserim: beneuolentiam uero tãdisper uigere assero, dum uterq; pro suo modo bonus mãserit. Ea quæ Cic. dixit, ad cõmunis uitæ usum propius accedũt. ¶ Nihil.n.tur.} Cæsaris & Põpeij exẽplũ, quod nunq̃ nõ in ore habuit, haud dubie positurus erat, nisi personæ decorũ id prohibuisset. ¶ Q. Pompeij.} De hac inimicitia nihildũ me legisse memini. ¶ Collega no. Me.} Hũc Plin. li. 7. ca. 43. inter rara felicitatis exẽpla numerat. cũ tamen Africani Aemiliani inimicũ fuisse, inter calamitates eius ducit. Siquidẽ liberis dixit: Ite filij, celebrate exequias, nunq̃ ciuis maioris funus uidebitis. Suspicione eũ propter subitũ Scipionis interitũ nõ caruisse diximus. ¶ Quamobrẽ.} Colligit pcepta. ¶ Quæ ta. si to.} Prouerbiũ monet amici mores nouisse, non odisse. Cauet alia parœmia, cũ amico non certãdũ æmulatione. ¶ In cul.} Vt in uitio, de quo alibi. ¶ Qui fa.} Sed quoties ad contẽtionem res uenit, uterq; pro se æquitatẽ stare contendit. Tum illud Martialis uerũ est,

> Aurũ et opes et rura frequẽs donarit amicas:
> Qui uelit ingenio cedere, rarus erit.

Hinc apud Quint. lib. 6. cap. 4. Ludere nunquã uelimus, longéq; absit propositum illud: Potius amicum quàm dictum perdidi. ¶ Vna cautio, atque una prouisio.} Terent. in And. Puerum ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. Curt. lib. 10. Atq; ille seditione prouisa, cũ regẽ adisset, interrogare eũ cœpit, an Perdicã cõprehẽdi iussisset. Prouisionis alioquin uox rara occurret, maxime in hoc significatu. ¶ In ip.} Supra ex Epicteto docuimus, sola animi bona in nobis esse. quicquid fortuna largitur, forinsecus accedit: ergo sola animi bona ad amicitiam solidam inuitare possunt.

ERAS. ¶ Ad amicos redundet infamia.} Ab inundatione, q̃ ripas egressa, proxima quæq; cõprehẽdit, atq; inuoluit: usitatius tamen est, recidit.

ETVL.

¶ Vt ne.} Iunctim elegantius ferè, quàm separatim, Ne sola. Teren. in Eunu. Itaq; ut ne id uiscam misera, huc effugi foras. Vide Adria num. ¶ Vt ne ni. ci.} Isocrat. βραδέως μὲν φίλος γίνου, γιγνόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. ¶ Omnia præ. ra.} Sententiã cõmendat παρωνομασία, quæ tamen una ex anulis est, quibus Ciceronis cõpositio notatur. Mihi certe isthæc uocis resultatio dulce quiddam in auribus sonat. quare Ciceronẽ nõ intelligentem modo, sed data opera sic dixisse iudico. ¶ Nec quic. diffi.} Horatio quoq;, Nihil est ab omni Parte beatũ. ¶ N si quod fru.} Hoc est, in amicitia τὸ χρήσιμον tãtũ spectãt. ¶ Pulcherrima il.} cuius finis est τὸ καλόν. Nã Platonis in Lyside prouerb. est: pulchrũ ipsum amicum esse. Vocat aũt pulchrũ ipsum bonum, quod sua sponte in nos illabitur. quid autẽ pulchrũ sit, in Hippia multis disputat. ¶ Sibi ipsi exem.} Subtilis sanè hæc ab exẽplis probatio est, & probabilis magis quàm uera. Fieri autẽ potest, ut impensius quàm par est, nos ipsos amemus quod quid aliud sit, quàm à seipso suæ charitatis mercedẽ exigere, non uideo. Et sicut effrenata animi libido sibi morẽ geri, quasi φιλαυτίας mercedem postulat: ita genio indulgere, quid aliud quæso est quàm animo obsequi. Sic ille in Euangelio dicebat animæ suæ, Anima ede, bibe, &c. Ex quibus iã facile claret, quid illic sit animã quærere, & animã perdere. Quod Lælius hic suo ipsorũ generis exemplo edocere conatur, hoc Arist. alibi ex matrũ amore satis euidẽter demõstrat, quæ natũ infantulũ nec beneficia, nec beneuolẽtiã intelligẽtẽ, nõ possunt propter fructũ amasse uideri. Adde ẽt, quod ex eodẽ Aristo. diximus, εὐεργέτας impendio magis quàm εὐεργετηθέντας amare. Facit eodẽ quod Lælius supra cum mœrorẽ, quẽ ex Scipionis obitu cœperat, à suspicione tuebatur, cõfessus est, suis incõmodis grauiter angi, nõ amici, sed seipsum amantis esse. Ideoq; Scipionis mortẽ sibi propter se, nõ propter ipsum dolori fuisse. Philosopho autẽ in Ethicis Eudemiis is demũ amicus uidetur, ὁ βουλόμενος τινὶ τἀγαθά, ἢ οἴεται οὕτως ἀγαθὰ μὴ δι' αὐτόν, ἀλλ' ἐκείνου ἕνεκεν. ¶ Tanquam al idẽ} ἕτερος αὐτὸς ὁ φίλος. Prouerb. ad Pythagorã authorẽ se refert, Aristotelis celebratissimũ. Vnde etiã ἕτερος amicũ significat. ¶ In best.} De naturali lege, uide Offi. 1. Cæterũ Cicero in enumeratione ordinẽ nõ obseruat. nõ modo inter se genera, sed generibus quoq; formas confundit. Absolutã diuisionem habes apud Arist. lib. 1. Hist. animalium.

vt ne nimis cito diligere incipiamus, néue indignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Rarum *genus & quidem omnia præclara rara: nec quicquam difficilius, quàm reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neq; in rebus humanis quicquam bonũ norunt, nisi quod fructuosum sit: & amicos, tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximũ fructum esse capturos. Itaq; pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia per se & propter se expetenda, nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc vis amicitiæ qualis, & quanta sit. ipse enim se quisq; diligit, non vt aliquã à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est: quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur. Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idẽ. Quòd si *hæc apparent in bestiis, volucribus, agrestibus, natantibus, cicuribus, feris: primum, *se vt ipsi diligant, id enim pariter cum omni animante nascitur: deinde, vt requirant, atq; appetant, ad quas se applicent, eiusdem generis animantes: idq; faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani: quanto id magis in homine fit natura? qui & se ipse diligit, & alterum acquirit, cuius animum ita cum suo commisceat, vt efficiat penè vnum ex duobus? Sed plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse nõ possunt: quæq; ipsi nõ tribuunt amicis, hæc ab his desiderant. Par est autem, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quærere. In talibus ea, quam iandudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest; cum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis, quibus cæteri seruiunt, imperabunt; deinde æquitate, iustitiaq; gaudebunt; omniaq; alter pro altero suscipiet; neque quicquam vnquam nisi honestum, & rectum alter ab altero postulabit neque solum colent se inter se ac diligent, sed etiam uerebuntur. nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit

¶ Natãtibus.} Aquatiliũ amicitias et inimicitias, reperies apud Plin. lib. 9. cap. ulti. uolatiliũ cap. penult. li. 10. In uniuersum quædã sunt apud Aristo. lib. 9. Hist. animalium. ¶ Cicuribus fe.} ἥμερα καὶ ἄγρια Arist. uocat, et quædam perpetuo cicura, ut homo, mullus: alia perpetuo fera, ut pãthera, lupus. Quib. addit, quæ ἡμεροῦσθαι, i. posita ferocia mãsuetudinẽ induere possunt, ut elephanti. Deinde ait placida quædã esse, quæ inter feras quoq; inueniãtur, ut sues, equos, homines, oues, capras, canes, boues. ¶ Acquirit.} Hoc uerbo utitur more iureconsultorũ Amicus siquidem maximus thesaurus, iuxta prouerbiũ: Vbi amici ibi opes. Hinc etiam illa Curii ad Ciceronem, Sum. n. χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri ¶ Cuius animum cũ suo commisceat.} quocũ consilia cõmunicat. ¶ Efficiat penè unum} Iuxta Pythagorã, cui ἡ φιλότης μία ψυχή ἐστιν ¶ Ne dicam impudẽter.} ἐπανόρθωσις per occupationem. Hoc nomine Chremes Simonem insimulat apud Terentium in Andria actu 5. Vide, inquit, quàm iniquus sis præ studio, &c. Id lex naturæ dictat, ne alteri feceris quod tibi fieri nolis. Pugnat ergo impudẽtia legi naturæ, cuius notulas uide apud Theophrastum. ¶ Sed plerique} ἀνακεφαλαίωσις dictorũ ¶ Nisi rectũ & ho} Sic Antipatro respondit Phocion, cum aliquid minus honestũ ab eo petiisset: Non Phocione simul amico & adulatore uti potes. Plut. in Agide.

¶ Et alterũ acquirit.} Rursus acquirit dixit, pro adiungit, & lucro apponit. ¶ Ibidem. Quæq; ipsi nõ tribuunt amicis.} Aliter tribuimus amicis, quod illis adscribimus, aut etiam concedimus: aliter hic dixit, tribuunt amicis, pro eo quod est, præstant: atq; in hoc sensu plane rarum est.

¶ Verecundiã.}

*istud ge.
*hoc apparet
*ut se ipsa

ERAS.

uerecundiam. Itaq; in iis perniciosus est error, qui existiment libidinum, peccatorumq; omniũ patere in amicitia licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix à natura data est, non uitiorum comes: ut, quoniam solitaria non posset uirtus ad ea, quæ summa sunt, peruenire; coniuncta, & sociata cum altera perueniret. quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est; eorũ est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusq; comitatus. Hæc est, inquam, societas, in qua omnia insunt, quæ putant homines expetenda; honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas: ut, cum hæc adsint; beata uita sit, & sine his esse non possit. Quod cum optimum, maximumq; sit; si id uolumus adipisci, uirtuti opera danda est; sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam cõsequi possumus. ea uero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tũ se denique errasse sentiunt, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca, dicendum est enim sæpius; cum iudicaueris, diligere oportet; non cum dilexeris, iudicare. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & diligendis, & colendis. Præposteris enim utimur consiliis, & acta agimus, * quæ uetamur ueteri puerbio. Nam implicati ultro, et citro, uel usu diuturno, uel etiã officiis; repẽte in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus. Quo etiam magis uituperáda est rei tam maxime necessariæ tanta incuria. Vna est enim amicitia in rebus humanis; de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt: quanquam à multis ipsa uirtus contemnitur, & uenditatio quædam atq; ostentatio esse dicitur. Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus, cultusq; delectat: honores uero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnũt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existimẽt! * Item cætera, quæ quibusdam admirabilia uidentur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt; & hi, qui ad Rempub. se contule-

* quod

* itemq;

BETVL. [Verecundiam.] Hinc illa: Oculis ferre, in sinu, &c. [Solitaria.] Philosophus in 1. de Hist. animal. ubi de differentiis animantiũ scribit, quæ nam sociæ, quæ solitariæ, hominem ἀπαμφοτερίζειν scribit: idest, societatis & solitudinis naturam habere. Sed in Politicis natura ciuilem facit, adeoq;, ut quod extra societatem ciuilem sit, uel deum esse, uel bestiam. Cic. in Offic. Iustitiam in solitudine coli non posse, multis docet. Quia ergo ut supra dictum est, iustitia & amicitia disiungi nõ possunt, rite colligitur, amicitiæ solitudinem non mediocriter officere. cum quo enim in solitudine amicitiam coniungas. Et Socrates Phædro Platonico respondet, arbores se nihil posse docere, sed homines, qui in urbe sunt. [Optimus beatissimus.] Socrates, ut apud Xenoph. legere est, Melio accusatori respondit, se nemini unquam cõcessisse, ut melius aut suauius se uiueret. optime siquidem eos uiuere putabat, qui maxime curarent, ut quamoptimi redderentur: suauissime autem illos, qui maxime sentiant sese fieri meliores. Id autem tribuit bonorũ uirorum consuetudini & societati. Ergo bonorũ amicitia, ut optima, ita suauiss. quoque est: quam uitã magno philosophorum consensu, Cic. beatã hic facit. [Cum iudicaueris.] Conuersio ut illa, Non uiuimus ut edamus, sed edimus ut uiuamus. [Negligẽtia plect.] Nec scio an tutum sit illud Mitionis Terẽtiani, qui ex Platonis dogmate uitam hominum perinde putauit, ac si ludas tesseris. [Præpostere.] ὕστερον πρότερον. Vide prouer. præpostere. Item, priusquam mactaris cycorias. [Acta agimus.] Prouer. à causis forẽsibus ex Terentii Phorm. unde etiam illud, Quod factum est infectũ fieri. Similis parœmia est iureconsultorum, limitatam cãm, limitatum habere effectũ. Vide quæ Ferrarius annotauit in l. uerũ est. ff. de regulis iuris. Vide porro Quintilian. libro 5. capite de Præiud. Titul. in pandect. de except. rei. Vide & Titul. quibus res iudic. in Cod. libro 7. [Vltro citroq;.] hinc atq; illic. Vide Chil. Eras. Cic. in frag. de Repu. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis cõsumptus est dies. Offic. 2. Quæ

Iudicandũ est prius, q̃ diligamus.
Actum agere.

cõficitur ex beneficiis ultro et citro datis, acceptisq;. [Medio cursu.] similes loquendi tropi, in cursu esse, è cursu reuocari, Vide prouerb. In cursu cadere. [Vna est amicitia.] Inductionibus probat, summo consensu, citraq; controuersiam omnem, ab omnibus amicitiam coli, primum tam professionum familiis, quàm qualicunq; dogmatum persuasione imbutis: qui licet uariis opinionum paradoxis inter se dissident, in hoc tamen pulchre ipsis cõuenit. deinde quibusdam uitæ generibus iter se; non una ratione diuersis enumeratis, omnib. in uniuersum mortalibus hanc probari colligit. [Vtilitate.] non fine. alii enim alium statuunt. [Vno ore.] ἐξ ἑνὸς στόματος μιᾷ φωνῇ. id est summo consensu, interprete Erasmo. [A multis ipsa uirtus.] in hoc genere uidẽtur esse Sceptici. Pyrrho siquidem Heliensis, à quo Sceptici Pyrrhonii appellati sunt, uirtutes et uitia uxta habuit, teste Laert. de Amicitia tamen eos tractasse, cõstat. Et Torquatus apud Ciceronem Epicuri sententiã defendens, nihil esse maius amicitia nihil uberius, nihil iucũdius: tanquam Epicurum ipsum non oratiõe solum, sed multo magis uita & moribus comprobasse affirmat. sed uoluptatem illi finẽ, sicut uirtutibus ipsis, adeoq; rebus omnibus cõstituit. [Multi diuitias.] Democritum forte innuit, & Cratem: quorum hic patrimonium in nummos redactũ effudit in mare, ille agros suos publica pascua fieri passus est. [Honores uero.] ut Diogenes, & cum hoc Cynici. nemo tamen unus à cõmuni sensu tam alienus, qui aliqua amicitiæ opinione imbutus, uel fuerit, uel sit. [Quàm multi.] Quàm cum positiuo construitur, cõtra Vallam lib. 1. cap. 19. Hanc positiui augendi formulam agnoscit Erasm. cap. 41. de Copia uerborũ. [Omnes ad unum.] Hæc loquendi figura generale sine ulla exceptione pronunciatũ constituit. Liu. lib. 1. Decad. 1. Ita superior rursus hostis factus, Fabii Cæsii ad unum omnes, præsidiumq; expugnat. [Et quid ad remp.] Cic. Offic. lib. 1. ubi secundæ iniustitiæ cãs ostendit, illa inter se hominũ genera confert. Vbi philosophos discẽdi studio impeditos, quos tueri debeãt, deserturos ait.

BETVL.

runt; & ij, qui rerū cognitione, doctrinaq; delectantur; & ij, qui suum negotium gerunt otiose; postremo ij, qui se totos tradiderunt uoluptatibus: sine amicitia uitā esse * nullam sentiunt, si modo uelint aliqua ex parte liberaliter uiuere. Serpit enim nescio quo modo per omnium uitam amicitia: nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Quin etiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, ut congressus, & societatem hominum fugiat atq; oderit; qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus: tamen is pati non possit, ut non acquirat aliquem, apud quem euomat uirus acerbitatis suæ. Atque hoc maxime iudicaretur, siquid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequētia tolleret, & in solitudinē uspiam collocaret; atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam uitam ferre posset? cuiq; non auferret fructum uoluptatum omnium solitudo? Verum igitur illud est, quod à Tarentino Archita, ut opinor, dici solitum; nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum: si quis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset; insuauem illam admirationem ei fore: quæ iucundissima fuisset, * si aliquē cui narraret habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad * aliquid tanquā adminiculum annititur: quod in amicissimo quoque dulcissimum est.

* nullā, si

* nisi a.

* aliquod

Natura nihil solitarium amat.

¶ Rerum cognitione. } Omnibonus historiam interpretatur. qđ eatenus concesserim, si intelligas, ut est historia naturalis Plinij, historia animalium Aristo. ἱστορεύω uerbum sui significatione sinuosius est, quàm ut his angustijs includi possit. Interea non negauerim, Quintil. alibi præcipere, historias propter rerum cognitionem legendas esse. Et Verrius Flaccus apud Gell. historiam rerum præsentium cognitionem interpretatur. Et in capite de prudētia, inuestigatione rerū à rebus agendis abduci contra officium censet. ¶ Quæ ψbusdā admir. } id est, splendida: ut sunt fumosæ imagines, potētiæ, & si qđ præterea est, quod uulgus admiratur. ¶ Et ij qui suum negotiū. } Hoc uitæ genus Archytæ Tarentino iucundissimū uisum. ad quem Plato epist. 11. scribit, illud quod Cic. Offi. 1. refert, nos uidelicet nobis natos non esse, sed ortus nostri partem patriā uendicare, partē parentes, partem amicos. Hoc genus hominū loco supra citato notat his uerbis. Sunt etiā qui aut studio rei familiaris tuēdæ, aut odio quodam hominū, suum se negotium agere dicunt, ne facere cuiquā uideantur iniuriam: qui dū altero iniustitiæ genere uacant, in alterum incurrūt. deserunt enim uitæ societatem, quia nihil cōferunt in eam studij, nihil operæ, nihil facultatum. Horum omniū quantūlibet quisq; à iustitiæ studio, humanitatisq; cultu abest, suo tamen quodam modo amicitiam, quæ à neutra haud unquā auellitur, obseruat. ¶ Athenis Timonem. } Huius etiam in 4. Tusc. quæst. meminit, ubi hūc morbū ex timiditate nasci ait. Hunc Timonē, q. inhumanus plane esset, hominumq; congressus ac societatem uitaret, imo etiam publicis malis gauderet, μισάνθρωπον appellabāt. cuius mortui quoq; sepulchrū, ut scribit Suid. inaccessum et inuiū factū fuit, cū mare tanq̃ ipsum quoq; perosum illius inhumanitatē, inundatiōe eā terræ partē, ubi sepultus erat, à reliqua abstractā seclusisset. in quo et tale epitaphiū inscriptū fuisse fertur:

Hic iaceo uita miseraq;, inopiq; solutus:

Nomen ne quæras, sed male iute peri.

Hæc Eras. in argumento dialogi Lucianici qui Timon inscribitur. De hoc Timone lege plura apud Plut. in Alcib. et Antonio. ¶ Nescio quem. } Contemptū habet. ¶ Euomat uirus. } malignitatis affectum proferat, id quod Alcibiadē nactus apud Plut. fecisse legitur. ¶ Deus aliq. } Helias non quidem à deo translatus, sed iussus in solitudinem ad tempus secedere, ibi à coruis pastus. sed hoc οὐδὲν πρὸς ἔπος. ¶ Tam esse ferreus, qui eam uitam ferre posset. } Ferreum pro immani, & plus quàm Cyclopica uita dixit, propter προσωποποιΐαν ¶ Archyta Tarentino. } philosopho Pythagorico, cuius uitam scribit Laer. lib. 8. Ad hunc extāt Platonis epistolæ duæ. Huius multa mētio apud Plut. in uita Dionis. huius egregia dicta factaq; celebrantur ab authorib. passim. Tarentus sita in peninsula sinus Herculei, uel Tarentini, qui tractus teste Vadiano olim magna Græcia appellata est, quem Pythagorica philosophia olim celebrē fuisse, supradictū est. ¶ Nostros senes. } πρέπον senile. Omnibonus hoc loco nōnihil dicit, nihil dū eo tēpore ab historicis memoriæ proditum fuisse, sed seniores res gestas quasi per manus narrando posteritati tradidisse. Antonius enim apud Cic. de Orat. 2. Catonem, Pictorem, Pisonē ad imitationem Græcorum primas historias scriptitasse memorat. Fuisse enim historias nihil aliud nisi annalium confectionē. idq; ad Pontificis Scæuolæ tempora, qui res singulorum annorū mandauit literis, durasse. in Bruto memoratur A. Albinus L. Lucilli in consulatu collega, eodem ferè tēpore historias græce scripsisse. ¶ Ab alijs senib. } Pulchre quadrat. duo siquidem secula intercesserunt. Cōstat. n. ex Catone Maiore, Platonem circiter Caudinam cladem, hoc est anno ab Vrb. cond. ccccxxi. in Italiam uenisse, ibiq; cum Archita contulisse. inde autem ad hæc usq; Lælij tēpora cc. haud amplius anni intercesserūt. Concordat Gellij synchronismus. quod propterea urgeo qđ Marsilius Platonē, nescio quo authore, natum ait anno ab Vrb. condita CCCIII. In eodem luto hæret Guarinus Veronensis, cui cum Laertio in hoc conuenit, quòd Olymp. LXXXVIII. natus sit. Qui cum sibi ipsi non consentiant, mirum uideri non debet, si ipsis cum Cicerone non conueniat ¶ Ad cœlum ascendisset. } id qđ Scipioni per insomniū accidit. Solida ergo eius lætitia fuit, qui habuit amicos optimos, in quorum sinum effunderet. Sic Pamphilus Dauum sibi exoptat dari apud Terent. & sic Chærea Antiphonem. ¶ Sic natura } Epiphonema. Dion mihi audiendus non uidetur. qui homines ab amicitiæ cultu deterrens, ad solitariā uitam tanto studio hortatur, in libello De non temere credendo. ¶ Tanquam adminiculum. } Veluti arbores maritæ. Nam Iuuenali,

Stratus humi palmes, uiduas desiderat ulmos.

Vel si mauis, uelut fatigatus ex itinere senex scipioni innititur. &. Comes iucundus pro uehiculo est. sed superior expositio etiā Omnibono placet.

Sed

Sed cum tot signis eadem natura declaret, quid uelit, ac quærat, quid desideret: obsurdescimus tamen nescio quo modo, nec ea, quæ ab ea monemur, audimus. Est enim uarius, & multiplex usus amicitiæ, multæq; causæ suspicionũ, offensionumq; dantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. Vna illa subleuanda offensio est, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur. Nam & monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi; & hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt. Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria *familiaris meus* Terentius *dixit:*

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Molesta ueritas est, siquidẽ ex ea nascitur odiũ, q̃d est uenenũ amicitię: sed obsequiũ multo molestius, q̃d peccatis indulgens, pręcipitẽ amicum ferri sinit. Maxima aũt culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio, et diligentia est; primũ, ut monitio acerbitate; deinde, ut obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem, quoniã Terentiano *uerbo libenter utimur; comitas adsit; assentatio uitiorum adiutrix procul amoueatur: quę non modo amico, sed ne libero quidem digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico uiuitur. Cuius autẽ aures clausæ ueritati sunt, ut ab amico * uerum audire nequeat; huius salus desperanda est. Scitũ est enim illud* Catonis, *multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, q̃ eos amicos, qui dulces uideantur: illos uerũ sępe dicere, hos nunq̃. Atq; illud absurdum est, quòd * ij scilicet qui monẽtur, eam molestiã, quam debent capere, non capiunt: eá capiunt, qua debent carere. Peccasse enim se non anguntur; obiurgari moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. Vt igitur & monere, & moneri proprium est ueræ amicitiæ;*

* uera audire nequeant

* ij, qui

BETVL. *Sed cum tot signis.* } Idest, euidentibus argumentis. Signa Fabius diuidit in τεκμήρια καὶ σημεῖα, id est necessaria & nõ necessaria. Tu necessaria intellige, quæ aliter habere se non possunt, controuersiamq; omnem tollũt: sed mens humana iudicio corrupta ueris non assentit, & certa in dubium uocat. Hominem siquidem natura sociale animal esse, adeo extra controuersiam est, ut ennoeæ dignitatẽ obtineat merito apud eos qui communi sensu non sunt priuati. Eiusdẽ authoritatis omnia illa sunt, quæ natura non uitiata dictitat, & Genius uitam ingressuris præscribit. *Sapiẽtis est.* } idest iuxta præscriptũ naturæ uiuẽtis. Sic Cato sapiẽs ĩ libello de Senect. dicitur. *Subleuãda.* } si qua parte collapsa, erigenda, & quasi in integrum restituẽda. *Vtilitas.* } Nõ tua, sed amici: atq; sic retinetur una etiam fides amicitiæ fundamentum. *Sed nescio quo modo.* } Quasi dicat, corrupto pro dolor hoc seculo, more senili, qui de suis temporibus ferè conqueri solent. *Familiaris meus Terentius,* } Ad quem Terentianæ comœdiæ, teste Gellio & Donato, referuntur. Acta est aũt Andria XXX & amplius ante annis, quàm hæc oratio habita fingitur, anno uidelicet ab Vrbe condita DLXXXVIII. *Obseqũ amicos, ueritas odiũ parit.* } Vide quæ in hunc sensum Eras. in Chil. annotauit. Quint. lib. 8. cap. de Sententijs hũc uersum duplicis sententiæ exemplũ ponit. *Odium, uenenum.* } A' contrarijs. Nam sicut odium, id est inueterata ira, liuore, qui ueneni effectus est, non caret: ita amicitia beneuolẽtiæ mutuo usu roborata, ex diametro pugnat. et reuera respectu dicuntur eorum qui enecant. *Præcipitem ferri.* } in periculũ agi. *Et in fraudem.* } Fraudem pro uitio plerunq; apud Ciceronem exponunt, quoties hac significatione accipitur, ut in illo, pro Milone: Boni nullo emolumẽto impelluntur in fraudem, improbi sæpe paruo. Mihi arridet differentia quam Alciatus obseruat in. l. aliud est fraus. ff. de uerb. signific. Fraus, inquit, differt à dolo, quod dolus fit alterius circũueniendi causa. fraus proprie dicitur, etiam si decipiendi consiliũ non adfuerit, sed is qui deceptus est, & seipso uel ex euẽtu fraudatus est arg. l. fraudis. ff. de reg. iur. ubi tamen euentũ Ferrarius exponit, qui consilium sequitur. Nec interea uideo, cur non pro pœna accipiatur, more ueterum. quo illud Verg. in. 11. exponũt:

Iam nosces uentosa ferat cui gloria fraudem.

id est damnum, periculum, pœnam, qua accepta stultus, iuxta Hesiodum, sapit. *Vt monitio acerbitate.* } Admonẽdi pulcherrima præcepta habet Plutar. in eo libello quem de discrimine adulatoris & amici scripsit, quæ prolixiora sunt, quàm ut his commode inseri possint. *Terentiano uerbo.* } Quintilian. libro octauo, capite tertio, refert Ciceronem putasse, à Terentio primum dictum esse, obsequium. Super qua re lege omnino doctissimum doctissimi Ioachimi Camerarij cõmentarium in primo Tusculanarum quæstionum, qui ut Ciceronem pro meritis à calumnijs uindicat, ita recte dubitat, num ex hoc loco colligi possit, Ciceronem indicasse, Obsequij uocem à Terentio inuentã. Decorum si respicias, Lælij personæ non male tribuitur, qui ut Cic. in Bruto testatur, antiquis uerbis libenter usus est. Donatus tamen Næuium & Plautũ dixisse affirmat. *Scitum est illud Catonis.* } Editiones antiquiores habebant, scitum est enim illud prouerbium Catonis. Eras. Chiliad. 4. Cent. 3. adagio 76. Equidem, inquit, ut præclaram sententiam fateor, ita prouerbiũ esse negauerim. Vnde legendum arbitror: Scitum est enim illud Catonis, aut illud uerbum Catonis. Similis sententia est Prouerb. 28. Qui arguit hominem, postremo gratior erit assentatore. Atque rursus cap. 27. eiusdem operis: Meliora, inquit Sapiens, uulnera sunt diligentis, q̃ fraudulenta oscula odientis. *Obiurgatione gaudere.* } Cõsona passim sunt apud Solomonem, ut in cap. 12. Qui diligit castigationem, prudentior erit: qui uero disciplinã odit, stultus est. & rursus cap. 25. ait increpationem apud sapientem non minori æstimatione haberi, quàm uel torquem aureum, uel aureum monile. Obserua obiter ἀντιθέσεως gratiam. *Vt igitur.* } Venit ad alia præcepta, nempe amicitiã, fuco, simulatione, assentatione carere oportere. *Monere & moneri.* } Iuxta prouerbium Hom. Iliad. λ. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Tum eleuare } Idest, leuius reddere: unde eleuatur authoritas hominis, cui pondus detrahitur. BRAS.

BETVL.

¶ Et alterum libere.} Budæus in comment. & quidem alterum lespit: quidem eo modo accipi, ut apud Græcos οὖν & interpretatur græce, καὶ τούτων γοῦν ἕτερον παρρησιάζεσθαι, καὶ ἕτερον δὴ τούτων, ut καὶ μὲν δὴ καὶ ἕτερον. Adducit simile ex Epist. ad Attic. Omnes suos qbus irascitur, crebrius tamen charos habet, me quidē seipso chariorē ¶ Libere.} Sed hanc libertatem etiam adulator imitatur, teste Plutarcho ¶ Aspere.} Asper enim sermo prouocat iram, Prouer. 15. ¶ Pestem maiorem.} Nam, ut Ouid. ait,

Impia sub dulci melle uenena latent.

Non autem sibi propterea nūc pugnat, q supra dixit, non maiorem in amicitia pestem esse, q̄ pecuniæ cupiditatem: nō magis quàm si dicam, non proceriorē in horto arborem esse, cum alia æque est procera. ¶ Quàm adulationem.} Assentari, adulari, blandiri, ita differunt: q Assentari est, insidiose & cōcilian de alicuius utilitatis gratia, effusius & plerunq; falso quempiam laudare, Adulari uero, inseruire & captare, ut fauorem emereamus. quoquo modo, uel uoce, uel gestu. estq; tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod est seruus. & sanè adulari seruire est, & non liberale et ingenuū. Blandiri uero ad tactum pertinet, & per abusionem ad alios sensus transfertur, & nonnunquam etiam ad animum. Valla lib. 5. c. 64. ¶ Multis nominib.} multis modis, multis causis. sicut apud Salust. honestis nominibus, pro honesto prætextu. ¶ Ad uoluptatem.} ἡδυγλωττούντων χαριγλωττούντων πρὸς χάριν λαλούντων. Exempla quærere apud Ioach. de Imitatiōe, et Linacrū. ¶ Deuium.} tortum. Hinc Plutarch. Polypo adulatorem confert, in omnes formas se transferentē. ¶ Vnus quasi animus.} μία ψυχή, de quo supra. A contrarijs impossibile colligit ¶ Sed etiā uultum.} Theoph. cum Colacem suis notis depinxit, τὸ κεφάλαιον, inquit, τὸν κόλακα ἔστιν θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα, οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει. Hinc Plutarch. adulatorem speculo comparat, quòd non proprijs affectibus indulgeat, sed alienorum imagines in se recipiat. Et Parmeno Terent. de Gnathone: Ecce alterum ex homine hunc natum dicas. Vt Clisophus Philippi Macedonis parasitus, claudum se fingebat, quod Philippus crus fractum haberet. Charisophus Dionysij parasitus, cum uideret regem separatim cum amicis ridentē, ipse procul etiam ridebat. Interrogatusq; ab eo quid rideret, quòd, inquit, existimē digna risu quæ dicitis. Volater. lib. Philolog. 28. ¶ Terē.} In Eunuch. Act. 2. scen. 2 ¶ Multi aūt.} Hoc quoq; noīe præceptorū assentationē Quintil. pniciosam fatetur. ¶ Popularē.} δημοτικὸν, hoc est populi partib. fauentē. Sed quo nomine ὀχλοκρατία à δημοκρατία differt, eodem popularitas sibi dissimilis est. nam popularium alij & sibi & Reipub. salutē afferunt. ita Publicola popularis fuit: ita etiam Cic. teste Fabio. Hanc inquam popularitatē Cicero pro lege Agraria cōmendat, nihil tā populare affirmās, quàm pacem, quàm libertatem, quàm otium. Alij & se & statum publicum in præcipitiū agunt, eos hic assentatores interpretatur. Qui, ut scribit in Agide Plutar. populo temere grassante, sese efferunt, ut nec sibi deinceps, nec turbulento statu consulere queant. Idq; Gracchorum exemplo confirmat quemadmodum hoc loco Cic. Papirij. De quo Florus Ep. 59. sic: C. Atinius Labeo Tribu. pl. Q. Metello censorem, à quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo deijci iussit. Quod ne fieret, cæteri tribu. pleb. auxilio quammaxime fuerunt. Cū Carbo trib. pleb. (is Papirius hic est) rogationē tulisset, ut eundē trib. pl. quoties qdē uellet creari liceret: rogationē eius P. Africanus grauissima oratione dissuasit, in qua dixit Tiberium Gracch. iure cæsū uideri. Gracchus contra suasit rogationem. Sed Scipio tenuit. Hæc Florus. Tribunus ergo, non Cos. C. Papirius eius legis suasor fuit, App. Claudio Lentulo, M. Perpenna Nepote Aristonici uictore Coss. anno ab Vrbe condita DCXXIIII. quo Q. Pōp. & Q. Metel. primū ex plebe cēsores facti, neq; quisquā Carbo aut Papirius eo tēpore in catalogo cōsulari cōsul reperitur. ¶ Influebat.} p insimulationē irrepebat, qua in causis p se nō honestis uti rhetores cōsueuerūt. ¶ In manibus.} διὰ χειρός ἐστιν. Idē in Catone M. in manibus est laudatio, id est circūfertur, & doctorum manibus teritur. aliter est uxor in manu mariti. aliter apud Liuium, uictoriam in manibus habere: aliter Catonis Originum liber in manibus est, μετὰ χεῖρας ἐστιν.

& alterum libere facere, non aspere; alterum patienter accipere, non repugnanter: sic habendū est, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem: quāuis enim multis nominibus est hoc uitium notandum, leuiū hominum, atq; fallacium, ad uoluptatem loquentium omnia, nihil ad ueritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est uitiosa; tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat: tum amicitiæ repugnat maxime: delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitiæ ualere non potest. (Amicitiæ uis.) Nam cum amicitiæ uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus; * q fieri poterit, si ne in uno quidē unus animus erit, idēq; semper, sed uarius, commutabilis, multiplex? Quid.n. potest esse tam flexibile, tam deuiū, quàm animus eius, qui ad alterius non modo sensum, ac uoluntatem, sed etiam uultum, atque nutum conuertitur?

* qui id fieri potest,

Negat qs, nego: ait, aio. postremo ĩpaui egomet mihi,
Omnia assentari;

ut ait idē Terētius: sed ille sub Gnathonis ꝑsona: quod amici genus adhibere, oĩno leuitatis ē. Multi aūt Gnathonū similes cū sint, loco, fortuna, fama superiores; horum est assentatio molesta, cū ad uanitatē accessit auctoritas. Secerni aūt blādus amicus a uero & internosci tam pōt, adhibita diligentia; q̄ oĩa fucata, et simulata a sinceris, atque ueris. Concio, quæ ex imperitissimis cō stat, tñ iudicare solet, qd intersit inter popularē, id est, assentatorem, & leuem ciuē, & inter constantem, seuerum, & grauem. Quibus blanditijs C. Papirius consul nuper influebat in aures concionis, cum ferret legē de Tribunis plebis reficiendis? Dissuasimus nos. Sed nihil de me; de Scipione dicam libentius. Quanta illi, dij immortales, fuit grauitas, quanta in oratione maiestas? ut facile ducem Populi Ro. nō comitem diceres. sed affuistis, & est in manibus oratio. Itaq; lex popula-

Cooptatio

*ris suffragijs populi repudiata est. Atq;,ut ad me redeam,meministis Q. Maximo fratre Scipionis,& L. Mācino cōsulibus,quàm popularis lex de sacerdotijs C.Licinij Crassi uidebatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum instituit in forum uersibus agere cum populo. Tamē illius uendibilem orationem religio deorum immortaliū,nobis defendentibus,facile uincebat. Atq; id actum est prætore me,quinquennio ante,quàm consul sum factus. Itaq; re magis,quàm authoritate causa illa defensa est. Quòd si in scena,id est,in concione, in qua rebus fictis,& adumbratis loci plurimum est, tamen uerum ualet,si modo id patefactum,& illustratū est:quid in amicitia fieri oportet,quæ tota ueritate perpenditur? In qua nisi,ut dicitur, *apertum pectus uideas,tuumq; ostendas,nihil fidum, nihil exploratū habeas ne amare quidem,aut amari possis;cum,id quàm uere fiat,ignores. Quanquam ista assentatio, quamuis perniciosa sit,nocere tamen nemini potest,nisi ei, qui eam recipit,atq; ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime,qui ipse sibi assentetur,et se maxime ipse delectet. Omnino est amans sui uirtus:optime enim se ipsa nouit quàmq; amabilis sit, intelligit. Ego autem non de uirtute nunc loquor,sed de uirtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi præditi esse,quàm uideri uolunt. Hos delectat assentatio: his fictus ad eorum *uoluntatem sermo cū adhibetur,orationem illam uanam testimonium esse laudū suarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia,cum alter uerum audire non uult,alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in comœdijs assentatio nobis faceta uideretur, nisi essent milites gloriosi.*

BETVL. ⟦Cooptatio enim collegiorum.⟧ Secūdum Numæ institutionem, defuncto eorum aliquo,alius in demortui locum subrogatur, non quidē à populo,sed à sacerdotibus ipsis,maxime ex ciuibus idoneus rasus eligebatur,authore Dionys.lib. Antiquit.Rom.2. & meminit Pomp.de sacerdotib.Rom.cap.de Pontificib.Cn.tamen Dionysius Trib.pleb.offensus collegio,quod se in numero pontificum non cooptassent,ius subrogandorū pōtificū sacerdotumq;, à collegijs ad populum transtulisse fertur: ipseq; Pont. Max.primus populi suffragio,alijq; deinceps creari cœpere. Id tamen in admittēdo pontifice sedulo cauebatur, ne quem eligerent,qui cuiquam ex collegio inimicus foret: hiq; per collegium admissi, capi dicebatur. Hæc & plura ab instituto non aliena scribit Alexander ab Alexandro lib. Genialiū dierum 2.cap.8. ⟦Agere cum populo.⟧ idest,rogare quid populum,quod suffragijs suis aut iubeat,aut uetet. Nam concionem habere,est uerba facere ad populum, sine ulla rogatione. Hanc differentiam ponit Gell. ex Messale auguris uerbis lib. 13.cap.15. ⟦Vendibilem.⟧ plausibilem,popularem,quæ quæ in uulgus probatur. ⟦Nobis defendentibus.⟧ Huius orationis meminit Cic.in Bruto, Lælium cum Scipione cōferens. At oratio,inquit,Lælij de collegis non melior quàm de multis,quā noles Scipionis. Non quo illa Lælij quicq̄ sit dulcius, aut quo de religione dici possit augustius, sed multo tñ uetustior & horridior ille quàm Scipio. Et cum sint in dicendo uariæ uoluntates,delectari mihi magis antiquitate uidetur, & libenter uerbis etiam uti paulo magis priscis Lælius, &c. ⟦Prætore me.⟧ Apud Liuiū lib.3. Decad.9. L. Furio, Claud. Marcello Coss. Lælium prætorem inuenio,huius forte Lælij patrem annis L. ante huius nostri præturam ⟦Quinquennio antequam.⟧ Prætor fuit anno ab Vrbe condita DCIX. Cos.autem cum Q. Seruilio Cepione DCXIIII. ⟦Quod si in scena.⟧ iuxta prouerbiū, Amicus tragœdos æmulatur. In utraque enim scena & concione omnia ad applausum fiunt. In scena siquidem fabulæ,quæ plusculum ueritatis in se habent,& uitam humanam uerius repræsentant,plus gratiæ habent: sic conciones quoq;,si dignos nactæ actores sint,ueritatem maiori plausu excipiunt, tanta est uis τοῦ καλοῦ. ⟦Apertum pectus.⟧ renudata,ut Erasmus interpretatur, animi penetralia.totum enim pectus in amicitia requiritur. Cic.de legib.1.ubi illa sancta amicitia,si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur. Vide Chiliades. ⟦Quāuis perniciosa.⟧ Quia indiciū corrumpit. ⟦Omnino est amans sui uirtus.⟧ Quia earum rerū sensum affectionemq; uere captat,quæ Græcis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt. Natura enim omnium rerum,inquit apud Gell. Taurus philosophus, quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitq; in ipsis statim principijs, quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem,ita prorsus, ut nihil quicquam esset charius pensiusq; nobis, quàm nosmetipsi. Virtutis autem synceram φιλαυτίαν in ijs magis agnoscimus, quorū origo minus initiatus,quiq; remissius à natalibus degenerarunt,qui deniq; ex meliori sui parte sese æstimant, ij ita se tenere amant, ita animi sui commodis gaudent,ab incōmodis rursus ita abhorrent, ut καλὸν illud nusquam contaminari, nusquā obliterari patiantur. Quod quia sibi suapte natura sufficit, exotico præconio nec eget,nec capitur. Huius aūt simia, quam hic uirtutis opinionem,id est falsam persuasionē uocat, nusquam sibi sufficiens, palpū non modo non grauatim admittit, sed etiā male sibi inopiæ conscia, magnis desiderijs affectat. Hinc illud nascitur, quod ex Thucyd. Plut. rch.citat, & Cato apud Salust. conqueritur, q pro dolor uera rerum uocabula amisimus,quia bona aliena largiri liberalitas, malarū rerum audacia fortitudo uocatur. ⟦Virtute autē.⟧ Sic Quintilianus plures affirmat esse, q uelint didicisse, q̄ qui uelint discere. Sed tu recte uiues,si curas esse quod audis. Vt Horat. alibi præcipit. ⟦Parasitorū.⟧ Glossogastoras intelligit,et κνισσοκολάκας à παρὰ & σιτὸν frumentū,cibus,q aliena uiuūt quadra. Cōtrariū οἰκόσιτος,ὁ ἑαυτὸν τρέφων. Oñdit relationē eē inter parasitū et gloriosum,cuius mediū est assentatio. Donat.in Phorm. Terēt. Vt parasitus regis est, et libertas patroni,sic è contrario rex parasiti est, & patronus liberti. Parasiti antiquitus honesto noie uocabātur comites sodalesq; pōtificū,et magistratuū, ut docet Athen.li.6.quos Home. φίλους εἰλαπιναστὰς appellasse uidetur. Solō apud Plut.eos sic appellauit q in Prytanæo.publico uictu epulabātur.et q pficiebātur sacro frumēto,parasiti dicebantur. Lege Tusanū in epist.Bud.& Cel.in antiqs lectionibus lib.7.ca.1.

* apertum amici pectus

* uoluptatem

ERAS. ¶ Cooptatio.} Ita fermè deprauatum est in omnibus libris, cum scribendum sit, cooptatio.

BETVL. ¶ Magnas uero gratias agere } Verba militis ad Gnathonem, Gnathonis rursus ad militem, de dono Thaidi misso. ¶ Semper auget assent.} Plutarch. σὺ ξυνῶν assentationi etiam alio modo tribuit: ut si dicas immodice te risisse. At ego, inquit, præ risu moriebar. Et hic est unus ex characteribus, quo etiam à Theophrasto colax notatur. ¶ Vt se insinuet.} in sinū, adeoq; amicitiæ penetralia irrepat, & μὴ παρεισαγάγῃ, ut Tusanus interpretatur. à causis parū fanorabilibus metaphora ducta, quæ iusta legitima & aperta exordia non admittūt. ¶ Quippe qui etiam aduersando.} Plutarch. Interea, inquit, uituperat ac damnat & res & instituta uitæ. Vt idē Terentianus Gnatho, cum Thraso de regis familiaritate gloriaretur, per paucorum eum hominum esse asseuerans, latenti uecordem ironia perstringit: Imo nullorum arbitror, si tecum uiuit. ¶ Det manus.} ad uncula, ne interimantur, uictori offerat. id est, uictum se agnoscat. Eras. Simile prouerbium, herbā porrigere. ¶ Sine me hodie.} Decorū senilis personæ. ¶ Persona improuidorum.} Sic Syrus Demeæ Terētiano illusit. ¶ De hac dico.} Per parenthesin occupat obiectionē. ¶ Ad leues amicitias.} uulgares. ¶ Virtus inquā.} Epilogus, quo per ἀνακεφαλαίωσιν repetit ea quæ dicta sunt. ¶ In ea est.} Obserua repetitionem. ¶ Quæ cū.} à causa efficiente. ¶ Siue amor.} ex altera parte. ¶ Siue amicitia.} ex utraq;. hoc enim nomine amicitiā ab amore differre supra dictū est. Amicitia siquidē amor reciprocus est. ¶ Exardescit.} ignis enim amor est. ¶ Amare autem nihil.} ex definitione liquet uerbum diligendi sui significatione tanquā sinuosius uerbū, amandi uelut genus formam in se complecti. ¶ Florescit.} Flos ergo utilitas amicitiæ, nō radix est, effectus inquā, nō efficiens, nō finis, non materia. ¶ Hac nos.} Hoc idē de Pomp. Attico scribit Cor. Nepos. Sic Cato Fab. Maximū amasse testatur ĩ Senec. ¶ L. Paulum.} Paulum Aemiliū intellige, non patrē eius qui apud Cannas interijt. Fieri non potest ut Lælius eum senem adolescens coluerit, cuius clades C. ferè annos huius cōsulatu, adeoq; hac oratione prior fuit. Fuerunt aūt, quos hic enumerat, non modo σύγχρονοι, sed eodem tempore unà senes. ¶ M. Catonem.} In libello de senectute Scipio & Lælius adolescētes Catonē senē pari studio audiūt, ut hic Lælium Fannius & Scæuola generi. ¶ C. Gallum.} Hic est C. Sulpitius Gallus nobilis orator, quem Cato apud Cic. de Senect. Scipionis fratri familiarem, astronomiæ peritissimū fuisse testatur. Meminit eius rei Cic. in Off. lib. 1. cap. de prudē. Plin. lib. 2 ca. 12. Quintil. lib. 1. cap. 17. de huius eloquētia Cic. in Brut. ¶ Gracchū Scipionis.} Non dicit Gracchū patrē, quos familiæ dedecus intulisse putat. ¶ Socerum.} Quia Sempronia Gracchi soror, Scipionis uxor, quæ ob deformitatem & stultitiam nec illū diligebat, nec ab illo diligebatur: Appian. ¶ Sp. Mummium.} Numium alij legūt, alij Mumiū. Tu Mummium rectius legeris. De hoc, qđ meminerim, legi nihil, nisi, quòd Cice. in Brut. L. & Sp. Mumios fratres in mediocrib. oratorib. numerat. Hunc item Stoicorum disciplina ductū fuisse, Lucio Corinth. ignominiæ gloriæ cessit. ¶ Aequales.} qui sunt eiusdem ætatis. Cic. ego Q. Max. eum qui Tarentū recepit, senem adolescens ita dilexi, ut æqualem. ¶ Acquiescimus.} oblectamus animum, eumq; pelago huius uitæ iactatū quasi in tranquillo quopiam iucunditatis portu exceptū reficimus. ¶ P. Rutil.} Duorum Rutilorū mentio fit, alterū æqualis æqualem amasset, alterum senex adolescentē dilexit. Aequalis haud dubie is est, quē supra Scipionis beneficio Cos. factum legimus, quiq; Lenatis in consulatu collegatū fuit, cum Lælius cum Blosio, ut supra dictum, præsentib. Coss. egit. Vbi in Mediolanensi exēplo Rupil. apud Flo. Attilius non sine errore legitur. Adolescens uero Rutil. est, qui cum alijs adolescētib.

Magnas uero agere gratias Thais mihi?

Satis erat respondere, Magnas: Ingentes, inquit. Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad uoluntatē dicitur, uult esse magnum. Quāobrem quamuis blanda ista uanitas apud eos ualeat, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen etiam grauiores, cōstantioresq; admonendi sunt, ut animaduertant, ne callida assentatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum est excors. Callidus ille, & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est: nec enim facile agnoscitur; quippe * qui etiā aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans, blandiatur, atq; ad extremū det manus, uinciq; se patiatur, ut is, qui illusus sit, plus uicisse uideatur. Quid autē turpius, quàm illudi? Quod ne accidat, magis cauendū est, ut in Epicureo:

Hodie me ante omneis comicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissime.

Hæc * etiā in fabulis stultissima persona est improuidorum, et credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum, id est, sapientum, de hac dico sapientia, quæ uidetur in hominē cadere posse, ad leues amicitias defluxit oratio. Quāobrē ad * illa prima redeamus, eaq; ipsa cōcludamus aliquādo. Virtus, inquam, C. Fanni, & tu Q. Muti, & conciliat amicitias, & conseruat. In ea est enim cōuenientia rerum, in * ea stabilitas, in ea cōstantia. Quę cum se extulit, & ostendit lumen suum, et idem aspexit, agnouitq; in alio, ad id se admouet, uicissimq; accipit illud, qđ in altero * est: ex quo eorū exardescit siue amor siue amicitia: utrunque enim dictū est ab amando. Amare aūt nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quē ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus sis. Hac nos adolescentes beneuolentia senes illos L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, T. Gracchum Scipionis nostri socerū dileximus. Hęc etiam magis elucet inter æquales, ut inter me, & Scipionē, L. Furiū, P. Rutiliū, Sp. Mūmiū. Vicissim aūt senes in adolescētiū charitate acquiescimus, * ut in uestra, et in Q. Tuberonis quidē admodū adolescētis, &

* qui s.

Virtus conciliat amicitias, & conseruat.

* ea cōstantia.

Quid sit amare.

* ut ego in uestra, & Q. Tuberonis: equidē etiā admodum adolescentis, P.

* enim

* illam primam releamus eamq; ipsam

* est. exardescit amor,

Tuberone

Tuberone uidelicet, Scaeuola, Fannio in libro de Repub. ut supra ex episto. ad Att. indicatum est, inductus fuit. quem P. Scipione & D. Bruto Coss. hoc est, anno ab Vrb. cond. D C X V I. adolescentem fuisse constat, ex Bruto Ciceronis. Hunc Pomponius cum Mutio Virginio Tuberone. alijs'que aequalibus iureconsultis numerat. Consentiunt ea quae Cicero in Bruto cum Scauro eum conferens, de eius eruditione testatur: Multaq;, inquit, industria Rutilius fuit, quae erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure respondendi sustinebat. Sunt eius orationes ieiunae, multa praeclara de iure doctus uir, & graecis literis eruditus, Panaetij auditor, propè perfectus in Stoicis, quorum peracutum & artis plenum orationis genus, scio tamen exile, nec satis populari assensioni accommodatum. Fuit is consul cum C. Manlio Maximo, anno ab Vrbe cōd. dcxlix. Meminerunt huius consulatus praeter Pomp. Val. libro secundo Plin. libro septimo capite trigesimosexto. Innocentissimus exilio mulctatus, Cic. de Orat. 1. Val. libro secundo & libro sexto capite quarto. Seneca in 6. de benef. Quintil. lib. undecimo capite primo Oros. libro quinto cap. 17.

ERAS. ¶ Hodie me ante omnes.} Duo senarij trimetri sunt ex fabula, cui titulus Epicureus.

BETVLEIVS.

¶ P. Rutilij Virginij.} In Medelanensi editione legitur P. Rutily, & A. Virginij: cui lectioni astipulari non dubito temporis aequalitate fretus. Nam Pomponius in titulo de Origine iuris, Paulum Virginium Rutilio & Tuberoni aequalem numerat. Nec me propriorum nominum diuersitas historicis admodum usitata deterret: imo uero hoc est quod mihi puto palmarium me reperisse, quod Zasium maiorum gentium doctorem fugit, & Salomonius mihi hoc spicilegium reliquum fecit. Quid? quod ne Bernardinus quidē Rutilius in iureconsultorum catalogo quicquam de hoc legisse fatetur. Fannium quidem se apud Ciceronem de Claris oratorib. inuenire scribit. ubi Fannius pro Fannio chalcographi forte uitio, legitur. Fannius enim hic Laelij gener est, scriptorum monumentis haudquaquam incelebris. ¶ Vt alia aetas.} De aetatibus in libro de Senectute. ¶ Tanquam à carceribus.} Metaphora à stadijs. Vide prouerbium apud Erasmum. A carcere. item à carceribus. item, ad calcem. item, minore fini re pomoerio Vide praeterea Pollucem libro tertio, capi. primo περὶ δρόμου γυμνικοῦ ¶ Caducaeq; sunt.} id est facile casurae, casumq; minantes: ut paries caducus, qui uicium fecit, & ruinae proximus est. Iureconsulti glandem caducam uocant, quae iam recidit. l. sylua. glans. ff. de uerb. sign. Nec uideo quid prohibeat, quo minus eo modo significet, quo apud iurecōsultos, Cice. nō libens iuris uerbis usus est, caducum legatum, caduca haereditas, & caduca bona. Sic hoc loco caducae res, nobis mortuis ad alios occupantes delapsae, quib. quasi substitutis caducas uices necesse est suscipere. ¶ Ante oculos.} praesens. charae enim semper ob oculos uersantur. sic in oculis ferre, in precio habere, & insigniter amare, apud Erasmū ¶ In manibus habui.} Vsus sum, prompta mihi fuit, atq; adeo in potestate quasi dicat, defuncti uirtus non minus praesens est quàm uiuentis fuit usui & delectationi Cic. Lentulo: Clodium sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic me praesente osculabantur, &c. ¶ Suscipiet} conabitur. ¶ Semper aliquid addiscendi.} Id homini natura insitū scribit Cic Officio. 1. capite de Prud ¶ Remoti ab oculis.} uacantes à negotio publico. ad exemplum Africani maioris, qui, ut & Cic & Velleius Paterculus testantur, numquā minus otiosus fuit, q̄ cū esset otiosus: nec minus solus, q̄ cū solus esset. ¶ Aetas ip.} in hoc totus de Senectute liber ē. ¶ Ita lo.} In eū dignitatis locum, in illud aestimationis fastigiū. ¶ Sine qua amicitia.} καὶ γὰρ φίλῳ φίλον δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα. ¶ Polyb. libro primo. ¶ Ea excepta.} In ingressu operis sapientiam excepit, sed eam quae uirtutem in se complectitur omnem, & superius paulo bonum & sapientem uirum eundem dixit.


P. Rutilij Virginij familiaritate delector. *Quandoquidem enim ita ratio comparata est uitae naturaeq; nostrae, vt alia aetas oriatur ex alia: maxime quidem optandum est, vt cum aequalibus possis viuere; quibuscum tanquam è carceribus emissus, cum ijsdem ad calcem, ut dicitur, peruenire possis. Sed quoniam res humanae fragiles, caducaeq; sunt; semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim beneuolentiaq; sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quanquam est subito ereptus; viuit tamen, semperq; viuet. Virtutem enim semper amaui illius viri, quae extincta non est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui; sed etiam posteris erit clara, & insignis. Nemo vnquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem praeponendam putet. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit; nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. In hac mihi de Rep. fuit consensus, in hac rerum priuatarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit: nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. Vna domus erat, idem victus, isq; communis: neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesq; communes. Nam quid ego de studijs dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne otium, tempusq; contriuimus. Quarum rerum recordatio, & memoria, si vna cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri, atque amantissimi ferre nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt, alunturq; potius, & augentur cogitatione, & memoria. Et si plane illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi aetas ipsa solatium: diutius enim iam in hoc desiderio esse non possum. Omnia autem breuia tolerabilia esse debent, etiam si magna sint. Haec habui de amicitia, quae dicerem. Vos autē hortor, vt ita virtutē locetis, sine qua amicitia esse nō potest; vt ea excepta, nihil amicitia praestabilius esse putetis.

* quoniam qui i.

Cic. de Offic.

XYSTI BETVLEI SCHOLIA IN CATONEM CICERONIS Maiorem, uel de Senectute.

M· TVLLII CICERONIS CATO MAIOR, VEL DE SENECTVTE, AD T. POMPONIVM ATTICVM.



O TITE, si quid ego adiuto, curam'ue leuasso,
Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa;
Ecquid erit præmij?
Licet enim versibus eisdē mibi affari te Attice, qbus affatur Flaminiū ille vir haud magna* cū re, sed fidei plenus: quāquā certo scio,

*in re, sed fide

[M. T. CICERONIS CATO MAIOR.] De operis titulo satis opinor in Lælio dictū est. Hunc aūt librum ante Lælium scriptum esse, non ex personarum modo ætatibus, quàm in utroque sermone intro ducuntur, intelligi potest: sed etiam ex Lælij præfatione, ubi huius iam ante scripti mentio fit. [Cato Maior.] Adiectū est Maioris epitheton, quia posterioris quoq; Catonis laudē Cicero conscripsit. Cū hoc Cæsar ad sui obtrectationē pertinere putaret, Anticatonem suum scripsit, de quo apud Plutarch. in Cicerone ita legimus: ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον κάτωνος ἀντιγράφων τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τοῦ περικλέους ἐοικότα καὶ θυραμένους ἐπαινεῖν. ὁ μὲν οὖν κικέρωνος λόγος κάτων, ὁ δὲ καίσαρος ἀντικάτων ἐπιγέγραπται.

[O TITE.] Fabius Quintil. lib. 1. cap 3 scribit, apud Ciceronē præcipue Ennij, Actij, Pacuuij, &c. uersus insertos inueniri. Et Cicero ipse de Oratore 2. nō abnuit, quin uersus etiā facete interponatur, uel ut est, uel paululum immutatus. Sed quia exordia quoddam ornamentum, ut templis uestibula, orationibus afferunt, maxime si ex ipsa causa sumantur, Cicero præfationis ingressum uersibus Ennianis, non minus ad ipsum argumentum, quàm Attici personam idoneis, exornat In hoc autem Cicero Platonem secutus non est, quod præfationes suis dialogis præmittit, cum ille ex abrupto suos ordiatur. Et hoc noster & in Lælio, & Catone, inquam, & inquit, uitat quidem, in reliquis autem Platoni Xenophontiq; non cessit: quæ Budæo non tam ἐλλειπτικὰ, quàm dialogicæ uenustatis uidentur. Olim enim usus dialogorum in disputationibus philosophicis fuit celeberrimus, quem morem Cicero à Græcis ad suos Latinos transferre, unà cum ipsa philosophia uoluit. [Si quid.] Debebat enim hoc amicitiæ mutuæ, cuius officium est, tam mutuo admonere; quàm omnia communia reddere. [Leuasso.] pro leuauero, ueneranda uetustatis uestigium: ut illud, Nemo separatim habessit deos. Itē, si aliquis occissit. [Ecquid.] Cū uenustate interrogat. Terēt. in Eunucho: Ecquis me uiuit hodie formatior? [Præmij.] Tristitia.n. arefacit ossa, ut Sapiens in Prouerb. testatur, capite. 17. [Haud magna cum re.] Erasmus legit, haud magna in re: testimonio Horatij Rei familiaris angustiam intelligit. Confessum iampridem est, rei uocabulum inter cætera etiam facultates significare, quā sanè etiam ita tenuem Ennius habuit, ita parce uictitauit, ut unius famulæ ministerio cōtētus fuerit. Mezlerus, haud magnæ artis, exponit: Ouidij authoritate nixus, Trist libro secundo Ennius ingenio maximus, arte rudis. Phileltícus uero, haud magna sapientia. Sed quia de ingenio constat, miror qui sapientia caruerit. An propterea caruit sapientia, quia in arte poetica, quam ipse ferè erudiuit, rudior est? non opinor, ut qui, Varronis sententia, Musarum discipulus fuerit. Liquidum sapientiæ testimonium illi fert Horat. Ennius, inquit, & sapiens, & fortis, & alter Homerus. Certe cordatum eum fuisse uerisimile est, cui tria corda tribuuntur. Si ipsius uersus in ipso locum habent, ut Aelius Præconinus affirmat, quos de Seruilio Geminio scripsit, fieri non potest, quin sapientiæ sale conspersus fuerit. Versus subiungā:

Ingenium cui nulla malum sententia suadet,
Vt faceret facinus, leuis, haud malus idem
Doctus, fidelis, suauis homo, facundus, suoq;,
Intentus, atq; beatus, scitus, secunda loquens, in
Tempore commodus, & uerborum uir paucorum,
Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpe uetustas
Quæ facit, & mores ueteresq; nouosq; tenentem
Multorum ueterum leges diuumq; hominumq;
Prudentem. qui multa loquiue tacere'ue possit.

Sapiens igitur, contra Phileltici sententiam est. Sapidus, qui in hoc studiorum genere haud uulgariter sapit, olim mecum super quibusdam Ciceronis locis conferens, contendebat, melius hic legi, haud magna cura. Quam tum lectionem sine euidentiore ratione, ut non temere affirmo, ita fortassis à Mezleri, uel Nasonis potius opinione non uehementer abhorrere indico. Theodorus transtulit; ἐπὶ πράγματι οὐ μάνυ μεγάλῳ. qui ad πολυπραγμοσύνην res, exisse uidetur: cui sententiæ ego non grauatim accedo. Haud.n. simile uero est, eū fuisse πολυπραγματέα, ut q suas cogitatiōes ad studia posuit. Cæterū fides eius apud Crinitū satis liberaliter

non vt Flaminium solicitari te Attice, sic *noctes, dies'que. Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem: téque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem etiam & prudentiam intelligo. Et tamen suspicor iisdem rebus te, quibus meipsum interdum, grauius commoueri: quarum consolatio & maior est, & in aliud tempus differenda. Nunc autem mihi visum est de Senectute aliquid ad te scribere: hoc enim onere, quod mihi tecum commune est, aut iam vrgentis, aut certe aduentantis senectutis & te & meipsum leuari uolo: etsi te quidem id modeste, ac sapienter, sicut omnia, & ferre & laturum esse certo scio. Sed mihi cum de senectute aliquid vellem scribere; tu occurrebas dignus eo munere, quo vterque nostrum communiter vteretur. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam, & iucundam senectutem.

*noctesq;

liber celebratur. Noema ergo est, & ἐγκωμιαστικὸν, cuius usum rhetores in citandis clarorum sententiarumq; authoribus commendant. Porro modum hunc loquendi latinum esse, docet Laurentius Valla lib. 2. cap. 6. Græca constructio nihil prohibet, siue In cũ Erasmo legas, siue Cum. Vide Budæum, & Varennium. Ennius ipse in Annalibus dixit, Magna cum cura.

σοῦ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιεικές τε καὶ κόσμιον. ἐπιεικὲς summi iuris est emendatio, æquum & bonum interpretantur. Sed æquitas hoc loco mihi magis esse uidetur, quod Græcis est μεγαλοπρέπεια. quomodo etiam dicimus res aduersas æquo animo ferre, uel etiam in secundis non efferri, sed æquam mentis rationem in utraq; fortuna tenere. Et si κόσμιον pro moderatione posuit, effectum pro

Certantes magna cum cura,
tamen cupientes,
Regni dant operam, simul auspicio, augurioq;. & apud Crinitũ libro. 9.

ERAS. Tertius uersus ita mutilus est, ut ne cõstet quidem ea pars, nisi in deprimeris, elidas ultimam consonantem. Integer erit, si post hoc uerbum addas, post, aut mox, aut dein, tum in fine adiicias mi. Vtranq; uocem addidit Theodorus hæc Græce uertens, ἔπειτ' ἄν ἐμοὶ, siue uetustum aliquod exemplar sequutus, siue ut expleret metrum. ❡ In multis codicibus deprauate scriptum erat, præmii, pro pretii. In eodem carmine uidetur elidendum, s, in deprimeris. Est autem uersus imperfectus. ❡ Ille uir haud magna in re. } Quidã deprauarunt, haud magna cum re, non agnoscentes Romani sermonis elegantiam, qua usus est Horatius in epistolis:

Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris,

fortunæ tenuitatem, & rei familiaris angustiam significans. Rursus in Satyris:

—Validus male filius in re
Præclara sublatus,

diuitẽ indicans. Ad eũ modũ Ennius, opinor, describitur, Fortuna quidẽ tenui uir, sed egregiæ fidei. Nã uidetur et hoc esse fragmentũ Enniani carminis, ut finis Heroici carminis sit, ille uir haud magna in re: initiũ alterius, Sed plenus fidei. Non refellã hic uel Petri Marsi, uel aliorũ cõmẽta. cum ipse Theodorus uideatur nõ animaduertisse M. Tullii sensum, ut qui uerterit, καὶ πράγματι μὲν οὐ πάνυ μεγάλῳ. quasi Flaminius de re leui sit discruciatus. Alioqui addidisset articulum Græcum, ὁ ἐν οὐ πάνυ μεγάλῳ πράγματι. Sed quid hoc ad rem, aut qui cohæret, sed plenus fidei? Certe καὶ πράγματι, Græcis ad facultates referri non potest.

BETVL ❡ Nõ ut Fla } Qui propter fratrẽ à Catone censoria nota in ordinẽ redactũ, dolebat. quo de inferius ex Plutarcho. ❡ Quẽquã cer. scio. } Occupatio, cõtinens ἐπανόρθωσιν quandã, cuius usus ferè in exordiis obseruatur. Et in exemplis diligenter obseruandum, quid dissimile sit, ut id per correctionẽ mitigemus. ❡ Noctesq; dies. } Assiduitatis prouerbium. Quod hæc phrasis carmini magis cõuenit, mirũ nõ est, cũ Cicero ad originẽ respexerit. certe Gaza Homeri & Hesiodi hemistichium expressit. ❡ Noui. n. } Ethologia, continens τὸ ἐγκωμιαστικὸν. ❡ Moderationẽ. } Eã Nepos quoq; celebrat, nempe quòd pari fastigio steterit in utraq; fortuna. Theod. ἔγνων γὰρ

efficiente posuit. ornat enim ea maxime, ut Cic. in Offic. docuit. Et infra moderatos, κοσμίους idẽ Gaza transtulit. nec mirũ, cũ apud Platonẽ eadẽ uox sit. Obserua obiter huiusmodi uerborũ trãspositiones apud interpretem nostrũ creberrimas esse. sic paulo inferius φρόνησιν καὶ παιδείαν eodẽ modo, & minus dissimulãter transposuit. ❡ Cognomẽ. } Quid nomẽ, prænomẽ, cognomẽ, ĩ Lælio diximus. De Põponii Attici cognomine Corn. Nepos sic scribit: Hoc specimen prudentiæ, q. cũ in eã se ciuitatẽ cõtulisset, q̃ antiquitate, humanitate, doctrinaq; præstaret oẽs, ei nũc ante alios fuerit charissimus Huc ex Asia Sylla decedens cũ uenisset, quãdiu ibi fuit, secum habuit Põponiũ, captus adolescẽtis et humanitate et doctrina. Sic. n. græce loquebatur, ut Athenis natus uideretur: tãta aũt suauitate sermonis latini, ut appareret in eo natiuũ quẽdã leporẽ esse, nõ ascitũ. Idem poemata pronunciabat & græce & latine sic, ut supra nihil posset addi. ❡ Humanitatẽ. } παιδείαν Gaza uertit. Cõgruunt ea q̃ Mezlerus ex Gellio annotauit. Faciũt huc quæ scribit Cur. Lancilotus li. 1. cap. 1. Sic infra inhumanos ἀπαιδεύτους, et inhumanitatẽ ἀπαιδευσίαν interpretatur. ❡ Suspicor. } Mitigat admonitionẽ cõmunicatione, quæ cõmodissima admonẽdi ratio est, etiã teste Plutarcho. ❡ Cõmoueri. } Mezlerus p μείωσιν extenuat, quod nõ perturbari dixerit. Gaza aũt ἐνοχλεῖσθαι trãstulit. Cæterũ grauius, positiua, nõ cõparatiui uice fungitur μετέρωσιν speciei. Verg. Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitẽteis. Neq;. n. hoc agit, ut ostẽdat Atticũ, q̃ se, grauius fuisse cõmotũ. ❡ Quarũ cõ. } De consolatione scripsit Cicero, qui liber interiit. ❡ Nũc au. } Repetit propositionẽ, & proponit εἰδικώτερον. Cõciliat aũt propositione attẽtionẽ, & eo maiorẽ, quòd ad Atticũ peculiariter pertineat. Deinde id docilitatis est, cum non fabulosas, sed magna grauitate personas loquẽtes fecerit. Neq;. n hæc præfatiuncula qcquã habet, q̃ qđ præparat lectoris animũ, id qđ exordii munus proprium est. ❡ Hoc enim onere. } Ratio à sua & Attici ætate & persona. ❡ Et si te. } Alia correctio, qua rationem mitigat. ❡ Vterq; nostrum. } τὰ γὰρ τῶν φίλων κοινά ❡ Mihi quidẽ. } Attentionis locus ab effectu.

❡ Quibus meipsum. } Nouũ sermonis genus. neq;. n. hoc sentit se suspicari, iuuenes iisdẽ rebus cõmoueri, quibus suspicatur seipsum cõmoueri. Quis. n. suspicatur de seipso? ❡ Et si te quidem. } Quod hic absolute subiicit, etsi, id usitatius est in quanquam, neq; tamen uerebimur imitari Ciceronem. ERAS.

Nūquā igitur satis laudari digne poterit philosophia: cui qui pareat, omne tēpus ętatis sine molestia poßit degere. Sed de cæteris & diximus multa, & sæpe dicemus. Hūc vero librū de Senectute ad te misimus. Oēm aūt sermonē tribuimus nō Tithono, vt Aristo Chius, ne parū esset authoritatis * tāquā in fabula: sed M. Catoni seni, quo maiorē authoritatē haberet oratio. apud quē, Læliū & Scipionē facimus admirantes, quòd is tā facile senectutem ferat, ijsq; eum respondentem. Qui si eruditius videbitur disputare, quàm consueuit ipse in suis libris; attribuito Græcis literis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura? Iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

* in

BETVL. ⁋ Nūquā igi. } Translatio per enthymema. ⁋ Cui qui pa. } Enthymematis antecedens. ⁋ Nō Ti. } Laomedontis filio, qui quia astronomiæ peritus fuit, ab Aurora adamatus, inq; cœlū ab ea sublatus, & illius succo perunctus fingitur. atq; ob id ad tantā usq; senectutē peruenisse, ut tādē uitæ tædio petiuerit in cicadā cōuerti. Hoc aūt nomine stultior, quia nō immortalitatem una cū senectute petiuerit. Hinc natū prouerbiū, τιθώνου γῆρας, sicut senectus Nestorea. Fabula, fabulæq; μυθολογία est apud cōmentatores Hom. Iliad. λ. & Od. ε. Seruiū Aen. 4. Hyginū Fab. cap 210. Boccat. li. 4 ca. 27. itē lib. 6. cap. 10. ⁋ Qui ma. au. } Genus. n. hoc sermonū positū in hominū ueterū authoritate, et eorū illustrium, plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis: Cicero in Lælio. ⁋ Aristo Chius. } Huius meminit aliquoties Laertius. fuit. n. et alius Aristo tēpore Cice. ut ex 5. Tusc. patet. Platonis quoq; parenti Aristonis nomen fuit, ut ipse in Apologia testatur. ⁋ Fecimus ad. } Senile πρέπον expressit. Sunt. n. gloriæ plerunq; amantes. & præsertim de Catone Plutarch. scribit, quòd immodicus laudum suarum buccinator fuerit. eo libentius admirationem admittit ⁋ Facile se. fe. } Metaphora sumpta à uino, quod tum bene ætatē fert, cum tēporis tractu nec fugit, nec acescit. De hoc in Lælio annotauimus. Theod. latinismū expressit, ὅτι ῥᾳδίως αὐτὸς φέρει τὸ γῆρας. Sed est etiā apud Platonē, ut Cicero magis græcismū uideatur in Latiū transduxisse. ⁋ Qui se eru. } Occupatio, ne uideatur personæ decorum negligere. De Catonis dicendi genere nō modo diuersi diuersa, sed ijdē tradunt nō eadē: Ciceronē dico, Quintil. & Plutarch. qui eū nūc Atticum Romanū, nūc Romanū Demosthenē, nunc summū oratorē appellitant, & orationē eius omnibus eloquentiæ instrumentis instructam affirmant, neq; quicquā ex ea immutandum censent. Atq; ijdē ipsi eloquentiæ censores nunc pueris huius lectioni, nunc oratoribus huius imitationi interdicunt, eiq; tum horriditatis, tum duritiei diem dicunt: Stoicā itē ariditatē subinde calumniantur: nunc Tuburcinabundos & Lurcabundos, nunc Dice & face obiectitant. Tēporū tibi diuersitas isthæc, non iudiciorum est. Nam si Catonis seculū, quo scripsit, respicias, nihil absolutius, ne compositione quidem ipsius fuit: de qua tamen postea perfecta Ciceronis ætas multa elimauit, & cæteris oratoriæ uirtutibus excoluit. Cicero eum suo quodā modo, & Academice magis quàm Stoice loquentem fecit. obseruauit tamen in eo grauitatis decorum, quo eam Romanis opinionem conciliauit, quòd sermonem suum ex pectore proferre crederetur, cum Græcis suus in labijs nasceretur. ⁋ Eruditius. } Theod. πολυμαθέστερον, sicut Gellius ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον dixit. i. rudius ac planius. ⁋ Quàm in suis ipsius libris. } de re Rustica, qui etiamnum extant. ⁋ Græcis literis. } De hoc inferius. Habes hinc argumentum, nullam eruditionis partem constare, quam non græcæ linguæ cognitio absoluerit. ⁋ De senectute sententiam. } διάνοιαν Theod. transtulit. quam ueteres, quod animo sensissent, uocauerunt. Vide Fabium lib. 3. cap. 5.

Personarū dignitas addit orationi authoritatem

⁋ DIALOGVS. } Qui de rōne studiorū hodie diligētius præcipiūt, à præceptore cū primis requirunt argumēti expositionē, ut res ipsa paucis uniuersa cognoscatur. id tū maxime fit, cū ostēditur genus causæ, adeoq; orōnis status. Dicēda quędā sunt, anteq̃ eò perueniamus. Primū, inq̃, nō ignorare auditor debet, quōnes esse aut infinitas, aut finitas. hic aūt sermo quōis infinitæ, uel ut alij uocāt, uniuersalibus philosophiæ cōueniēs, q̃ θέσιν Græci uocāt: q̃ remotis psonis, tēporibus, locis, & similibus, in alterā partē dicitur. hāc in πολιτικὴν & θεωρητικὴν: quarū hæc in cogitationibus occupata ē, illa uirtutē, q̃ in actione cōsistit, subiectū habet. quo nostra hæc referēda est tota. Finitā, quā ὑπόθεσιν noiant, in præsentia missam facimus, q̃ circūstātiarū cōplexu singularibus inseruit. Causa uero, q. intēperātiū incusationē, uel, si mauis, criminationē infringit, ad iudiciale genus proxime accedit. Aspersa plerisq; locis sunt ἐπιδεικτικά, id quod iudiciale cū consultatorio cōmune habet. Status causæ translatitius est. Intemperātiū criminatio senectutē molestiæ insimulat, qua litatis hæc q̃stio est: crimen Cato à senectute in mores per trāslationē reijcit. His ita cognitis, argumēti explicatio ex distributione facile patet. Intēperātes senectutes de q̃tuor falso apud uulgus deferūt.

I. Quòd à rebus gerendis abstrahat.
II. Quòd uires corporis auferat.
III. Quòd careat uoluptatibus.
IIII. Quòd propter appropinquationem mortis misera sit.

Quæ ordine sic diluit Cato, ut contrarium statuat. Illud confutando, illud confirmādo fieri solet. Confutationis, quæ ἀνασκευὴ Græcis uocatur, officia sunt,

φησάντων διαβολή,	Asserentium calumnia.
πράγματος ἔκθεσις,	Rei expositio.

κεφάλαια, quibus confutatio conficitur.

ἀσαφὲς,	Obscurum,
ἀπίθανον,	Incredibile.
ἀδύνατον,	Impossibile.
ἀνακόλουθον,	Inconsequens.
ἀπρεπὲς,	Contra decorum.
ἀσύμφορον,	Inutile.

τῆς κατασκευῆς, idest confirmationis officia.

εὐφημία φήσαντος.	Asserentis laus.
πράγματος ἔκθεσις,	Expositio rei.

Contraria superioribus capita.

σαφές,	Manifestum.
πιθανὸν,	Probabile.
δυνατὸν,	Possibile.
ἀκόλουθον,	Consequens.
πρέπον,	Decorum.
σύμφορον,	Vtile.

Quo

Hæc

DIALOGI PERSONAE,

P. SCIPIO, M. CATO, C. LAELIVS.

SCIPIO.

SAepenumero mirari soleo cum hoc C. Lælio, tum cæterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamq́; sapientiam; tum uel maxime quòd senectutẽ tuam nunquam tibi grauem esse senserim: quæ plerisq; senibus sic odiosa est, vt onus se Aetna grauius dicant sustinere. CATO. *Rem haud sanè Scipio, & Læli difficilem admirari videmini. quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene, beateq; viuendum; ijs omnis grauis est ætas: qui autem omnia bona à seipsis petunt; ijs nihil potest malum uideri, quod naturæ necessitas afferat. Quo in genere in primis est senectus: quam vt adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adepti; tanta est inconstantia, stultitia, atq; peruersitas. Obrepere aiunt eam citius, quàm putassent. Primum, quis coegit eos falsum putare? Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit?*

Hæc ferè ex Aphthonio rhetore suis locis observa⟨u⟩imus. Est porro quod in limine obseruatũ uolo. Rhetores Ethopœiæ τὴν εἰδωλοποιΐαν speciẽ subijciunt. Ea personas habet fictitias quidem illas, nõ tamen prorsus, sed quæ olim uixerint: ut Cato hic, & de Amicitia Lælius: in libris de Oratore, Crassus, Antonius, & alij. quem morem ex Socraticis dialogis manasse, & à Cicerone una cũ philosophia ad Latinos translatum fuisse, supra diximus. Differt à prosopopœia & ethopœia speciee: quarum altera & mores & personas etiam incorporeas fingit, ut Cicero patriæ: altera, quæ personis uel fabulosis, uel uera historia memoratis, & mores & sermones affingit. huc tam comœdiæ quàm tragœdiæ pertinent, huius monetæ & Thucydidis orationes sunt. In hoc genere ex professo lusit Libanius, ut quidnam dixerint Græcorum legati Helenam repetentes, &c. Ostendimus ferè, quæ ad explicationem argumẽti pertinent. Artificium restat, in quo ostendendo citra superstitionem immorabimur. Reliqua præceptoris officia sunt, consuetudo, leges; historiarum explicatio, deinde uocum expositio: & in hac quantum quæque uirtutis ponderisue habeat, ostensio. quibus adde imitationem, in qua Mezlerus nequaquam perfunctoriam operam impendit. In his singulis & diligentiam & fidem meam uobis dilecti pueri stipulor. Porro Theodori uersionem ideo conferemus, ut græcarum literarum tyrones uideatis, quantum referat cuiusque linguæ idiomata probe obseruasse: Deprehendemus item, id quod uix quisquam, nisi periculum fecerit, credet, plurimum lucis authori ex ea lingua accessisse, unde ipse suam philosophiam hausit, eius præsertim uiri opera, quo non alius id melius præstare potuit. Collata enim translatione, uidebitis quid diuersum quæque lingua habeat, quid commune. Et quia Cato Attici Romani personã gerit, uideas Theodorum de industria ἀττικώτερον esse.

BETVL. ⟦Sæpenumero.⟧ Ordi[tur] ab effectu, & admiratione. ⟦Cum cæterarum.⟧ Distributio. ⟦Perfectamq́; sapientiam.⟧ Non ut uulgus, sed ut eruditi solent sapientem appellare. Cicero in Lælio. ⟦Tum uel maxime.⟧ Propositio exordij, nata ex occasione dialogi. ⟦Quæ plerisque⟧ Amplificat propositionem ab antithesi. ⟦Aetna grauius.⟧ Hyperbole prouerbialis. Vide prouerbium Aetna, Athon. De Aetna monte Vergilius iustum & singulare edidit carmen. Vide de Aetna Pindarum Ode 4. Olymp. Ode prima Pyth. Verg. 3. Aeneid. Gellium lib. 17. cap. 10. Macrob. lib. 5. cap. 17. Claudianum lib. 1. de Raptu. Silium li. 14. Lucret. lib. 9. Strabon. lib. 6. Pomponiũ Melã in descriptione Siciliæ lib. 2. Plinium lib. 2. cap. 106. lib. 3. capite octauo. Solinum capite undecimo Oros. lib. 5. cap. 12. August. de Ciuit. li. 3. in fine. Iustinum in principio quarti lib. ⟦Quibus nihil opis in ipsis.⟧ In Amicitia, ex Epicteto Stoico diximus, quidnam rerum in nobis sit, quid extra nos. Sacrosanctum hoc Stoicis dogma est: nihil miserum esse quod sit cum honestate coniunctum: nec eum miseriæ obnoxium, qui sit sapientia imbutus. Et contra: Omnes stultos miseros, ut in Paradoxis fusius. ⟦Qui autem.⟧ Contrarium. ⟦Quo in genere.⟧ τὸ κρινόμενον. Nam αἴτιον est: Quicquid naturæ necessitas affert, æqui boniq; consulendum esse: natura siquidem senectutem affert, &c. ⟦Quam ut adipiscantur.⟧ Gradationis exemplum. Quod apud Theodorum clarius apparet ὁ κτήσασθαι μὲν εὔχονται πάντες ἄνθρωποι, κτησάμενοι δὲ τοῦτο πάλιν αὐτὸ αἰτιῶνται. Videtur autem Theodorus legisse adepti, quo loco Adeptam uulgata lectio habet. Obserua porro in græco τῆς προσωνομίας uenustatem, in uerbis αἰτοῦσι & αἰτιῶνται. ⟦Tanta est.⟧ ἐπιφώνημα. ⟦Quis coegit.⟧ Turpe siquidem dicere, non putaram. Est autem τῶν φησάντων διαβολή, per μίμησιν, cum exposito ne rei ἀνάλυσις autem ex putandi uerbo captata est. Ac ij enim homines, non locos modo, unde aduersariorum argumenta petita sunt, obseruant, sed uoculas adeo aucupantur. Theod. cogit in præsenti legisse uidetur. βιάζεται enim translatio habet. ⟦Obrepere.⟧ Ouidius Fastorum primo:

> Labitur occulte, fallitq; uolatilis ætas,
> Et nihil est annis uelocius.–

Item lib. Fast. 6.

> Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis,
> Et fugiunt freno non remorante dies.

Item lib. de Arte amandi 3.

> –Eunt anni more fluentis aquæ,
> Nec quæ præterijt cursu reuocabitur unda:
> Nec quæ præterijt, hora redire potest,
> Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas:
> Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.

Atq; rursus idem alibi.

> Labitur occulte, falliq; uolatilis ætas,
> Et celer admissis labitur annus equis.

Ausonius: Senescimus, effugit ætas,

> –Obrepsit non intellecta senectus.

⟦Quid enim citius.⟧ ἀδύνατον per gradationem. ⟦Adeptam.⟧ dixit passiue, quod tamen inuentu rarius est. Cic. de Offic. ERAS.

BETVL

¶ Deinde qui minus.} ἀπίθανον ¶ Stultam se.} Cōtinens p cō tento, per metonymiā. Theod. γερόντα ἄνοιαν, i. stultā senectutē. Nā ut uiro sapienti omnis ætas grauis, ita stulto omnis ætas grauis. ¶ Quocirca si sa. me.} Lælius de Amicitia Catonis sapientiā suæ pari modestia prætulit: imo Socrati Apollinis iudicio sapiētissimo anteposuit, quod illius tantum præclare dicta, huius etiā egregie facta laudarētur. Cato aūt extenuatione modesta laudē sapientiæ à se remouet ¶ Nostroq; co.} Plutarch. in Catonis uita: ἐκαλεῖτο δὲ τῷ τρίτῳ τῶν ὀνομάτων πρότερον, οὐ κάτων, ἀλλὰ πρίσκος, ὕστερον δὲ τὸν κάτωνα τῆς δυνάμεως ἐπώνυμον ἔσχε. ῥωμαῖοι γὰρ τὸν ἔμπειρον κάτωνα ὀνομάζουσι. Nata ex Catonū Cēsorij & Vticensis grani sapientia prouerbialis ἀντωνομασία, in homines uehementer cautos. Ita Pōponius Sabinū iurecōsultū sui tēporis Catonē appellauit, l. 2. ff. de orig. iuris. Et obseruaq; Plutarchus tertiū nomen ἐπώνυμον uocat, quod Cicero cognomen cōtra cōmunē grammatistarum opinionē. de quo nō nihil in Lælio annotauimus. ¶ In hoc su. sa.} Vocē sapiētiæ latius patentem, arctius cōstringit. ¶ Naturā opti. du.} Quā sequētib. omnia expedita succedunt. Seneca lib. Epist. 22. Epist. 122. ¶ Tanquā deū.} Humanū. n. nō diuinū est, errare. Et Plin. lib. 2. cap. 2. Natura deū facit. Cicero de Finib. 3 cōmemorat inter præcepta ueterū sapientū, qui iubent tēpori parere. & sequi deū, & se noscere, & nihil nimis. Vide Erasmū in prouerb. Deū sequere. ¶ Extremum actum.} Actus ab agendo Latinus, ut Græcis δρᾶμα à δρᾶν, eo quod οἱ δρῶντες μιμοῦνται, i. actores rē ueram imitando effingunt, ut Aristo. in Poetica docet. Vide præterea quæ scribit Erasm. in prouerb. Supremū fabulæ actū agere ¶ Baccis terræq;.} Decorū pulchre obseruatū est, ut similitudinibus, allusionibusq; ludat, à re rustica desumptis ut qui eius rei peritissimus. sicut inferius quoq; eleganti παρεκβάσει in agriculturæ encomiū digressurus est. ¶ Arborum bac.} Theodorus arboris nomē omisit, ad iureconsultorū forte interpretationē respiciens. Nam Caius in l. qui uenenū. §. glandis. ff. de uerb. sign. Glandis, inquit, appellatione, omnis fructus cōtinetur, ut Iabolenus ait, exemplo græci sermonis, apud quos omnes arborū species appellantur ἀκρόδρυα. Cōsentit Vulp. de glande legenda, Digest. lib. 43. ubi ex Prætoris edicto glandis lectionē in tertiū usq; diē permittit. ἀκρόδρυα dicuntur ἀπὸ τῆς δρυὸς, i. robore, quod & ipsum glandiferū est. Vnde eodē sensu δρύκαρπα omnes arborei fructus dicuntur. Proprie aūt ἀκρόδρυα à Græcis appellantur, quæ in ambitu lignosum putamen habent, i. τὰ τὸ ξυλῶδες ἔκτος ἔχοντα καὶ περὶ τὰ ἄκρα καὶ τὸ τρώξιμον ἔντος, quod genus appellatione nucū apud Latinos cōtinetur, i. τὰ καρυηρὰ, ut nuces castaneæ, pistacia, malū punicū, & si qua sunt similia. Cōtra aūt, quæ poma dicimus, ut sunt cydonia malaq; reliqua, pruna, cerasa, & similia, à Græcis ὀπώρα dicuntur, sing. numero. Hæc ferè Bud. & Alciat. Obserua obiter latentē ratiocinationem, in qua utraq; propositio allusione uestitur, in hunc ferè modum:

Qui naturam ducem sequitur, sapiens habetur:
Qui naturam sequitur, ætatem bene fert:
Ego igitur ætatem bene ferens, sapiens habeor.

Cato sapiens dicebatur.

ἕπου θεῷ

θεομαχεῖν

Deinde, qui minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm si octogesimum? Præterita enim ætas, quamuis longa, cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Quocirca, si sapientiam meam admirari soletis; quæ utinam digna esset opinione uestra, nostroq; cognomine: in hoc sumus sapientes; quòd naturam optimam ducem, tanquam deum sequimur, eiq; paremus. à qua non verisimile est, cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquam ab inerti poeta esse neglectum. Sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus maturitate tempestiua, quasi uietum, & caducum: quod ferendum est molliter sapienti. Quid enim est aliud, gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? LAELIVS.

Expressit Catonis Stoici πρέπον. nā conclusionis huius cā, i. maior propositio, Stoicorū dogma est, qui cōgruenter naturæ uiuere, cū id sit in sapiente situ, finē bonorū statuūt. Cic. Tusc. quæst. lib. 5. & in Finibus 3. ¶ Maturitate tē.} P. Nigidius apud Gellū li. 10. cap. 11. Mature, inqt, est qd neq; citius est, nec serius, sed mediū quiddā et tēperanētū est. Bene atq; proprie Nigidius, censore Gellio. nā, inquit, & in frugibus, & in pomis matura dicuntur, quæ neq; cruda & immitia sunt, neq; caduca & decocta, sed tēpore suo adulta, maturataq;. Quoniā aūt id qd nō segniter, sed qd festinātius fit, id fieri mature dicitur, progressa plurimū significatio est: & nō iā quod nō segnius, sed quod festinātius fit, id fieri mature dicitur. quālo ea quæ præter sui tēporis modū properata sunt, immatura uerius dicuntur. Illud uero Nigidianum, rei atq; uerbi tēperamētū, diuus Augustus duobus Græcis uerbis elegātissime exprimebat. nā & dicere in sermonibus, & scribere in epistolis solitū esse aiunt, σπεῦδε βραδέως Per quod monebat, ut ad rē agendā, simul adhiberetur & industriæ celeritas, et diligētiæ tarditas: ex quibus duobus contrarijs fit maturitas. ¶ Quid. n. est ali.} Maior, amplificatur allegoria. ¶ Gigantū mo. bel. cū alijs.} Cū diis pugnare, θεομαχεῖν, prouerbiū est apud Erasmū, in eos qui naturæ repugnāt. Item aliud, Cū diis nō pugnandū. Gygantomachiā scripserunt Hesiod. in Theogonia, Verg. 1. Georg. Ouid. 1. & 5. Metamor. & Claudianus opus nō absolutū reliquit. Multa sunt apud Boccat. lib. 4. cap. 1. & cap. 68. Mythologiā fabulæ Macrob. lib. Sat. 1. cap. 20. refert his uerbis: Gigantes aūt quid aliud fuisse credendū est q̄ hominū quandā impiam gentem, deos negantem. & ideo existimatam deos pellere de cœlesti sede uoluisse. Horū pedes in draconū uolumina desinebant, quod significat, nihil eorū rectum, nihil superū cogitasse, totius uitæ eorum gressu atq; processu in inferna mergente. Vadianus Heluetiorum decus, in nobili illo quem in Melam scripsit cōmentario, fabulam ad Physica refert. Non sunt, inquit, aliud Gigantes, q̄ spiritus illi terra clausi, qui dum exitum non inueniunt, ui sibi uiam faciunt, montibus altissimis adeo persæpe concussis, ut rumpantur, aut ingentia frusta emittant contra Iouem. i. cœlum uersus, qui fulmine sæuus, æquo impetu iacere obuia solet, &c.

¶ Tanquam deum sequimur.} Allusit ad prouerbium, ἕπου θεῷ, unde θεομαχεῖν dicuntur, qui naturæ repugnant. ERAS. ¶ Quasi uictum & caducum} Sic habetur in plerisq; codicibus: legendū autē uietum, atq; caducum. Nam flaccidū, et uigore carens, uietū dicitur.

¶ Atqui

BETVL. ⟦Atqui Cato.⟧ Hactenus γενικώτερον senectutem, cum sit secundum naturam, non recte criminari. Nunc Lælius ad specialia cõtendit, ut Cato edoceat, quomodo senectus æquo animo ferẽda sit. quæ res sequentis disputationis occasio est. ⟦Pro Scipione pollicear.⟧ Modesta occupatio est. Sic de Amicitia Scæuolæ: Pro hoc enim, inquit, qui minor est natu, meo iure respondeo. ⟦Faciam uero Læli.⟧ Annuentis est. Cicero in Finibus: Vtrum igitur percurri omnem disciplinam placet? tuo uero id arbitratu. Idẽ in 5. Tuscul. quæst. Quid igitur contra Brutum me dicturũ putas? Att. Tu uero ut uidetur, nam præfinire non est meum. Vbi Budæus μέντοι reddit. Theod. hic, ποιήσω γε δή. Sic Linacer. ἔγωγε, quod apud Ciceronem alibi est Ego uero, hac ipsa uidelicet annuendi significatione. & apud Terent. Laudas eos qui heros fallunt? Respondet seruus, Ego uero laudo. Tribuit autem Catoni facilitatẽ, ut seni, & est decorũ. ⟦Volumus sanè.⟧ Sunt uerba Socratis ad Cephalum Atheniensium oratorem, dialogo de Repub. 1. unde tota huius sermonis ratio desumpta est. καὶ μήν, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὦ Κέφαλε, χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ᾽ αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥσπέρ τινα ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποιά τίς ἐστιν τραχεῖα καὶ χαλεπή, ἢ ῥᾳδία καὶ εὔπορος. καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ τι σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασιν εἶναι οἱ ποιηταί, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις; ⟦Faciam ut potero.⟧ Quod hic Cato Lælio, illic Cephalus Socrati respondet, his uerbis: ἐγώ σοι ἔφη, νὴ τὸν Δία ἐρῶ ὦ Σώκρατες, οἷόν γέ μοι φαίνεται. πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταυτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. (Cic. hic parœmiã per ἀποσιώπησιν quasi uulgo tritã, omissam inseruit, Pares cũ paribus &c. Atq; ẽt exẽpla Salinatoris Albiniq; adducit) οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες, καὶ ἀναμιμνησκόμενοι περί τε τἀφροδίσια, καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας, καὶ ἄλλ᾽ ἅττα ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι, καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. ἔνιοι δὲ, καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται. καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν ὦ Σώκρατες, οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. εἰ γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ

αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν ἕνεκά γε γήρως, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐνταῦθα ἦλθον ἡλικίας. Apud Platonem his Sophoclis responsum inseritur, quod Cicero in tertiam confutationem reiicit. Id ergo suo loco conferemus. ⟦Pares cum paribus.⟧ Vide prouerb. Aequalis æqualem delectat. de quo plura in Lælio. Parœmia, quam à Platone hic omissam diximus, à Theodoro ex alio Platon. loco, nẽpe Symposio, mutuo sumpta est. ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Item in Lysia, ἀεί τοι τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Et de Repub. 4 τί οὐκ ἀεὶ τὸ ὅμοιον ὂν, ὅμοιον παρακαλεῖ. & alibi sæpius. Aequales Græcis ὁμήλικες. sicut ὁμηλικία æqualitas. Theodorus ἡλικιώτας habet. Plato periphrasi παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντας. Et recte. Nam licet adolescentes seniores summo studio colant, et senes in adolescẽtum amore acquiescãt, æquales tamen æqualibus magis cõgruunt. Neq; est quod arctum amicitiæ uinculum imagineris, quod non ætatis, sed morum similitudo contrahit, maxime inter eos quos dispares fuisse uides, Catonem uidelicet, & Lælium, Scipionẽq;. Constat. n. ex Plutarcho, Catonem neminẽ in amicitiam recepisse, qui palato melius quàm corde saperet. ⟦C. Salinator.⟧ Mezlerus hic colligit: Catonem his non minorẽ fuisse. Quibus id argumentis faciat, non uideo. Cato siquidẽ L. Valerij Flacci in consulatu collega fuit, anno ab urb. cõd. DLIX. Et deinde in cẽsura anno DLXII. Liu. lib. 3. Decad. 4. C. uero Liu. Salinator cũ M. Valerio Messala Cos. fuit, anno DLXVI. De quo Liu. lib. 8. eiusdẽ Decad. Atq; rursus in eadẽ Decade, lib. 9. legimus de Sp. Posthumij Albini cõsulatu, qui anno DLXVIII. cũ Q. Martio Philippo Cos. fuit. Cato ergo maior, nõ minor natu illis fuit. ⟦Coli.⟧ Theodorus habet διακονεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι. quorum alterum seruorum est, alterũ uxoris et liberorũ, quos Plato in genere τοὺς οἰκείους appellauit. ⟦Nã si id culpa.⟧ Syllogismo expositorio crimen à senectute in mores trãsfert, hoc ferè mõ: Ego sum in exacta ætate constitutus: ego nullas molestias sentio: ergo exacta ætas molestijs ẽt caret. Est aũt argumentũ à cõiugatis ductũ. Senex caret molestijs. ergo senectus quoq;. Et est fallacia secundũ non cãm, ut cãm. Nam senectus quæ per se morbus est, nõ caret molestia: ergo nec senex. ⟦Cognoui querelã.⟧ Alludit ad Sophoclis rñsum, de quo infra in tertiæ criminationis dilutione, quod hoc loco, ut supra ostẽdimus, Plato inserit. ait enim ibi Cephalus, se Sophoclẽ non modo cognouisse, sed fuisse quoq; cum eo. ⟦Moderati enim.⟧ ἐναντίον.

ERAS. ⟦Speramus quidem senes fieri.⟧ Nouum est, speramus fieri.

Atqui Cato gratissimum nobis, ut etiam pro Scipione pollicear, feceris, si, quoniam uolumus, & speramus quidem senes fieri, ante multo à te didicerimus, quibus facilime rationibus ingrauescentem ætatem ferre possimus. CATO. Faciam uero Læli, præsertim si utriq; uestrum gratum, ut dicis, futurum est. SCIPIO. Volumus sanè, nisi molestũ est Cato, tanquam aliquã uiam longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendũ sit istbuc, quò peruenisti, uidere quale sit. CATO. Faciam ut potero, Læli: sæpe enim interfui querelis meorum æqualium; pares autem cum paribus, ueteri prouerbio, facilime congregantur. * quæ C. Salinator, * quæ Sp. Albinus homines cõsulares, nostri ferè æquales, deplorare solebãt *: tum, quòd uoluptatibus carerent, sine quibus uitam nullam putarent; tum, quòd spernerentur ab ijs, à quibus essent coli soliti. Qui mihi non id uidebantur accusare, quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret; eadem mihi usu euenirent, reliquisq; omnibus maioribus natu: quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela; qui se à libidinum uinculis laxatos esse non molestè ferrent, nec à suis despicerentur:

* quas

* quas

*:

*sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, nō in ætate. Moderati enī, * & nec difficiles senes, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem: importunitas autē, & inhumanitas omni * ætati molesta est.* LAELIVS. *Est, ut dicis, Cato: sed fortasse dixerit quispiam tibi propter opes & copias & dignitatem tuam, tolerabilem senectutem uideri: id autem non posse multis contingere.* CATO. *Est istud quidem, Læli, aliquid; sed nequaquam in isto sunt omnia: ut Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse; cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorē assecutum: Nec hercle, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis; nec si, tu Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. Quod eodem modo de senectute potest dici. Neq; enim in summa inopia leuis eē senectus potest, ne sapiēti quidem,*

* nec

* ætate

In morib' est culpa, non in ætate.

BETVL. ¶ Sed omnium istiusmodi.} Veram causam istorum incommodorum citat, idq; rursus Platonis uerbis, ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι, καὶ τῶν πρὸς τοὺς οἰκείους, μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας ὦ σώκρατες, ἀλλ᾽ ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων. ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐστὶν ἐπίπονον. εἰ δὲ μή, καὶ γῆρας ὦ σώκρατες, καὶ νεότης τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει. ¶ Importunitas.} Quod oneri est, quodq; nec in loco, nec in tempore fit. Hinc φορτικὴν Gaza melius quàm ἀκαιρίαν transtulit, quæ temporis solummodo neglectū significat. Importunitatis characteres uide apud Theophrastum. Cic. hoc loco Platonem ubertate superauit. ¶ Tibi propter opes.} Socrates illic Cephalo ait se, quod à uulgo obijci poterat, obijcere, nempe eum propter diuitias bene ætatem ferre: Honestius hoc per Læliū obijcitur, quā nisi ipse per occupationem obiaā o' iectiōi uenisset. Sic inqt, ὦ κέφαλε, οἶμαί σου τοὺς πολλούς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ᾽ ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθια φασὶν εἶναι. Et facit Cephalū eadē responsitare, quæ rūdet apud nostrum Cato, concessione uidelicet, qua infert alia deinde: ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. οὐ γὰρ ἀποδέχονται καὶ λέγουσι μέντοι γε ὅσον οἴονται. Sed quibus quæso diuitijs inniti Cato potuit, qui tanta paupertate pressus fuit, si Floro credimus, ut Prætor filio funus tenuissimo sumptu fecerit. nec sanè eius apud Plutarchum amplæ opes memorantur, præter quàm quòd frugali parsimonia est usus, quæ īgentis illi uectigalis loco fuit. Cephalus de suis ipsius diuitijs reddit rationem, nempe sat se habere, si paternam hereditatem non minuat, sed augeat potius aliquantulum. Fuit autem Cephalus, ut ex eodem dialogo colligitur, Lysaniæ filius, Euthydemi Lysiæ & Polemarchi pater. Suid. ait eū fuisse Athenis δημαγωγόν, primūq; parœmias et epilogos fecisse. Subiūgit aūt Plato nobile illud Themistoclis sūma dignitate psonæ ad Seriphiū rīsum: ἀλλὰ τὸ τοῦ θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι᾽ αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ᾽ ἐκεῖνος ἀθηναῖος. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι, οὔτ᾽ ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τοι ῥᾳδίως μετὰ πενίας γῆρας ἐνέγκοι, οὔθ᾽ ὁ μὴ ἐπιεικὴς πλουτήσας εὔκολός ποτ᾽ ἂν ἑαυτῷ γένοιτο. Licebit Theodorum cum Platone conferre. Nec grauabimur Plutarchi eadem de re uerba, conferendi gratia apponere: τοῦ δὲ σεριφίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, ὡς οὐ δι᾽ αὐτὸν ἔσχηκε δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν. ἀληθεύων λέγεις, εἶπεν, ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐγὼ σερίφιος ὤν, ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ ἀθηναῖος. Herodotus in Vrania, idem aliter de Timodemo quodam Aphidnæo Themistoclis inimico, uiro minime claro tradit, qui cum ei per iurgium obijceret, eum à Lacedæmonijs honoribus & præmijs non suo, sed Reipublicæ nomine affectum esse: & cum importunius instaret Timodemus, sic, inquit Themistocles, se res habet: Neque mihi si Bolbinites essem, tantum tribuerent Spartiatæ: nec tibi, si Atheniensis. Sed adijciemus & hæc græce, ut puer studiosus habeat qd' conferat, cum ex his collationibus phrasis se magis aperiat. ὡς δὲ ἐκ τῆς λακεδαίμονος ἀφίκετο εἰς τὰς ἀθήνας, ἐνταῦθα τιμόδημος ἀφιδναῖος τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν θεμιστοκλέους ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων, φθόνῳ καταμαργῶν ἐνείκεε τὸν θεμιστοκλέα, τὴν εἰς λακεδαίμονα ἄφιξιν προσφέρων, ὡς διὰ τὰς ἀθήνας ἔχει τὰ γέρεα τὰ παρὰ λακεδαιμονίων, ἀλλὰ οὐ δι᾽ ἑωυτόν. ὁ δὲ ἐπείτε ἐνέκειτο, καὶ οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ τιμόδημος. εἶπεν, οὕτω ἔχει τοι, οὐδ᾽ ἂν ἐγὼ ἐὼν βελβινίτης ἐτιμήθην οὕτω πρὸς σπαρτιητέων, οὔτ᾽ ἂν σὺ ἄνθρωπε ὢν ἀθηναῖος. Telum per cōuersionem in aduersarium retortum, & acutius est, & acerbius ledit. ¶ Seriphio cuidam.} Contemptus à loco, ut illæ in Andria Terent. Heu uereor ne quid Andria apportet mali. Sicut etiam Myconij multa ignominiæ prouerbia fecerunt. Sunt enim hæ inter Cycladas insulæ, ob hoc ipsum, quia abiectæ, apud authores celebriores. Et annotauit apud Melam Vadianus, Sporadas, quas scriptores aliquoties cum Cycladibus confundunt, non nisi infamiam ac criminosorum relegationibus insigniores factas, quando illi indigni mortalium cōsuetudine iudicati, in has abdebantur. Præter cæteras memoratur Seriphos, ut apud Iuuenalem Satyra decima.

Vt Gyari clausus scopulis, paruaq; Seripho.

Atque rursus Vistiliæ, Labeonis coniugis exemplo, quæ ob stupri licentiam in insulam Seriphon abdita fuisse legitur, apud Tacitum libro secundo. Scriptis refertur, hanc Seriphon non modo ob saxosam asperitatem, qua eam Gorgone, ut Strabo libro decimo scribit, mulctauit; male audire: sed etiam ob ranas prouerb. celebratas, quas domi mutas, foris uocales habeat. Cæterum de Athenarum celebritate satius duco tacere, quàm pauca non pro dignitate dicere. ¶ Neque enim in summa inopia.} Quia iuxta paradoxon μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. ¶ In summa inopia.} Theodorus ἐσχάτῃ, quasi tu dicas immani. Cuius respectu fortunam in excelso loco posuit. ¶ Quod eodem modo.} Enthymema à repugnantibus.

ERAS. ¶ Propter opes, & copias.} Nouum est copias usurpari, non pro exercitu, sed pro diuitijs. ¶ Constat hunc locum deprauate legi in omnibus uulgatis exēplaribus, excepta proxima editione, quam

multo

nec insipienti in summa copia non grauis. Aptissima omnino sunt Scipio, & Læli, arma senectutis, artes, exercitationesq́; uirtutum. quæ in omni ætate cultæ, cũ multũ, diuq́; uixeris, mirificos afferunt fructus; non solũ quia nunq̃ deserunt, ne in extremo quidẽ tempore ætatis, quanquã id maximum est; uerũetiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorumq́; benefactorũ recordatio iucundissima est. Ego quidẽ Q. Maximũ, eum, qui Tarentũ recepit, adolescẽs ita dilexi senẽ, ut æqualem. erat enim in illo uiro comitate condita grauitas, nec senectus mores mutauerat: quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Anno enim post, quàm primum Consul fuerat, ego natus sum: cumq́; eo quartum Consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam; quintoq́; anno post, ad Tarentũ Quæstor; deinde Aedilis; quadriennio post, factus sum Prætor: quem ma-

Senectutis arma.

Q. Fabij Maxi. gesta.

multo castigatiorẽ debemus eruditissimo uiro Baptistæ Egnatio. At ut ille legit, ita uertit Theodorus Gaza: οὔτε ἂν εἰ ἐγὼ σερίφιος ὢν, ἔνδοξος ἂν ἐτύγχανον, οὔτε εἰ σὺ ἀθηναῖος, ὀνομαστός ποτε ἂν ἐγένου. Ac recte quidẽ Theodorus, sed aliquã[illegible] extulit Plutarchus, in Apophthegmatis: ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐγὼ σερίφιος ὢν ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ ἀθηναῖος.

BETVL. ¶ Nec insipienti.} Theodorus, ἀμαθεῖ τε καὶ φαύλῳ. Sic sacra quoque scriptura insipientem non modo brutum, sed etiam ἄθεον uocat. Hinc etiã Stoicis stulti omnes insaniunt, quamuis φαῦλος Platoni aliquando simplicem significat, teste Laert. ¶ Aptissima.} Alia causa, quæ senectutem tolerabilem faciat, doctrina uidelicet, & uirtus. ¶ Conscientia.} quæ iuxta prouerbium, mille testes est. ¶ Iucundissima est.} Nam in iucundis etiã Aristoteles numerat Rhetoricorum libro primo. Vide prouerbiũ apud Erasmum. ¶ Ego quidem.} Probat exemplo, senectutẽ non esse contemnendam. Et obserua obiter locos demonstratiui generis, quibus Q. Fabium laudat.

LOCI LAVDATIONIS.

Loci epidictici, quibus in Fabio Maximo Cato usus est.

- Nomen, Maximus, Cunctator.
- Natura
  - Patris, Homo Romanus.
  - Aetas: Omnem ætatem bene collocauit, atq; ob id senectutem bene tulit. Grandis bella gessit, ut adolescens.
- Cõmoda naturæ
  - Memoria: Memoria tenebat domestica & externa bella.
  - Comitas: Comitate grauitas condita.
  - Fortitudo: Annibalem patientia emolliuit, contempsit rumores, fortiter tulit mortem filij.
  - Prudentia: Vigilantia & consilio Tarentum recipit. Item, Quæ præcepta, In toga præstans.
- Fortuna: Cos. Augur, clarissimi filij pater, in ciuium oculis magnus.
- Habitus
  - Animi: Scientia iuris augurandi, Multæ literæ: Eloquentia.
  - Corporis: In armis præstans, Militaris disciplina.
- Consilium: Salus patriæ.
- Facta: Tarentum recepit, Restitit Flaminio, Annibalem eneruauit.
- Orationes: Suasit legem Cinciam, habuit orationem in funere filij. iocus in Salinatorem, Cbria; optimum augurium, quod sumitur pro patria.

¶ Qui Tarentum.} Calabriæ metropolin. de cuius situ Strab. lib. 6. Mela lib. 2. in descriptione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 11. Ea bello Punico secundo ad Annibalẽ defecit. præsidium tamen Romanorum, cuius erat dux Liuius Salinator, in arcem se recepit. Quint. Fab. Max. eam recuperauit, militibusq́; diripiendam tradidit. Anno ab Vrbe cond. DXLV. Lege Liuium lib. 7. Decad. 3. Siluum lib. 15. Plutar. in Fab. Max. Pli. Nouocom. in sca. 33. de Viris illust. Augustinum de Ciuitate dei lib. 1. cap. 6. ¶ Erat enim in illo uiro.} αἰτιολογία: Virtus enim amicitiæ fundamentum est. quæ allicit hominem ad diligendum. ut in Lælio dictum est. Cæterũ de uirtutibus Fabij, lege omnino in eius uita apud Plutarch. ¶ Comitate.} Periphrasis τῆς σεμνότητος quæ puellis ferè à poetis tribuitur. quo respiciens Theodorus, comitatẽ σεμνότητα transfert. σεμνότης, inquit, εὖ μάλα ἐκ φιλοφροσύνης ἡδυνομένη. ¶ Quanquam eum.} Occupatio. ¶ Colere.} Cui, quoniã gloria, rebus gestis, potentia, primoribus urbis anteiret, se totũ dedicauit, illius mores & uitam, uelut pulcherrimum bene uiuendi exemplum sibi proponẽs, eius uestigia ingressus est. Plutarch. in uita Catonis. ¶ Anno enim.} Ab urbe uidelicet condita DXXI. ¶ Quartum consule.} quem gessit anno ab urbe cond. DXL. Congruit ergo non male cum Plutar. qui scribit annos septem et decem natum stipendia fecisse. nec impedit decennium, intra quod, ne quis consul reficeretur, lege cautum erat: quam in suis cõmentar. Mezlerus ex Liuio allegat. quanquã ad eundẽ Fabium Maximum referunt. nam tertium consulatum, eo quod uitio creatus erat, non gessit. ¶ Quintoq́; anno post ad Tarentum.} Plutarchus Catonis magistratus hic paucułis perstringit. πολλήν τε τοῦ οὐαλερίου τιμὴν καὶ δύναμιν αὐτῷ προστιθέντος, χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίευσεν. ἐκ τούτου δὲ λαμπρὸς ὢν ἤδη, καὶ περιφανὴς, αὐτῷ τῷ οὐαλερίῳ περὶ τὰς μεγίστας συνεξέδραμεν ἀρχὰς, ὕπατός τε μετ᾽ ἐκείνου, καὶ πάλιν τιμητὴς γενόμενος. Fuerunt enim quidam gradus, quibus ad summam dignitatem ascẽdebatur. Apud Liu. lib. 9. Decad. 3. Cato in Africam quæstor legitur, Tuditano & Cethego Coss. de quo infra. De offic. quæst. præter Fenestellam & Põp. Letum, lege Plutarch. in Publicola & Gracchis. Pomp. in l. 2. §. dein cum ærarium. ff. de orig. iur. Vlp. in tit. de offic. quæst. Ascon. in Verrem. Gell. lib. 13. cap. item 13. Alexandrum ab Alexãd. lib. 2. cap. 2. item lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 16. & lib. 6. cap. 3. Budæum in Digest. ¶ Aedilis.} Plutarch. in Mario. Liu. lib. 4. ab urbe cõdita. Victruuius in præfat. lib. 10. Alexander ab Alexã. lib. 4. ca. 4. ca. 1. lib. 6. Bud. in Pandect. Theod. ἀστύνομον uertit. Plutarch. & alij munus Aedilitium ἀγορανομίαν, Aedilem ἀγοράνομον appellant. ¶ Prætor.} Præter Fenestellam & Letum, ex antiquis authorum monumentis de prætura, præ cæteris notatu digna collegerũt

*gistratũ gessi Consulibus Tuditano, & Cethego *. Tum quidẽ ille admodũ senex, suasor legis * Cinthiæ de donis et muneribus fuit. Hic et bella gerebat, ut adolescens, cum planè grandis esset; & Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat: de quo præclare familiaris noster Ennius;*

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem:
Ergo postq́; magisq́; uiri nunc gloria claret.

*Tarentum uero qua uigilantia, quo consilio recepit? Cum quidẽ, me audiẽte, Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcẽ, glorianti, atq; ita dicenti; Mea opera Q. Fabi Tarentũ recepisti: Certe, inquit ridens; * nã nisi tu amisisses, nunq̃ recepissem. Nec uero in armis præstantior, quàm in toga: qui consul iterum. Sp. Caruilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno plebis,*

* ;cum
* Cinciæ
* n, si

Budæus in Annot. in Pandect. & Alexander ab Alexan. lib. 2. cap. 25. De Magistratibus Rom. scripsit etiam Alciatus.

ERAS. ¶ Qui Tarentum recepit.} Recipit, qui promittit. Recipit se, qui redit unde uenerat. Recipit, cui redditur aliquid. Recipit urbem, qui recuperat. ¶ Ad Capuam.} Nomini urbis addidit præpositionem.

BETVL. ¶ Tuditano & Cethego cõsulib.} Anno ab urb. cõd. DL. apud Liu. lib. 9. 3. Decadis. his consulib. nõ prætor, sed quæstor fuisse legitur. Prætores illius anni memorantur T. Claudius Nero, M. Martius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Põponius Matho. Ea res Mezlero erroris suspicionem incussit, quam quibus argumentis eximam nõ uideo, maxime cũ utranq; præturam post gesserit. Priorẽ quidẽ, T. Quintio Flaminio, Sex. Aelio Pæto Coss. ãno uidelicet à Cethegi et Tuditani consulatu, sexto. Numerantur ibi prætores à Liu. lib. 2. Decad. 4. L. Cor. Merula, M. Clau. Marcellus, M. Portius Cato, C. Heluius. qui ædiles fuerũt. Posterioris præturæ meminit Flor. Ep. 48. Certe Cicero secum ipse dissentit, qui in Bruto, bis isdem Coss. Catonem quæstorẽ, non prætorem facit. Quid quòd Cato ipse inferius, se quæstore Idæa sacra constituta memorat: q; Tuditano & Cethego cõsulibus factum, ex Liuio apparet. Lapsus ergo illic Catonis memoria, id quod contingere solet illis qui rerũ copia memorando obruuntur. Siue Ciceroni errorẽ ascribere manis, cuiusmodi quidam à Politiano notantur.

Cunctator Fabius.

Fuga Salinatoris.

¶ Legis Cinciæ.} M. Cincius legẽ tulit ad populũ, qua causidicos, quos Hesiodus δωροφάγους appellat, munera ob patrocinia largiri cauit. cuius meminit idem Cicero de Orat. 2. & alludit ad hanc in orat. pro A. Cluentio. Meminit præterea Cor. Tacitus lib. 11. ubi miror Beatum Rhenanum, hominem in emaculandis libris alioquin uigilantissimum, pro Titia non Cinciam posuisse. Miror magis quòd Alciat. eam lectionẽ pro genuina agnoscat, cum Bud. & de Asse. 5. & in Annot. in Pandectas posterioribus, Taciti uerba citans, Cinciã legat. Vide item Alexandrum ab Alexandro libro Genialiũ dierum. 6. cap. 10. ¶ De donis & muneribus.} Consule Alciatum in l. inter donum. ff. de uerborũ significatione. ¶ Vnus homo.} Eosdem uersus citat Officiorum primo, eo capite quo docet, quatenus pericula forti uiro sint suscipienda. Ex Macrobio liquet, apud Ennium in duodecimo extitisse. Priorem uersum diuinitus imitatus est Virgil. in sexto;

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Meminit & Liuius libro 10. Decade. 3. Lege prouer. apud Eras. Romanus sedendo uincit. ¶ Cunctando.} quod cautior quàm promptior fuit, male audire cœpit. de quo non modo Liuius & Plutarchus, sed Polybius quoque legendus est libro tertio, & Silius libro sexto & septimo. Hinc Cunctatoris cognomen retinuit: sed quia Fabius iamdiu nos in sui memoria remoratur, nemo φιλόλογος calumniabitur, si puerorum causa, in quorum gratiam hæc colligimus de quatuor ipsius cognominibus pauca dicamus. ¶ Maximus. Quatuor Q. Fabij Maximi fuere. Primus fuit Rutilianus, Plutarcho ῥύλλος, alij Rullus, cuius mentionem facit Liuius lib. ab Vrbe nono, in fine. Alter Gurges, fortassis Rutiliani nepos. Tertium putant Fabium Pictorem, ut noster hic sit ordine quartus, ut Plutarcho placet, quem, ut Polyb. libro tertio commemorat, Romani contra Carthaginenses dictatorem fecerunt, ἄνδρα, ut ipse inquit, καὶ φρονήσει διαφέροντα, καὶ πεφυκότα καλῶς. ἔτι γοῦν ἐπεκαλοῦντο καὶ καθ' ἡμᾶς ταύτης τῆς οἰκίας μάξιμοι. Maximorum ait cognomen in gentile commutarunt. Qui autem gentiles sint, Alciatus docet cap. 12. Parerg. Hinc alia quædã cognomina habuit: Verrucosus, à uerruca in labris, de quo Plutarch. ἦν δὲ αὐτῷ σωματικὸν μὲν παρωνύμιον, ὁ βερρούκωσσος, εἶχε γὰρ ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυκυῖαν. Atque rursus Ouicula, à clemẽtia morum: hinc illi grauitatem comitate conditam Cicero tribuit. quod clarius ex Plutarchi uerbis liquet, ἐτέθη, inquit, πρὸς τὴν πραότητα, καὶ βαρύτητα καὶ τοῦ ἤθους, ἔτι παιδὸς ὄντος. In ipsa eum dicit pueritia mansuetudinem grauitati miscuisse. Cunctatoris cognomen à cunctando, ut diximus, sortitus est. Florus libro secundo, capite sexto. Prima redeuntes, sed, ut sic dixerim, reuiuiscentis imperij spes Fabius fuit, qui nouam de Annibale uictoriam commentus est, non uelle pugnare: hinc illi cognomen nouum, & Reipublicæ salutare, Cunctator. hinc illud ex populo, ut Imperij scutum uocaretur. ¶ Salinatori.} Plutarchus μάρκιον λεύκιον appellat. Cicero de Oratore secundo, de iocis agens, acutum etiam illud esse ait, cum ex alterius oratione aliud excipias, atque ille uult: ut Salinatori Maximus, cum Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multaq́; ex ea prælia præclara fecisset, cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretq́; eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse, Quid ni, inquit, meminerim! Nunquam ego recepissem, nisi tu perdidisses. Liuius libro septimo, Decade tertia scribit, hæc à Liuij amicis in senatu iactata fuisse. Theodori translationi paronomasiæ uenustas accessit, ἀπέβαλες, ἀνέβαλον. ¶ Certe inquit ridens.} Salsè & acute, ut iam ostensum est, dictum Fabij, ex natura relatiuorum. ¶ Nec uero in armis.} Parua enim sunt arma foris, ubi non est consilium domi. Hinc illud eiusdem Ciceronis; Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ: eadem figura pro armis & pace. & ad Att. quarto. Ergo erimus ὁπλῖται, qui togati esse noluimus. Theodorus τήβεννον transtulit. alij uocant etiam τήβενον. Vide omnino Lazarum capite nono, de re Vest. ¶ Consul iterum.} Anno DXXVI.

Quoad

quoad potuit, restitit, agrum Picenum & Gallicũ uiritim contra senatus autoritatem diuidēti. Augurq; cum esset; dicere ausus est optimis auspicijs ea geri, quæ pro Reipub. salute fierent; quæ contra Rempublicam fierent, contra auspicia fieri. Multa in eo uiro præclara cognoui: sed nihil est admirabilius, quàm quo modo ille mortē Marci filij tulit, clari uiri & cõsularis. Est in manibus uiri laudatio: quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? nec uero ille in luce modo, atque in oculis ciuiũ magnus; sed intus, domiq; præstantior. Qui sermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ scientia iuris *augurãdi? multæ etiam, ut in homine Romano, literæ: omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. Cuius sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam diuinarem id, quod euenit; illo extincto, unde discerem, fore neminem. Quorsum igitur tam multa de Maximo? Quia profecto uidetis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutē. Nec tñ omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi; ut urbium expugnationes, ut pedestres, naualesue pugnas, ut bella à se gesta, triũphosq; recordentur. Est .n. quiete & pure & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus: qualem accepimus Platonis;

BETVL.

Quoad potuit. } Nequicquam id quidem conatus. successus enim conatibus non respondit. Nam Boij, qui proximi post Senones erant, quibus ager per superiora bella ademptus fuerat, Romanorum ciuium uicinitatem moleste ferebant. rem tandē ad suam perniciem spectare putantes, reliquos Gallos ad restaurandũ contra Romanos bellum euocant, suo tamen magno malo. Leonardus tamen Aretinus lib. 2. bellum hoc Gallicum perstringit. Meminit eiusdem Cicero in Bruto. Adscribã Polybij uerba ex lib. 2. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτι πέμπτῳ μάρκου λεπίδου στρατηγοῦντος, κατεκληρούχησαν ἐν γαλατίᾳ ῥωμαῖοι τὴν πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν, ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τοὺς σήνωνας προσαγορευομένους γαλάτας, γαΐου φλαμινίου ταυτὴν τὴν δημαγωγίαν εἰσηγησαμένου καὶ πολιτείαν. &c.

μάντις ἐπ' οἰωνοῖς.

* augurij l

Augur. } Plin. lib. 7. Natur. hist. ca. 48. quo Macrobios recenset, ait hunc LXIII. annis Augurem fuisse. Valer. cap. de Senectute LXII. Liu. autē lib. 10. Decad. 3. duos & quadraginta. in eiusq; locum inauguratum Q. Fab. Max. filium. unde suspicor, Liuium ea parte menda non carere. Optimis auspicijs. } Theod. ἀρίστοις οἰωνοῖς. suspicor eum respexisse ad prouerb. Bonis auibus. Videtur autem Erasmo, expressisse illud Homer. Iliad. μ. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Vide prouerb. Vnum augurium, optimum augurium. Cæterum augures, Dionysius lib. 2. Græcis οἰωνοπόλους uocari posse, scribit. Plutarchus αὔγουρας aliquoties dicit. Theod. hoc loco περιφράσει circumscribens, μάντιν ἐπ' οἰωνοῖς appellat. Cæterum περὶ τῆς οἰωνιστικῆς, uide Platonem in Phædro. Plutarchus in Marcello, οἱ δὲ αὔγουρας ἀπέδειξαν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἱεροσύνης εἶδος, ᾧ μάλιστα τὴν ἀπ' οἰωνῶν μαντικὴν ἐπιβλέπειν καὶ παραφυλάττειν νόμος δέδωκεν. Vide præterea, præter Fenestellam et Letum, etiam Ludouicũ Viuem apud August. de ciuitate dei lib. 6. cap. 3. Alexand. ab Alexan. tum alibi, tum lib. 5. cap. 19. Polydorum Vrbinatem de Inuentoribus rerũ lib. 2. cap. ult. Mortem M. filij. } Plutarch. de hoc, ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος οὐκ ἀπὸ τούτων μόνον θαυμαστὸς ἦν, τοῦ δὲ φαβίου τὸν υἱὸν ἀποθανεῖν συνέβη. καὶ τὴν μὲν συμφορὰν; ὡς ἀνήρ τε φρόνιμος, καὶ πατὴρ χρηστὸς ἤνεγκε μετριώτατα. τὸ δὲ ἐγκώμιον, ὃ ταῖς ἐκκομιδαῖς τῶν ἐπιφανῶν οἱ προσήκοντες ἐπιτελοῦσιν, αὐτὸς εἶπε, καταστὰς ἐν ἀγορᾷ καὶ γράψας τὸν λόγον, ἐξέδωκεν. Est in manibus. } de hoc in Lælio. Quem philosophorum. } Figuratum interrogationis genus, quod non suscitandi gratia assumitur, sed instandi. in quibus etiã illud cõparationis est. De quo Fab. lib. 9. Theod. palliatorũ philosophorũ transtulit, τῶν ἐκ τρίβωνος φιλοσόφων. per contemptum. ut Herodes Atticus apud Gellium æruscanti philosopho rñdit: barbam & pallium uideo, philosophum nondũ uideo. In oculis. } in Lælio. Intus. } Introrsus et in pectore honestus, non solum speciosus pelle decora. Redolet prouerbiale quiddã, ut illud Persianum, Intus & in cute: idest, cum in se descenderit, non ad populum tantum phaleras, sed intus sibi bene conscius tranquillitatē pectoris foueat. Est enim transitio ad uitam interiorem. Domiq; } Domi proverbio habere dicimur, quod in nobis situ est. Vide Eras. Qui sermo. } hunc enim & Cic. in oratorib. numerat. Vnde discerē. } Necesse est eum discendi cupidissimũ fuisse, qui, ut de eo testatur Fab. Quint. inter tot Reipu. negotia, tantã rerum cognitionē sibi cõpararit. Quorsum igitur tam multa? } Accõmodatio exempli ad propositionē. Et si manifesta exēpla sunt, significare satis esse Quintilia. docet. Hoc aũt in memoria hominum etiãnum erat. Quare occupatione reprehensionē anteuortit. Vult aũt ostendere, nõ cõditionibus modo, sed partibus quoq; Maximum fuisse felicissimum: idq; uelut inductione. Nec tamen. } Alia obiectio, à duobus uitæ generibus. de quibus Offic. 1. Confert ea Seneca de Tranquillitate uitæ lib. 1. Scipiones. } ἀντονομασία, pro prudentia fortitudineq; præstantibus uiris. Triumphos. } Si græca uox est, ut Perotus in Cornucopiæ inquit, miror cur Theodorus periphrasi ἐπινικίους πομπὰς uerterit. Dionys. certe trophæophorã Latinis pompam appellari scribit, ubi de Triumpho Romuli loquitur. De Triumpho lege Valerium libro. 2. Alexand. lib. 6. cap. 6. Platonis. } Cõsentit, imo refert Diuus Hieronymus de Vita clericorũ. consentit Lucianus in Macrobijs. Laertius diuersas sententias adducit, alteram Hermippi huic nostro consentientem, alteram Neanthis, qui LXXXIIII. annos natum defecisse scribit. Verba si quis requirat, subiungam: τελευτᾷ δ' ὥς φησιν ἕρμιππος ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος (hoc est, anno ab Vrbe condita CCCCV.) βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. νεάνθης δέ φησιν, αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Addit Marsilius, eum natali suo discessisse. Val. lib. 8. cap. de studio & indust. & Quintil. lib. 1 cap. de Musica, scribunt Platonem, cum moreretur, Sophonis mimographi libros sub capite habuisse. ubi apud Val. Mimos, pro numeros, rectius legi censeo.

qui uno & octogesimo anno scribēs mortuus est: qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, uixitq; quinquenniū postea: cuius magister Leontinus Gorgias centum, & septem cōpleuit annos; neq; unquam in suo studio, atq; opere cessauit. Qui cum ex eo quæreretur, cur tandiu uellet esse in uita; Nihil habeo, inquit, quòd incusem senectutem. Præclarum responsum, et docto homine dignum. Sua enim uitia insipientes, & suam culpam in senectutem cōferunt: quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius:

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

*Equi fortis, & uictoris senectuti cōparat suam: quem quidē probe meminisse potestis. Anno. n. undeuigesimo post eius mortē, hi cōsules *T. Flamminus, et M. Atilius facti sunt: ille aūt Cepione, et Philippo iterū cōsulibus mortuus est, cū ego quidē V. & LX. annos natus*

* L.

BETVL. [Vno & octog. s.] Gaza πρώτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ, sicut alibi Quarto et nonagesimo ãno, Gaza τετάρτῳ ἐνενηκοστῷ. Alibi centum & septem, Gaza ἑπτὰ καὶ ἑκατόν. Obseruat Bud. in Comment. [Qualem Isocrates.] Platone minor natu annis. 6. teste Laertio. Isocrates ipse in Panathenaico ab ætate orditur, cum ne florente quidē ætate fabulosis argumentis luserit, multo [illegible] se senio confectū hoc decere. ἡγοῦμαι γὰρ (inquit) οὐχ' ἁρμόττειν. οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τέσσαρσιν. ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονώς, οὐδ' ὅλως ἤδη πολιὰς ἔχουσιν. ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν. Adscribam ea de re Plutarchi uerba. ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἢ ὥς τινες ἑκατὸν οὐχ' ὑπομείνας τετράκις ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα καταδουλομένην πρὸ ἐνιαυτοῦ, ἢ ὥς τινες πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τῆς τελευτῆς, συγγράψας τὸν παναθηναϊκόν, τὸν δὲ πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν. οἱ δὲ δεκαπέντε λέγουσιν ὃν μετενηνοχέναι ἐκ τοῦ γοργίου τοῦ λεοντίνου καὶ λυσίου. τὸν δὲ περὶ τῆς ἀντιδόσεως δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονώς. τοὺς δὲ πρὸς Φίλιππον ὀλίγῳ πρότερον τοῦ θανάτου. De panegyrico Lucianus in Macrobijs Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονώς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον. D. Hieronym. ad Nepotianū XLIX. annos in docendi scribendiq; labore cōpleuisse eum scribit. Cæterum de cā mortis ferè inter scriptores conuenit, nempe quod cum accepisset, cladē ad Cheroneam accepta, patriam in Philippi seruitutē uenisse, uitā suā ieiunio soluerit, annos natus centū. In hoc consentiunt etiā Philostratus & Halicarnaseus. Ex Cic. apparet, centesimūprimum attigisse annum. Lege ad hæc Petrum Crinitū de honesta disciplina, lib. 22. ca. 11. [Panathenaicus.] De omnibus Atheniensiū rebus à multis longo tēpore præclare gestis sic enim exordio facto proponit, διαλέξομαι δὲ περὶ τῶν τῇ πόλει πεπραγμένων καὶ περὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, &c. Theod. πανηγυρικόν, memoriæ fortassis errore, ut docti solēt, lapsus. Scripsit enim & Panegyricū, quē decem, uel scd'm alios quidecim annis ante obitum scripsisse, supra ex Plutarcho annotauimus. Cæterum Panathenæa festum Atheniensium, de quo Plutarch. in Theseo, Alexander ab Alexandro lib. 5 cap. 8. item lib. 6. cap. 19. Cæl. Rhodig. lib. 8 cap. 49. Meminit Thucydides lib. 1. & 6. Certe Isocratem locupletissimum fuisse cōstat: uel propter discipulos, quos & multos & claros, è schola sua, uelut ex equo Troiano, testante Cicerone, emisit: uel propter orationes, ex quibus plurimū lucri fecit. quippe qui orationem de regno Nicocli Cypriorum regi uiginti talentis, teste Plinio, uendidit, hoc est, ut Budæus computat, aureorum duodecim millibus. Sed an propter diuitias ætatem bene tulerit, ipse in epilogo eiusdē Panathenaici clare indicat, ubi ostendit se, rogantibus amicis, dimidiam orationis partem, non senio solum, quod per se morbus est, sed molestissimo morbo, improbaq; maleuolorum obtrectatione prohibentibus, magna constantia absoluisse: cum plerique adolescentum aggredi quicquam honestum, imo ne auscultare quidem docentibus, sine tædio queant. [Leontinus Gorgias.] Ferè ad uerbum Valer lib 8 cap. de Senect. Fuit is Empedoclis, ut traditur, discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis, nam centum & nouem uixit annos. cum multis simul floruit, &c Fab. Quintil. lib. 3. cap. 1. atque rursus lib. 12. cap. 11. Gorgias quoque, inquit, summæ senectutis id querere auditores de quo quisque uellet, iubebat. Apud Lucianum in Macrobijs reddit rationem uigentis senectutis. uerba subiungam, ῥητόρων δὲ Γοργίας. ὅν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν. ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ, τροφῆς δὲ ἀποσχόμενος ἐτελεύτησεν, ὅν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως. καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. Vide Cæl. de Lect. antiquis lib. 10. capite 60. [Centum & septem.] Cicero & Valerius centum & septem annos Gorgiæ tribuunt, Lucianus et Plinius octo: Apollodorus apud Laert. in uita Empedoclis, & Quintil. nouem [Qui cum ex eo.] Apophthegma. [Præclarum] Epiphonema, quo approbat dictū Gorgiæ. [Sua enim uitia] Infert contrarium. [Quod non faciebat.] Altera pars ἀντιθέσεως. [Ennius.] A testimonio & authoritate. [Vicit Olympia.] Synecdoche Attica, Vincere olympia: sicut dicitū, certamē certare, ita hic, pro eo qđ Pind. ἐν ὀλυμπιάδι νικᾶν dicit. Olympia generis fœminini, urbs Pisæ. In plurali, ludi celebrati, de quibus refero me ad ea q̃ annotauit Porph. in 1. Oda Horat. Io. Lonicerus in hymnis Pyndaricis, Virg. Vrbinas lib. 2. de Inuētor. rerū, Alexand. ab Alexā. lib. 5. cap. 8. Cæl. Rhodig. lib. 7. Antiq. lect. cap. 38. [Cōfectus quiescit.] s per ἔκθλιψιν elidendū est, confectu' quiescit, ut in uersibus Ex Ennio supra citatis:

Doctu' fideli' suauis homo facundu' suoq;
Intent' atq; beatus scitu' secunda loquens in.

De elisione s lege Cic. in Orat. Quint. lib. 9. c. de Cōpos. Eras. in dialogo de Pronūciatiōe. [Anno XIX.] hoc est, anno ab urb. cond. DXIIII. Glareanus in Chronologia Cōsulari, et hic, et apud Plin. lib. 7. cap. 36. iubet legere M. Aciliū. Cui ego assentior Fuerūt enim cōsules sub initiū belli Punici tertij, L. Quint. Flam. M. Acilius Balbus, & si Theod. quoq; ἀττίλιος habet [Cepione.] Iubet et hic Glareanus Cepione pro Scipione legere. Et Liu. sanè lib. 3. Decad. 5. Q. Martio Philippo iterū consuli Q. Seruiliū Cepionem collegam iungit, licet hic quoq; apud Theod. σκιπίωνος legatur. fuere hi consules anno ab Vrbe condita DLXXXV.

Legem

*legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus suasissem. annos LXX. natus, tot enim vixit Ennius; ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, paupertatem, & senectutem, vt eis penè delectari videretur. Etenim, * quantũ complector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur: vnam, quòd auocet à rebus gerendis: alteram, quòd corpus faciat infirmũ: tertiã, quòd priuet oĩbus ferè voluptatibus: q̃rtã, quòd haud procul absit à morte. Earũ si placet, causarũ quãtũ quæq; valeat, quãtumq; iusta * sit vnaquæq;, videamus. A' rebus gerẽdis senectus abstrahit: Quibus? an ys, q̃ gerũtur iuuẽtute, et viribus? Nullæ'ne igitur res seniles sunt, q̃ vel infirmis corporibus, aío tñ administrẽtur? Nihil igit' agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus pr̃ * tuus o Scipio, socer'q; filij mei viri optimi?*

* cum

* sit, vid.

* tuus Scipio, socer o... timi uiri fi lij mei.

Cur senectus misera videatur.

ERAS. ▽ Quæ pro reipublicæ salute fierent. } Est ab Hectoris apophthegmate profectum:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

▽ Cõtra rẽpub. ferrẽtur: } Ferri dicuntur plebiscita, ac leges. Cæterũ qđ sequitur, cõtra auspicia ferri, legẽdũ arbitror fieri, non ferri. ▽ Ad Appij Claudij. } Vt usitatũ est, accedit ad hoc: ita infrequens est, accidit ad hoc. unde mendum arbitror. Vt in alijs rectius legi, accedebat: Gaza uertit προσῆν.

BETVL. ▽ Legẽ Vo. } Alex. ab Alexan. hũc locũ explicat li. Genialiũ dierũ. 6. ca. 15. Ipsius uerba inserã: Cũ Palatini fori iudicia operiremur, & tædio interdũ ac mora offenderemur, in bibliothecã Pontificũ, q̃ ibi fuit proxima, sæpe diuertebamus, ibiq; in quoscũque incideramus libellos, uaria lectione cũ amicis cõterebamus. cũq; Ciceronis Catonẽ Maiorẽ ibi forte nacti essemus, hæc uerba quæ ex persona Catonis Cicero memorat, in eo tunc pensitabamus: Cũ ego quinq; & sexaginta annos natus, legem Voconiã magna uoce & bonis laterib. suasissem. Quid Voconia lege, quã tunc Cato suasit, cautũ fuisset, apud nõnullos qui aderãt, q̃rebatur. Et cũ ex nostratib. homo q̃spiã fori & iudiciorũ nõ ignarus, idẽ qđ Furia, Falcidia, & Voconia lege caueri respõdisset, ne. s. testatori ex bonis suis ultra dodrantẽ legare liceret: utq; quarta hæreditatis pars, scripto hæredi saltẽ maneret incolumis: sępiusq; hãc legẽ abrogatam noua cõstitutione excitatã esse, & pleraq; induceret: dixi ego indubio errore labi illos q̃ idẽ Voconia, qđ Furia aut Flacidia statutũ fuisse cõtẽderẽt: q̃ppe Furia et Falcidia cõtra legis xij. tab. antiquissima decreta à principio latæ fuere. Cũ. n. xij. tabulis, q̃uo uolet, & cui quãtũq; uolet, de bonis dispõnẽdi, illaq; siue institutionis, siue legati iure relinquẽdi data facultas foret, postea lege Falcidia & Furia, ut nisi ad dodrantẽ legare liceret, statutũ fuit. Interiectis inde tẽporibus. Q. Voluminius Saxa Trib. pleb. tulit ad populũ, ne quis hæredẽ mulierẽ faceret: coercitaq; eo plebisscito mulierũ hæreditates sunt. Mox lege Voconia, quã C. Voconius Arincinus trib. pleb. tulit, sancitũ fuit, ut nõ fœminas modo, sed ne quis cẽsus hæredẽ ẽt unicã relinqueret filiã: quã legẽ Cato persuasit. quo qdẽ plebisscito ne liceret legare mulieribus ultra quadrãtẽ, sub graui docimẽto uetabatur. Nã cũ solidæ hæreditates, & magna patrimonia mulieribus assidue legarẽtur, prsus ut admirabile uideatur, quãtũ mulierũ opes hæreditatibus accreuissent, cũ obuiã eũdũ putarẽt, ne tam immodicæ largitiones mulieribus fierẽt, quibus temere abutebãtur, cautũ fuit lege Voconia, ut nõ ultra quadrãtẽ, hoc est quartã hæreditatis partẽ, mulieribus ex quouis peculio obuenire posset. lege aũt Falcidia nõ quadrãtem, sicut in Voconia, sed ne ultra dodrantẽ in legatis cuiuis absumere potestas foret, cauebatur: ut saltẽ quarta pars hæreditatis & bonorũ hæredi scripto, qui in bona & nomen adscitus erat, maneret incolumis. Q. d'n. Voconia lex mulieribus tãtũ interdixit, cauẽs ne ultra quadrãtẽ legaretur, lex Falcidia, ad oĩem hæreditatẽ extẽdit, cauens ne ultra dodrantẽ, hoc est nouẽ uncias testatori in legatis absumere facultas foret. Post aliquot uero ætates, cũ multi adulteri præteritis liberis, integrũ assem mœchis testamẽto relinquerẽt: Domitianus Cæsar salubri cõstitutione probrosis fœminis q̃ mœcharẽtur, ius capiẽdi hæreditatis legataq; adimit, ne'ue lecticis uectarentur inhibuit. Quod aũt uerbis legis cauebatur, ne quis cẽsus hæredẽ etiã unicã relinqueret filiã, census is dicebatur, q multã pecuniã, & ultra cẽtũ millia nummũ i possessione haberet. nã cum multæ essent p. c..., multis census æstimabatur. Verba uero legis duodecim tabularũ, quibus libera facultas dispõnẽdi testatori datur, hæc fuere: Vti legasset suæ rei, ꝗusq; ita ius esto. D. August. li. de Ciuit. dei. 3. cap. 21. affirmat se ignorare, quid iniquius dici aut excogitari possit. Vide præterea Gel. li. 17. ca. 6. li. 20. ca. 1. Põp. Lætũ in libello de Legib. Mariũ itẽ Riuallũ. Theophilus præterea Iustiniani paraphrastes in tit. de leg. Falc. Voconia lege cautũ scribit, ne legatarius plus accipiat quã hæredes. sed nihil ad institution. ▽ Voce ma. } Pronunciatio apud rhetores diuiditur in uocẽ, & corporis motũ. Voce Catonẽ senẽ ualuisse, inferius manifestũ fiet. Quã ualidus aũt suprema ætate lateribus fuerit, legimus apud Val. Max. lib. 8. cap. de studi & industria. Verba sunt: Cato sextũ & octogesimũ annũ agẽs, dũ in Repub. tuẽda iuuenili animo perstat, neq; aut memoriã eius quisquã tardiorẽ, aut firmitatẽ lateris ulla ex parte quassatã, aut os hæsitatione impeditũ animaduertit. Quãtũ aũt in orando momentũ pronunciatio cõmoda habeat, disce ex eodem Valerio, qui hoc edocet lib. 8. cap. 10. ▽ Bonis la. } Theod. εὐτόνως, quia dũ uocẽ intendimus, mouemus latera. Vsus est hac uoce Lucas in Actis cap. 18. de Pauli libertate loquẽs, εὐτόνως, inquit, τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο. Sic Cicero in Orat. προσωποποιΐαν ualentiorũ, Quintil. maiorũ laterũ opus appellat. Idem Philipp. 2. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. ▽ LXX. na. } Criminis ultra septuagenariũ. Ex quo superius de eius paupertate dictũ est. ▽ Etenim. } Propositio, quã hactenus in genere cõfutauit, per distributionẽ diffundit. Enumerat. n. quatuor causas, cur senectus misera uideatur. ▽ A' re. ge. } Obscuri locus partiũ enumeratione tollitur. neq;. n. satis euidens querimonia erat, corporis uiribus exhaustis hominẽ prorsus inutilẽ ad res gerendas fieri: cũ animi, qui potior hominis pars est, imo secundũ quosdam solus hominẽ cõstituit, uires tũ maxime uigeant. nec. n. aliud cõmodius ἀναλύσεως instrumentum est, q̃ uel diuisio, uel partitio. Obserua obiter, quãtum energiæ subiectio orationi adijciat. ▽ Nihil igitur. } Exemplis utitur, domesticis maxime, quæ alienis efficacius mouent. Et quia de Fabio Maximo iamiam dictũ est, satis magnifice in Scipionis patre moratur, quasi cõmemorationis quapiam delectatione capiatur. in quo senile πρέπον exprimitur. Ad quod et illud pertinet, quod nõ memorat quidnam gesserit Paulus senex, cũ & filius hoc ignorare nõ potuerit, ne'ue ipse q̃ deceret in narrando esset profusior: sed affinitatis commemoratio, ut adolescentis præcordia affectus ictu non ferire nõ potuit, ita beneuolentia iuuenilem amorem deuincire arctius satagit.

*ceteri

* Et cęteri senes, Fabritij, Curij, Coruncani, cũ Rẽp. consilio, & authoritate defendebant, nihil * augebant? Ad Appij Claudij senectutem accedebat etiam, vt cęcus esset: tamen is cum sententia senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho; non dubitauit dicere illa, quæ versibus persecutus est Ennius:

Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi sese flexere ruina?

cæteraq; grauissime. Notum enim vobis carmen: & tamẽ ipsius Appij extat oratio, atq; hanc ille egit septẽ & decem annis post alterum. consulatum, cum inter duos cõsulatus anni * x. interfluxissent, cẽsorq; ante cõsulatum superiorẽ fuisset. Ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandẽ sanè fuisse: & tamẽ sic à patribus accepimus. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutẽ negant: similesq; sunt, vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cum alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant; ille aũt clauũ tenẽs sedeat in puppi quietus *, nõ faciat ea, quę iuuenes: at vero multo maiora, et meliora facit.

* agebant

*decem interfuissent.

*. nõ facit

Neq; illud otiosum est, nec ambitiosum cuiquã uideri debet, q̃ tã honorifice filij defuncti mentionẽ facit. Si n. quicquã ex omnibus fortunæ cõmodis est, in quo animus bonus extra reprehẽsionẽ gloriari potest, liberorũ cum laude defunctorũ gloria est. Nec alio titulo Fab. Max. filium funebri oratione celebrare potuit. De hac affinitate in Lælio dictũ est, & dicetur alibi. Præcipiunt autẽ rhetores, si nota exempla sint, attingenda tantum modo ea esse. Innuit autẽ censuram, unde in Rempub. non minus commodi natum est, q̃ ex splendidissimo triumpho.

BETVL. Appius cæc.

¶ Et cæteri senes.} Multitudinis numerus facit, ut exemplorũ antonomasiæ quasi quędã innumera series, animos adobruant. ¶ Fabritij.} Cuius nõ modo seuerissima censura memoratur, sed splendidissima iustitiæ cõtinentiæq; exẽpla: quippe qui nec Pyrrhum, cũ posset, ueneno extinctum uoluit, nec aurũ à Samnitibus accipere. ¶ Curij.} qui & ipse continẽtia, qua plus q̃ alij armata manu effecit, nobilis est. ¶ Coruncani} Qui primus ius C. est professus. sed per antonomasiam intellige prudẽtissimos quosq;. ¶ Authoritate.} graui & prudenti consilio. ¶ Nihil agebant?} Conclusio per interrogationẽ affirmatiuã, quæ negat. ¶ Appij Clau.} Cicero sui ipsius optimus interpres, seipse exponet optime. Ipsius igitur de his quatuor ex Bruto uerba adscribam. Possumus App. Claudium suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatũ à Pyrrhi pace reuocauerit. Possumus C. Fabritium, quia sit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator. Possumus T. Coruncanum, quod ex Pontificum commentarijs longe plurimum ingenio ualuisse uidetur. Possumus M. Curium, quod is trib. pleb. interrege Appio Cæco diserto homine, comitia contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegerit: quod fuerit permagnum, lege Meuia nondum perlata. Qualis autem hæc lex Meuia fuerit, non memini me apud quenquam legere, nisi menda subsit. Appij oratio in senatu habita legitur apud Plutarch. in uita Pyrrhi. In 5. Tusc. quæst. dicit hunc Cicero in illo suo casu, nec priuato nec publico muneri defuisse. Meminerunt Valer. li. 8. cap. 14. Ouidius 6. Fast.

Appius est author, Pyrrho qui pace negata,
Multa animo uidit, lumine captus erat.

Plinius de Viris illust. causam cæcitatis reddit, quod Potitios Herculis sacerdotes corruperit, ut sacra Herculea publicos seruos edocerent. Sed eandem cæcitatis causam ipse Liuius adducit lib. V. C. nono. ¶ Extat oratio.} Theod. σώζεται Saluum. n. est, quod nõ perit: inquit apud Plautum Eucli. ¶ Post alte. consu.} Quem gessit anno ab Vrb. cond. CCCCLVII. cum L. Volumio Flamma collega, ut superiorem quoq;. Habita ergo oratio est Anno CCCCLXXIIII. P. Sulpitio Auerrio, & P. Decio Pyrrhico consulibus. ¶ Anni decem.} Lex. n. erat Annaria, ne quis iterũ consul intra decennium refieretur. de qua lege dictum est in Lælio, ubi de duobus Scipionis consulatibus agitur. ¶ Cènsor an. con su.} quẽ anno CCCCXLVII. cũ eodẽ collega gessit. Censura Appij describitur à Liuio lib. 9. Decad. 1 & Plinio de Viris illust. Fuit autẽ Censor M. Valerio & P. Decio consulibus. hoc est anno ab Vrbe cond. CCCCXLIII. Hunc autem magistratum quinquennium olim habebant: Cicero de Legibus. Sed postea lege Aemylia in paucos menses contracta est. Lege omnino Liuiũ. ¶ Qui in re gerenda.} Bud. in Annot. posteriorib. differentiam ponit inter rem gerere, & res gerere. Rem gerere idem esse quod pugnare: res uero gerere, idẽ quod belligerare. Cicero ergo hic totum cum partibus confundit. ¶ Nihil igi.} Conclusio, cũ repetitione ꝑpositionis. ¶ Similesq; sunt.} Non credibile esse quod intemperantes statuunt, similitudine docet elegantissima, à re nautica sumpta, qua amplificatur conclusio. ¶ Cum alij malos scandant.} De nauibus, nauiũq; partibus, lege Pollucem lib. 1. ca. 9. & Lazarum Baysium de re nauali. cuius uerba super hoc loco adijciam, quibus Theodori uersionẽ examinat: Quod Tullius dixit, sentinam exhauriant: Lucianus in dialogo qui κατάπλους inscribitur, ὅτι γὰρ ἄντλος ἐκκέχυται dixit. Nec tamen inepte uertit is, Theodorum notans, qui dixit, ἕτεροι δέ τινες ἀνιμῶνται τὸν ἄντλον Sed satius fuerit ipsa uerba scribere, ut ijs legendis, si probatur author, cognoscamus καταστρώματα ea esse, quos foros Latini dicunt. ἐπειδὰν τῶν μὲν ἄλλων οἱ μὲν τοὺς ἱστοὺς ἀναρρίχωνται, οἱ δὲ διὰ τῶν καταστρωμάτων τρέχωσι. Quod Tullius dixit, Per foros cursent, Græcus protulit διὰ τῶν καταστρωμάτων. Quod haud scio an uerum sit: Tullius. n. eo loco nõ de longa, sed de oneraria potius loqui uidetur: Aulus Gellius lib. 16. Noct. Att. cap. 19. qui utriusq; uocabuli uim ignorare non potuit, dum refert Arionis fidicinis fabulam ex Herodoto, Eorum reddidit, pro ἐδωλίοισι dictis ab Herodoto, ut eo authore ἐδώλια fori dici debeant. Hæc Lazarus, qui græca Herodoti uerba proponit. quæ, ne longus παρεργῶς sim, quia libri in manibus sunt, omittam. Quis gubernator, quid clauus, quid sentina, unde etiam apud Eras. in prouerbio, Sentina malorum. Item, Dum clauum rectum teneam, &c. Item, prora & puppis, &c.

ERAS.

¶ Hãc ille egit.} Nouũ est, egit orationẽ, pro habuit orationem. et mox. ¶ Septẽ, & decẽ annos.} Opinor legendũ, decẽ annis. Neq; n. dicimus triduũ post tuũ abitũ profectus sum, sed triduo. ¶ Similesq; sunt, ut siqui, &c.} Noue dictum: et hoc Ciceroni mollius erat, perinde faciunt ac si, &c. Hoc annotandum putaui, ob quorundam in dicendo morositatem: cum uideamus nec Ciceronẽ usqueadeo fuisse superstitiosum: ac paulo inferius.

Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur; sed consilio, & authoritate, & sententia; quibus non modo non orbari, sed etiã augeri senectus solet: nisi forte ego vobis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero: at senatui quæ sunt gerenda præscribo; &, quomodo Carthagini male iandiu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuncio: de qua non ante vereri desinam, quàm illam excisam esse cognouero. quam palmam vtinam immortales dij tibi Scipio reseruent; vt aui reliquias persequare: cuius à morte hic tertius & trigesimus est annus: sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, nouem annis post meũ consulatum; cum consul iterum, me consule creatus esset. Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eũ suæ pœniteret: nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cõminus gladijs uteretur; sed consilio, ratione, sentẽtia. Quæ nisi essent in senibus, nõ summũ cõsilium maiores nostri appellassent Senatum.

¶ Non.n.uiri. } Collatio bonorũ corporis & animi. Sophocles ait, res magnas nõ corporis modo uiribus geri posse, sed etiã consilio. ¶ Nõ.n.uiri. } Amplificat cõclusionẽ, collatione senilũ & iuuenũ operũ. ¶ Et sen. } Theod. γνωμῇ. Quæ Quintiliano proprie sententia dicitur, quando significat consilium & decretum. atq; ita Mezlerus quoq; intelligit. Mihi non aliena interpretatio uidebitur, si quis ἀντὶ τοῦ ψηφίσματος interpretabitur, & ut quisque animi sui sensa dicit. ¶ Quibus nõ mo. orba sed auge. sene. } Adiacẽtia senectutis. Cice. in Offic. lib. 1. de decoro senum loquens: Senibus autẽ labores corporis minuendi, exercitationes animi etiã augendæ uidentur. Cur autẽ seniores prudentiores sint, rationẽ indicat Plato in Timæo. Anima, inquit, cum mortalis uinculis includitur, amens efficitur. At postquam nutritionis & augmenti riuus lenius minusq; fluit, animæq; circuitus tranquilliore motu iter suũ peragunt, processuq; tẽporis sedatiores fiunt, & in figuram naturæ suæ congruam restituuntur: tunc singulorũ circulorũ directæ cõuersiones, eiusdem & alterius naturam prope discernunt, hominẽq; sic institutũ prudentẽ efficiunt. Quod si quis educationi rectæq; nutritioni disciplinã quoq; & eruditionẽ conuenientem adiunxerit, morbo grauissimo deuitato sanus & integer prorsus euadet: sin autem neglexerit, claudum uitæ iter: ingressus, tanquam mancus & omnino inutilis rursus ad inferos decedit. ¶ Nisi for. } Amplificat à suo exẽplo. ¶ In ua. ge. bel. } Vegetius de re militari testatur, Catonẽ de disciplina militari scripsisse, quæ ipse secutus sit. ¶ Cũ bella nõ ge. } Catonẽ utrãq; hanc paginam fecisse, imo adiecisse tertiã, testimonio est Plinij elogiũ, cui existimatus optimus orator, optimus imperator, optimus senator. ¶ Et qu. Carth } ἡ καρχηδόνος ἀνάστασις, teste Plutarcho, ἔσχατος τῶν πολιτευμάτων. Suasit Cato, dissuasit Scipio Nasica. Catonis tamẽ, qui cũ sequenti anno mortuus esset, ualuit etiã sepulti authoritas, cõtra Nasicam, cuius Cicero in Officijs lib. 1. de uera animi magnitudine disputans, togamq; armis præferens, meminit. Quibus argumẽtis persuaserit, refert Plin. lib. Nat. hist. 15. cap. 18. Nãq;, inquit, perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotũq; securitatis anxius, cum clamaret in omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam, præcocem ex ea prouincia ficum, ostendensq; patribus: Interrogo uos, inquit, quando hoc pomum demptum putatis ex arbore? cũ inter omnes recens esse constaret: Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine, tã prope à muris habemus hostem statimq; sumptum est Punicum tertiũ bellum, quo Carthago deleta est, quanquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an occasionẽ fortuitam? celeritatemq;

Senatus à senio. γέροντες senes, vnde γερουσία, summũ cõsiliũ, apud Lacedæmonios.

cursus, an uehementiã uiri? Supra omnia quiddam est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantã illã urbẽ, & de terrarũ orbe per CXX. annos Vrbis æmulam, unius pomi argumento euersam. Flor. Epit. 49. orationem Catonis in Annalibus inclusam extare memorat. ¶ Quã pal. } uictoriã Vide prouerbiũ apud Eras. Palmam ferre. Cæl. lib. 2. cap. 6. Theod. τρόπαιον reddidit, per metalepsin. De tropheo lege Alexandrũ ab Alexandro lib. 1. cap. 22. Volater. li. 30. Philologiæ. Est autem πάθος, & uotum. ¶ Vtinã dij im. } Elegans è re natum uaticinium, quod idẽ auus Scipio maior Afric. in fragmento de Repub. per insomnium prædixit. Scipio autẽ anno XVI. post consul Carthaginem euertit: hoc est, anno ab Vrb. cond. DLXX. ¶ Tertius & trigesi. } Præceptor noster Glareanus in Chronologia consulari admonet legendũ, Quint. & trigesimus, argumẽto ex sequentibus accepto, ubi dicit, anno ante se Censorem mortuum esse, hoc est anno ab Vrb. cond. DLXIX. Cõsul autẽ iterum fuit anno DLX. Sed censurã ego à lustri anno incipio, q est Dlxix. & Scipionis mortem in annum antecedentem reijcio, et sic Glareani calculus minus errabit. ¶ Excipiẽt. } διαδέξονται. Vide Cõmẽt. Budæi. ¶ Nec.n.ex. } Partiũ enumeratione expolit et rẽ militarẽ, et prudentiã. Excursiones autẽ faciunt milites, quando castra sua egressi, hostiũ agros uastant. nostri uocant strayffen ¶ Quæ ni. es. in se. } Decori locũ prosequitur, à causis efficientibus. ¶ Non sum. cõsi. } βουλῇ. Cicero ipse pro Milone, atq; itẽ pro Cluentio, cõsiliũ dicit pro iudicũ consensu. Quint. lib. ult. cap. 10. Quod si mihi des cõsiliũ iudicum sapientũ, sicut Athenis duæ βουλαὶ iudiciorũ fuerunt. ¶ Appellassent se. } Dionysius Halicarnaseus, ubi de Repub. à Romulo cõstituta lib. 2. scribit. Cõsiliũ autẽ hoc græce interpretatũ, γερουσίαν significare potest, ac sic hucusq; ipsum à Romanis senatus dicitur. Vtrũ autem pp senectutẽ, qui in id cõsiliũ electi erant, an pp uirtutẽ hoc cognomẽ habuerit, affirmare haud satis queo. Nã et seniores, et optimos, solebãt prisci senes appellare. Huius autẽ ordinis participes patres cõscripti sunt dicti, quod et hucusq; durat. Plutarch. in Romulo, ἑκατὸν δὲ τοὺς ἀρίστους ἀπέδειξε βουλευτὰς, καὶ αὐτοὺς μὲν πατρικίους, τὸ δὲ σύστημα σενᾶτον προσηγόρευσεν. ὁ μὲν οὖν σενᾶτος ἀτρεκῶς γερουσίαν σημαίνει, πατρικίους δὲ τοὺς βουλευτὰς κληθῆναι λέγουσιν. etc. Flor. li. 1. ca. 1. Ancũs breui uirib. hũc rex sapiẽtiss. statũ Reip. ĩposuit ut iunctus diuisa p tribus, in equis et in armis ad subita bella excubaret: cõsiliũ Reip. penes senes esset, q ex authoritate patres, ob ætatẽ senatus uocabãtur. Meminit Liu. lib. 1. Ser. Aen. 5. ibi, Indicit forũ. Inter recentiores Fenestella, et Læ. Bud. ĩ Annot. priorib. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 11.

ETVL.

Apud Lacedæmonios quidem ij, qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt; sic etiam appellantur, Senes. Quòd si legere, & audire voletis externa, maximas Resp. per adolescentulos labefactatas, à senibus sustentatas, & restitutas reperietis:

Cedò qui vestrã Rempublicã tantã amisistis tã cito: sic enim percontanti, vt est in Næuij poetæ ludo, respondentur & alia, & hæc in primis:

Prouenicbant oratores noui, stulti, adolescentuli. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. At memoria minuitur. Credo, nisi exerceas eam; aut etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium ciuium nomina perceperat: num igitur censetis eum, cum ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos noui qui sunt, sed eorum patres etiam, & auos. Nec sepulcbra legens, vereor, quod aiunt, ne perdam memoriã: his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorũ. Nec vero quenquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset: omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia cõstituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quid

Apud Lace. } Præter ea quæ Bud. in Annot. citat, uidendus Isocrat. in Panath. Plutarch. in Lycurgo. Iustinus lib. 3. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum. Hebræorum quoq; senatorius ordo πρεσβυτέριον, & senatores πρεσβύτεροι dicuntur, eadem haud dubie ratione. Sicut etiam apud Græcos πρεσβευταὶ legati, quia senes plerunq; πρεσβεύουσι, hoc est legati munus obeunt. Obserua obiter argumentum ab Etymologia. Næuij poe. lu. } Scripsit is Comœdias maledicentia plenas, quas cum in eos scriberet, qui poterant proscribere, ad palinodiam uinculis coactus, exilioq; multatus est. Gellius lib. 3. cap. 3. Crinitus in eius uita.

Quod si l. } Antithesis egregia. Cedò } Sermocinatio.

Oratores noui. } i. imperiti rerũ. Temeritas est. } Caput decori claudit epiphonemate. Diuersum docet uersus prouerbialis: ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. Magis quadrẽt Euripidi, quos Erasmus ibidẽ allegat: πάλαιος αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δὲ ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. Est & alia parœmia, Senum prudentia: de qua Erasmus uidendus est. Extat Plutarchi liber, an seni Respub. administranda sit. At me. mi } Occupatio. Poterat enim à parte ad totum obijci: Memoria, quæ pars prudentiæ est, cum ingrauescente ætate decrescit: ergo animi uigor ex parte minuitur. eã satis frigide conuellit. Paucula siquidem singularia uniuersali conficiendæ non ualent. Et hic locus est τοῦ ἀδυνάτου. Fieri. n. posse docet, ut senes memoria ualeant. Sed ἀνακόλουθον est, ut diximus, si unus aut alter ualeat, ut ob id consequentia in uniuersitatem trahatur. Cælius Rhodiginus libro Antiquarum lectionũ 11. cap. 8. super hac controuersia disputat, asserens in paruulo propterea debilem, &, ut ipsius uerbo utar, desultoriam memoriam esse, quod iugis motus impressionis ἐκτύπωμα nõ facile recipit. Sed adultam ætatẽ, ut quæ nõ decliuis, sed temperata est, tenacius memoria quæq; tenere, atq; ita senum memoriam nihil conseruare posse, qui ætatis fluxu agitatione raptantur cõtinua. Quæ rationes, quantum ponderis roborisue habeant, uiderit ipse. Credo nisi exer. } Cõcessio per exceptionẽ. Quãuis aũt memoria naturæ modo munus existimetur, sitq; in ea nõ dubie plurimũ. ipsa tamẽ excolendo, sicut alia omnia augetur. Augetur & alienis ediscendis, et cogitatione, plurimum iuuatur ordine, locis, imaginibus. Vide præter Ciceronẽ, Quintil. lib. 11. ca. 2. itẽ lib 10. cap. 6. De memoria quidẽ, sed tamen contra Catonẽ, lege notatu dignissima apud Senecam in præfat. Declamationũ. Finge senes maxime memoria destitui, sed illis memoriæ loco magnum substituit Deus bonum, prudentiam usu rerum collectam, atq; iudicium acrius & efficacius: Lud. Viues. Aut etiã si sis natu. tard. } Est. n. memoria signũ ingenij, teste Fabio lib. 1. cap. 3. Themistocles. } Is tanto fuit ingenio, ut obliuionis artem quàm memoriæ maluerit: Cic. de Orat. 2. Intra annum unum locutus Persice: Quintil. lib. 11. cap. de Memoria. Vide Valeriũ lib. 8. cap. de studio & indust. Lud. Viues de Anima lib. 2. negat omnes memoriã pariter habere ad omnia: sed esse qui res facilius meminerint, ut Themistoclem: alios qui uerborũ, ut Hortẽsiũ. Aristides } Quẽ in Reip. negotijs perpetuo æmulũ habuit: quem pro Lysimacho non nouisse non potuit. Equidẽ non. } A suo exemplo. Nec sepulchra legẽs. } Superstitionem anilem reijcit, qua de quidẽ nihil dum legi. Hoc constat, monumenta, sicut Græcis μνημεῖα quoque, à cõmonẽdo dicta, non quòd obliuionem adferant. Ad coniugatorum autem locum Cato hic spectare uidetur. Quod tum magis dices, si Theodorum contuleris. μνήματα enim & μνήμη, coniugata sunt. Memoria ergo & sepulchra latinis re ipsa uerius quàm uoce coniugata fuerint: sicut Græcis ἡ ἀρετὴ, καὶ σπουδαῖος. de quo Rodolphus, & apud Aristotelem Ammonius. Sunt qui putãt prouerbium subesse, in homines obliuiosos. Nec prorsus aliena sunt quæ tradit Eras. in prouerb. Viuorum meminisse oportet. Quo lo. thesau. } Cuius rei exemplum apud Euclionem Plauti reperio. Facetus est à natura senum iocus. Vadimonia constituta. } Qui multæ fidei possessor non erat, uadem. i. fideiussorem dare tenebatur, quod uadari & uadimonium facere dicitur. Vide præter Budæũ etiam Alciatum in l. pecuniæ. §. actiones. ff. de uerb. signifi.

...mbicus te-
trameter.
Memoriæ in
senectute non
...

ERASMVS.

Cedò qui uestram rempub. } Apparet carmen esse iambicum tetrametrum. Et constat addita dictione, tantam, quæ in nostris uulgatis exemplaribus hactenus non habebatur, ut legatur ad hunc modum, Cedò qui uestram rempub. tantam amisistis tam cito. Sed aliter uersus non perinde constat suis pedibus: nisi legamus, Porro ueniebant rhetores noui, stulti, adolescentuli. Et uerisimile est scribam pro rhetores posuisse oratores, ceu uocem idem pollentem. Cæterum quod in uulgatis codicibus habetur scriptum, ut est in Ennij poetæ libro: in alijs, ut est in Ennij posteriore libro, haud dubie mendosum est: legendum autem, ut est in Næuij ludo: siue in Næuij poetæ ludo. Nam & Theodorus uertit ἐν παιδιᾷ. Præterea quod in nostris habetur, Sic enim percontantur, quemadmodum legisse uidetur Theodorus: alij legunt, Sic enim percontanti, ut est in Næuij ludo, respondentur & alia, & hoc in primis. Cum ætate processisset. } Qui prouectæ sit ætatis, cum dicit in ætate processisse.

Iurisconsulti. }

Iurisconsulti? quid Pontifices? quid Augures? quid Philosophi senes? quàm multa meminerunt? Manent ingenia senibus, modo permaneat studium, & industria; nec ea solum in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata, & quieta. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit: qui propter studium cum rẽ familiarẽ negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est: vt, quemadmodum nostro more, male rem gerẽtibus patribus bonis interdici solet; sic illum, quasi desipiẽtem, à re familiari remouerent iudices. Tum senex dicitur, eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat; Oedipum Coloneum recitasse iudicibus; quæsisséque, num illud carmen desipientis videretur. quo recitato sententiis iudicum est liberatus. Num igitur hunc, num Hesiodum, num Simonidẽ,

BETVL. ☞ Iurisconsulti.} Ideo Cicero alibi necessarium oratori esse dicit acumen dialecticorum, memoriam iureconsultorum, qui uno spiritu sexcentos leges proferunt. Erasmi Moria, ironia eleganti traducit, ut uanos ostentatores. Theod. iureconsultos νομίμων ἐξηγητὰς transtulit, quasi sint quædam communis ciuitatis oracula, quippe qui de iure respondentes, iuris sacerdotes appellantur. Sic Antonius apud Ciceronem de Orat. 1. Sin autem quæreretur: quis'nam iurisconsultus uere nominaretur, eum dicerem qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus esset, et ex eo genere Sex. Aelium, M. Manilium, & P. Mutium nominarẽ. ☞ Permaneat studium.} Causa efficiens. ☞ Sophocles ad summã se.} Prope. n. centesimũ annũ attigit. Valerius li. 8. cap. 7. Periclis æqualis, Plutarcho et Strabone testibus. Theod. ἐν γήρᾳ βαθεῖ. Cice. in Lælio præpositione Ad eodẽ modo usus est: Amat ad tẽpus. In Bruto: Ipsorũ ad ætatem laus eloquẽtiæ. ☞ A' filijs } Lucianus ĩ Macrobijs Iophantẽ filiũ nominat, eumq́; lege talionis insaniæ iudices damnasse memorat. Actio est Græcis τῆς παρανοίας ☞ Rem ma. ge.} Prodigis et furiosis, lege. xij. tab. rerũ administratione interdicta, curatores dabãtur. §. furiosi quoq;. Institut. de curatorib. l. 1. & l. si furioso. ff. de curat. furios. l. 1. l. 3. C. eodẽ titulo. Sunt tamen in curatione agnatorum. Citatur ea lex à Cic. Rhet. ad Herenn. 1. cap. de Confirmatione, his uerbis: Si furiosus existet, agnatorũ gentiliumq́; in eo pecuniaq́; eius potestas esto. Meminit idem Cice. Tusc. quæst. 3. ubi furiosi uocẽ & naturam explicat. Hinc præceptor noster D. Bonifacius Amerbachius, singulare illud iuris ciuilis decus, in quem Gratiæ omnes humanitatis dotes merito contulisse putantur, illud prouerbiale originẽ sumpsisse credit, Ad agnatos & gentiles deducere. Lege ad hæc quæ annotauit D. Erasmus in prouerb. Nauiget Anticyras. & Alciat. cap. 12. lib. 1. τῶν παρέργων, quinam gentiles in eadem lege sint, declarat. ☞ Oedipum Colo.} Qua sola fabula, inquit Valerius, omniũ eiusdẽ studij poetarũ præripere gloriã potuit. ☞ Coloneum.} Ascribam Cælij Rhodigini uerba, ex cap. 55. lib. Antiquarũ lectionũ. 11. Quid ita Sophoclis tragœdiæ titulus sit factus, Oedipus Coloneus. Sunt qui à loco sentiant fieri uocabuli corriuationem: sed ubi nam gentium reperiatur is, aut cur sic dicatur, parum docte parũq; exacte perpendisse animaduertuntur. id nos, ut id genus alia pleraq; ex scientissimorũ pomœrijs proferemus. Igitur apud Pausaniam ita primum legimus. Hac regionis, inquit, parte apparet Timonis turris, qui solus nouit, nullo pacto fieri posse, ut quispiam beatus sit, nisi aliorũ hominũ cõsuetudinẽ declinarit. Ostenditur etiã agger, qui κολωνὸς ἵππιος. i. Colonus equester dicitur, in quem primum Atticæ locum Oedipodem uenisse aiunt. Nam & inibi uisebatur equestris Neptuni ara, necnon Mineruæ itidem equestris: heroum præterea, Pirithoi, Thesei, Oedipodis, Adastri. Porro Onomastici septimo Iulius Pollux duos fuisse Colonos scribit, quorũ alter diceretur ἵππος. i. equus, in quẽ confugerit Oedipus. Ad quod forte prouerbiũ respectat, quod de equo Sophocleo prætexuimus eo quidẽ procliuius si inibi quoq; habitauit Sophocles, quod in 5. de Finibus Cice. significat. Alter uero in foro erat Colonus apud Eurysacium, quo quia conuenirent mercenarij, colonij sunt nuncupati, sicut meminit Hyperides. Eurysacion interpretatur Harpocration, Neptuni templum: ni mendum exemplarium est. nam id Aiacis malunt alij intelligere, qui Eurysace diceretur, à scuti magnitudine. Est uerbũ id apud Sophoclem quoque. Colonus uero hic forensis dicebatur, siue Agoræos. Colonas porro & Colonos. i. κολωνοὺς, terrarũ supercilia, aut etiã promontoria uocãt. Græci Oedipi Colonei meminit in Magia Apuleius, sed codicibus insigniter interpellatis. Hæc Cælius. Vide præterea quæ Ioachimus apud Sophoclem annotauit: nempe hanc fabulam magnopere in admiratione ob id fuisse, quod patriæ populoq; suo hac gratificari uoluerit, quippe qui κολωνόθεν fuisse tradatur. Huius porro fabulæ multa etiam apud Aristotelem in Poetica mẽtio ☞ Nũ il. car d. fi.} Satyrus, ut est apud Aristophanis interpretem, Sophoclis ἀπολογίαν huiusmodi fuisse prodit, εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ, εἰ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ εἰμί. ☞ Sententijs iu.} Plutarch. θαυμαστοῦ δὲ τοῦ μέλους φανέντος, προεπέμφθη μετὰ κρότου καὶ βοῆς τῶν παρόντων. Hæc, ne sua laude fraudetur, ex Cælio transcripsimus. ☞ Est liberatus.} Et ut testatur D. Hieron. tantum sapientiæ in ætate iam fracta specimen dedit, ut seueritatem tribunalium in theatri fauorem uerteret. ☞ Num Hesiodũ.} Inde prouerb.; Hesiodi senecta. ☞ Simonidem.} Simonides poeta octogesimo anno & docuisse se carmina, & in eorum certamen descendisse, ipse gloriatur. Valerius lib. 8. cap. de studio & indust. Vixit autem Luciano, supra nonaginta. Ad hunc authorem refertur ars memorandi. Dicunt enim, cum cœnaret Crannone in Thessalia Simonides, apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cecinissetq́; id carmen quod in eum scripsisset, in quo multa ornãdi causa poetarum more in Castorẽ scripta & Pollucem fuissent, nimis illud sordide Simonidi dixisse, se dimidiũ eius, ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei uideretur. Paulo post esse ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret, iuuenes stare ad ianuam duos quosdam qui eum magnopere euocarent. surrexisse illũ, ipsum, prodisse, uidisse neminem. & hoc interim spatio, conclaue illud ubi epularetur Scopas concidisse: ea ruina ipsum oppressum, cum suis interisse. quos cum humare uellent sui, neq; possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset, quo eorũ loco quisq; cubuisset, demonstrator uniuscuiusq; sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus inuenisse fertur, ordinem esse maxime qui memoriæ lumen afferret. Itaque ijs qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & ea quæ memoria tenere uellent, effingenda animo, atque in his locis collocanda sic fore, ut ordinem rerum, locorum ordo conseruaret: res autem ipsas, rerum effigies notaret, atque ut locis pro cera, simulachris pro literis uteremur. Cic. de Offic.

Senectutẽ nõ esse remotã à rebus gerẽdis.

num Stesichorum; num quos ante dixi, Isocratem, Gorgiam; num Homerum; num philosophorum principes Pythagoram, Democritum; num Platonē, num *Socratē, nū postea Zenonē, Cleanthem; aut eum, quē vos etiā Romæ uidistis, Diogenē Stoicū coegit in suis studys obmutescere senectus? An nō in omnibus ijs studiorū agitatio vitæ æqualis fuit? Age, vt ista diuina studia omittamus; possum nominare ex agro Sabino rusticos vicinos, & familiares meos; quibus absentibus nunquā ferè vlla in agro maiora opera fiunt, nō serēdis, nō percipiēdis fructibus, nō cōdendis: quanquā in illis hoc minus mirū; nemo.n. est tā senex, qui se annum nō putet posse uiuere. sed ijdem laborant in eis, quæ sciunt nihil ad se omnino pertinere:

Serunt arbores, quæ alteri seculo prosint,

vt ait Statius noster ī Synephebis. Nec vero *dubi'et agricola, quāuis senex, q̄rēti cui serat, respondere; dys immortalibus, qui me nō accipere tātūmodo hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. Melius Cæcilius de sene alteri seculo prospiciente, q̄ *illud:

Edepol senectus si nihil quicquam aliud vitij
Apportet secum, cum aduenerit; vnum id est satis,
Quòd diu viuendo multa, quæ non volt, videt:

et multa fortasse quæ vult. Atq; in ea quidem, quæ nō vult, sæpe etiam adolescentia incurrit. Illud vero idē Cæcilius vitiosius:

Tum etiam in senecta hoc *deputo miserrimum,
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri:

iucundū potius, q̄ odiosum. Vt enim adolescentibus bona indole præditis sapiētes senes delectantur, leuiorq; fit eorū senectus, qui à iuuentute coluntur & diliguntur; sic adolescentes senū præceptis gaudent, quibus ad virtutū studia ducuntur. Nec minus intelligo me vobis, q̄ vos mihi esse iucundos. Sed videtis, vt senectus non modo languida, atq; iners non sit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid, & moliens, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit.

*Xenocratem. | *dubitat | *illud idē: | *reputo

Hæc Cic. de Orat. 2. meminit Quintil. lib. 11. cap. de Memoria. Valerius lib. 1. cap. de Miraculis.

¶ Ne perdam memoriam.} Vulgo putabatur efficere memoriæ, si quis legeret inscriptiones sepulchrorum. ¶ Omnia quæ curant }. Aliter cura. quibus prospicio: aliter ea, quæ mihi curæ sunt. ¶ Ad summam senectutem.} dixit, sicut ad extremum, pro postremo loco. Et noue dixit facere Tragœdias, pro scribere.

¶ Num Stesichorum } Stesichorum Lucianus totidem annis uixisse scribit, quot Anacreon Lyricus uixerit, hoc est quinque & octoginta. ¶ Hesiod. Simonid. Stesichorus. } Qui grandes natu cygneum nescio quid, et solito dulcius uicina morte cecinerunt. Hieronymus ad Nepotianum ¶ Num Ho. } Qua ætate scripserit, multi multa referunt, de quo suo loco. Quot annos uixerit, & Herodotus & Plutarchus obticent. sunt qui dicant CVIII. attigisse. ¶ Nū philoso. prin.} uel quia Italicæ philosophiæ author, uel quia primus hoc nomen inuenit, cum paulo plus saperet q̄ illi priores, qui se sapientes putauerunt. De quo Lact. diuin. Inst. 3. cap. 2. August. de Ciuit. dei 8. cap. 2. Cic. Tusc. quæst. 5. Obijt autem Pythagoras, ut Heraclides Sarapionis filius inquit, octuagesimo ætatis anno. iuxta suam ipsius ætatum descriptionem. Vt uero cōplures uolunt. 90. anno obijt. Hæc Laertius lib. 8 ¶ Democritū } Democritus Abderites centū & quatuor annos natus, cū alimēto abstineret, mortuus est. Lucian. ¶ Nū So.} Nascitur Socrates, ut ait Apollodorus in Chronicis, sub Apsephione, septuagesimæ & septimæ Olympiadis anno 4. Thargelionis mēsis sexto, quo die lustrant Athenienses ciuitatē, Dianāq; natā Delij tradūt. Moritur primo anno nonagesimæ quintæ Olympiadis, septuagesimo ætatis anno. ¶ Nū po. Ze.} Octo & nonaginta. Luciā. Addit Laert quod ἄνοσος καὶ ὑγιὴς obierit. Perseus autem in Scholijs moralibus 72. annorū ē uita eū migrasse tradit: Athenas 22. annis natū, profectū. 50. uero & 8. annis scholæ præfuisse, Apollonius author est, Laertio referēs. ¶ Cleanthē. } Cleanthes Zenonis discipulus est successor nonē & 90. annos natus. tuberculū in labijs habuit: cūq; decreuisset inedia uitam absumere, allatæ sunt ei ab amicis literæ, ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorū postulatis iterū cibo abstinens, uita defunctus est. Hæc Lucian. In annorū numero cōuenit Vale. cū Lucia. ¶ Quē uos etiā Ro. ui. } Fuit is, ut Laertius memorat. Olym. CXLIII. hoc est anno ab Vrb. cond. DXLV. quo Tarētū receptū est. Vixit is annis LXXXVIII. Lucia. referēte. ¶ Agitatio. } Theodorus, ἐνδελέχεια. Cōtēdunt docti sit ne ἐνδελέχεια. uel ἐντελέχεια scribēdum. Cōtētio orta est. 1. Tusc. q̄st. Satis est nobis indicasse, qui partibus faueā. Budæus de Asse Plutarchi fultus testimonio Politianus in Miscellaneis ca. 1. Beroaldus, Rodolphus Agricola Dopicorum. 1. & ibidē Phrysemius. Ioachimus Cice. reū, ad nescio cuius Rhadamāti sitū am pliādū cēset. ¶ Possum no. } Docet nō esse impossibile, ut exacta ætas ad subeundos corporis labores sit idonea. ¶ Agro Sa. } Fabriciū innuit, q̄tū ex Plutarch. colligere licet, qui hoc idē de Catone ipso prædicat. ¶ Quibus ab. } Domini oculus. ¶ Nemo.n. ē tā se } φιλοζώους. i. uitæ prorogādæ studiosos, senes esse docet Arist. li. 2. Rhet. ubi de senum morib. loquitur καὶ φιλόζωοι, inq̄t, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν. καὶ οὗ ἐνδεεῖς, τούτου μάλιστα ἐπιθυμοῦσι ¶ Serunt ar. } Vide prouerb. Serere ne dubites. idē Cic. ex ipsis Statij uerbis immortalitatē animorū probat. Naturæq; legē hoc docere ait, ut nō modo nobis, sed posteris quoq; nostris cōsulamus. Volcatius Sedigitus hunc Statiū Cæciliū & Plauto & Terē. Quintil. cū utroq;, ut cū optimis, numerat. Synephebi comœdia nomen habet à duobus adolescētibus, q æquales ex ephebis excesserant. ¶ Quòd diu ui. } τῶν ἀνακολούθων locus, ex cōtrario. Neq;.n. sequitur. qd̄ senectus multa quæ nō uult uidet, nō uicissim uideat aliquādo q̄ uelit. Imo si senectus ob hoc misera cēsenda ē, misera oīs ætas erit, qa nulla pars uitæ ab oī parte beata. Alludit aūt ad cōmunem locū, Ipsa dies quandoq; parēs, quandoq; nouerca. ¶ Tū etiā in se. } Obiectionē hāc inuertēs, ostendit senectutem nec iucunditatis, nec utilitatis expertē esse: quod postremum confutationis caput est. probat syllogismo expositorio ex loco relationis. ¶ Sed uidetis. } Epilogo confutationis capita repetit.

¶ Quàm

*Quid, quòd etiam addiscunt aliquid: ut Solonem in uersibus gloriātē *uidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dicit: ut ego feci, qui Græcas literas senex didici. quas quidē sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens; ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti uidetis. Quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem; uellem equidem et illud: discebant enim fidibus antiqui: sed in literis certe elaboraui.*

Nec nunc quidem uires desidero adolescentis, is enim locus erat alter de uitijs senectutis; non plus, quàm adolescens etiam uires tauri, aut elephantis desiderabam. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet; & quicquid agas, agere pro uiribus.

* uidemus.

Solonis uersus γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

ERAS. ¶ Quàm illud idem.} Fortasse uidebor nodū, quod aiunt in scirpo quærere. At mihi uidetur locus non carere mendo: siquidem hic sermo, Melius Cæcilius de sene &c. uidetur esse non Catonis probantis quidem superiorem Cæcilij sententiam, sed hanc non perinde probantis, quam his uerbis complexus sit:

Edepol senectus, si nil quicquam aliud uitij
Apportet secum, cum aduenerit, unum id est satis,
Quòd diu uiuendo, multa, quæ non uolt, uidet.

Sunt senarij tres comici: & sermo non sapit orationem rhetoricam, ut nihil quicquam, & apportet secum, & quæ non uolt. Hæc nimirum comicorum ueterum sunt. Quanquam uero proximum est Lælij personam ab hoc loco submouendam esse, ut accipiamus Catonem ipsum diluere, quod sibi è Comico obiecerat. Hic mecum facit Theodori Gazæ iterpretatio. Nec apud hunc additur Idem, quæ uox mihi uidetur adiecta abs quopiam uolente explicare, quid demonstraret pronomen illud, qui subiecerit, Id est: ac rursum ex, Id est, abbreuiato factū Idē. ¶ Illud uero idē.} Rursus hic sermo uidetur esse Catonis sibi locū alterū obijcientis ex eodē poeta, citātis alios duos è Cæcilio senarios: Tum etiā in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea ætate esse odiosum se alteri. Quòd si uersus duriusculi sint, ne no miretur, cum alicubi Cice. scriptorē hunc ferreū uocet. Citātur aūt apud Noniū Marcelliū ex Ephestione in dictiōe Senium: ubi non additur etiam, & deputo legitur, non reputo.

BETVL. ¶ Quid quòd etiam addiscunt?} Contrarium non modo statuit, sed etiam amplificat. Cic. in. 1. Offi. ad filium scribens hortatur, ut iam diu discat, quoad quantum proficiat, eum non pœniteat. Atqui neminem opinor unū pœnitebit, exacta etiam ætate seipso meliorem factum esse. ¶ Solonem.} Hoc supremo uitæ die cōfirmauit, cum assidentib. amicis, & quadā de re sermonem inter se cōferentibus, fatis iam pressum caput erigeret, iterrogareturq; quapropter id faceret, rñdit: Vt cū istud quicquid est. de quo disputatis pcepero, moriar. Hæc Valer. loco sæpe iā citato, Vixit aūt annis C. Lucian. Huius āt apophtheg. nō uno loco Plato meminit, ut ī Amatoribus: τί δ᾽ ἄλλο γε ἢ κατὰ τὸν σόλωνα; σόλων γάρ που εἶπε, γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. καὶ ἐμοὶ δοκεῖ αἰεὶ οὕτω χρῆναι, ἕν γέ τοι μανθάνειν τὸν μέλλοντα φιλοσοφήσειν, καὶ νεώτερον ὄντα, καὶ πρεσβύτερον, ἵνα ὡς πλεῖστα ἐν τῷ βίῳ μάθῃ. Atq; rursus in Lachete Nicias ad Lysimachum, χαίρω γὰρ ὦ λυσίμαχε τῷ ἀνδρὶ πλησιάζων, καὶ οὐδὲν οἶμαι κακὸν εἶναι τὸ ὑπομιμνήσκεσθαι, ὅτι μὴ καλῶς ἢ πεποιήκαμεν, ἢ ποιοῦμεν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν ἔπειτα προμηθέστερον ἀνάγκη εἶναι τὸν ταῦτα μὴ φεύγοντα, ἀλλ᾽ ἐθέλοντα κατὰ τοὺς σόλωνος καὶ ἀξιοῦντα μανθάνειν, ἕωσπερ ἂν ζῇ, καὶ μὴ οἰόμενον αὐτῷ τὸ γῆρας νοῦν ἔχον προσιέναι. ἐμοὶ μὲν οὖν οὐδὲν ἀηδὲς, οὐδ᾽ αὖ ἀηθὲς ὑπὸ σωκράτους γασανίζεσθαι. Et paulo post, ἀλλὰ καὶ ἐγὼ τῷ σόλωνι ἓν μόνον προσλαβὼν ξυγχωρῶ. γηράσκων γὰρ πολλὰ διδάσκεσθαι ἐθέλω ὑπὸ χρηστῶν μόνον. τοῦτο γάρ μοι συγχωρείτω, ἀγαθὸν καὶ αὐτὸν εἶναι τὸ διδάσκαλον, ἵνα μὴ δυσμαθὴς φαίνωμαι, ἀηδῶς μανθάνων. Cæterum in 7. de Repub. non uult ut Soloni in hoc credatur. Ait. n. ibi, hominem senescentem minus posse discere, quàm currere. Sed uide tu quæ Erasmus habeat in prouerbio, Senesco semp multa addiscēs. In hunc sensū extat epistola apud Senecam lib. 10. Episto. 77 ¶ In uersibus.} Poeseωs Solonis meminit Plato in Timæo. ¶ Qui græcas literas senex.} Meminerunt Quintilianus libro 12. cap. 11. Valer. lib. 8. cap. de studio & indust. Hierony. ad Nepotianum. Ad tātā græcæ linguæ facultatem peruenit, ut Athenis græcam orationem habuerit, authore Plutarcho. Ratiocinatio sic habet: Ego senex sum: ego græcas literas disco: ergo senes discere possunt. ¶ Quibus me nunc exēplis.} Vt priori Metzleri expositioni subscribam, faciunt quæ scribit Plutarch. quod uidelicet breuia ex Thucydide, plura ex Demosthene confecerit syngrammata, quibus in oratoria deinceps fuit usus. Adde quod scripta sua græcis sententijs & historijs distincta frequēter exornauit. Item quod pleraq; grauiter & sapienter ad uerbum è græco in latinum traduxit. ¶ Socratem.} Meminit Valer. loco iam sæpius memorato. Quintil. lib. 1. ca. de Musica, lyra institutum refert. Præceptor Connus uocitatus est: Cic. ad Papiriū lib. 9. ¶ Discebāt enim fidib. antiq.} Atq; ob id Themistocles, cum recusasset in cōuiuio lyram, habitus fuit indoctior. Cic. 1. Tusc. quæst. Quintil. & Plutar. Sed Romanorum quoq; ueterū epulis fides ac tibias adhibere moris fuit, teste Fabio, qui ad Numæ institutionem Saliorum carmen refert. ¶ Nec nunc qdē uires desidero.} Obscurū explicatiōe uerbi Desidero tollit, & ἀ στερήσεως loco manifestum facit, qd profusa magis quàm par sit propositione positum erat. Desideramus. n. ea proprie, quæ in nobis requiruntur: sed quia in exacta ætate uires non requiruntur, senis uires non desiderantur. Atq; obiter attingitur etiam τὸ πρέπον. Et sic nec asinus alas desiderat, nec sciurus cornua, nec lepus ungulas, nec canis promuscidem, quia nō sunt πεφυκότες ut eiusmodi habeant. Insigne huius rei exemplū est apud Liu. Camillus, cuius uegetum ingenium exacta iam ætate uiuido in pectore uigebat, florebatq; integris sensibus, quē uix urbanis rebus sufficientē bella excitarunt. ¶ Quod enim homini.} Antecedēs enthymematis. ¶ Pro uiribus.} Quas scilicet quælibet ætas exigit. Dicimus enim puerum pro uiribus satis fecisse, quando tantum præstat, quantum ab ea ætate expectari potest. Alius est loquendi modus, pro uirili parte, à portionibus hæreditatis ductus. Verg. in. 9. Remulo cuipiam glorioso, atq; importune uires iactanti, Italos nec ineunte nec exacta ætate bello inutiles esse obtestanti, hanc sententiam tribuit:

Durum à stirpe genus natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq́; gelu duramus, & undis.
Venatu inuigilant pueri, sylusq́; fatigant.
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoq́; assueta iuuentus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, uersaq́; iuuencum
Terga fatigamus hasta. Nec tarda senectus
Debilitat uires animi, mutatq́; uigorem.
Canitiẽ galea premimus: semperq́; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.

Quid multa? Senes sint mente iuuenẽ: & iuuenes, manus senũ.

Quæ enim uox potest esse contemptior, quàm Milonis Crotoniatæ? qui, cum iam senex esset, athletasq́; se in curriculo exercentes uideret; aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansq́; dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. Non uero tam isti, quàm tu ipse nugator: neq; enim ex te unquã es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. Nihil Sex. * Aemilius tale, nihil multis annis ante T. Corũcanus, nihil modo P. Crassus: à quibus iura ciuibus præscribebantur; quorum usque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Orator, metuo, ne lãguescat senectute: est eñi munus eius non ingenij solum, sed laterum etiam, & uirium. Omnino canorum illud in uoce splendescit etiã nescio quo pacto in senectute: quod equidem non amisi adhuc; & tamen uidetis annos meos. Sed tamen decorus est sermo senis, quietus, & remissus: facitq́; persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta oratio, & mitis.

* Aelius

BETVL.

Senectutẽ non officere oratori.

¶ Quid enim uox.} Amplificat contrario exemplo. ¶ Milonis Crotoniatæ.} Refertur à Cælio Rhodig. lib. 10. Lect. antiq. cap. 60. de quo etiã hoc proditur, qd' ictu nudæ manus, taurum fecit uictimam: eumq́; solidum qua mactauerat die, absumpsit solus, nõ grauatus. Solin. c. 4. Et Plin. lib. 7. cap. 20. Crotoniatam Milonem athletã cum constitisset, nemo uestigio educebat: malum tenenti, nemo digitũ corrigebat. Strab. lib. 6. ubi Crotonem ab athletarum præstantia commendat: Columna, inquit, quandoq; in philosophorũ contubernio laborante, Milonem subeuntem saluos reddidisse uniuersos. ibiq́; cõmemorat miserabilem hominis interitum, de quo Gellij uerba ex libro 15. ascribam. Milo Crotoniensis, athleta illustris, quem in Chronicis scriptum est, Olympiade prima coronatum esse, exitum habuit uitæ miserandum & mirandum. Cum iam n. tu grandis artem athleticã desijsset, iterq́; faceret forte solus in locis Italiæ syluestribus, quercũ uidit proxime uiam, patulis in parte media rimis hiantem: tum experiri, credo, etiam tũc uolens, an ullæ sibi reliquæ uires adessent: immissis in cauernas arboris digitis, diducere & rescindere quercum conatus est. ac mediam quidem partem discidit, diuellitq́;. Quercus autem, in duas diducta parteis, cum ille quasi perfecto, quòd erat cõnixus, manus laxasset, cessante ui, rediyt in naturam, manibusq́; eius retentis inclusisq́;, stricta denuo & cohæsa, dilacerandum hominem feris præbuit. Memorat & Valer. lib. 9. cap. 12. De eius robore lege Cælium quoq; lib. 15. cap. 20. ¶ Nõ uero. ¶ Apostrophe. Et ista confutatio constat ex collatione bonorum. ¶ Nugator.} qui naturam falso, tanquam nouercam, male gratus insimulas. ¶ Neq; enim ex te.} Stoicus enim corporis bona hominibus esse negat, de quo alibi ex Epicteto. Sunt etiam philosophi, qui negãt corpus quicquã ad hominis absolutionem pertinere. De quo Socrates apud Plat. in Alcibiade. ¶ Nihil Sex. Aemilius.} Ponit per antithesin contraria exempla. Recte Metzlerus, Aelius: qui propter iuris ciuilis scientiã sic appellatus à summo poeta est,

Egregie cordatus homo, catus, Aelius Sextus.

quem uersum idem Cic. in 1. Tusc. quæst. allegat: ubi eorum sententiam refert, qui putant ipsum animum cor esse. Is librũ populo Romano dedit, qui appellatur Ius Aelianum, authore Pomponio. l. 2. §. augescente. ff. de orig. iur. At rursus eodem tit. ait extare illius librum, qui inscribitur Tripartita, qui ueluti iuris cunabula cõtinet. ¶ T. Corruncanus.} Qui ius primus profiteri cœpit, cuius tamen nullum scriptum extat, licet responsa cõpluria & memorabilia eius fuerint. idem Põponius loco citato. ¶ Annis multis ante.} Circiter XC. ¶ Modo Pub. Crassus.} diues, de quo Crassi apud Cic. de Orat. 1. elogium subnectam: Equidem propinquũ nostrum P. Crassum, illum diuitẽ, & multis alijs in rebus elegantem hominem, & ornatum, & præcipue in hoc ferendũ & laudandum puto quod cum Scæuolæ frater esset, solitus est ei persæpe dicere, neq; illum in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicẽdi copiam assumpsisset. Apud Pomponiũ falso Lucius legitur: sicut pleraq; alia prænomina. ¶ Orator.} Possibile esse docet, alij obiectioni occurrens. ¶ Sed laterum etiam.} Quintil. lib. 11. cap. de Pronunciatione. Latera cum gestu consentiant. facit enim aliquid et totius corporis motus, adeo ut Cic. plus illo agi, q̃ manibus ipsis, putet. Ita n. dicit in Orat. Nullæ argutiæ digitorũ, non ad numerũ articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, & uirili laterũ flexione. & idem Cice. de Orat. 3. Omneis aũt hos, manus subsequi debet gestus, nõ hic uerba exprimens scenicus, sed uniuersam rem et sententiã non demonstratione, sed significatione declarans, à laterũ inflexione hac forti & uirili, nõ ab scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palestra. ¶ Canorũ illud in uoce.} Obiectionis cõfutatio, Senibus eloquentiæ instrumenta non deesse. Quintil. ubi de Pronunciatione agit, dicit uocis naturã spectari quantitate et qualitate. Quantitas est simplicior: in summa enim, grandis aut exigua est. Qualitas magis uaria est. nam est aut candida aut fusca: et plena, & exilis: & lenis, & aspera: & contracta, & fusa: & dura, et flexibilis: et clara, et obtusa. Quod ergo Cic. canorũ appellat, clarã intelligere uidetur. Clarior. n. tũ fit, cũ obtusa splendescit. nisi malis ad candidam referre, quam Aristoteles quoq; λευκὸν appellat, & εὐήκοον interpretatur, quam Plin. Venere in fuscam declinare scribit. lib. 28. cap. 6. Item lib. 11. cap. 25. uocem ait in senecta exiliorem esse. & apud Homerum senes cicadis similes introducuntur, Iliad. γ. Sed si cupis multas de uocis ratione opiniones legere, uide Cæl. lib. 10. cap. 52. Antiq. lect. ¶ Audientiam.} Hanc uocẽ docti ab imitatione non excludunt. Et, quod si cuius teneriores aures offendat, meminerit Catonem loqui. Plaut. Surge præco, fac populo audientiam. ¶ Compta oratio.} Sicut superiora pronũciationem, ita hoc compositionem cõmendat. Theod. εὐσύνθετος λόγος. Valet. n. compositio quamplurimum, non ad delectationem modo, sed ad motum quoq; animorum. Quintil. lib. 9. Atque idem ibidem rationem subiungit, quòd numeris & modis tacita quadam uis insit.

Quod si exequi nequeas, possis tamen Scipioni præcipere, & Lælio. Quid enim est iucundius senectute stipata studijs iuuentutis? An'ne eas quidem uires senectuti relinquemus, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officij munus instruat? Quo quidem opere qd potest esse præclarius? Mihi uero *C. & P. Scipiones, & aui tui duo L. Aemilius, & P. Africanus comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur. Nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamuis consenuerint uires, atque defecerint: etsi ista ipsa defectio uirium adolescentiæ uitijs efficitur sæpius, quàm senectutis. Libidinosa etenim, & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cyrus quidē apud Xenophontē eo sermone, quē moriens habuit, cū admodum senex esset; negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quàm adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer; qui, cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset; uiginti & duos annos ei sacerdotio pfuit, ita bonis uiribus esse in extremo tēpore ætatis, ut adolescentiam nō requireret. Nihil necesse est de me ipso dicere mihi; quanquam est id quidem senile, ætati'que nostræ conceditur. *Videtis'ne ut apud Homerum sæpissime Nestor de uirtutibus suis prædicet*?

*Cn.

*Videtis'n.

*.

BETVL. ¶ Quod si exequi nequeas. Tertia ratio confutationis, antonomasia longe gratissima est, qua Scipionis & Lælij nomine optimos quosq; iuuenes intelligit. ¶ Quid enim est iucūdius } Paulo post uti le subuncturus, τὸ ἡδὺς præmittit. Omne si quidem tulit punctū, qui miscuit utile dulci. Quæ si senectus præstat, misera esse prorsus non potest. Et est propositio maior. ¶ Quod sit. } largitur quidē tantum non rei summam, sed tū excipit nōnihil udrium, quod senio reliquum sit factum, nempe instituere iuuentutem. atque ex hoc colligit, senij labores iucundos esse. Colligit inquam, in hūc modū: Iucundū est docere adolescentes, senes docent adolescentes, atq; ex hoc senectam esse iucundam. Vtranq; confirmat syllogismo expositorio, ab effectorū loco. ¶ Scipioni et Lælio. } ἀντίφρασις. ¶ Stipata studijs. } Respicit ad antiquum morē, cuius in prologo amicitiæ fit mētio: adolescentes uidelicet à patribus ad senes deduci solitos. ¶ C. & P. Scip. } Cneus legendum, & sic rectè legit Theodorus. Intelligit duos fratres, qui in Hispania ceciderunt de quo Silius:

Cyri [illegible]

> Dum Capua infaustam luit haud sine sanguine culpam,
> Interea geminos terra crudelis Ibera,
> Fortuna abstulerat, pmiscens tristia lætis,
> Scipiadas, magnumq; decus, magnumq; dolorem.

Nestoris senectus eloquētia,

Hi sunt quos Verg. in. 6. uocat,
Duo fulmina belli Scipiadas.

Publius est maioris Africani et Asiatici pater, Cneus uero eorum patruus & Scipionis Nasicæ genitor. ¶ Et aui tui duo. } Aemilius, sanguinis, Africanus Publij, cuius iam facta est mentio, filius adoptionis lines. Genealogiam familiæ Portiæ & Corneliæ in charta depictam dabimus. ¶ Nec ulli bonarū artium. } Iucundum sanè est, si solum nactus sis, tractabile, quod exerceas. Et Quintil. credit honestum esse docere, qđ optime scias. Quàm sit beatum, docet Eras. in dialogo de Pronunciatione. ¶ Et si ista defectio. } Translatio. Transfert culpam in adolescentiam, idq; à causa efficiente. Sūt duæ causæ ex quibus omnes morbi oriuntur, ut Galenus in Isagoge ex Hippocrate docet. una quæ forinsecus accedit, aer uidelicet ambiēs: altera interna, ἐκ τῶν διαιτημάτων. Ad uictus autem rōnē pertinet etiam Venus. ¶ Effœtum corpus. } Theod. διάκενον, & ut Homerus inquit, οὐκ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν. Nam hic non ἄγονον significat, non embryo uel facultate gignendi, sed uiribus exhaustum. ¶ Cyrus apud Xenophontē. } De Pædia Cyri lib. 8. græco Xenophōte destitutus, Philelphi trāslationem ponā: Filij mei charissimi, inquit Cyrus, & uos amici omnes, qui hic adestis, uitæ finem adesse iam mihi ex multis equidē rōnibus perspicue cognosco, Vos autem decet, cum abiero, omnia et dicere & facere, perinde atq; felicitatem adeptus sim. Ego enim & cum puer essem, quæ in pueritia honesta existimantur, eorum mihi uideor fructum consecutus. & ubi excessi ex ephebis, adolescentiæ honestate: et perfectus uir factus, quæ in uiris honesta sunt, his sum perfunctus. & cum una cum ætate procederem, mihi auctas cognoscere usus sum uires meas. Itaq; senectutem meam nunquā sensi esse mea factā iuuenta imbecilliorem: neq; aliquid aut cupisse, aut egressum me noui, qđ minus mihi contigerit, undique amicos meos p me factos esse felices. hostes uero à me actos in seruitutē: & reliqua quæ sequuntur. Lucianus ait hunc centesimum annum assequutū fuisse. Scripsit autē Xenophon Cyri Pædiam, nō sine Platonis reprehensione. de quo lege Gelliū lib. 14. cap. 3. ¶ L. Metellum. } L. Cæcilio Metello in consulatu collega fuit M. Fab. Buteo, anno ab Vrbe cond. D. & VI. Cato autem hanc orationē habuisse memoratur, āno DL. et IIII. annus LXXXIIII. Quod si quatuor illos et uiginti duos annos interposueris, inuenies Catonem puerum ferè infra duodecim annos constitutum. Atq; sic Glareanus quoq; credit fieri posse. Nam cum XI. annis præfuit pontificatui, Cato natus est. Huius pontificatus meminit Flor. Epit. 19. Colligit ita: Cyro non fuit impedimento senectus, non fuit Metello, non Nestori, non mihi, non alijs plerisq;, qui iuuentutis annos temperantes uixerūt: consequitur ergo, crimen illud non in senectute esse. quod ipsa propositione, in iuuentutem paulo superius per translationem reiectum est. ¶ Nihil necesse. } Occupatione gloriationem senilem excusat. Exemplorū abunde apud Comicos est. ¶ Sæpissime Nestor, } Pyliorum rex, Agamemnonem & Achillem intestinis odijs dissidentes conciliare conatus, ut sibi pareant hortatur. sibi enim præstantissimos, Pirithoum, Dryantem, Theseum, & alios dijs immortalibus conferendos heroas, paruisse: seq; ijs in auxilium contra Centauros profectum, res egregie gessisse. Verba sunt Iliad. α.

> ἀλλὰ πίθεσθ᾽. ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμοῖο.
> ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν
> ἀνδράσιν ὡμίλησα, οὔποτε μ᾽ οἵ γ᾽ ἀθέριζον.
> οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,
> οἷον Πειρίθοόν τε, Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,
> Καινέα τ᾽ Ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολύφημον,
> Θησέα τ᾽ Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.
> κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν.
> κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο.

*tertiam enim iam ætatem hominum uixerat: nec erat ei uerendum, ne uera de se prædicans nimis uideretur aut insolens, aut loquax. etenim, ut ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad suauitatem nullis egebat corporis uiribus: & tamen ille dux Græciæ nunquam optat ut Aiacis similes decem habeat, at ut Nestoris * quandoq;. quod si acciderit, nõ dubitat, quin breui Troia sit peritura. Sed redeo ad me. Quartum annum ago, & octogesimum: equidem posse uellem idem gloriari, quod Cyrus. sed tamen hoc queo dicere; non me quidem his esse uiribus, quibus aut miles Punico bello, aut quæstor in eodem bello, aut consul in Hispania fuerim; aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas M. Attilio Glabrione consule: sed tamen, ut nos uidetis, non plane me eneruauit, non afflixit senectus:*

* : quod si

ETVL. ἡ ἔστιν ὀρεσκώοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.
καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὼ μεθομίλεον ἐκ πύλου ἐλθὼν
τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. καλέσαντο γὰρ αὐτοί.
καὶ μαχόμην κατ᾽ ἔμαυτον ἐγώ. κείνοισι δ᾽ ἂν οὔτις
τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι μαχέοιτο.
καὶ μέν μευ βουλέων ξύνιον, πείθοντό τε μύθῳ.

Iliad. primo. Atque rursus Iliad. δ. Cum Agamemnon Nestori iuuentutis uigorem optat, optat & ipse eam quã habuit, cum Ereuthalionem interfecerit: quod senilis infirmitas negauerit, hoc præsentis consilia præstitisse. Sic inquit:

Decem Nestoras similes optat Agamemnon. 2. Iliad.

ἀτρείδη μάλα μὲν κεν ἐγὼν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς
ὣς ἔμεν, ὡς ὅτε δῖον ἐρευθαλίωνα κατέκταν.
ἀλλ᾽ οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν.
εἰ τότε κοῦρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει.
ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι, ἠδὲ κελεύσω
βουλῇ καὶ μύθοισι. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Et in lib. 11. Nestoris oratio ad Patroclum, est senilis gloriationis plena. quæ quia longa est, locum indicasse sit satis ¶ Quanquam & id quidem.} Occupatione mollit, & est decorũ. In sene.n. laudatur, & facile toleratur iactãtia.

ERAS. ¶ Facit sibi audientiam.} Noue dixit, neq; non eleganter tamen pro eo quod erat, reddit attentum auditorem. ¶ Nec erat ei uerecundum} Opinor pro uerecundum legendum uerendum, nisi forte idem est, uerecundum, & uerendum.

ETVL. ¶ Tertiam enim iam ætatem.} Locus est Iliad. α.

— τοῖσι δὲ νέστωρ
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητής.
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
τῷ δ᾽ ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ᾽ οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ᾽ ἐγένοντο
ἐν πύλῳ ἠγαθέῃ μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

Ouid. Spectatorem operum multorum reddere, uixi
Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas.

Næuius Triseclisenem, & dulcioriloquum uocat, ut est apud Gell. lib. 19. cap. 17. Refert Lucian. in Macrobijs. Vide Hierony. ad Nepotianum, & prouerb. Nestorea senecta. Quo loco inter scriptores controuersia controuertitur, quo'nam temporum spatio seculum sit finiendum. Mihi Censorini definitio placet, qui cap 6 de Natali sic definit: Seculum, inquit, est spatiũ uitæ humanæ longissimũ, partu & morte definitum. Quod Cic. uelle uidetur, dum signanter dicit, tertiam eum ætatem hominum uixisse. Quid quòd Plutarchus Nestori Catonem confert, quòd tertiam usq; ætatem & ipse attigerit? quippe qui cum maiore & minore Africano uixerit. Verba si desideras, subiungam: κινδυνεύει γάρ, ὡς ὁ νέστωρ εἰς τριγονίαν τῷ βίῳ ταῖς πράξεσι κατελθεῖν. σκιπίωνι γάρ, ὡς λέλεκται, τῷ μεγάλῳ πολλὰ διερισάμενος ἐν τῇ πολιτείᾳ διέτεινεν εἰς σκιπίωνα τὸν νέον, ὃς ἦν κατὰ ποίησιν υἱωνός, υἱὸς δὲ παύλου τοῦ περσέα καὶ μακεδόνας καταπολεμήσαντος. Ex eius lingua.} Cicero in Bruto ex hoc Homeri loco colligit, heroicis illis tẽporibus oratoriam in pretio fuisse, cum Homer. Vlyssi uim, Nestori suauitatem dicendi deferat: Quintil. in. 11. ex Homero tria dicendi genera obseruauit, breuem & propriam iucunditatem in Menelao, in Nestore melle dulciorem sermonẽ, in Vlysse orationẽ impetu fluminis niuibus hybernis aucto parem. Plutarch. in Homeri uita de generibus dicẽdi alia ostendit exẽpla. Vide ad hæc prouerbium, Nestorea eloquentia. De Nestore lege omnino Boccat. lib. 10. cap. 36. ¶ Et tamẽ ille dux Græciæ.} Agamemnon uidelicet. Significat autem bellũ magis consilio quàm ui geri debere. Locus est Iliad. β.

αἲ γὰρ ζεῦ τε πάτερ, καὶ ἀθηναίη, καὶ ἄπολλον,
τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν,
τῷ κε τάχ᾽ ἠμύσειε πόλις πριάμοιο ἄνακτος
χερσὶν ὑφ᾽ ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.

Interea tamen Cic. pulchre dissimulat, quod Nestor ubiq; queritur, se iuuenili robore destitutum. ¶ Aut consul in Hispania fuerim.} In qua plura oppida cepit, quàm dies fuerit: Plutar. Consul fuit anno D. & LIX. Eius in consulatu collega, L. Valer. Flaccus. Mirum autem, quod senex gloriosus gloriosum obticuit triumphum. de quo Liu. lib. 4. Decad. 4. & Plutarchus in eius uita. ¶ Aut quadriennio post.} Decorum senile in hoc est, quod tanta ubiq; diligẽtia tempora rerum cõmemorat, & in hoc uigentẽ in senectute memoriam ostentat ¶ Cum tribunus militaris.} Liu. lib 6. Decad. 4. refert, Catonẽ hunc nostrum, & L. Valer. Flaccum, cõsulares legatos ab Attilio, uel ut alij scribunt, Acilio cõtra Aetolos missos: Catonemq; in callidromum missum, deiectis inde Aetolis, rem feliciter gessisse. Plutarchus chiliarcham ipsum profectũ cum Manlio Acilio contra Antiochum scribit. Diuersitatẽ ob id signo, quod Metzlerus negat se legisse, uirum consularem tribuni militaris ordinẽ duxisse. De tribunis militũ præter Fenestellã & Laetum, lege Alexandrũ ab Alexand. lib. Genialium dierũ 6. cap. 18. Petrum Crinitũ de honesta discip. lib. 11. cap. 2. ¶ Thermopylas} Thermopylarũ descriptionẽ & situm luculentissime habes apud Liu loco citato. Strab lib. 9 ¶ Eneruauit} Per metalepsim, robore destituit. est.n. robur in neruis situm. Galen. in Isagoge duas neruorũ, siue νεύρων spẽs facit: unam τῶν συνδετικῶν, qui mutuos ossiũ connexiones colligãt: alterã τῶν αἰσθητικῶν καὶ κινητικῶν, q corpus p arbitrio mouet. Qui, ut Aphrodis. in Problemat. ait, sufficiente motiua uirtute destituti, corpus debilitãt, et tremulũ reddũt. Nihil refert, quin utrosq; intelligas. Hinc neruos intẽdere dicimus, et neruos expedire: et oĩbus neruis, p summo studio: et neruosa appellamus uegeta et ualida. Vide Chil. Eras. Cic. p Cælio, in fi. Quẽ si uobis, si suis, si Reip. cõseruatis, addictũ, deditũ. obstrictũ uobis ac liberis uestris hẽbitis, oĩumq; huius neruorũ ac laborũ uos potissimũ ĩde fructus uberes diuturnosq; capietis,

Non

non curia uires meas desiderat, non Rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim unquã sum assensus illi ueteri laudatoq; prouerbio, quod monet, mature fieri senem, si diu uelis esse senex. Ego uero me minus diu senem esse mallem, quàm esse senem ante, quàm essem. Itaq; nemo adhuc conuenire me ualuit, quin fuerim occupatus. At minus habeo uirium, quàm uestrum uteruis. Nec uos quidem T. Pontij centurionis uires habetis. num idcirco ille est præstantior uobis? Moderatio modo uirium adsit, & tantum quantum quisque potest, nitatur: næ ille non magno desiderio tenebitur uirium. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bouem: utrũ igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis uires ingenij dari? Deniq; isto bono utare, dum adsit; cũ absit, ne requiras: nisi forte adolescentes pueritiã, paulum ætate progressi adolescẽtiã debeant requirere.

BETVL. ¶Non curia.} Distributio per signa. ¶Curia.} Curia & rostra per metonymiam, continens pro contento. Curiam Theod. βουλευτήριον, Marlianus γερουσίαν, quæ Polluci est συνέδριον τῶν γερόντων. Fuit etiam Romæ Gerusia seniorum curia. Marlianus libro tertio cap. 16. Curia in Comitio fuit. & idem hic locus est, ut quidam uolunt, cum senaculo: in curia publicas curas gerebant. Fuit autem curia sacerdotum, ubi res diuinæ tractabãtur: & senatus, ubi humanæ gerebantur. Curia autem, ubi senatus conueniebat, templum erat. Non licebat enim S.C. & senatum, nisi in loco per auguria cõstituto fieri. Sed nihil ad φρατρίαν καὶ λόχον de qbus Dionysius Halicarnaseus libro 2. et Plutar. ĩ Romul. De curijs uide eundem Marlianum lib. 2. ca. 11. Alexandrum ab Alexan. lib. 1. cap. 1. ¶Non rostra.} pro cõcione. ut in illo de Orat. 1. Age uero, ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; mediteris. Ex nauium Antiatium rostris suggestum in foro Romano ad Palatij radices extructũ à Romanis, quod rostra, templum uocabant, ut in ijs S.C. fierẽt. Rostra aũt duplicia: noua, quæ, ut dictũ est, ad palatij radices: & uetera, quæ apud curiam in comitio fuere. In rostris leges ferebantur, agebantur causæ, habebantur conciones. In ijsdem, uiris clarissimis statuas erigere mos fuit, &c. quæ Marlianus Epit. lib. 3. cap. 15. scribit. Vide præterea Lazarũ de re naual. & Beroaldũ apud Tranq. in Cæsare. Ceterũ Theod. rostra τὰ ἔμβολα. Lazarus τοὺς ἐμβολοὺς sed ἔμβολον Polluci pars nauis est, ἐμβολὸς pars currus ¶Non clientes, non hospites.} De hoc Cic. in Diuinatione his uerbis: Clarissimi uiri nostræ ciuitatis, temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebant ab hospitibus, clientibusq; suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani ditionemq; essent, iniurias propulsare, eorumq; fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem clarissimum uirum & prudentissimũ cum multis, maxime Galba, graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorũ, apud quos Cos. fuerat, iniurias. Addit Budæus in Pandect. hoc ius necessitudinis non personale, sed gentilitiũ, ad agnatos & gentiles transiisse. Moris, ibidem inquit, apud antiquos fuit, ut prouinciales & socij populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant non modo publice, sed etiã priuatim, ijq; ut clientes eorum dicerentur, inter se uero hospites. Ferebat autem id hmõi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorũ suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur, uicissimq; ipsi patronos suos omni obseruantia atq; obsequio colerẽt & ueneraren tur. Hactenus Budæus. De utriusq; officio ut multa, ita notatu dignissima scribit Dionysius Halicarn. lib. 2. de Romanorum antiquitatibus. Gell. lib. 5. cap. 13. Clientem à colendo dicunt, quasi colentẽ. Theodo. πελάτην, à propinquitatis necessitudine. πελάζω enim propinquo significat. Plutar. in Romulo, ἑτέρους δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διῄρει, πατρώνας ὀνομάζων, ὅσπερ ἐστὶ προστάτας· ἐκείνους δὲ κλιέντας, ὅπερ ἐστὶ πελάτας. ἅμα δὲ πρὸς ἀλλήλους θαυμαστὴν εὔνοιαν αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων ὑπάρξουσαν ἐνεποίησεν. οὗτοι μὲν γὰρ ἐξηγητάς τε τῶν νομίμων, καὶ προστάτας δικαζομένοις, συμβούλους τε πάντων, καὶ κηδέμονας ἑαυτοὺς παρεῖχον. ἐκεῖνοι δὲ τούτους ἐθεράπευον, οὐ μόνον τιμῶντες, ἀλλὰ καὶ πενομένοις θυγατέρας συνεκδιδόντες, καὶ χρέα συνεκτιννύοντες, καταμαρτυρεῖν τε πελάτου προστάτην, ἢ προστάτου πελάτην, οὔτε νόμος οὐδεὶς οὔτε ἄρχων ἠνάγκαζεν. Athenienses suos clientes uocabãt θῆτας, à seruitute. Thessali uero πενέστας, exprobrantes eis statum in appellatione ipsa fortunam. Dionys. de hospitalitate paulo post. ¶Neq; nunquam.} Prouerbium receptatum cõfutat. ¶Mature fieri senẽ.} idest mature sibi parcere, et iuuenilia opera intermittere. Quanquam hoc, inquit Eras. non probatur homini duro, quiq; sibi nec extrema senecta remittendis laboribus indulserit, tamen audiendũ nobis, maxime si de uitijs iuuentæ sentias, puta libidine, bibacitate, turbulentia uitæ: quæ nisi quis mature reliquerit, aut nunquam perueniet ad senectam, aut breuem eam habiturus est. Aut enim hoc prouerbio nos moneri, ut integra adhuc ætate desistamus à laboribus iuuenilibus, ac ualetudinis curam agere incipiamus, si uelimus esse uiuaci ac diuturna senecta. Nam senectutis sors, otium & quies. ¶Itaque nemo me conuenire.} Confutatio: non parco mihi, semper enim habeo aliquid ad quod intendam animum. Sicut in Officijs de Scipione: qui nunquam minus fuit otiosus, quàm cum esset otiosus. ¶At minus habeo uirium.} Locus decori sequitur, per comparationem ætatum. & colligit, præstantiam non à uiribus, sed ingenio æstimari debere. ¶Titi Pontij.} Fortassis illum Pontium intelligit, qui cum Capitolium à Gallis esset obsessum, Tyberim tranauit, de quo Plutarch. in Camillo, Liu. lib. 5. Decad. 1. aut fortassis Catonis tempore aliquis, robore magis quàm uirtute spectatus. ¶Præstantior.} Remotio à dicto ad quid, ad dictum simpliciter. Est autẽ caput hoc ἀνακόλουθον. ¶Olympiæ per stadium.} De stadio, nisi memoria fallor, alibi dictum est. Continet autem stadium Olympicum passus CCCC. Pythicum M. Italicum CXXV. ¶Milo.} Quintil. lib. 1. cap. 14. hoc χρειώδεως exemplum adducit. Vide prouerb. Taurum tollat, uitulum qui sustulerit. ¶Pythagoras.} Valer. lib. 8. cap. de studio & indust. Laert. in eius uita. ¶Deniq;.} Occupatio. ¶isto bono.} Communi magis loquendi modo corporis commoda uocat bona, quàm Stoicorũ dogmate. ¶Nec requiras.} Gaza, ἐπιζήτει, Vide Comment. Budæi. ¶Nisi forte.} κλίμαξ. & est argumentum ab ordine & necessitate ipsius naturæ.

BETVL. ¶ Cursus est.} αἴτιον. ¶ Vt enim infirmitas.} Hunc locũ paulo diligentius examinabimus: Cato τὸ ἀπρεπὲς conuellens, respicit ad decori proprium, quod, ut in Offic. 1. docuit, hanc proprie habet uiam, quæ deducit ad conuenientiam conseruationemq; naturæ: quam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. Sed ferocia haud dubie animi uitium est, sicut & in pueritia infirmitas, in senecta imbecillitas corporis.

Cursus est certus ætatis, & uia una naturæ, eaq; simplex; suaq; cuiq; parti ætatis tempestiuitas est data. Vt enim infirmitas puerorum est, et ferocitas iuuenũ, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. Arbitror te audire Scipio, hospes tuus Masinissa quæ faciat hodie, nonaginta annos natus: *cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; cum equo, ex equo non descendere; nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam in eo esse corporis siccitatem: itaque exequi omnia regis officia, & munera.* Potest igitur exercitatio, &

An autem uitia secundum naturam sint, nescio. Esto, dic naturalem esse imbecillitatem senis, sicut mors quoq; naturalis est, licet uitæ priuatio sit, quemadmodum illa uirium. At quid de ferocia dicemus, quæ quidem in ea se ætate exerit: sed exerit se tum libido quoq; quàm alio tempore, magis: quàm arcendã esse, ipse in Officijs censet. nisi ἀλκμὴν, quam Boccat. præsumptionem interpretatur. fortitudinem dicas, quã etiã improprie apud poetas significat. ¶ Percipi.} Manet in autumni metaphora, ubi maturi fructus percipiuntur. Argumentũ sic habet. Naturæ ordo boni consulendus est: quare illa imbecillitas, quia à naturæ senio data est, æquo animo toleranda. Et obserua latentem cõcessionem. concedit enim, non contendit hunc naturæ cursum esse: sed cum exceptione, ut sequitur. ¶ Arbitror te audire.} Apostrophe ad Scipionis unius personam, ad quem Masinissæ cõmemoratio peculiariter pertinet. ¶ Hospes tuus Masinissa.} Ius hospitale gentilitiũ, adeoq; hæreditarium esse, supra dictum est. Quod ut magis quàm aliũde, ita quando Masinissa Mauritaniæ rex in gentis Corneliæ, adeoq; Romanorum amicitiam uenerit, ex Salustij Iugurtha perdisci potest, apud quem hæc uerba leguntur: Bello Punico secundo, quo dux Carthaginensium Annibal post magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxime attriuerat: Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus à Publio Scipione, cui cognomen postea Africano ex uirtute fuit, multa & præclara rei militaris facinora fecerat: ob quæ uictis Carthaginẽsibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium ualuit, Populus Roman. quascũq; urbes & agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissæ bona atque honesta nobis permansit. Sed imperij uitæq; eius finis idem fuit. Quàm constans in amicitia persliterit, scribit Valerius lib. 5. cap. de Gratis. Xenia hospitibus dari solita sunt. De xenijs à Masinissa Scipioni datis, scribit Silius lib. 1.

Huic iuueni dono insignem uelamine picto
Dat chlamydem, stratumq; ostro (quem ceperat ipse
Deiecto uictor Magone, animumq; probarat)
Cornipedem, & cum qua diuum libabat ad aras
Asdrubal, ex auro pateram, galeamq; comantem,
Ex infirmato sociali fœdere regis. &c.

Liuius multis locis memorat munificentiam Scipionis erga Masinissam, lib. 9. & 10. Decad. 3. Huius hospitalitatis hæreditariæq; amicitiæ meminit ipse Scipio in fragmento de Repub. Cum, inquit, in Africam uenissem, Anitio Manilio Cos. ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi potius fuit, quàm ut Masinissam conuenirem, regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum. ¶ Hospes tuus.} Addit Theod. νομιζόμενος, ut intelligas ius hospitale sacrosanctum esse: & eum ius uiolasse, qui hospitalem tesseram fregerit. ¶ Cum ingressus iter.} Valer. lib. 8. cap. de Senect. hæc Ciceronis uerba in testimonium adducit. ¶ Summam in eo esse corporis siccitatem.} Est enim senectus frigida & sicca, ut Galen. in Isagoge de ætatum constitutionibus docet. Per μετάληψιν caluum intelligit. Alij colligunt, catarrho eum non uexatum; cum alioqui senectus excrementosa sit, cum corpus imbecille non digerat, & excrementa rudia per meatus egerat. Est n. siccitas caluitij causa, teste in Problematib. Alexandro. Alexander porro ab Alexand. lib. Genialium dierũ 2. cap. 19. quibusdam corporis partibus dignitatem inesse docens, capiti tanq̃ numine aliquo uenerabili eũ haberi honorem dicit, ut sacris maxime in rebus apertum sit. deinde etiam sanitati cõducere, tum hoc Masinissæ, tum aliorum heroum exemplis ostendit. Addit Valer. hunc aliquot horis in eodem uestigio perstare solitum, non ante moto pede, quàm consimili labore iuuenes fatigasset. & si qd agi à sedente oporteret, toto die sæpenumero nullam in partem conuerso corpore in solio durasse. Ille uero etiam, ut idem refert, exercitus equo confidens, noctem diei plerũq; iungendo duxit, nihilq; omnino ex his operib. quæ adolescens sustinere assueuerat, quo minus in senectute ageret, omisit. Veneris etiam usu ita semper uiguit, ut post sextum & octogesimum annum filium generaret, cui Methymato nomen fuit. terramq; quam uastam & desertam acceperat, perpetuo culturæ studio frugiferam reliquit. In generandi facultate cum Valerio cõsentit Plin. lib. 7. cap 14. & Flor. Epit. 60. regni spatium LX. annis emensus. Val. & Plin. lib. 7. cap. 48. Lucianus nonaginta eum annis uixisse scribit. Florus uero maiorẽ decessisse ait. ¶ Itaq; exequi omnia regis officia et munera.} Officia Theod. καθήκοντα. Cic. qui suos περὶ καθήκοντος libros de Officijs inscripsit, ad Atticum scribens inquit: Mihi non est dubium, quin qd' Græci καθῆκον, nos officium. Id aũt quid dubitas, quin etiam in Rempub. præclare caderet? non'ne dicimus consulis officium, senatus officium, imperatoris officium? præclare conuenit. Aut da melius. Atq; alibi ad eundem: In eo enim est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. Quod de inscriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium sit, nisi quod tu aliud. Non huius loci est dispicere, quàm merito Caleagninus hanc inscriptionem suggillet. Viderit hoc aliquis Aristarchus. Certe numerus pro idiomatum uarietate aliquando non sine elegantia mutatur, ut statim ex λειτουργίας uoce patebit, quæ pluraliter Latinis munera significat rectius quàm munus. ¶ Munera.} λειτουργίαν Theod. inuenias homines, si modo homines censendi sunt, qui Christum denuo impia Missa sacrificare pergunt, qui Masinissam sacrificium faciant. quos non puduit in Actis cap. 13. Paulum & socios Antiochiæ λειτουργοῦντας, ex hoc uerbo Missasse colligere. Non negauerim id qd' Pollux asserit, λειτουργεῖν τῷ θεῷ, musicum esse laborem, quem Deo exhibemus. Sed eidem Polluci, οἱ λειτουργοῦντες sunt oligarchi. & Plutarch. in Romulo λειτουργούς, lictores

Latinis

*temperantia etiam in senectute conseruare aliquid pristini roboris. Nō sunt in senectute vires: *ne postulantur quidē vires à senectute. Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus iis, quæ non possunt sine viribus sustineri. Itaq;, nō modo quod nō possumus, sed ne quantū possumus quidem, cogimur. At ita multi sunt imbecilles senes, ut nullum officij, aut omnino vitæ munus exequi possint. At id qdē nō propriū senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Quàm fuit imbecillis P. Africani filius, is, qui te adoptauit? q̄ tenui, aut nulla potius valetudine? quod nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumē ciuitatis. ad paternam enim magnitudinem animi, doctrina vberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum Læli, & Scipio senectuti est; et eius vitia diligētia *cōpensanda sunt. pugnandū tanquam cōtra morbum est, sic contra senectutē. habenda ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis. tantum cibi, et potionis adhibendum, vt reficiantur vires,*

* nec

*corrigenda

Latinis dictos publicos ciuitatis, nam λῆϊτος populum significat: unde nobis Germanis suum leyt manasse puto, qua uoce populum intelligimus. dein uicinitate uocis, lictores à ligando appellarunt. Munera publicæ functiones sunt, officium dextera functionis administratio. munera sunt publica, officia publica, & priuata ex uirtutum fontibus manantia. Munera publicis personis necessario incumbunt. Officij neglector honestatem decorumq; negligit. In hoc Dionysius peccauit, & Nero: in illo Sardanapalus. Vide etiam Valerium lib. 6. cap. 39. Quid multis? λειτουργίαι idem Græcis, quā uis propter etymon manifestius, quod Latinis munera significat. Testimonia colligere opus non est. Vsi sunt diui fratres, atq; Aelius Pertinax in suis rescriptis, in l. semper. §. demonstrat & §. licet. ff. de iure immunitatis.

ERAS. ⁋ At multi ita sunt.} Hoc loco quidam admiscuerant rursus personam Lælij, cum sit sermo Catonis sibiipsi hæc obijcientis, ac sibi mox respondentis.

BETVL. ⁋ Legibus & institutis. ἐγγράφῳ καὶ ἀγράφῳ. Vide Budæum, & ipsas Pandectas.

Documenta ad resistendum senectuti.

⁋ Muneribus iis.} belli uidelicet, & senatorio. Maior. n. XLVI. annis, militiæ non ascribebatur: nec senatores, qui quintum & sexagesimū annū ætatis excessissent, cogi inuitos, aut contumaces pignore uel pecunia plecti decebat. Senatori. n. sexagenario ad eam ætatem in senatum non uenisse, nulli fraudi fuit. Semper tamen in senatum frequentem uenisse, & fortē sententiā dixisse, boni senatoris est habitū. Hæc & plura alia refert Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 2. & lib. 4. cap. 11. Seneca de breuitate uitæ: Lex à 50. anno nō cogit, à sexagesimo senatorē nō citat. Sunt in Pandectarum lib. 50. tituli de uacatione & excusatione munerū. Itē de iure immunitatis. & in Cod. lib. 10. sunt aliquot ordine tituli. Habuerunt & ueterani suas immunitates, ut est apud iureconsultos, in tit. de Veteranis. Hæc. n. omnia Vacationis nomine ueniunt, apud classicos scriptores. Qui à muneribus publicis propter ætatis excusationē uacabant, dicebātur emeriti. De quo præter Vallā, uide Budæū in l. municeps. §. miles. ff. ad municipalem. ⁋ Nō sunt in se. ui.} Obiectionē esse Theod. indicat, dum uerbum φησὶν interserit. ⁋ At ita multi sunt imbe.} Obiectio alia, à communiter cōtingētibus. & est κεφάλαιον τοῦ ἀδυνάτου ⁋ Imbecilles.} Cum sine bacillo ingredi nequeat, iuxta Sphyngis ænigma. Motiua. n. uirtute senes destituti, humū, quorsum eos natura detrudit, uergentes, bacillorū adminiculo sustentātur, ut Alexander in Problematis ait. ⁋ Vt nullū officij.} ἐπιτηδευμένα Theod. quæ Latini aliàs studia uocant, ut argentarij argentariam facere, mercatoris quæstum. ⁋ Et id qui. nō pro.} Remouet obiectionē inficiando. Est. n. & hoc ἀναπόλουθον, ut propriū propterea sit, quia multis commune. Anceps uox. Theod. ἕξιν ἀνθρωπίνην. i. corporis cuiusq; habitudinē & dispositionem. ⁋ P. African fi.} Cicero in Bruto: Ipsum Scipionē accepimus non infantem fuisse. Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptauit, si corpore ualuisset, in primis habitus esset disertus. Indicant cū oratiunculæ, tum historia quædā græca scripta dulcissime. ⁋ Adoptauit.} Theod. ποιητὸν ἔθετο. Plutarch. de hac adoptione loquens, δύο μὲν πότερον ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι ποιητὸς, filius adoptiuus. ποίησις, adoptio. ποιησάμενος, pater adoptiuus. παῖδα ποιεῖσθαι, adoptare ἐκποιητὸς, emancipatus. Vide Budæi Commentaria. ⁋ Aut nul. po. ual.} ἐπανόρθωσις. Theod. adijcit μεμοίραται. i. ualetudine omni à fatis destitutus, μοῖρα enim & parcam, et fatum, & fortunā significat. Quod tamē Stoicū nō est, qui nasci tantū & mori fatis tribuunt. sed respicit forte ad Lachesin, quæ uitæ filū trahit. ⁋ Quid mi.} A comparatiōe maioris ad minus. Præsumptio siquidē est, iuuētā cōstātiore ualetudine esse. ⁋ Resistendū.} Præcepta quædā, quō uigor senectuti cōseruari possit. ⁋ Vtēdū exer.} Plin. lib. 28. ca. 4. Abstinere cibo nimio aut potu, aliàs uino tantū & carne, aliàs balneis, cū quid eorū postulet ualetudo, in præsentissimis remedijs habetur. His remedijs adnumeratur exercitatio, intentio uocis, ungue fricari cū ratione. Vehemēs. n. fricatio spissat, lenis mollit; multa adimit corpus, auget modica: in primis uero prodest ambulatio, gestatio, & ea pluribus modis. Equitatio stomacho & coxis utilissima, phthisi nauigatio, longis morbis locorū mutatio: & reliqua, quæ ibidē de somno tradit. De priuatorū diæta princeps medicorū Hippocrates præcepta tradidit: de studiosorum, Marsilius Ficinus In uniuersum de uictus ratione, Soranus in Isagoge. ⁋ Exercitationibus mo.} Nec. n. quilibet motus exercitatio putandus est, ut Manar. ad Vaciensem episcopū scribit lib. 6. sed ille tātū, per quē respiratio permutatur. Illud aūt maxime cōduceret, quo inferiora corporis, capite quieto, mouerētur. de quo Isocrates ad Dæmonicū παραινέσει quarta pulchre præcipit, inquiēs: ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα· τούτου δ' ἂν ἐπιτυγχάνοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Et rursus in prologo Parænetici: τὰ μὲν γὰρ, inquit, σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. ⁋ Tantum cibi & potionis} Manardus in eadem epistola negat, uictus rationem non tantum consistere in quantitate qualitatéue cibi & potus, sed in omnibus his quæ uelimus nolimus, nobis occurrunt: ut somno & uigilia, motu & quiete, excretis & detentis, animiq; affectibus: præcipue autem in aere, qui non solum extrinsecus nobis semper adhæret, sed in intima corporis nostri penetralia per inspirationem continuo adigitur. Nemo est qui nesciat, maligna cibaria, ac uaria, & malo ordine sumpta, cruditatem & crapulam.

non opprimantur. Nec vero corpori soli subueniendũ *est, sed etiam menti, atque animo multo magis; nanque hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt; animi autem se exercendo leuantur.* Nam *quos ait* Cæcilius *comicus stultos senes, hos significat credulos, obliuiosos, dissolutos. quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis: vt petulantia, vt libido magis est adolescentum, quàm senum; nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum: sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet; senum leuium est, non omnium.* Quatuor *robustos filios, & filias quinque, tantam domum, tantas clientelas* Appius *regebat*

maximumq; & corporibus & animis afferre nocumentũ. Hec Manard. qui eiusdẽ libri epist. 2. uictus rationem medicinæ præfert, quã doquidem ipsa per sese interdum bonam ad ualetudinem satis est, alte sine hac frustra tentatur. Hæc filij dilecti, propterea pluribus ago, quòd uideam & uos & parentes uestros, nullam prorsus, aut saltem exiguam diætæ rationem habere. Hinc crebræ inter uos corporis affectiones, quæ uel nunquam, uel rarissime sine ingeniorum noxa recedunt.

ERAS. *Nisi tanquam lumini.} Tanquam, adhibuit ad significandum similitudinem.*

BETVL. *[Non opprimã.} Alexander Aphrod. plerosq; uinolentia extinctos ait, quia uini copia naturalem uiuificamq; uirtutẽ caliditate soffocat. Et Aristo. de iuuentute & senecta ignis similitudine id docet. Nam cibus modicus, ut est uiuacitatis causa, ita nimis alimenti copia concoctionem intercipit. [Et corpora.} Dissimile. [Animi autem.} Hoc Quintilianus de memoria dicit, quæ pars ingenij est. [Nã quos ait Cæcil.} Refutat dictum Cæcilij, translatione: causam falsam ostendens, quam ipse senectuti intendit [Credulos.} Credulitatem uitium esse docet Dion, in oratione περὶ ἀπιστίας [Dissolutos.} Theod. παραλελυμένους, uerecundiæ zona discinctos, Cicero Officiorum primo: Negligere quid de se quisq; sentiat, non modo arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. [Quæ uitia sunt.} Alia rursus διάλυσις, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. [Quæ deliratio appellari solet.} Theod. ὃν λῆρον ἔθος προσαγορεύειν. Deliratio: Cic. de Orat. 2. O deliratione incredibilẽ. Plautus deliramentum, τὸ ληρῶδες, in Amph. Hæc quidem deliramenta loquitur. ὁ λῆρος alioqui nugatorem, φλυαρόν, ματαιόφημον, & φλυαρὸν significat. proprium hoc senum uitium est, ut quos memoria destituit, recedente nimirum naturali calore. Tunc enim ἐκτυπώματα menti impressa, quodammodo obliterantur, cui tamen morbo adolescentes quoq; obnoxij quandoq; deprehenduntur: ut apud Tranq. in Vespas. Nec illa quicquam aliud quàm cachinnasse, mirantem quòd adhuc se mentis compote deliraret tam filius suus. Metaphora sumpta est à re rustica, teste Plinio. Is enim li. 18. cap. 20. de occatione loquens, inquit: Hoc quoq; ubi consuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod uocant lirare, operientes semina, unde primum appellata deliratio est. Hinc lirari, & liratim, apud Columellam. De delirio & delirij speciebus, uide Cælium lib. 9. cap. 28. & 29 [Quatuor robustos filios.} Idẽ Cicero 5. quæst. Tusc. Appij Cæci tam in priuatis quàm publicis expeditum uigorem prædicat. Porro hic me locus admonet, ut cũ Appio Cæco te clariss. D. patrone conferam. Nam uideo quædam in speciem inter te Appiumq; similia uideri posse, in quibus ipse uix umbram attingit tuam, cætera uir magnus. Libuit autem in hac συγκρίσει uersiculis ludere.*

συγκρισις CONARDI PEVTINGERI

& Appij Claudij Cæci.

Appius en Cæcus Romanæ gloria gentis,
Præfuit hic domui cum grauitate sua.
Annis confectus numerabat plurima lustra,
Viribus exhaustis robora mentis habens:
Sed precor ut liceat Cæco conferre uirum, qui
Non illi cedit uiribus ingenij.
Prole sed hic illum superat, si cætera par sit:
Annis non impar, nomine nec minor est.
Quanta sit inter uos cernes distantia Claudi,
Quid simili uobis sit ratione datum.
Appius en Cæcus Romana stirpe creatus,
Claudia cui gens est stemmate patricio.
Tempore quo Cæcus Romã uexauerat error,
Tum misere ille senex Appius interijt.
Sed Conrade tibi patria est Augusta beata,
Miris aucta modis, grandibus aucta bonis.
Hæc decus imperij Germani clara per orbem,
Quòd Christum sana cum pietate colit.
Non minus at noster natalibus ille uetustis
Instaurat gentem nomine percelebri.
Appius ille quidem iuris fuit arbiter æquus,
Et iuuit patriam consilio ecce suam.
Consulit at consul, te consulit ipse senatus,
Vrbes longinquæ nomine famigero.
Respondes de iure pius, prudensq; sagaxq;.
Respondes quid ius, quid uelit ipsa Themis.
Appius est multa gelidus grauitate senectæ,
Prospicit & cæcus maxima damna suis.
Verum luminibus grandæuus cernis acutis,
Commoda quæ patriæ semper adesse queant.
Ille domi tantum sapit: ipse foris celebraris,
Orator toto clarus in Imperio.
Cæsaris & procerum percharus semper amicus,
Ciues inde tui munera plura tenent.
Coniugium Cæci nescit cariosa uetustas,
Vndéue maternum traxerit ille genus.
Margaris ast pulchra fecit te prole parentem
Vuelseria Herois, sanguine patricio.
Non modo fœcundo peperit tibi pignora partu,
Lacte sed & natos nutrijt ipsa suos.
Imbuit ipsa suos natos, natasq; puellas,
Literulis castis, & pietate pia.
Quidquod & instituit plures grandæua nepotes:
Hæc Domini uere munera crede mihi.
Tale nihil uetulus iactabit Claudius ille,
Qualia tu agnoscis, gratior erga Deum.
Quatuor ille quidem rexit cum robore natos,

Sed

Sed patris tantum nomine famigeros.
Mascula progenies multa uirtute beata
Est tibi, ut sapiens, corpore & ingenio.
Quatuor eximij iuuenes, fortesq; mariti,
Horum per terras nomina nota uolant.
Linguas hi uarias norunt, peregrinaq; regna,
Pro se quisq; patrem pro pietate colit.
Maior in his natu numeratur Claudius ille,
Iustitiæ censor, nomine, req; pius.
Qui mihi patronus semper, dominusq; colendus,
Qui mihi per uitam suspiciendus erit.
Christophorus constat totus uirtute, uigetq;:
Sed Chrysostomus est nō minus ingenuus.
Carolus est quartus, spe plena dotibus amplis,
Hi pro se patriam quisq; decore beat.
Natas quinq; domi generauit Claudius ille:
Sed quales fuerint, omnia scripta tacent.
Dotibus insignes uarijs totidem genuisti,
Felicem reddunt te uenerande pater.
Sunt generi multa præclari laude, senectæ
Felices annos exhilarare solent.
Hi simul haud raro, læti & cum hisce nepotes
Exornant mensam, lætificantq; tuam.
Rexerat ille quidem famulos famulasq; benigne,
Nomine sed simili ualde beatus eris.
Sponte sua faciunt ex te sua munera nati,
Et natæ famulis omnia præcipiunt.
Vt moles sit nulla tibi, sint omnia blanda,
Res tristes pellunt, tædia cuncta fugant.
Ille clientelas iactat: sed tu mage felix,
Quem docti passim cultibus excipiunt.
Ecce cliens tibi sum, modo tu dignere patronus
Rebus in aduersis semper adesse mihi.
Non opus ut subeas magnos cum mole labores:
Claudius efficiet, si quid opus fuerit.

& senex, & cæcus. intentum enim animum, tanquam arcum, habebat: nec languescens succumbebat senectuti. tenebat non modo authoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant: vigebat in ea domo patrius mos, & disciplina. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. Vt enim adolescentem, in quo senile aliquid; sic senem, in quo adolescentis est aliquid, laudamus: quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi Originum *liber est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium quascūq; defendi, nunc quàm maxime conficio orationes. ius *augurum, pontificum, ciuile tracto: multum etiam* Græcis *literis vtor.*

Originū liber à Catone scriptus.

* augurijū, pontificijū.

BETVL. Huius comparationis maiorem occasionem inuenies apud Valeriū lib. 8. cap. de Senectute. ¶ Et senex.} ἀυξηαις. ¶ Tenebat nō modo authoritatem.} Theod. ἀυθεντίαν. Super hoc loco confert græca cum latino, in Commentarijs Budæus. Idem Theodorus libro περὶ μυνῶν ait, hoc uocabulum olim tantum significasse τὸν αὐτόχειρα. postea uero, & supra mille annos, αὐθέντην græce hoc significare cœpisse, quod apud Latinos Author significat. Inde αὐθεντία authoritas, quod uerbum in Pandectis iureconsultorum sæpe legitur. Vide omnino Budæum in Commentarijs. De authoris authoritatisq; corriuatione, uide Vallam lib. 3. cap. 32. & Perottum in Cornucopiæ. ¶ Metuebant enim ser.} Distributio est: quod hic obseruabis. Ne Cato nimius suæ laudis buccinator, sua subinde facta canitet, ea in aliena exempla spargit, eorum præsertim quorum uitam fuit ipse imitatus. Oeconomiam Appio tribuit, qua excelluit ipse, quippe qui filium suum ipse docuit, ipsaq; uxor filium suo lacte aluit, seruos frugales instituit, frugalis ipse paterfamilias, parens bonus, maritus frugi, tolerans laboris. De quibus uirtutibus abunde Plutarchus. ¶ Si ius suum retinet.} Ne ex arbitrio liberorum pendeat, ne'ue ad agnatos & gentiles, id est in tutelam, et quasi mancipationem deducatur. Eo enim Cicero respexisse uidetur, ne senex bis puer, rei suæ administrandæ parum idoneus, inuerso naturæ ordine quasi in liberorū sacra recidat. Naturæ interim propinquius est, senectutem in tutelam filiorum, quàm potestatē seruorum recidere. Hæ nanque sunt alieni iuris rationes, in Instit. libro primo tit. 8. ἀνδραποδίζειν autem, quo uerbo hic Theod. usus est, ad seruilem mancipationem proprie pertinet. licet authores μεταφορικῶς ad urbium quoque deditionē transferant. Significat tamen proprie uirum pedibus ligatum mancipare. In patria autem potestate constitutos, quos Cicero mancipatos hic uocat, Theophilus Institutionum paraphrastes, cum propriam apud Græcos uocem non inueniret, ἐν πατρίᾳ ποτεστάτε esse dixit. Obserua obiter locum à relatiue oppositis. Et quia utilitatis caput hic tractatur, elenchum in hunc modum cogere poteris. Alieni iuris esse miserum est: senes delirantes in propinquorum tutelam, quasi in alienum ius redacti putantur: ergo senes delirantes, miseri sunt. Analysis ex contrario statuit: senes quia necessario non delirant, non esse necessario miseros. Cæterum ius suum non retinere dicebant eum, quem nunc iustitiam habere, uel consequi non posse dicimus. Et ius suum obtinere, ab Isocrate & Demosthene τυγχάνειν τῶν δικαίων dicitur. à Demosthene etiam τὸ δίκαιον ἔχειν. Vide Budæum in Annotationibus in Pand. ¶ Vt enim adolescentem.} Conuersio, cui pluscidum ex ἀντιθέσει gratiæ accedit. ¶ Septimus.} Vtilitatis caput: Docet se non propterea inutilem, quia senex. ¶ Originum liber.} Quorum fragmentum hodie extat. Plutarchus commemorat Catonem historias suas manu sua maiusculis literis exarasse, Originum forte libros intelligens, quibus Cicero in Bruto florem & eloquentiæ lumen tribuit. Originum libros uocat annales, quo nomine Lud. Viues, nomen eius ueneror, Geneseos libros eleganter appellat. Recitat autem studia sua & elucubrationes, per congeriem. ¶ In manibus.} Id est, à me scribitur. Supra aliter, In manibus est laudatio: id est, edita doctorum manibus teritur. Budæus de Asse primo, hinc colligit moris fuisse, domi orationes limare & conficere. de quo lege Quintilianum etiam circa finem decimi. ¶ Ius augurum, pontificum, ciuile tracto.} Theodorus συντάττομαι, id est compono & scribo. Vide Budæum in Commentarijs. Quid ius augurum & pontificale à ciuili differant, uide apud Riuallium de hist. iuris Ciuilis.

BETVL. ⁋Pythagoreorũ m.} De Pythagoreorũ uiuẽdi ratione, lege Gelliũ lib.1.cap.4. ⁋Exercẽdæ me.} Præter ea q̃ de exercẽda memoria Quintil.præcipit, lege Ludouicũ Viuem de Tradẽdis disciplinis lib.3.itẽ de Anima lib.2. ⁋Curricula.} Metaphora, à stadio currentiũ ad animũ trãslata. Est.n.curriculũ, spatiũ, intra quod se cursores exercẽt. Theod. στάδια. Arist.Sect.30.Problemate 4. Senes mẽte amplius ualere, iuniores otius discere ait: quia mens senioribus cõtingit, usu uidelicet, iuniorũ autẽ animi, quia occupati nullis rebus sunt, facilius quæuis apprehẽdũt. ⁋Desudãs.} exercẽs manet in palæstræ metaphora.

ebria. Cuius primũ caput est, authoris commẽdatio, quæ, quoniã suo dogmati ponderis accedit, tãtũ è regione intẽperãtiũ assertio clæsatur. ⁋Tradita.} in manus, scripta nimirũ: id qđ Theod.maiori energia expressit, ἐνεχείρισσε. ⁋Nullã ca.pe.} Expositio ebriæ. Capitaliorẽ pestẽ alio loquẽdi modo dicit, q̃ infra, rei capitalis damnatum. Theod. ὀλεθριώτερον, metaphora à morbis ducta. medici ex Hippocrate et Galeno pernicio sum uel letalẽ ὀλέτριον ĩterpretantur. Ponit.n. Hippocrates, nouẽ morborũ differẽtias. ὀξὺ acutum, κατοξὺ peracutum, κακόηθες malignũ, χρόνιον diuturnũ, μέσον mediũ, ὀλέτριον, quem Cicero hic capitalẽ uocat, περιεστικὸς mitẽ, κινδυνώδης periculosum, ἀκίνδυνον periculo uacuũ. ὀλέτριον ãt Gal.i. De finitionibus defini, νόσημα τὸ πάντη πάντως ὄλεθρον ἐπιφέρον, ἤτε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ ἐν πλείστῳ i. maiorem subinde interitũ, uel exiguo, uel longo tẽpore adferens. ⁋Cuius uo. aui. &c.} Theod animæ legisse uidetur, ὡς ἂν τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν, &c. ⁋Hinc pa. pro.} τῆς αἰτίας κεφάλαιον. Enumerat.n. effectus ex uoluptate natos. ⁋Patriæ pro.} Cuius exẽplũ supra de prodito Tarẽto indicauimus. ⁋Rerũ publi.} Theod. πολιτειῶν genus, nõ speciẽ intelligit. Hac.n. ratione monarchia Romanorũ propter Tarquinij libidinẽ, propter Appij Decemuiri furorẽ oligarchiæ, in libertatẽ popularẽ conuersa est. ⁋Illecebris.} Theod. ἴυγξιν. Est autem ἴυγξ Hesychio φίλτρον ἀπὸ ἴυγγος τοῦ ὀρνέου. atq; hanc auẽ idoneã incantationibus. Vocari etiã κιναίδιον, eaq; uti Venerem. Atque hinc medicamina amatoria, ἴυγγας appellari. ⁋Cũq; ho.} τοῦ ἐναντίου κεφάλαιον. ⁋Tẽperãtiæ locũ est.} Theod. χώραν, cũ τόπον reddere potuerit. Sicut τόπον τῆς ἀπολογίας i. pro se dicẽdi facultatem. sed ad uoluptatis

Pythagoreorum mos. Pythagoreorumq; more, exercendæ memoriæ gratia, *quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim; cõmemoro vesperi. Hæ sunt exercitatiões ingenij, hæc curricula mentis. in his desudans, atq; elaborans, corporis vires non magnopere desidero: adsum amicis; venio in senatum frequens; vltroq; affero res multum & diu cogitatas, easq; tueor animi, non corporis viribus. Quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret meus, ea ipsa cogitantem, quæ iam agere non possem: sed vt possim, facit acta vita. Semper enim in his studijs laboribusq; uiuẽti, nõ intelligitur, quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu ætas senescit; nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

* quodcũ p dix.

Oratio Archytæ cõtra uoluptatem. SEquitur tertia vituperatio senectutis, quòd eam carere dicunt voluptatibus. O' præclarum munus ætatis; siquidẽ id aufert nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum. Accipite enim, optimi adolescentes, veterẽ orationẽ Archytæ Tarentini, magni in primis, & præclari viri: quæ mihi tradita est, cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidæ libidines temere, & effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc Rerumpub. euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci dicebat: nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendũ non libido voluptatis impelleret: stupra vero, adulteria, & omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari, nisi voluptate: cumq; homini siue natura, siue quis deus nihil mente præstabilius dedisset; huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum, quàm uoluptatem: nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse omnino, nec in uoluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset;

Mens uoluptas inimicæ.

⁋Nõ ma.} Arist.2.in Rhet.ad Theodecten 2. τὴν ἐπιθυμίαν ait esse τοῦ ἀπόντος. ⁋Adsum ami.} Adesse, patrocinari: sicut & Græcis τὸ παρεῖναι, pro quo superesse Gellius negat: Alciatus probat, authoritate Cice. lib. de uerb. sign. 2. Obserua cõgeriẽ. Frequẽs, & ultro, & diu, amplificationes habẽt, satis cũ uehemẽtia pronunciãdas. ⁋Ita sen.} Ciceronianæ securitatis nõ neglegẽs ταυτολογία. ⁋Viuẽti.} Datiuus acquisitiue positus. ⁋Sensim.} Vnde illud Ouidij:

Tempora labuntur, tacitisq;
senescimus annis.

⁋Nec su.frã.sed diu.ex.} Metaphora ab igne, ex opinione Stoicorũ, adeoq; Democriti, qui animã πνεῦμα θερμὸν i. spiritum feruidũ appellãt. Ignis corruptiones Philosophus περὶ νεότητος καὶ γήρως duas ponit: μάρανσιν, q̃ à se ipsa prouenit, marcorẽ interpretãtur, senectutẽ uidelicet: id Cic. itelligit, cũ ait senectutẽ diuturnitate extingui. alterã uiolẽtiã σβέσιν, i. extinctionẽ: id frãgẽdi uerbũ apud Cic. significat. Verbum.n. extinguẽdi, aliud significatũ hoc loco apud Ciceronẽ habet. nẽpe ut cũ lumẽ fomẽto destitutũ, paulatim euanescit, & quasi expirat, non flatu, aut alterius rei impetu deletur & abrumpitur.

CONFVTATIO III.

Confutationis quidem munus est, calumnia quapiam affirmãtis authoritatem eleuare. Sed quia eam in disputationis progressu satis ridiculam explodendo fecit, satis in præsentia eos exsibilat, dum id quod sibi decessisse conqueruntur, tanta ipse congratulatione & sibi & alijs senectutem bene ferentibus applaudit, ut qui eam tãdẽ molestiã deposuerint, q̃ tẽperãti cuiq; grauissima est. Q. d', ut commodius fiat, utitur Archytæ Tarẽtini, summæ authoritatis uiri, προσωποποιΐαν, adq; regnum ad quod Cato paucul:s allusit uerbis, clarius exprimere uoluisse uidetur. tẽperantiã nẽpe ibi terrarũ exulare, ubi uoluptas fœda rerũ potitur, adeo ut ne tantillũ quidem agelli uirtuti relinquatur. Voluptatis regiã, uena uere poetica cecinit Marcellus Palingenius in Geminis: quẽ triuisse, me iudicio, tãi iuuabit, quàm ex ueteribus uatibus alium quemlibet. Ponitur autem hæc allusio pro cõparatione, quæ quintum τῆς χρείας caput est.

⁋Fingere

fingere animo aliquem iubebat, *incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. nemini censebat fore dubium, quin tandiu, dum ita gauderet; nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. quocirca nihil tam detestabile, tamq; pestiferum, quàm voluptatem: siquidem ea cum maior esset, atque longior, omne animi lumen extingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite, patre eius, à quo in Caudino prælio *P. Posthumius, & T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam, Nearchus Tarentinus hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se à maioribus natu accepisse dicebat: cum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis; quem Tarentum venisse L. Aemilio, Appio Claudio consulibus reperio. Quorsum hæc? vt intelligatis, si voluptatem aspernari ratione, & sapientia non possumus; magnam habendam senectuti gratiam; quæ effecerit, vt non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas rationi inimica; ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos; nec habet vllum cum virtute commercium. Inuitus quidem feci, vt fortissimi viri T. Flaminij fratrem L. Flaminium è senatu eijcerem septem annis post, quàm consul fuisset; sed notandam libidinem putaui. Ille enim cum esset consul in Gallia, *exhortatus est in conuiuio

* tanta in.

* Sp.

* exoratus.

BETVL. ¶ Fingere ali.} Fictionis formula, quam Fabius prosopopœiæ speciē facit, ad euidentiam sermonis pertinet. Referri potest & ipsa ad cōparationē. ¶ Cato Pon. Sam.} Herennij filio, patre longe prudentissimo nato: Liu. Plin. de Viris illustri. addit cognomen Thelesini. Hic ille est, qui optabat in ea se tēpora reseruatū, cū Romani dona accipere cœpissent. Offic. 2. ¶ Patreq; eius.} Antiquior lectio habet, patre eius: quā etiā Theodorus secutus est. γαΐου πόντίου τοῦ πατρὸς. ¶ In Cau. præ.} Hoc prœliū scribunt Liui. lib. 9. Decad. 1. Florus cap. 12. lib. 1. Plini. de Viris illust. cap. 30. Orosius lib. 3. cap. 15. Meminerūt Cice. Offic. 3. & diuus August. ca. 22. lib. de Ciuit. dei tertij. Gellius lib. 17. cap. 21. Cæterū Caudinarū furcularū τοπογραφίαν, uide apud Liuiū. ¶ Publius Posthumi.} Antiquior lectio habet Spurius, quā Gaza quoq; sequitur, & recte. Quid quòd Spuriū Cice. ipse in 3. Offic. nominat. Sic Liu. ipse, & eius Abbreuiator. ¶ Consules.} Cū iterum consules essent. Cice. Offic. 3. anno uidelicet ab Vrbe condita cccccxxxiij. Male ergo apud Orosiū legitur cccccxxvi. quod per legē Annariā fieri minime potuit, cū ijdē simul consulatum gesserint anno cccccxxi. ¶ Superati sunt.} μπὸ σ(?)ις, sub iugum missi, debebat dicere. ¶ Quē Ta. ue. L. Ae. Ap. Clau. Coss.} Manifestus error est. Metzlerus L. Volumnium legendum censet. Sed qui hoc fieri potest, cū Volumnius Appij Cos. cuius supra mentio facta est, collega fuerit, anno ab Vrbe condita cccccxlvij. hoc est. xiiij. annis post Caudinam pacem. Taceo quod Laertius scribit, Platonē obijsse Olymp. cviij. hoc est annis ante Volumnij consulatū ad minimū xl. Quantū ego coniecturis colligo, cū consulari Chronologia, hi simul Coss. non reperiantur, legendū esse, pro Aemilio Camillū. Nā ex Gellio colligimus, Platonē eo tēpore ad Dionysiū profectū esse, quo Philippus Amyntæ filius, Alexādri Magni pater, paucülis annis Macedonibus imperitasset, qui regnū adeptus est circa annum Vrbis conditæ quadringentesimum. Inde autē anno. 6. quo Valerius Coruinus, cum Gallo singulari certamine pugnauit: consules fuerunt Lucius Furius Camillus, Appius Claudius Crassus. Facilis librariorum lapsus est, ut pauculis literis, ijsq; non prorsus immutatis, ex antiquo forte exemplo Camillus in Aemilius mutatum sit. Nec male congruunt Laertius & Eusebius, si natalem obitumq; Platonis ad calculum uocas. Licet illi natus sit 88. Olympiade, mortuus anno. 1. 108. Olympiadis: huius uero natus quidem anno ultimo, Olympiadis lxxxviij. mortuus autem anno. 1. Olymp. cix. Quæ dissonantia exigua magis est, quàm quæ notari iure debeat. Tempora propterea contulimus, ut coniectura suppetat quò nam tempore Plato Tarentum uenerit. Et meo iudicio, Ciceronis locus nō male sic restitui potest. ¶ Quorsum hæc?} Subiectio, quæ subiungit causas à contrarijs ductas, non sine sententiæ grauitate. ¶ Inimica.} πολεμία Theod. quasi tu dicas, hostis, quæ cum diuturnum & assiduum gerit bellum. Cuius prælium describitur à Prudentio in Psychomachia. ¶ Ac mentis, ut ita di. per.} προσπιπλάττει perinde ac si insolentius sit dictum. Manet in metaphora militari. In congressu. n. stratagema est, oculis tenebras offundere. ¶ Commercium.} à contractibus συναλλάγματα. Quæ uox non tantum contractus nominatos uel innominatos significat, sed inducias, & cum hoste colloquia, quibus omnibus hic locus præclusus est. Videntur hæc uelut μίμησις quædam certum esse, quæ à Virtute & Voluptate apud Xenophontem coram Hercule dicuntur. Disertissima uoluptatis cum uirtute comparatio est apud Senecam, libro primo de Vita beata. ¶ Inuitus quidem} Excusat censoriam seueritatem, simulq; indicat magistratus decorum, cuius munus proprium est, intelligere, se gerere personam ciuitatis, &c. ne uideatur pronus ad puniendum, et ex animaduersionibus quasi delectationem quandā capere. Omnis siquidem animaduersio et castigatio, ut in. 1. Offic. Cicero docet, contumelia uacare debet, neque ad eius qui punit aliquē, aut castigat, sed ad Reipub. utilitatē referri. ¶ Vt fortissimi.} γενναιοτάτου, Theod. ut intelligas eum demum generosum, qui fortis. ¶ Septem annis.} Qui Cos. fuit anno D L X I I. Atque sic ratio congruit, ut septimus annus in Catonis censuram cadat. ¶ Notandam.} Notare est notas ascribere. Liuius eadem de re loquens: Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis è senatu ascriberent notas. Theodorus ἀτιμάσαι dixit. Hinc ἄτιμοι priuatiua compositione dicti sunt, qui infamia notati sunt. Nam & τιμὴ honorem, τίμημα item & τίμησις notam censoriam inter cætera significat. Sicut τιμητὴς quoq; censor est, magistratus tam de moribus quàm facultatibus censendis cōstitutus, qui ut in ordinem capita redigit, ita capite diminuit. ¶ Ille enim cum esset consul in Gallia.} Historiam scribentes, Liuius lib. 9. Decadis 4. Plutarch. in Catone & T. Flaminio, mirifice uariant. uarietatem suo loco uidebimus.

E R A S M V S.

¶ Quanta percipi potest maxima.} Hanc sermonis figuram & ante notauimus ¶ In Gallia exhortatus est à scorto.} Si locus mendo uacat, exhortatus est, dixit passiue.

à scorto, vt securi feriret aliquem eorũ, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. *Hic Tito fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. mihi vero, & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido; quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus. Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porro pueros à senibus audiuisse dicebant: mirari solitum C. Fabritium, quòd, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset à Thessalo Cynea; Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur; eumq; dicere, Omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda. quod ex eo audientes, *M. Curiũ, & T. Coruncanum optare solitos, vt id Samnitibus, ipsiq; Pyrrho persuaderetur; quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus *dedidissent. Vixerat *M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem se pro Repub. quarto consulatu deuouerat. norat eundem Fabritius, norat Coruncanus: qui tum ex sua vita, tum ex eius, quem dico,

BETVL. ⁋ A scor. } Scortum dicit, de sexu masculo. ut etiam Liuius hoc ipso loco: Inter cætera obiecit ei Philippum Pœnum, charũ ac nobile scortum. Item, Inter cuius sermonem Quintus scorto, &c. Domitius item Cæsar Antonium superioris Germaniæ curatorem scortũ appellauit, ut de eo Sex. Aurelius scribit. Plutarchus in Catone μειράκιον ἐκ τῆς παιδικῆς ὥρας ἑταιροῦν ἀνειληφὼς ὁ λεύκιος. Et in Flaminio, τούτῳ συνῆν μειράκισκος ἐρώμενος. Theod. παρακέκληται πρὸς τοῦ ἐρωμένου ἐν συμποσίῳ. ἐρώμενος autem & cinæsum significat, & amicum scorti. i. τὰ παιδικὰ, καὶ τὸν ἑταίρας ἐρῶντα καὶ ἐρώμενον ὑπ' αὐτῆς. Budæus in Comment. ἑταιρεῖν quidem Græcis authorib. idem significat, quod Latinis scortari: differt tamen propriè à πορνεύεσθαι, ut in hoc opus ipsum, in illo tantũ concupiscentia denotetur. Puero nomen supra ex Liuio, Philippo Pœno diximus: quem teste Plutarcho, adeo deperibat, ut siue exercitus ductaret, siue prouincias administraret, ab eius nunquam latere discederet. Lucius apud imperatorem, honore & gratia tantum ualuit, quantum ex potioribus amicis & domesticis quisquam. ⁋ In conuiuio. } cum uino incaluissent, & cum, ut Plutarchus ait, ex more accumberet. ⁋ Exhortatus. } Alijs subinde atq; alijs blandimentis aduersus hominem usus, perq; lasciuiam, ut Liuius inquit, cauillatus, exprobrare consul persæpe solitus, quod sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Roma esset ut obsequium amatori iactaret, licet summo desiderio hominis mactationi, quod nunquam contigerit, interesse cuperet. ⁋ Aliquem eorum qui in uinculis. } Lucius, ut scribit Plutarchus, mutuis blanditijs uel, ut ipsius uerbo utar, ἀντιφιλοφρονούμενος, quæ illi grata essent, dixit, Ne mihi tristis assideas: equidẽ medebor tibi. imperatq; unum ex ijs qui capitis damnati erant, ad se in conuiuium adduci, ministroq; cum securi accersito, cinæsum denuo interrogans, num hominem percuti spectare cuperet? qui cum se uelle responderet, hominis collum truncare iussit. Rei autem huius confirmandæ, hunc Ciceronis locum in testimonium Plutarchus utroq; loco nuncupatim citat. Liuius autem, nunciatum in conuiuio scribit, nobilem Boium cum liberis transfugam uenisse, conuenire Cos. uelle, ut ab eo fidem præsens acciperet, introductum in tabernaculum, per interpretem alloqui consulem cepisse. Inter cuius sermonem Quintius scorto, Vis tu, inquit, quoniam gladiatorum spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem aspicere? Et cum is uix dum serio annuisset, ad nutum scorti Cos. stricto gladio, qui super caput pendebat, loquẽti Gallo caput primum percussisse: deinde fugienti, fidemq; Populi Romani, atq; eorum qui aderant, implorantí, latus transfodisse: atq; hoc in oratione Catonis scriptum extare, Liuius commemorat. Addit idem Liuius, Valerium Antiatem, ut qui nec Catonis orationem legisset, & fabulæ tantum sine authore editæ credidisset, aliud argumentum, simile tamen libidine & crudelitate peregisse. ⁋ Rei capitalis. } Theod. τινὰ τῶν ἐν δεσμοῖς καταδικασθέντων ἐπὶ θανάτῳ. Plutarchus in Catone, κελεύσας ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτων εἰς τὸ συμπόσιον ἀχθῆναι. Sic enim legendum censeo. Et in Flaminio, κελεύσας ἕνα τῶν καταδίκων ἐκ τοῦ δεσμοτηρίου προαχθῆναι. κατάδικος enim inter cætera idẽ significat, quod κατάκριτος. Franciscus Barbarus apud Plutarchũ, Ciceronis elegãtiam expressit. ⁋ Hic Ti. fra. suo. } Liuius ait, orationẽ Catonis in Quintiũ lõge grauissimã fuisse: qua si accusator ante notã, non Censor post notam usus esset, retinere Quintiũ, ne frater quidẽ T. Quintius, si tũ Censor esset, potuisset. Fuit aũt is Cẽsor cũ M. Claudio Marcello quinquies Cos. filio, qui P. Scipionẽ Catonis æmulũ senatus principẽ creauerũt. Plutarc. in Flaminio. ⁋ Mihi ue. et Flac. } Cato hac animaduersione plurimũ inuidiæ cõflauit, fratrisq; Titi odiũ in se prouocauit acerrimũ, adeo ut Quintiũ fiaẽ cõtra Catonis seueritatem, lacrymis implorarat. Cato, Lucio sponsione oblata inficiandi locũ, si non uno et uenere amẽs in sanguine humano lusertt, cõce fit. Is cõscientia tortrice certissima cõfusus, tacẽdo crimẽ cõfessus, à populo iure notatus, iudicatus est. Aliquanto aũt tpe post, in imis theatri gradibus conspectus, sua abiectione populo cõmiserationẽ mouens, magnis acclamationibus in superiores theatri partes, adeoq; consulariũ gradum receptus est. ⁋ Porro. } Nota porro, pro retro. μαρτυρία τῶν παλαιῶν, locus Chriæ septimus. Similis est in Lælio. Verum ergo illud est, quod à Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum. ⁋ Cyneas Thess. } Demosthenis auditor, imitatorq;, tantæ eloquẽtiæ uir, ut plures ciuitates sua facundia, quàm Pyrrhus armis superasse creditus sit, atq; ob hoc à Pyrrho in magno pretio habitus. Hic ille Cyneas est, qui Romanorũ senatũ regũ cõsessum, uel ut Iustinus inquit, regũ urbẽ: uel ut Florus, Vrbẽ tẽplũ, senatũ uero regnũ sibi uisum responsitauit. de quo, ut hæc ipsa, ita multa alia apud Plutarchũ in Pyrrhi uita leguntur. & apud Valeriũ lib. 4. cap. de Cõtinentia: qui tamen hanc imprecationẽ nõ ad Curiũ & Coruncaniũ, quos ferè Cicero copulat, & in Lælio inter se cõiunctissimos fuisse testatur, sed ad ipsum Fabritiũ referunt. ⁋ Titũ Corun. } Qui eo anno cõsul cũ P. Valerio Leuino fuit, anno ab Vrbe condita cccclxxiij. Abbreuiator Liuij Epit. 13. ⁋ Vixerat M. Cur. } Isthæc cõmemoratio, prima fronte nihil ad uersum facere, sed senile quiddã uideri potest. Sed hi omnes quos enumerat, quia tẽperantia pollent, uoluptatisq; cõtemptores maximi sunt, exẽpla contra uoluptatẽ rectè habentur.

⁋ Dannati rei capitalis. } Dannati capitis usitatius est. Dannati rei capitalis, hoc uenustius, quo rarius. ERAS.

P. Decius se p Rep. deuouit.

* tunc fr.

* Manium Curium.

* dedissent.

* Manius

⁋ Cum

P. Decij facto iudicabant esse profecto aliquid natura pulchrum, atque præclarum, quod sua sponte peteretur, quodq; spreta, & contempta uoluptate optimus quisq; sequeretur. Quorsum igitur * tã multa de uoluptate? Quia non modo uituperatio nulla, sed etiã summa laus senectutis est, quòd ea uoluptates nullas magnopere desiderat. Caret epulis, extructisq; mensis, et frequentibus poculis: caret ergo uinolentia, cruditate, & insomnijs. Sed si aliquid dandum est uoluptati, quoniam eius blanditijs non facile obsistimus; diuinus enim Plato escam malorum uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo pisces: quanquam immoderatis epulis careat senectus, modicis conuiuijs tamen potest delectari.

* hæc t.

BETVL. ⁋Cum Publio Decio.} filio uidelicet, qui quartum consulatum cum Fabio Maximo Rutiliano quintum consule gerens, se pro patria ad patris exemplum deuouit, anno CCCCLVIII. Pater enim iam ante anno CCCCXV. cum Manli Torquato consul, se anathema pro patria fecerat. Fuit ergo Marcus Curius Dẽtatus cum P. Rutilio Cos. anno CCCCLXIII. ⁋ Deuouerat.} Theodor. περιφράσει, quid deuouere sit, extulit, dicens eum εἰς ἑκούσιον σφαγὴν ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἑαυτὸν δεδωκέναι. Deuouendi ritum scribit Liuius lib. 8. Decad. 1. his uerbis: illud adyciendum uidetur, licere Consuli, Dictatoriq; & Pretori, cũ legiones hostium deuoueat, non utiq; se, sed quem uelit ex legione Romana scripta ciuem deuouere, si is homo, qui deuotus est, moritur, probe factum uideri: ni moritur, tum signum septem pedes altum, aut maius in terram defodi, et piaculum hostia cædi. ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum descendere, fas non esse. Sin autem se deuouere uolet, sicuti Decius deuouit, ni moritur, neq; suum, neq; publicum diuinum pure faciet, qui sese deuouerit. Vulcano arma, siue cui alij diuo uouere uolet, siue hostia, siue quo alio uolet, ius esto. Telo super quod stans Cos. precatus est, hostem potiri fas non est: si potiatur, Marti suo Vetauralibus piaculum fieri. Vide ad hæc Alexandrum ab Alexandro lib. Genialium dierum 3. cap. 12. Concepta uerba, quibus dictatores imperatoresq; urbes, exercitusq; deuouere soliti sunt: legis apud Macrob. lib. 3. cap. 9. Cæterum Decij filij deuotio est apud Liu. lib. 10. Decad. 1. Flor. lib. 1. cap. 17. Valer. lib. 5. cap. de Pietate erga pat. Plin. de Viris illustr. cap. 27. apud Oros. lib. 3. cap. 21. non modo numerus annorum dissonat, sed etiã Muræna pro Mure perperã legitur. Vtriusq; patris uidelicet & filij, meminerunt Cic. de Diuin. lib. 1. Tusc. quæst. lib. 1. & alijs crebro locis, August. de Ciuit. dei lib. 5. cap. 18 ⁋ Norat eundem Fab. norat Corunc.} à cuius deuotione sedecim annis consul, alter ad Pyrrhum legatus fuit. ⁋ Pulchrum.} Sic Proclus & de anima & dæmone ex Platonis Phædro, qui liber de Pulchro est, colligit, naturaliter bonum, atque uicissim omne malum turpe, usus in primis argumẽto ab etymo. Nam τὸ καλὸν dictum esse, uel διὰ τὸ καλεῖν quia prouocat animos: uel διὰ τὸ κηλεῖν, quia permulcet intuentes. ⁋ Spreta.} Quia deformis, à loco contrariorum ⁋ Quorsum igitur tam multa.} Epilogi loco per subiectionem confutationi annectit: & dialogismo, id quod obscurũ erat, declarat ⁋ Caret epulis.} A' causis. ⁋ Vinolentia.} Vinolẽtiam recte inter morbos numerat, ut cuius tam multa incommoda Aristot. in Problematib. Tmemate 3. commemerat, ut sunt, πλευρῖτις, ἀγονία, tremor, rigor, delirium, uertigo. ⁋ Cruditate.}. Huius. n. cãm ciborum copiam medici consignant. & præsertim Gale. in Isagoge eo cap. quo de humorib. agit sanitatis rõnem habendam docens: τὸ πλῆθος τῶν τροφῶν μόνον φυλαττόμενον ἐξ οὗ ἀπεψίαι γίνονται, ἀφ᾽ ὧν αἱ νόσοι συνίστανται. & Varro in Satyris Menippeis referente Gellio ait, πέμμασιν cum πέψει societatem infidam esse. πέμματα aũt Gell. bellaria interpretatur. ⁋ Insomnijs.} Macrob. lib. 1. cap. 3. de Somno Scipionis, ἐνύπνιον, idest insomniũ diuidit, in animi, fortunæ & corporis, qđ Cic. hic gñali nomine insomniũ uocat. si temeto, ut Macrob. ait, ingurgitatus, aut distentus cibo, uel ex abundantia præfocari se extimet, uel grauantibus exonerari, &c. Pace tua Theodore, liceat, priuata admiratione, qua te usq; suspicio, posita, libertate studiorũ professoribus concessa uti. Patere precor, ut bona cũ uenia, cũ Metzlero, haud nullius nominis uiro, à te aliquo modo dissentiã. Fateor à grãmaticis differentiã obseruari, qua insomniũ singulari numero id significatur, qđ Græcis est ἐνύπνιον. unde insomnes noctes, plurali uero: id quod tu hic ἀγρυπνίαν transtulisti. Sed Plin. negat Athlantes insomnia uisere, & remedia quædam contra insomnia præbet. Cõfunditur ergo differentia. qđ si Macrobio uiro linguarũ non minus quàm philosophiæ docto, parũ authoritatis tribuis, arbitrũ rogabimus Stagirit tam philosophum, multa consuetudine tibi familiarẽ, sed, per Deum immortalẽ, ne partibus faueat, timeo. Is. n. de Somno & uigilia, concedit quidẽ somni cãs cibum esse. ait enim, post cibũ copiosum humorem, & ut ipse uocat σωματῶδες, idest crassum, sursum ferri, quibus exhalationibus, cum calidæ sunt, caput grauatũ somno facile deprimi: et collapso in profundũ somnũ hoĩe, ἔννοιαν et φαντασίαν suboriri, et hæc quidẽ pro nostra parte incorruptus arbiter. Sed idẽ Problemate 16. Sectionis. 3. eatenus cõsentit, si ὑγρότης illa sit εὔπεπτος. Quod si uero δύσπεπτος existat, ἀγρυπνίαν, quo tu nõie insomnia trãstulisti, hoc est ἀϋπνίαν uel ἐγρήγορσιν suboriri rõcinatur. Hæc nulli mortaliũ præiudicantes, neqũ in Theodori uiri cõsummatissimi fraudem, annotasse uideri uolumus. ⁋ Diuinus Plato.} Theod. diuine legisse aduerbialiter uidetur, ut ad uerbum Appellat, referatur. Exemplaria. n. cõstanter habent δαιμονίως. Sed cur Ciceronis lectionẽ mutemus, non uideo. cum hoc Plato, ueterum scientissimorũ hominum consensu mereatur, maxime in ea philosophiæ parte, quæ diuinarũ rerum rõnes continet: adeo ut orthodoxis quoq; patribus nõ longe à Christianismo abesse uideatur, de quo alij alibi, maxime tñ D. Cyrillus lib. cõtra Iulianũ apostatã. 8. Quid? quod idem Cic. Platonem philosophorũ deum appellat, cuius testimonij etiam D. August. cõtra Pelag. lib. 4. meminit. Quod si idem epitheton urges, Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς, δαιμόνιον appellat, qñ nutricum fabulas castas esse oportere, ex 2. de Repub. cõtendit. καί μοι δοκεῖ, inquit, πλάτων ὁ δαιμόνιος ἐμμελῶς παραινεῖν ταῖς τίτθαις μὴ τοὺς τυχόντας μύθοις τοῖς παιδίοις λέγειν. Lege de hoc plura apud Cæl. lib. 1. cap. 23. Quòd si Platonis diuinitatẽ ad genealogiã referre mauis, me philodicon nõ prouocabis, cũ, ut apud Laert. legitur, utrũq; genus ad Neptunũ referat. Adde qđ D. Hierony. aduersus Iouianum lib. 1. Speusippo, Clearcho & Anaxilide authoribus cõmemorat, Platonis matrẽ Perictionẽ phantasmate Apollinis oppressam, et sapientiæ principẽ nõ nisi de uirgine editũ. ⁋ Escam malorũ.} Refert

Vel, ut ex ma lorum etiã. δέλεαρ τῶν κακῶν ἢ ἡδονή.

C. Duillum M. filium, qui Pœnos primus classe deuicerat, redeuntem à cœna senem sæpe uidebam puer. delectabatur * crebro funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat: tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad meipsum iam * reuertor. Primum habui semper sodales. sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis

* certo funali.

* reuertar.

Plutarchus in Catone, & Eras. in prouerb. Inescare hoīes. Si exemplum quæris, accipe socios Vlyssis, à Circe in porcos conuersos.

BETVL. [C. Duillum M. filium.] Abbreuiator Cn. Duillum uocat. Polybius γαῖος ἀτίλιος λίβιος habet. ubi Perottus historiam et rationem latinam secutus, C. Duellius reddidit. λίβιον aũt: forte propter naualem contra Pœnos uictoriā. Polyb. qui hanc historiā lib. 1. scribit, huius facti nō meminit. Cæteri uariāt. Cic. hic dicit, eum hoc sibi sine exemplo sumpsisse. Valer. lib. 3. cap. 6. fidicinē tibicini addit. nec tamē meminit, hunc honorē illi à senatu habitũ, quod neq; ex Floro colligi pōt, qui unius eum diei triumpho nō contentum, iussisse sibi prælucere funalia, & præcinere tibias, de primo bello Punico scribit. Abbreuiator Plin. de Viris illustr. & Leonardus Aretinus de bello Punico primo: publice hoc illi concessum esse testantur. Iuuat Silij uersus ex libro sexto adscribere:

Iustum Sarrana ducebat cæde triumphum,
Aequoreum iuxta decus & nauale trophæum,
Rostra gerens niuea surgebat mole columna.
Exuuias Marti donumq; Duillius, alto
Ante omnes mersa Pœnorum classe. dicabat.
Cui nocturnus honor, funalia clara, sacerq;
Post epulas tibicen adest, castosq; penates
Insignis leti repetebat murmure cantus.

Statua insuper illi imposita est, cuius Plin. meminit lib. 34. ca. 5. Sed quia semel iam atq; iterũ illius libri mētio facta est, qui nuper Aretini titulo est uulgatus, dicam paucis quid de eo sentiā. Mihi, alijs uiris doctis, & in historicorũ monumentis sedulo uersatis, quibus inspiciendi copia facta fuit, nulla certa cōiectura apparebat, qua præclarum quidē illud opus ad authorē hunc clarũ certo referremus, cum liber liberali quidē charactere descriptus, titulo iusto careret, Aretiniq; nomen recenti atramento, uariantibus literarũ ductibus, temere adiectum esset: relinquebatur quod colligeremus nihil, quàm quod Tritenhemij testimonium fidem nobis aliquā fecit: typographo uero tantam, ut uino uendibili hederam plausibilem suspendere non dubitaret. Aretino aũt, uel quisquis tandem historiæ huius scriptor est, non tam Liuiano uulneri curando studiũ fuit, decadē aliàs fecisset, quàm Polybij reliquias nactus, pleraq; ad uerbum transtulit, multa pro arbitrio uarians, quicquid Flori, Plutarchi, Appiani, Valerij, aliorũq; lectio, sicut illud quoq;, suppeditauit, pro condimēto auctuarioq; admiscuit, & nouum quoddam opus idq; satis splendidum, magnificumq; construxit. [M. filium] Non illius qui ante decēuiratum Trib. Pleb. & in decēuiratu reficiendorũ consulum author fuit: sed illius forte, qui C. Martio Rutilio, & Cn. Manlio Capitolino Coss. Trib. Pleb. cum L. Menenio de unciario fœnore rogationem tulit, de quo Liu. lib. 7. ab Vrbe cond. [Sodalitates me quæstore.] Hic locus illum corrigit, quo supra se Tuditano & Cethego Coss. prætura functum scribit. Quo tempore magnæ matris saxum delatũ, Megalensesq; ludi constituti sunt. Quæstor ergo tũ, ut supra quoq; annotauimus, non prætor fuit. [Sacris Idæis.] Sic Megalesia, uel μητρῷα uocat, quæ celebrari solita sunt pridie Idus April. de quibus Alexandri uerba ex Genialiũ dierum lib. 6. cap. 19. apponam: Cumq;, inquit, Idæam deorum matrem ex Pessinunte Romani aduocassent, præter munera & apparatus munificentiam ludos in honorem deæ instituerũt, qui præcipui inde habiti sunt, quos M. Iunius Brutus cũ templo in Palatio dedicauit, qui etiā Scenici dicti illosq; Megalenses appellarunt, illorumq; curā Aediles gerere, ac ueris initio prælata diuitiarũ pompa celebrare, permissaq; ludendi licentia, personatos iuuenes, magistratuũ priuatorumq; munia et psonas et facta dictaq; imitari, & ante deæ simulachrum ludere, matronasq; spectatæ pudicitiæ in his psallere, memoriæ datum est. Quibus diebus Romanæ consuetudinis erat, conuiuia & sodalitates inuicem agere & comessari, uictu tamen frugali & modesto: nec die tātũ, sed noctu epulari. Nāq; hi ludi, præcipue casti, magno fauore spectantium conspicui erant, ad quos seruos adire nō licebat, illosq; prætores & magistratus purpurati in toga & prætexta, atque in ornatu maximo celebrarunt. Quare purpura Megalensis in uulgi prouerbium uenit. Quibus diebus stipem cogere, Idææ matris familijs proprium fuit, quod edicto cauebatur his uerbis: Præter Idææ matris famulas, easq; iustis diebus, ne quis stipem cogito. Et infra: In quibus fuit constitutum, ut patricij Megalensibus mutitarent, plebs uero Cerealibus. Cic. de legib. 2. Contra Megalenses ludos, grauissime inuehitur D. Aurel. August. lib. de Ciuitate dei 2. cap. 4. & lib. 7. cap. 26. [Idæis.] ab Ida Phrygiæ mōte, unde etiā ipsa Idæa mater dicitur. Sicut Berecynthia quoq; à Berecyntho monte, uel oppido, ubi colebatur. dicitur Cybele à rotunditate, à cubo, ut Martiano Capell. & Cælio Rhodig. placet. Rhea ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, physica ratione. Opis, quod opem ferat frugibus. Quæ poetæ de ea fabulantur lege apud Diod. lib. 4. Boccat. lib. 1. cap. 8. Mythologiam scribit Luc. lib. 2. Hæc antiquis ignorantiæ temporibus, patriæ nostræ tutelaris dea ab incolis culta fuit. Qua de re Pinciani nostri ex Mariangeli sententia uersus adscribi curaui.

Vindelicæ Augustæ quæ sint insignia dicam,
Tange precor nostram Calliopæa lyram.
Non ea, quæ multis falso uulgaria seclis
Credita sunt, & in hunc usq; retenta diem.
Vrbis sed prima repetens ab origine nostræ
Tempora, rem certam cum ratione dabo.
Mœnia Romulidum uix dum constructa fuere.
Gentibus ignotus conditor orbis erat.
Tunc gens quæq; deos, sua quæq; idola colebant:
Sic solem Rhodij, sic Venerem ipsa Paphos.
Sic Naxos Baccho gaudet, Cynthusq; Diana,
Et Delphis fuerat clarus Apollo suis.
Creta Iouem coluit, Latonæ est inclyta Delos,
Vulcano Lemnus, Thracia Marte suo.
Lampsacus immundo faciebat sacra Priapo,
Iunoni certe est insula grata Samos.
Sic fouit Musas Helicon, Aegyptus Osyrin,
Atque Isis Memphim, palmiferamq; Pharon.
Tota deum matrem Cybelen sed Rhetica tellus,
Plus alijs terris est uenerata deam.
Pinea cui sacra est, semper gratissima sylua.
Multa illic etenim pinea sylua fuit.

Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice; sed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiã in dies mitiora. Neq; enim ipsorum conuiuiorũ delectationẽ corporis uoluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar. Bene enim * maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet; conuiuium nominarunt melius, quàm Græci: qui hoc idem tum compotationẽ, tum concœnationem uocant: ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare uideantur. Ego uero propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci admodũ restant, sed cum uestra etiam ætate, atque nobiscum: habeoq; senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. Quòd si quem etiam ista delectant, ne omnino bellũ indixisse uidear uoluptati, cuius est etiã fortasse quidã naturalis modus; nõ intelligo, ne in istis quidẽ uoluptatibus ipsis, carere sensu senectutẽ.

Hinc Augusta nucem Cybeles, insignia tanta
Suscepit magnæ dona dicata deæ.
Vrbs Augusta prius dicta est urbs Vindelycorum,
A' Vinda atque Lyco, fluminibus rapidis.
Cætera nam circum loca queq; inculta fuerunt.
Viuebat populus moribus innocuis.
Raro uidebantur celsis cum mœnibus urbes,
Discebant humiles tuto habitare casas.
Nescia gens fraudis, sed fusa fidelibus aruis,
Non ad raptum auidas erudiere manus. (Quare dicatur conuiuium)
Arma mouens tantum uirtute ferebat in hostes:
Talis ab antiquo Teutona terra fuit. (συμπόσια, σύνδειπνον.)
Creuit in immensum sed nunc, formosa, nec ullis
Concedit regnis, uiribus aucta suis.
Creuit & Augustæ sublime ad sidera nomen,
Tale tripertitus uix decus orbis habet.
Augusta ô felix, felix insignibus istis,
Quæ iam sunt ueris cognita iudicijs.
Non pyra, sed pinus factũ est errore, pyrumq;
Pro pino uulgus dixerit insipiens.
Non fragum fragile, & repens, non uua raceni,
Cum neque adhuc nostro Bacchus in orbe fuat.
Cognita Martigenis sero sunt uina Sueuis,
Nondum certabant uincere per calices.
Nulla tenent igitur nostræ pyra, fraga, racemos,
Arma urbis, sed sunt pinea nux Cybeles.
Multa fidem faciunt ueterum monumenta locorum,
Quæ passim muris conspicienda patent.
Turrita Cybeles saxo est insculpta iacenti
Forma deæ, supra pinea recta manet.
Turritam antiqui Cybelen dixere poetæ,
Quod turres cincto sustinet in capite.
Hoc saxum adhæret turri cognomine Perla,
Talis & Huldreichi perstat in æde lapis.
Nullum insigne prius, non est augustius ullum,
Nec mage conueniens urbis ad auspicia.
Hæc sunt quæ uere scripsit Mariangelus, & nos
Carmine ueridico tale probamus opus.

Quomodo autem Magnæ matris idolum Romã aduectum sit, scribunt Liu. lib. 9. Decad. 3. Ouid. 4. Fastorũ. Silius lib. 17. Quo anno Mater deum aducta Romam est, maiorẽ ea æstate factam esse, quàm antecedentibus annis decẽ tradunt, teste Pli. lib. 18. cap. 3. De æde illi in Palatio consecrata lege Liu. lib. 6. Decad. 4. & Marlianum Epit. Topographiæ cap. 3. Lege ad hæc omnia Fenestellã cap. 12. de Sacerd. Rom. Pomp. Lætũ eodẽ tit. cap. de Gallis sacerdotibus.

[Crebro funali.] Funale dixit tedam, aut facem ex unctis funibus contextam. (ERAS.)

[Mitiora.] ut poma. [Corporis uoluptatibus.] Hæc legenti expeditiora fient, si diligenter contulerit ea quæ de uoluptate Cælius disputat lib. Antiq. lect. 5. cap. 33. Vbi uoluptatẽ corpori proprie assignat, & ab ea gaudia & lætitias hoc disiungit discerniculo, ut animi ꝓpria sint: gaudium à bonitate nunquã diuellit, lætitiam contra malis cõmunicat. Sed hæc omnia plenius, si affectuũ cognationes, propagines, atq; diuersitates apud Cice. in. 4. Tusc. quæst. inspexeris, uel perspexeris potius. [Bene maiores nostri] Ab Etymologia. (BETVL. * maiores &c.) idem Cic. ad Papirium Pætum lib. Famil. epist. 9. hæc eadẽ aliquanto luculentius: sed mehercule, inquit, mi Pæte, extra iocum moneo te, quod ꝑtinere ad beate uiuendum arbitror, ut cũ uiris bonis, iucundis, amãtibus tui uiuas. Nihil est aptius uitæ, nihil ad beate uiuendũ accommodatius. Nec id ad uoluptatẽ refero, sed ad cõmunitatem uitæ, atq; uictus, remissionemq; animorum, quæ maxime efficitur sermone familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus. ut sapientius nostri quàm Græci illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, idest compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia, quod tum maxime simul uiuitur. Non aliena ab instituto scribit Macrob. lib. Sat. 2. ca. 1. Sed habent etiam Græci quædam honestiora conuiuiorum uocabula, quæ plusculum gratiæ habent. Cretenses enim τὰ συσσίτια uocant ἄνδρια, Lacedæmonij φειδίτια, uel quod ea τῆς φιλίας & φιλοφροσύνης sint, λ in δ commutato: uel quod ad τὴν φειδὼ, idest parsimoniam: uel ut alijs placet, ἀπὸ τῆς ἐδωδῆς, quæ uox idem quod τροφὴ & δίαιτα significat. Author Plutarch. in Lycurgo, qui notatu digna, nec ab instituto abiuncta inibi scribit. κοίνη item, idest cœna, à cõmunitate nomen habet. Voces quibus Theodorus hic utitur, ferè inueniuntur apud Pollucem lib. 6. cap. 1. [Habeo senectuti.] προσωποποιία. [Magnas gratias.] tantum abest ut incusem. [Bellũ indixisse.] renunciasse. [Cuius est etiam fortassis quidã.] Sic Plato dialogo. 8. de Repub. uoluptatem in necessariam & non necessariam diuidit: sicut supra senectuti gratias egit, quæ effecerit ut non liberet, quod non oporteret. Et certe Gell. lib. 12. cap. 15. ex Tauri philosophi sententia uoluptates ad προηγούμενα refert, in medijsq; relinquit. neque enim uel in bonis, uel in malis per se iudicat. [Carere sensu senect.] Ab adiunctis probabile docet, senectutem honesta et moderata uoluptate non carere. Voluptatem quidem corporis tantum esse, superius ex Cælio didicimus: sed philosophi ad animi quoq; sensus referunt, quo de constat infra clarius. Nam Stoici ἡδονὴν corporis & animi uoluptatem appellant, apud Cice. de Finibus tertio.

*Me uero & magisteria delectant à maioribus instituta; & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur magistro in poculo; & pocula, sicut in symposio Xenophontis, minuta, atq; rorantia; & refrigeratio æstate, & *uicissim aut Sol, aut ignis hybernus. Quæ quidem in Sabinis etiam persequi soleo; conuiuiumq; uicinorum quotidie compleo: quod ad multam noctem quàm maxime possumus uario sermone producimus.*

συμποσιαρχίαι.

Xenophontis symposium.

* uicissim hyeme aut sol

Sed quod ad præsens institutũ pertinet, eam corporeis sensibus subiectam esse, idq; uel ex Epicureorum definitione, qui apud Ciceronem de Finibus secundo, definiunt ἡδονὴν, iucundum motum, quo sensus hiant. Sunt autem quinq; hominum sensus, quos Græci αἰσθήσεις appellant, per quos uoluptas quæritur: gustus, tactus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus quæ immodice uoluptas capitur, ea turpis atque improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atque tactu est, ea uoluptas sicuti sapientes uiri censuerunt, omnium rerum fœdissima est, eosq; maxime qui duabus istis beluinis uoluptatibus sese dediderũt, grauissimi uitij uocabulis Græci appellant ἀκρατεῖς. Venereos quidẽ, ἀκολάστους. Cupediaria uero partim mouet linguam, partim gulam. Vnde Philoxenus gruis collum à dijs immortalibus dari cupiebat. istæ autẽ uoluptates duæ, gustus atq; tactus, idest libidines, in cibos atq; in Venerem prodigæ, solæ sunt hominibus communes cum bestijs. & idcirco in pecudum, ferorumq; animaliũ numero habetur, quisquis est his ferinis uoluptatibus præuinctus. ceteræ ex tribus alijs sensibus proficiscentes, hominum esse tantũ propriæ uidentur. Hæc Aulus Gellius Noct. Att. libro 19. cap. 2. & Macrobius lib. Satur. 2. cap. ultimo. ex Aristotelis Problematum sectione 19. quæst. sept. Ad quam diuisionem Cato hic respexisse uidetur, qui sibi gratulatur, quod ab his duobus teterrimis grauissimisq; morbis liberatus sit. est enim reuera morbus, uenerea rabies: uel Hippocratis diuina uiri scientia testimonio, qui τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν, hoc est comitialem dixit. quia ergo hæc tota disputatio confutatione constat, nec aliud remouendis argumentis commodius instrumentum est, quàm diuisio, sensuum enumeratione beluinam uoluptatem à moderatione remouet. De uoluptate, lege plura apud Aristotelem lib. Ethic. 7. Multa philosophorum de uoluptate dogmata collegit Gellius libro nono capite quinto.

ERAS. ¶ Tum compotationem. } Græci Latine non loquuntur, sed Cicero interpretatur, quod Græci dicunt συμπόσιον & σύνδειπνον.

BETVL. ¶ Me uero magisteria. } Theodorus, συμποσιαρχίαι, idest, talia conuiuia in quibus magister eligebatur, qui solebat egregias historias & lepida dicta memoraret, qui Græcis συμποσίαρχος dicitur: qui non is est qui conuiuas inuitat, qui quidem συμποσίου ἄρχων dicitur: sed qui in communi conuiuio uel sorte, uel suffragio electus, conuiuium administrat. de quo Pollux libro sexto capite primo. ¶ Poculum. } Generale est κύλιξ, qua uoce Theodorus usus est εἰδικότερον. Et Lazarus colligit, calicem eam tantum poculi partem esse, quæ uinum continet. Certe metonymia hoc loco est: quia uinum, non poculum, intelligit. Ceterum de Comessationum apud Græcos origine; Aristot. libro septimo Politicorum, capite decimo. De uarijs conuiuiorum uocabulis, Cælius libro decimoquarto, capite quinquagesimoseptimo. Atque rursus de uarijs poculorum generibus libro decimoquinto, capite sexto. ¶ Xenophontis. } Perrorantia pocula intelligit, inter ipsa pocula sobrietatem, quippe inundantibus, non roratim stillantibus inebriamur. Quæ ego nostrate lingua esse puto, angsterlin. Est autem apud Xenophontem comparatio, qua uini usus commendatur ab eo, quòd tristes quidem animæ haustum demulcet, hilares ut oleum flammas excitat: nec secus id quidem quàm in plantis frugibusq; è terra nascentibus fieri solet, quas imber inualidus ita prosternit, ut cum se erigere nequeant, auræ flatu destituta suffocatione citius putrescant, quàm ad maturitatem perueniant: sin autem auræ tantum, quantum humoris hauriant, secunda Cerere germinant. Eadem in conuiuijs quoque ratio est. Si enim potum nimis largum infundamus, confestim nobis & corpora, & ratio pereunt: ita ut nec pulmo, nec lingua, neque ulla alia corporis portio suum officium recte faciat. At si minutis atque rorantibus poculis utamur, fiet ut nec uino obruamur, & animus non minus letitia quàm corpus uino humectetur. Sed quia Xenophontis uerba disertam Academiam sapiunt, adscribi curaui: ἀλλὰ πίνειν μὲν ὦ ἄνδρες καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ. τῷ γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζοι. τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει. δοκεῖ μέντοι μοι καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν συμπόσια ταῦτα πάσχειν, ἅπερ καὶ τὰ ἐν γῇ φυομένων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὅταν μὲν ὁ θεὸς αὐτὰ ἄγαν ἀθρόως ποτίζῃ, οὐ δύναται ὀρθοῦσθαι, οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι. ὅταν δὲ ὅσῳ ἥδεται, τοσούτῳ πίνῃ, καὶ μάλα ὀρθά τε αὔξεται, καὶ θάλλοντα ἀφικνεῖται εἰς τὴν καρπογονίαν. οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς. ἢν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται. καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν δυνησόμεθα. ἢν ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω. οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. ¶ Quæ quidem in Sabinis. } Habuit is agrum Sabinum paternum, in quo antequam ad militiam ac Rempublicam se contulit, uixisse traditur, teste Plutarcho, &c. ¶ Conuiuiumq; uicinorum q. } Mensam enim maxime amicorum parentem ac procreatricem existimauit, ut de eo in eius uita testatur Plutarchus. Sed authoris ipsius uerba quæ huc admodum faciunt, subnectam: ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς. οὐ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι καὶ ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις, ἅτε δὴ πολλῶν μὲν ἔμπειρος πραγμάτων γεγονὼς, πολλοῖς δὲ πράγμασι καὶ λόγοις ἀξίοις ἀκοῆς συντετευχηκώς. τὴν δὲ τράπεζαν, ἐν τοῖς μάλιστα φιλοποιὸν ἡγεῖτο. &c. De comessationibus lib. 7. cap. 10. Polit. ¶ Vario sermone. } Qualis conuiuiorum sermo esse debeat, docet Plutarch. in Cleomene, ubi multa de Laconica frugalitate, qui oblectare symposia consueuit sermonibus festiuis quidem illis, sed salibus castis, conditis, & à grauitate matura non alienis.

¶ Magisteria delectant. } Magisteria uidetur dicere regna conuiualia. ERAS.

*At non est uoluptatum tãta quasi titillatio in senibus. Credo: sed * ne desideratio quidem. Nihil autem molestum, quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam confecta ætate quæreret, uteretur'ne rebus Venereis; Dij meliora, inquit: libenter uero istinc, tanquam à domino agresti, ac furioso profugi. Cupidis enim rerum talium odiosum, & molestum est fortasse carere; satiatis uero, & expletis iucundius est carere, quàm frui: quanquam non caret is, qui non desiderat. Ergo * non desiderare dico esse iucundius, quàm frui. Quòd si istis ipsis uoluptatibus bona ætas fruitur libentius: primum paruulis fruitur rebus, ut diximus; deinde ijs, quibus senectus, si etiam non abunde potitur, non omnino caret. Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat; delectatur tamen etiam qui in ultima: sic adolescentia uoluptates prope intuens magis fortasse lætatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt, animum tanquam emeritis stipẽdijs libidinis, ambitionis, cõtentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium,*

* nec

* hoc non

BETVL. ꝑ At non est. } Quatenus esus potusq; ad uoluptatem honestam, senilemq; pertineant, dictum est. Venerem iam prorsus reijcit, quod, quo animo faciat, ex eo intelligi potest, quod senex uxorem duxit. Sunt autem hæc quoq; τοῦ πιθανοῦ. Verisimile enim est, senium à Venere alienum esse. ꝑ Bene Sophocles, } Exemplum hoc, ut pleraque Ciceronis, ex Platone desumptum, supra ostendimus, cum de sermonis statu ageretur. Cicero Platonis ordinem interrũpens, loco sibi congruo hoc responsum inseruit. Si ergo libet ipsius Platonis uerba legere, legito. Loquitur ibi Cephalus, qui se cum Sophocle nonnunquam fuisse testatur καὶ δὴ καὶ σοφοκλεῖ ποτε τῷ ποιητῇ παρεγενόμην, ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος, πῶς ἔφη ὦ σοφοκλεῦ ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι. καὶ ὅς εὐφήμει ἔφη ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Quæ uerba Cephalus tanquam opportune dicta celebrat, rationemq; subiungens: παντάπασι γὰρ (inqt) τῶνγε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ, πολλὴ εἰρήνη γίνεται καὶ ἐλευθερία. Sophoclisq; uerba clarius exponens μαινομένους δεσπότας ait esse τὰς ἐπιθυμίας, quæ in senectute sua sponte cessant. Sed hoc est deseri à uitijs, non uitia deserere. Meminit eusdem Valerius libro quarto, capite tertio. & Plutarchus de Republica à senibus administranda. Quàm frui. Seneca de uita beata, dicit se uti, non frui uoluptatibus. ꝑ Quod si. } Docet impossibile esse, senem uoluptatibus frui, idq; comparatione ætatum. ꝑ Vt Turpione Ambiuio. } Comparatione docet, senectuti, etiam si non per omnia, certe aliquo modo possibile, uoluptate frui. Proprio autem Comœdi nomine, pro quouis utitur. idq; per antonomasiam. Is enim tum temporis cum L. Attilio Prænestino, L. Sergio, & alijs floruit, quibus ipse præluxit. ꝑ Cauea. } pro theatro, sicut in Amicitia dictum est. Vergilius in octauo,

Consessu caueæ magnis Circensibus actis.

Quia tum temporis theatra nondum extructa fuerunt, sed in caueis spectabatur. uel, ut alij uolunt, caueæ temporanea fuerunt theatra, complectentia hominum octoginta millia. ꝑ Tanquam emeritis stipendijs. } Repetit metaphoram, qua supra dixit, se uoluptati non omnino bellum indixisse. sed audaciorem translationem modo oratorio per similitudinem explicat. ꝑ Emeritis stipendijs. } μισθοφορεῖν πεπαυμένων, Theodorus: à merendo ære stipendijsq; faciendis immunem. Vide Comment. Bud. ꝑ Libidinis, ambitionis. } Articulus τῶν πάθων

Contra δεσποτήριον.

sine certo ordine, nisi quòd libidinem tanquam genus aliquod in acie collocasse uidetur. Hoc totum negotium ex opinione quadam nascitur, quæ aut bonæ sunt, aut malæ. Bonis gaudium & lætitiam præsentia, uoluntatem & libidinem futura subiungunt. sicut è regione malis ægritudinem præsentibus affectibus tribuunt, cautionem & metum futuris. Sed præsentibus bonis uoluptas, meo iudicio, non male additur, uel præponitur, si manus, rectius, ueluti genus suis formis. Sed ex his gaudium & uoluntas cum ratione mouentur placide, at lætitia animus inaniter, ut Cicero inquit, & effuse exultat. Libido τῆς βουλήσεως παρέκβασις aduersus rationem incitata, frena non patitur. His inquam ueluti fontem uoluptatem constituamus, quæ pro sensuum uarietate rationis frena uel recipit, uel repudiat. Vt autem quid mihi uelim, euidentius intelligas, præsentis loci negotium oculis rudius & planius subijciemus:

- Voluptas est aut
  - Corporis. hæc diuiditur secũdum sensus.
    - Cum beluis communes.
      - Tactus, in Veneris titillatione, de cuius speciebus lib. 2. cap. 2. de Generat. & Corr.
      - Gustus, in gula et lingua.
    - Hominis ꝑprie, sed et harum παρεκβάσεις sunt.
      - Auditus. Huc Cicero colloquia refert.
      - Visus. Huc agriculturæ delectatio referatur.
      - Olfactus.
  - Animi, cuius partes Platoni duæ
    - Rationis particeps, in hac ponitur tranquillitas.
    - Rationis expers, in hac ponuntur turbidi affectus.
    - Secundum has nascuntur affectus ἐκ τῶν δοκούντων.
      - His
        - Gaudium
        - Voluntas
      - Illis
        - Lætitia
        - Libido.

*secum esse, secumq́;, ut dicitur, uiuere? Si uero habet aliquod tanquã pabulum studij, atq; doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cæli, atq; terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipio. quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit cum cœpisset mane? quam delectabatur, cum defectiones Solis & Lunæ multo nobis ante prædiceret? quid in leuioribus studijs, sed tamen acutis? quàm gaudebat bello suo Punico Næuius? quàm Truculento Plautus? quàm Pseudulo? Vide etiam senem Liuium, qui, cum septem * annos antè, quàm ego natus sum, fabulam * edidisset, Cethego, Tuditanoq́; consulibus; usque ad adolescentiam meam processit ætate. Quid de P. Licinij Crassi & pontificij, & ciuilis iuris studio loquar? aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atqui eos omnes, quos commemoraui, his studijs flagrantes senes uidimus.*

* annis

* docuisse. centone,

Delectationem, quam quinq; sensibus subijcit, quorum suauitate animum demulcet, ac perfundit.

Iactationem, definit uoluptatem gestientẽ, quæ se insolentius efferat. quam definitionem de περὶ ἐχβασεως intelligo. Sed iactationis exempla, quæ Cicero adduxit, Plautus, Ennius, & cæteri, ut gloriationẽ modestam habent, ita iactantia insolente carent.

Cicero in 4. Tusc. quæst. uoluptatem diuidit in

Maleuolentiam, definit uoluptatem ex alterius malo, sine emolumento suo. Huc refero quæ supra enumerauit, libidinẽ, ambitionem, contentionem, inimicitias. Si libidinis nomẽ non ἀκολασίαν, sed odij, inimicitiarum, discordiæ genus intelligas. Sed his oppositæ sunt, beneuolentia, φιλανθρωπία, concordia: quæ ex gaudio & uoluntate fluunt, sicut illa ex libidine et lætitia gestiẽte.

ERAS. ¶ Emeritis stipendijs. } Emeritos milites usitate dicimus. Emerita stipendia rarius est.

BETVL. ¶ Secũ esse. } Dubitat Erasmus, an hic locus referẽdus sit ad Persianum illud prouerbium, Tecum habita. Mihi non alienum uidetur, si metaphoram ad animum transtuleris, qui quasi conclamatis iam affectuum uasis, ad tranquillitatem se conferat, καὶ τὰ σαυτῆς, ut Homerus inquit, ἔργα κομίζει. ¶ Mori uidebamur. } Numerat honestæ iactantiæ exempla. Plurimum autem delectationis ex fœtura nostra capimus, quia, ut Plinius Tacito scribit, suæ quisq; inuentioni fauet: adeo ut etiam philosophi, qui contra gloriam scribant, sua nomina libris suis præfigere soleãt. ¶ Mori uidebamus. } Hyperbolen Græcus expressit, per μονον οὐχ, quo loquendi modo etiam Latini utuntur in simili hyperbole. Terent. in Phorm. Solum non auri montes pollicens. ¶ C. Gallum. } Sulpitium. Is cum esset Lucij Pauli contra Persen legatus, uel ut Liuius & Plinius, trib. militum, cum superiore anno prætor fuisset, eclipsin lunarem Cos. iussu prædixit. Varie ab authoribus narratur. Scribunt historiam Liuius libro quarto, Decadis quintæ. Plutarchus in Paulo Aemilio. Valerius libro octauo, cap. 11. Meminit Plin. lib. 2. cap. 12. Quintilianus libro primo, capite 17. Hunc Cicero lib. Offic primo à prudentia commendat. in Bruto, maxime hunc omnium nobilium græcis literis studuisse, oratorum in numero habitum, reliquisq; rebus ornatum atque elegantem fuisse testatur. ¶ In leuioribus. } Poeticam mathematicis posthabet. ¶ In bello Punico suo Ennius. } Theodorus quidem Ennius legit. sed liberalis illa Mediolanensis editio Næuius habet: nec male fortassis. nam apud Crinitum legitur, Neuium de bello Punico scripsisse. eiq; rei fidem facere, quod in eo bello stipendia Neuius fecerit. De Ennio hoc non legitur. ¶ Plautus. } Feruntur, inquit Gellius sub Plauti nomine comœdiæ circiter C. atque XXX. Sed homo eruditissimus Lælius quinque & uiginti esse eius solas existimauit. ¶ Truculento. } à seruo trucibus moribus. ¶ Pseudolo. } Versus non patitur pseudodulos, ut quidam secundum Theodorum legunt. ¶ Vidi etiam senem Liuium. } Andronicum intelligit. ¶ Qui cum septem annos. } Octo, si rationem secundum Chronologiam ineas, septem intercesserunt. ¶ Cethego. } Manifestum errorem Metzlerus non dissimulabit. Gaza, cũ ratio temporum non congrueret, Coss. nomina omisit. Centone ergo pro Cethego legendum, admonente etiam in Chronologia Glareano: consentiunt Gellius & Cicero Tusc. quæst. primo, atque in Bruto, quantum ad Coss. nomina. Cæterum annorum numerus uariat. Glareanus in Bruto, quingentesimo pro quadringentesimo emẽdat. Sed mea Mediolanensis editio recte quingentesimo habet: uerum in primo Tusc. quæst. manifesto errore CCCCX. legitur. Non grauabimur addere Attici sententiã, quam in Bruto refert: Atticus, inquit, ut Q. Maximo quintum Cos. capto Tarento scripsit; Liuium annis XXX post eum, Ennium, fabulam docuisse, & Atticus scribit, & nos in antiquis commentarijs inuenimus. Docuisse autem, fabulam annis post XI. C. Cornel. & Q. Minutio Coss. ludis Luctatijs quos Salinator Senensi prælio uouerat, &c. Certe apud Liuium libro septimo Decadis tertiæ. legimus Liuium carmen Salinatore Cos. hoc est anno DXLVII. condidisse. quod uirgines ter nouenæ per urbem euntes ex decreto pontificum canerent. Verisimile ergo est, Liuiũ ad Catonis usque adolescentiã peruenisse. Prior ne autem Ennio, an posterior fuerit, non est huius quæstionis. ¶ Edidisset. } Theodorus διδάξας uertens, uidetur Brutum inspexisse, ubi legitur: Liuium fabulam docuisse. Sed & Mediolanensis editio, edocuit habet. ¶ Quid de P. Licinij Crassi. } Qui eo anno consul fuit, cum Magnæ matris idolum Romam accersitum est. His duobus in tertio de Oratore cõnumerat T. Coruncanium, cum de iureconsultorum officio loquitur. Hæc fuit P. Crassi illius ueteris, hæc T. Coruncanij, hæc proaui generi mei, uerba Crassi sunt, Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus diuinis atque humanis rebus referretur, idemq́; & in senatu, & ad populum, & in causis amicorum, & domi & militiæ consilium suum præstabãt. De Crassi iuris prudentia libro de Orat. primo. fusius. Meminit horum Pomp. lege. 2. ff. de orig. iur.

Senectutis uoluptas.

Liuius Andronicus.

ERASMVS.

¶ Secumq́;, ut dicitur, uiuere. } Apparet idem esse cum illo, Tecum habita. ¶ Fabulam edidisset. } Vide num locus mendo uacet, & non legendum; edidisset.

M. uero

M. uero Cethegum, quem recte Suadæ medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo uidebamus etiam senem? Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut scortorum uoluptates cum his uoluptatibus comparandæ? Atq; hæc quidem studia sunt doctrinæ; quæ quidem prudentibus, & bene institutis pariter cũ ætate crescunt: ut honestũ illud Solonis * sit quod ait uersiculo quodam, ut ante dixi, senescere se multa in dies addiscentem: qua uoluptate animi nulla certe potest esse maior. Venio nũc ad uoluptates agricolarũ; quibus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis uitam proxime uidentur accedere. Habent enim rationem cum terra; quæ nunquam recusat imperium, nec unquam

* est.

BETVL. ⁋ M. uero Cethegum, quem recte Suadæ medullam. } Theod. μελίγηρυν. Hoc loco malo Politiani quàm meam sententiam promere. Notans Gazæ uersionem in Miscellaneis cap. 91. his uerbis: Libellum Ciceronis aureolum de Senectute Theodorus idem Gaza non incommode profecto, nec infeliciter uertit in græcam linguam. Sed est in eo quoque, ne quid grauius dixerim, paulo nonnunquam indiligentior. Illud interim pro argumento sit, quod ait, strictim Cicero M. Cethegum ab Ennio Suadæmedullam dictum, uocabulum illud Suadæmedullam μελίγηρυν Theod. quasi tu dixeris dulciloquum, interpretatur: cum Cicero idem in Bruto locum hũc Ennij, uerbaq; sic ampliter exponit. Suadæmedulla, inquit, πειθὼ quã uocant Græci, cuius effector est Orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse uult, ut quã deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum Oratorem fuisse dixerit. Hactenus in Bruto Cicero. Quo apparet utique, non intellectum à Theodoro locum. Neque enim μελίγηρυν debuerat, sed πειθοῦς μυελὸν interpretari. Neque id pluribus tamen arguemus, quia uerborum disceptationis res non est, arbitro eius cognitore Marco Tullio. Quoniam autem Marcus Tullius etiam Eupolin citat, qui deam scripserit hanc persuadendi sessitauisse in Periclis labris, quam Pitho uocet ipse, Suadam uero Ennius: agedum si placet, ipsos ex Eupolidos δήμοις, id enim comœdiæ nomen, uersiculos subijciamus, gratum puto futurum studiosis, si ceu spicilegium racemationemq; faciamus, aut si tabulas ueluti quaspiam ex hoc literarum naufragio collectas, in corpus aliquod restituamus. Sunt autem quos inueniamus hi,

κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
ἐκκαίδεκα ποδῶν, ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας
ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν,
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Neque autem istos Eupolidis poetæ uersus, ex ipsius statim fontibus hausimus, ut cuius opera ætate interciderint, sed eorum partim ex interprete quopiam Aristidæ rhetoris accuratissimo, partim ex epistola Plinij iunioris accepimus. Quin Aristides ipse oratione, quæ pro Pericle inscribitur, comici eiusdem testimonium aduocans, ita loquitur: μόνον δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χείλεσιν. Quam autem uocauit Ennius Suadam, puto eandem Suadelam. Horatius, Sed bene, inquit, nummatum decorat Suadela, Venusq;. neque enim assentiam Porphyrioni, Veneris id epitheton existimanti. Nam Cicero in libro de Oratore tertio cum de Pericle loquatur, Leporem maluit nuncupare quàm Suadam, sic inquiens: Cuius in labris ueteres comici etiam, cum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, Leporem habitasse dixerunt: tantamq; in eo uim fuisse, ut in eorum mentibus qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. Contra autem Quintilianus, ne enunciare quidem istius deæ latinum ausus nomen, ita in decimo scribit Oratoriar. institutionum: Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Porro Martianus modo Suadam, modo Pitho nuncupat, nos eandem in poematis Mantho. Ambraq; nostris, modo Suadam, modo Leporem, uidelicet Ennium Ciceronemq; secuti. Hactenus Politianus. est aũt πειθὼ, uel Suada, uis illa & uirtus persuadendi, quam Arist. δύναμιν appellat: Isocrates πειθοῦς δημιουργὸν, Latinorum alij potestatem, alij facultatem, Quintilianus uim. qui tamen eam declarationem sibi uix permittit. Versus Ennij ex eodem Ciceronis Bruto, si quis forte requirat, appingam:

—Dictus ollis popularib. olim,
Qui cum uiuebant homines,
atque æuum agitabant,
Flos delibutus populis, & Suadæ medulla.

Non est huius loci, contentionem inter partes forte sopitam, rursus excitare, quam Gellius libro duodecimo, capite secundo contra Senecam mouerat. Non omnino πάρεργα leges apud Cælium, lib. 0.6. cap. 48. Erasmum in prouerb. Sedecim pedibus. ⁋ Medullã. } Nam quod optimum est, id natura uidetur intime recondidisse. Eras. in prouerb. Mellis medulla. ⁋ Venio nunc ad uoluptates. } Transitio à uoluptatibus studiorum, ad uoluptates agriculturæ. Vtrinq; digressio. Neq; Catonis institutum est, alterutrum pro dignitate laudare, sed saltẽ indicare, quid, quantumq; delectationis inde capiatur senibus, sed ita ut ex ipsa narratione plus delectationis capere uideatur. Et sanè literarum studia ad animi uoluptatem referri proprie uideri queant, nisi Xenophon agriculturam quoq; ad animũ transferre uideatur, quæ quia oculos pascit, uisus sensui recte tribuitur. Sed eadem olfactũ quoq; florum fragrantia delibutũ reddit, quod ne Xenophon quidem obticet, sed eo modo quo uoluptates in uniuersum omnes ex sensibus corporeis ortæ, ad animi usq; iucunditates penetrant. idq; ex ipsis definitionib. quæ extant, intelligi potest ⁋ Et mihi ad sapientis uitã. } Columella quoq; rem rusticam cæteris uiuendi rationibus præferens, proxime sapientiam locat, eiusq; quasi consanguineam facit. ⁋ Habet enim. } Præter Ciceronis rationem documento esse potest, quod œconomia, cuius agricultura præcipua portio est, cum Ethica & Politica moralem philosophiam absoluit: nam sicut illic animi imperio, corporis obsequio magis utimur: & magistratus Rempu. consilio administrat: sic paterfamilias non familiæ modo, sed ut Verg. ait imperat aruis. Adde illam quoq; quòd bonus agricola et siderũ cursus nouit, et meteora intelligit, & non exiguam rerum naturalium cognitionem habet.

Agriculturæ laus.

ERAS. ⁋ Versiculo quodam } Versus adhuc extat:

γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. id est,
Assidue discens plurima, fio senex.

*sine usura reddit quod accepit, sed aliâs minore, plerunq; maiore cũ fœnore: quanq̃ me quidẽ non fructus modo, sed etiã ipsius terræ uis, ac natura delectat. quæ cũ gremio mollito ac subacto semen sparsum * accepit, primũ id occatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde tepefactũ uapore, & cõplexu suo diffundit, & elicit herbescentẽ ex eo uiriditatem; quæ nixa fibris stirpiũ sensim adolescit, culmoq́; erecta geniculato uaginis iam quasi pubescẽs includitur. è qbus cũ emerserit; fundit frugẽ spicę ordine structã, & cõtra auiũ minorũ morsum munitur uallo aristarũ. Quid ego uitiũ satus, ortus, incremẽta cõmemorẽ? Satiari delectatione nõ possum; ut meæ senectutis requiẽ oblectamẽtumq́; noscatis. Omitto.n. uim ipsam omniũ quę generantur è terra; quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarũ frugũ, aut stirpium minutissimis seminib. tãtos truncos, ramosq́; procreet:*

* excepe,

BETVL. ¶ Sine usura. } Vsura pecuniæ propriè est, ut Pomp. docet. l. usura. ff. de uerb. sign. In fructu non est: fœnus aũt à fœtu dicitur, sicut τόκος, qua uoce hic Theod. usurã reddit, à τίκτεσθαι. i. pariẽdo, q apud Aristoph. in Nubib. describitur belua quæpiã, quæ ex processu tẽporis argẽtũ semp numerosiore fœtura progeneret. Hæc Alciat. Vtrunq; ergo, ut pleraq; metaphoricè, alterũ à sortis accessu, alterũ à fœtu. cuius loco Gaza propriè ἐπικαρπίαν reposuit. Est persimilis hic locus parabolæ Euãgelicæ, de granis in terram bonã coniectis, quorũ aliud pducebat fructũ centuplũ, aliud sexagecuplũ, aliud uero trigecuplũ. Matth. 13. ¶ Minore. } Cõparatiui sine positiuorũ relatione, sed reciproco respectu prolati. ¶ Nõ modo fru. } Anthypophora, qua non modo utilitatis studiũ obiectantibus, honestatẽ prætẽdit, sed etiã dum tantã admiratione naturæ uirtutẽ suspicit, innuit se naturæ opificẽ celebrare, id quod illi lex naturæ dictitat. ¶ Gremio molito & subacto. } Subigere propriè agriculturæ uox. Columella: Censet exiguis uomeribus & dentalibus terrã subigere. Item: Et inferiores penitus subacto solo, faculus capiant humoris alimentum. Vel si gremij metaphoram continuare uoles, idem significat quod comprimere, & uitium offerre. Vnde etiam subagitare. Verg. libro secundo Georg.

Occatio.

> Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
> Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
> Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.

¶ Occatũ, ex quo oc. } Herm. in Cast. hoc loco occæcatio legit. Occare, nostrate lingua eghen. Plin. lib. 18. cap. 20 Aratione p trãsuersum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate uel rastro, & sato semine iteratio. lege etiã Var. lib. 1. cap. 19. de Re rust. Est etiã uineæ occatio. sic rustici p catachresin appellãt puluerationẽ, quãm frigidiorib. regionib. faciunt, cũ gleba in uineis refringitur, et resoluitur in puluerẽ. Nostri hoĩes uocãt rueren. Colu. lib. 11. Theod. βωλοκοπίαν uocat, de qua uide Pollu. lib. 7. cap 14. Leonicenus apud Cõst. lib. 2. cap. 22. uidetur per τὸ ἐπισκάπτεσθαι uoluisse occationẽ intelligere, nisi quod illic aut p hoĩes, aut p boues fit. ¶ Tepefactum ua. } νοτίδι forte, quod notus simul & calidus et humidus est, quæ qualitates gñationi maximè idoneæ sunt. Vaporẽ ergo generationi rectè Cice. assignat, ἔστι γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμόν. Arist. μετεωρολογικῶν lib. 1. Verg. lib. 2. γεωργικῶν,

> Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris
> Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor,
> Inq; nouos soles audent se gramina tuto Credere.

¶ Herbescentem ex eo uiriditatem. } Theod. χλοερὰν πόαν, id est herbam uirescentem. ¶ Fibris stirpium. } Theod. ῥιζίοις, quod diminutiuum radicis est. ¶ Vaginis iam quasi. } Mollit metaphoram audaciorem. Pro huius loci explicatione annotabo ex primo Varronis lib. cap. 48. In segetibus, inquit, frumentum, quod culmus extulit.

spica ea quæ mutica non est, in ordeo & tritico tria habet continentia, granũ, glumam, aristam, & etiam primitus spica, cũ oritur, uaginam. Granũ dictum, quod est intimũ solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ ut acus tenuis, longa, eminet è gluma. Proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista: arista & granũ omnibus ferè notũ, gluma paucis. Itaq; id apud Enniũ solũ scriptũ scio esse in Euhemeri libris uersis. Videtur uocabulũ etymon habere à glubẽdo, q eo folliculo deglubitur granũ, itaq; eodẽ uocabulo appellã. fici eius, quã edimus, folliculũ. Arista dicta, quòd arescit prima: granũ à gerẽdo. id. n. seritur, uti spica gerat frumẽtũ, nõ ut glumã aut aristã gerat, ut uitis seritur, nõ ut pampinũ ferat, sed uuã. Spica aũt, quã rustici, ut acceperũt antiquitus, uocãt specã, et à spe uidetur nominata. eã. n. quòd sperãt fore, serũt. Spica mutica dicitur, quæ nõ habet aristam. aristæ. n. quasi cornua sunt spicarũ, quæ primitus cũ oriuntur, neq; planè apparent. in qua sublatẽ herba, ea uocatur uagina, uti qua latet cõditus gladius. Illud aũt summa in spica iã matura, quod est minus quàm granũ, uocatur frit: quod in infima spica, ad culmum stramenti summum, item minus quàm granum est, appellatur urruncum. ¶ Pubescens. } Theodorus copiæ certamen cum Cicerone suscipiens, duobus participijs rem eloquitur prorsus synonymis, ἡβῶσαν, καὶ ἰουλοφυοῦσαν, utrisq; à pube ductis. Sic Plinius pubescentem uuam dixit. ¶ Quid ego uitium. } Ad ἀμπελουργίαν transitum facit. Sunt autem ἐκφράσεως exempla, graphica sanè, perfectæq; artis opera, quæ non modo partibus suis absoluta pinguntur, sed ex primis ipsorum principijs per legitimi naturalisq; progressus incrementa ad tẽpestiuam maturitatem producuntur. ¶ Senectutis requiem. } Requietem legit Priscianus lib. 6. ¶ Omitto. } Occupatio. Quædam enim naturæ benignitate nascuntur, quædam cura hominũ, atq; arte prouenitunt. Plin. lib. 17. cap. 10. Columella lib. 3. cap. 1. ¶ Tantos truncos ramosq;. } Vt etiam uolucres cœli in ipsis nidos construant, ut de grano sinapis Euangelica parabola tradit. Sed Varro lib. 1. cap. 41. ut de alijs tardioribus, ita de ficeto surculos, quàm grana de fico obruere mauult, & uitium seminarijs in prouincijs agricolas studere negat Columella lib. 3. cap. 14. nec usum eos habere faciendæ uiuiradicis: quin magis malleolos usurpare. De seminibus uinaceis, lege Columellam eundem prioribus capitibus libri de arboribus, Qua de re Theophrastus tum alibi, tum lib. 4. de Plantis cap. 1. Et Plin. lib. 17. cap. 10. recensẽt, quæ arbores ex semine nascantur, qui ibidem in similem seminum minutorum admirationem rapitur. Non omittendum, inquit, naturæ miraculũ, ex tam paruo gigni arbores, tanto maiore tritici & hordei grano, ne quas fabam reputet. Quid simile originis suæ habent malorum pyrorumq; semina, his principijs respuentẽ secures materiem nasci, indomita ponderibus immensis prela, arbores, uelis, turribus murisq; impellendis arietes? Hæc est naturæ uis, hæc potentia.

¶ Malleoli. }

*malleoli, plantę, sarmēta, *uites, traduces, propagines, non'ne ea efficiunt, ut quemuis non sine admiratione delectent? Vitis, quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terrā fertur: eadē, ut se erigat, clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur: quam serpētē multiplici lapsu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, & in omnes parteis nimia fundatur. Itaque ineunte uere in ijs, quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quę gēma dicitur; à qua oriens uua sese ostendit: quæ & succo terræ, & calore Solis augescens,*

* uiuiradices.P.

BETVL. ¶ Malleoli. } Malleolus nouellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusq; à similitudine rei, quòd in ea parte quæ deciditur ex uetere sarmento prominens, utrinq; malleoli speciem præbet. Columella libro tertio, capite sexto. Plinius libro. 17. cap. 21. Solebat capitulatus utrinq; è duro surculus seri, eoq; argumento malleolus etiam uocatur nunc. Et de arboribus capite tertio. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit. ¶ Plantæ. } Metzlerus legit plantæ sarmenta, lectionemq; tanquam superfluam fastidit, generali forte uoce offensus. Theodorus φυτευτήρια, quæ uox etiam uiuiradices significat. Ego sanè pro surculis recens consitis tantisper intelligam, dum aliquis certiora attulerit. ¶ Sarmēta. } ὄσχοι, Theodorus. Non inutilia putamina; et quæ à uitibus tanquam superflua ligna secantur. Quæ enim inde admirationis causa, præsertim in rei uinariæ generatione, & in cunabulis. Columella cap. 8 de arboribus: Cum uitem inserere uoles, optimi generis sarmenta fructuaria tum, cum gemmas agere incipient, uento Austro à matre præcidito. Sarmentum quod inseris, de summa uite sit rotundum, bonis crebrisq; nodis, & cætera quæ sequuntur. ὤσχος Hesichio, ὁ μετὰ κλήματος ἀμπέλου, οἱ ὤσχοι τὰ νέα κλήματα σὺν αὐτοῖς τοῖς βότρυσιν. ¶ Vites, traduces. } Offenditur Metzlerus hac quoque lectione, Viuiradices legendum censens, id est plantulas cum sua radice in aliud solum translatas, quas Budæus græce φυτευτήρια dici testatur. Dissimulat Erasmus. Philelticus, ubi maxime dicendum est, maxime tacet. Theodorus cum Metzlero facere uidetur, apud quem una dictio est, ὑπόῤῥιζοι Didymus apud Constantinum ἐνρίζους uiuiradices nominat. libro quarto, cap. 2. lib. 5. cap. 15. Quæ lectio forte ideo probari potest, quia etiamnum in sationis loco consistit, cuius duo genera Columella tradit libro tertio, cap. 14. & Plinius libro. 17. cap. 22. Malleoli scilicet & uiuiradicis, id est surculis cum radice. Nisi uites traduces coniunctim per appositionem legere uelis, quod tamen, quia ad propagationis negotium pertinet, impertinenter hic numeratur. Haud sanè philonicum me sentiet, qui uitis ridicas legendum censeat, de quibus Varro libro primo, cap. 26. Florentinus adud Constantinum Cæsarem libro quarto, cap. 11. χάρακας ridicas uocat. Malo tamen Metzleri lectioni subscribere, quamuis alij μοσχεύματα uiuiradices interpretentur, qua uoce Theodorus malleolos transtulit. ¶ Propaginis. } De hoc suo loco. ¶ Vitis. } Secunda pars, ortus. ¶ Quæ natura caduca est. } Caduca, non quo modo iureconsulti caduca bona, & caducas hæreditates, ad fiscum recidentes: nec ut Seneca, fortunam, dominium suum mutantem, caducam appellat: neque ut Gellius, poma caduca, id est prematura: aut Plinius caducum fructum dicit, de quibus alibi: sed ad casum prona, Theodorus εὐκατάπτωτος. de hoc Columella libro quinto, capite quinto. Plinius tamen libro decimoquarto, capite tertio. Nec orthampelos indiget arbore, aut palis, ipsa se sustinens, non item dactylides digitali gracilitate. De alligandis uitibus, lege eundem Columellam libro de Re rustica quarto, capite uigesimo. ¶ Clauiculis. } ἕλιξιν. Clauiculos Columella quoque uocat. Plinius clauiculas libro. 23. proœmio, ubi de uitis medicinis agit, fœm. gen. dixit. ἕλιξ ab ἑλίσσειν, id est circumuoluendo, Græcis ad hederam quoque refertur. Capreolos Gaza noster ex Theophrasto transtulit. Varro libro primo, cap. 31. ait: Vitem ex altera parte capream dictam, quod parit capreolum, is est cauliculus uitens, intortus, ut cincinnus. is enim uites ut teneat, serpit ad locum capiendum, ex quo à capiendo capreolus est dictus. Pampini etiā dicti. Plinius: Sic palmites, nepotes, uuæ folia, pampini gignuntur. ubi ad differentiam pampinorum folia dixit, quæ proprie pampini dicuntur. ¶ Quasi manibus. } Quia brachia quoque habet, quin & capita, uitis, et cornua. ¶ Ferro amputans. } Theodorus περικειρομένη. Vide Comment. Budæi. ¶ Ne syluescat. } Columella libro quarto. Me autem, inquit, longus docuit usus, multo utilius esse primo quoque tempore falcem uitibus admouere, nec superuacaneis pati syluescere: sed eam quoque quæ primo summittetur, materiam ferro coercendam censeo, usque in alteram uel tertiam gemmam, quo robustiores palmites agat. Quis non suspicabitur Columellam ad Ciceronis uerba respexisse? ¶ ineunte uere. } Verg. 2. Georg.

Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris,
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor,
Inq; nouos soles audent se gramina tuto
Credere, nec metuit surgentes pampinus austros,
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem:
Sed trudit gēmas, & frondes explicat oēs. Ouid. lib. 1. Fast.
Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma tumet.

Et rursus libro quarto eiusdem operis:

Nec Veneri tempus, quàm uer erat, aptius ullum:
Vere nitent terræ, uere remissus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.

¶ Quæ gemma dicitur. } Necessaria metaphora est, instituta inopiæ causa, frequentata delectationis. Sicut luxuriem in herbis, & lætas segetes rustici dicunt. Cicero de Orat. 3. Quint. lib. 8. capite de Tropis. Theodorus ὁ καλούμενος ὀφθαλμὸς. Plinius tamen inter gemmam & oculum differētiam facit lib. 17. cap. 21. Hæc, inquit, uocatur in uite gemma, ubi cespitem facit: ante uero quàm faciat in concauo oculus, & in cacumine ipso germen. Oculos autem in arborum surculis proprie uocari, unde germinant, docet, ibidem Theophrastus libro primo. Quod in cæteris nodus, ὁ ὄζος, sit, in uite gemmam, ὀφθαλμὸν, in arundine geniculum, τὸ γόνυ apppellari ait. Articulos Theodorus. μέτωπα uertit, quæ uox spatium inter oculos situm significat. Hic internodia magis, & geniculatos nodos intelligo, licet Plinius articulis duobus internodia includat. ¶ Vua oriens. } Theodorus βότρυς, id est uua, error à librarijs magis inscitia, & rei rusticæ ignorantia, quàm casu commissus. ¶ Succo terræ. } Causæ efficientes naturales.

BETVL.

primo est per acerba gustu, deinde maturata dulcescit; uestitaq; pampinis, nec modico tepore caret, & nimios Solis * defendet ardores. qua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura, & ipsa natura delectat; adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio uitium; sarmentorumq; ea, quam dixi, altorum amputatio, & aliorum immissio. Quid ego irrigationes? quid agri fossiones, repastinationesq; proferam, quibus fit multo terra fœcundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi: de qua

* defugit

¶ Primo peracerba gustu.} Lege Theophrastum libro de Causis plantarum 6.cap.7. Plinius lib.15.cap.27. sapores omnibus succis communes, numerat tredecim. ¶ Tepore.} Tepôre, θερμοῦ. ¶ Calet.} Communem errorem Metzlerus quoq; sequitur. ἀμοιρεῖ. Theod. & emendatiora exemplaria Caret habent. ¶ Defendit.} Malo cum Gaza, defugit. ¶ Qua quid potest esse tum fructu.} Varro lib.1.cap.4. agricolis duas metas proponit, utilitatem & uoluptatem: Vtilitas, inquit, quærit fructum, uoluptas delectationem. ¶ Adminiculorũ ordines.} Tertia pars, incrementum uidelicet. per adminicula arundines primo intellige. quibus tenellæ uitiũ plantulæ alligantur, fulciunturq;: deinde pedamẽta uel ridicas adminiculũ uocat etiã Col. multis locis, et Plin.lib.4.ca.12. De ordinibus, lege Colu. eundẽ lib.5.ca.2.& 3. ¶ Capitũ coniu.} Caput uitis est ultimũ & productissimũ flagellũ, Colu.lib.3.cap.10. Cæterũ de capitũ cõiugatione idẽ Colu.4.cap.17. legẽdus est, Plin. lib.17.cap.22. ¶ Religatio.} Alligatio. Cato cap.33. Alligatoq; recte, dum ne nimium constringas. Lege Colum.lib.4.cap.13.& .20. Pallad.cap.20 februarij. Plin.lib.17.cap.23 ¶ Propagatio uitiũ.} Cato cap.32. Colum.lib.4.cap.15. Item de arboribus cap.7. Pallad. in Febr.cap.16. De propagine uniuersim uide Pliniũ lib.17. cap.13. Huc traduces pertinent, & uiniradicis translatio. ¶ Amputatio.} Huc pampinatio quoque referenda. Columella lib.4. de his multa, Constantinus Cæsar lib.3. cap.4. & de arborum putatione Columella cap.10.& .11. einsdem libri Palladius tit.15. Feb. ¶ Immissionibus.} προσθέσεις Theod hæc puto fieri, quando uirga edita à matre sulco committitur, uulgo eynlegen. quod unum ex tribus propagandi generibus est apud Columellam, de insitione cap. de Arboribus.7. alij insitionem ἐμφυτείαν interpretantur, de qua inferius. ¶ Quid ego irrig.} Riguas quidem uites ali, Plinius docet lib.17. cap.26. Sed sequentia in genere dicta de omni plantarũ cultu. de rigatione lege Theophrast.lib.3.cap.1. Theodorus ἀρδείας, Theophrast. ἀρδεύσεις. ¶ Agri fossiones.} Scrobes & ablaqueationes huc referendæ sunt. per νεώσεις enim & γυρεῖας, quas uoces Theod παραφραστικῶς inseruit, nouationes, id est nouellas uineas, quas Columella uocat, & scrobes intelligo. Renouellatur autem uinea, si non in corpore aridos habet truncos, & fulciri potest, factis sulcis optime sternitur: Columella cap.6. de Arboribus. Et cum Theophrasto ῥιζοτομεῖν. ablaqueare, id est æstiuas radiculas abscindere significat. Nihil prohibet, quin ῥιζοτομία Græcis idem sit, quod Latinis ablaqueatio. de fossura Columella de Arboribus cap.12. ¶ Repastinationesq;.} Theodorus βολοστροφίας, id est glebarum inuersiones. Pastinandi modum scribit Columella libro.3.cap.13.& .15.& .16. Item lib.11.cap.2. ¶ Stercorandi.} Lege ergo Catonem cap.5.cap.29.& .36. Sed copiosius Theoprastus libro.3. Columella tum alibi, tum lib.2.cap.17. Plin.lib.17.cap.27. lib.18.cap.23. Constant. Cæsar lib.2.cap.19. ¶ At Homerus qui multis.} Inutilis hæc quæstio Senecæ uidetur, Homerus'ne an Hesiodus antiquior sit. Quia uero præclarissimi scriptores in ea re occupantur, suffragia pro utraq; parte pronunciata colligemus, & primum ea quæ in Catonis sententiam pedibus ierunt. Nec Herodotus quidẽ, neq; Plutarchus in Homeri uita, quicquã de utriusq; ætate: sed hic in oratione consolatoria Hesiodum Homero, ut æstimatione, ita ætate posteriorem facit. Gellius lib 3.cap.11. Philochoro & Xenophane testibus stipatus uenit: Atq; idem Gellius libro.17. cap.21. in hanc partem magis inclinare uidetur. de Homero, inquit, & Hesiodo inter omnes ferè scriptores cõstitit, ætatem eos egisse uel iisdem ferè temporibus, uel Homerum aliquanto antiquiorem, utrunque tamen ante Romam conditam uixisse, Syluijs Albæ regnantibus, annis post bellum Troianũ, ut Cassius in primo Annalium de Homero atq; Hesiodo scriptũ reliquit, plus C. atq; LX. annis ante Romam conditã, ut Cor. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter C. & LX. Diuus quoq; Cyrillus libro contra Iulianum Apostatam primo, diuersas sentẽtias adducit: hanc, quia quod ad temporis concordiam pertinet, cum Cassio à Gellio citato consentit: alteram longe diuersam, sed de utraq; suo loco. Liquidissimum Solini Polyhistoris testimonium est cap.53. Smyrna, inquit, unde præcipue niuet, Homero uati patria extitit, qui post Ilium captum anno CCLXXII. humanis rebus excessit, Agrippa Syluio, Tiberini filio Albæ regnante, anno ante Vrbem cond. CLX. inter quem & Hesiodum poetam, qui in auspicijs Olympiadis obijt, CXXXVIII: anni interfuerunt. Velleius Paterculus intra mille ante se annos natum Homerũ, uolumine priore scribit, Hesiodũq; circa. CXX. annos distinctũ ab Homeri ætate facit. De Homeri tẽpore Solino cũ Plinio conuenit, quẽ lib.7. mille propè annos ante se, id est Vespesiani tẽpora fuisse: quorum rationẽ si inieris, ad Agrippam retro Syluiũ mille circiter annos reperies. Et Plutarch. putat Homerum à Lycurgo uisum esse, quod ne ipsum quidem ab isthac tẽporis ratione discrepat, si anno CCXCVIII. à capta Troia, ut communis opinio habet, Lacedæmonijs leges tulit. Sin autem secundum Cyrillum CLXV. uel Cassium CLX. fieri non potest, ut eius ætatem attigerit. συγχρόνους fuisse eos, superiora partim testimonia confirmant: partim illud fidem facit, quòd Suidas ipsos ἀνεψιάδας, hoc est consobrinos, genusq; per eundem proauum Melanopũ ad Atlantem referre scribit. Quidam hoc ex ipsius testimonio cõfirmare satagunt, cũ dicit: ἐν δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ ὅμηρος ἀοιδοὶ, quod ad fidem faciendã non satis roboris habet. Nam quis dicat Romulũ & Numã propterea simul regnasse, quòd primi Romanorũ reges fuerint. Tertia opinio eorum est, qui Homerũ Hesiodo posteriorem faciunt. Cuius authores sunt L. Actius poeta, & Ephorus historiæ scriptor, quorũ leuia argumẽta Gell. explodit lib.3.cap.11. Quintil. quidem lib.5.ca.11. Hesiod. primũ fabulas dedisse tradidit. Cui astipulatur D. Augustinus lib.1. de Concord. sed uicissim Aristot. qui Homerico tempori propior fuit, ante Homerum neminem eiusmodi fabulas dedisse affirmat. Hæc de Homeri & Hesiodi ætate. Per me quam uoles sententiam sequere, mihi prima magis arridet.

¶ Doctus

doctus Hesiodus ne uerbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi uidetur, ante seculis fuit, Laertem lenientem desideriũ quod capiebat è filio, colentem agrum & eum stercorantem facit. Nec uero segetibus solum & pratis, & uineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam & hortis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omniũ uarietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil inuenit agricola solertius. Possum persequi multa oblectamẽta rerum rusticarum; sed ea ipsa quæ dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem; nam & studio rerũ rusticarum prouectus sum, & senectus est natura loquacior; ne ab omnibus eam uitiis uidear uindicare. Ergo in hac uita M. Curius cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset; consumpsit extremum tempus ætatis. cuius quidem uillam ego contemplans (abest enim non longe à me) admirari satis nõ possum uel

BETVL. ⁋ Doctus Hesiodus. } Humanæ uitæ optimum consultorem, teste Isocrate. ⁋ Et eum stercorantem. } Inuenimus quidem Laertem apud Homerum agrum colere, κόπρον παρέχοντα nusquam inuenio. in Odyss. λ. Minerua sub Mentoris hospitis persona facit eũ ἐπ' ἀγρὸν πήματα πάσχειν. Et ἑρπύζοντ' ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδου. Anticlæ rursus matris anima apud inferos lib. 11. Vlyssi memorat, patrem in agro hyeme apud ignẽ, æstate foliis recumbentem, animi dolore & lacrymis consumi. Eumæus lib. 15. renunciat illi, senem patrem assiduo Ioui supplicare, θυμὸν ἀπὸ μελέων φθίρεσθαι. postremo lib. ult. Vlysses interfectis procis, patrẽ in agro quidẽ deprehendit, λιστρεύοντα φυτὸν καὶ ἀμφιλαχαίνοντα. Fossionis quidem, stercorationis nulla fit mentio, nisi per metalepsin fossionis nomine, ut laqueationẽ repastinationemq;, ita stercorationem quoq; intelligas. Tempore enim pastinationis stercorare oportet Anatolio apud Cæs. Constantinum authore lib. 5. cap. 26. Sed hunc Ciceronis lapsum ante nos etiã dominus Budæus animaduertit. ⁋ Pomariis etiam & hortis. } Theodorus more suo ordinem inuertit. κῆπος hortũ generaliori significatu, id est uentis patẽtem locum significat, à κάπω, τὸ πνέω. De hortis lege Constant. Cæs. lib. 12. cap. 2. & sequent. Pomarium autem plerunq; delectationis gratia instructum, uiridarium arboribus consitum, παράδεισος Polluci barbara uox est. In Genesi transferenda, Symmachus παράδεισον ἀλσώδη, id est uoluptatis. theologi enim paradisi nomine locum omni delectatione plenum intelligunt ⁋ Pecudũ pastu. } Verg. lib. Georg. 3. Columella lib. 6. & 7. ⁋ Et apum examinibus. } Verg. lib. 4. Georg. Plin. Nat. historia lib. 11. cap. 5. & sequentibus. Varro de Re rustica lib. 3. cap. 16. Columella lib. 10. à cap. 11. usq; ad finem libri. Pallad. lib. 1. cap. 37. idem lib. 5. cap. 8. Aristoteles de Natura animalium lib. 5. cap. 21. & 22. Constant. Cæs. lib. 15. aliquot ordine capitibus. Quintil. Declamat. pro paupere contra diuitem. ⁋ Insitiones. } Quare superius immissionis nomen pro insitionibus intelligere uolui. De insitione inter cæteros Constant. lib. 3. cap. 3. lib. : . cap. 11. ⁋ Possum persequi. } A rebus ad personas transitum faciens, nouam beneuolentiam per occupationem captat. Quare senes impendio loquaciores sint, causam reddit Aristot. lib. Rhet. ad Theod. 2. Senex nimirũ, quia memoria magis uigeat, quàm spe longioris uitæ fultus uiuat, propterea plus quoque uoluptatis in anteactæ uitæ rebus cõmemorandis ponere. Sed ipsum Philosophum audiamus. καὶ ζῶσι τῇ μνήμῃ μᾶλλον ἢ τῇ ἐλπίδι. τοῦ γὰρ βίου τὸ μὲν μέλλον ὀλίγον, τὸ δὲ παρεληλυθὸς πολύ. ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ἐλπὶς τοῦ μέλλοντος, ἡ δὲ μνήμη τῶν παροιχομένων ὅπερ αἴτιον καὶ τῆς ἀδολεσχίας αὐτοῖς. διατελοῦσι γὰρ τὰ γενόμενα λέγοντες, ἀναμιμνησκόμενοι γὰρ ἥδονται. ⁋ M. Curius. } Hactenus agriculturæ laudes argumentis ex ipsa re natis celebrauit. Iam personarum à quibus culta est, splendore illustrem reddit. Necesse enim est illud uitæ genus omni uoluptate honesta refertum esse, in quo uiri tot triumphis fulgentes, emeritos uitæ annos transigere uoluerint. Vndiq; ad summos dignitatum gradus, tanquam in uirtutũ palæstra, aditus patuit. Obiter suasorios locos animaduertere est. Primum iucundam agri rationem esse docet, deinde personarum splendore honestam ostendit, paulo post sequentur cõmoda. Plutarch. in Catone uidetur Ciceronẽ secutus, hæc de re scribens: uerba ut conferas, apponam. ἦν δὲ πλησίον αὐτοῦ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μανίου Κουρίου, τοῦ τρὶς θριαμβεύσαντος ἔπαυλις. ἐπὶ ταύτην συνεχῶς βαδίζων, καὶ θεώμενος τοῦ τε χωρίου τὴν μικρότητα, καὶ τῆς οἰκήσεως τὸ λιτὸν, ἔννοιαν ἐλάμβανε τοῦ ἀνδρὸς ὅτι Ῥωμαίων μέγιστος γενόμενος, καὶ τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν ὑπαγαγόμενος, καὶ Πύρρον ἐξελάσας τῆς Ἰταλίας, τοῦτο τὸ χωρίδιον αὐτὸς ἔσκαπτε, καὶ ταύτην τὴν ἔπαυλιν ᾤκει, μετὰ τρεῖς θριάμβους ἐνταῦτα πρὸς ἐσχάρᾳ καθήμενον αὐτὸν, ἕψοντα γογγυλίδας, εὑρόντες οἱ Σαυνιτῶν πρέσβεις. ἐδίδωσαν πολὺ χρυσίον. ὁ δ' ἀπεπέμψατο φήσας, οὐδὲν χρυσίου δεῖν ᾧ δεῖπνον ἀρκεῖ τοιοῦτον. αὐτῷ μέντοι τοῦ χρυσίον ἔχειν κάλλιον εἶναι, τὸ νικᾷν τοὺς ἔχοντας. ταῦθ' ὁ Κάτων ἐνθυμούμενος ἀπῄει καὶ τὸν αὐτοῦ πάλιν οἶκον ἐφορῶν, καὶ χωρία, καὶ θεράποντας καὶ δίαιταν, ἐπέτεινε τὴν αὐτουργίαν, καὶ περιέκοπτε τὴν πολυτέλειαν. ⁋ Cum de Samnitibus. } Florus Epit. 11. Curius Dentatus consul, Samnitibus cæsis, & Sabinis qui rebellauerant uictis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphauit, anno ab Vrbe cond. CCCCLXIII. Anno rursus. CCCCLXXIX. de Pyrrho triumphauit. Abbreuiat. Epit. 14. Florus lib. 1. cap. 18 haud ullum ante pulchriorem in urbem aut speciosiorem triumphum intrauisse testatur. cum nihil libentius Pop. Ro. aspexerit, quàm illas quas timuerat cum turribus suis beluas. ⁋ Triumphasset. } Theodorus, νικητήρια ἔπεμψεν. Pollux lib. 3. cap. 30. νικητήρια peculiariter gymnicis tribuit certaminibus. Cæterum lib. 6. cap. 40. non quidem duci, aut imperatori, cui uictori θρίαμβος decernitur, sed militi ἀριστεῖα ἐπινίκια & νικητήρια rerum bene gestarum præmia statuit. Alciatus L. inter donum. ff. de uerb. sign. sine ullo discerniculo uerbi originem secutus, uictori generatim attribuit. ⁋ Consumpsit extremum tempus. } De huius continentia, qua aurum Samnitum repudiauit, alibi dictum est. De studio Rei rust. Plutarch. ut diximus, in Catone, August. lib. 5. cap. 18. Liuius lib. 1.

— & quondam duro sulcata Camillo,
Vomere, & antiquos Curiorum passa ligones.

Senectus natura loquacior.

ipsius hominis continentiam, uel temporū disciplinam. Curio ad focū sedenti magnum auri pondus Samnites cū attulissent, repudiati ab eo sunt. Nō enim aurum habere præclarū sibi uideri dixit; sed eis, qui haberent aurum, imperare. Poterat'ne tantus animus non iucundam efficere senectutem? Sed uenio ad agricolas, ne à meipso recedā. In agris erant tum senatores, id est senes: siquidē L. Quintio Cincinnato in agro arāti nunciatum est cum dictatorem esse factū: cuius dictatoris iussu magister equitū C. Seruilius Hala Sp. Meliū regnū appetentē, et occupare uolentē interemit. A' uilla in senatū accersebantur & Curius, & cæteri senes: ex quo, qui eos accersebant, uiatores nominati sunt. Num igitur eorum senectus miserabilis fuit, qui se * agricolatione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an ulla uita beatior esse possit; neq; solum officio, quòd hominū generi uniuerso cultura agrorū est salutaris; sed & delectatione quā dixi, et saturitate, copiaq; omnium rerū, quę ad uictum hominū, & cultum etiam deorum pertinent *. Et quoniā hæc quidā desiderant, in gratiā iam cum uoluptate redeamus. Semper enim boni, assiduiq; domini referta cella uinaria, olearia, mellaria, & penuaria est: uillaq; tota locuples est;

BETVL. ¶ Ipsius hominis continentiam.} Qui cū Italia Pyrrhum regem exegisset, nihil omnino ex præda regia, qua exercitum urbemq; donauerat, attigit. Decretis etiā à senatu septenis iugeribus (quæ mensura plebi post exactos reges assignata est) sibi autem quinquagin ta, popularis assignationis modū non excessit. parū idoneum, uel ut Plin. perniciosum Reipu. ciuem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset. Val. lib. 4. cap. 3. Plin. lib. 18. ca. 3. Columella in operis Præfat. & cap. 3. primi libri, Plutar. in Apophtheg. Rom ¶ Vel temporum disciplina.} Quibus scil. eet tēporibus manibus imperatorū colebantur agri, ut fas est credere, gaudēte terra uomere laureato, & triumphali aratore: Plin. Theodorus τὸ ἀπὸ τῶν χρόνων πολυμαθὲς uertit, quo nomine temporis obseruatio, quæ in agricolatione p'urimum momenti habet, forte intelligi potest. Tēpora siquidē prænoscere sine lumine animi, et sine exquisitissimis disciplinis non quenquam posse, Columella crediderit, de quo & Gell. lib. 10. cap. 11. ¶ Pondus.} Theodorus, σταθμὸν. Certū quoddam significat æstimatione libræ expensum ¶ L. Quintio Cincinnato in agro aranti.} &, ut tradit Norbanus, nudo plenoq; puluere etiamnum ore. historia est apud Liuium Decad. 1. libro. 3. Dionys. lib. 10. ca. 11 Plin. de Viris illust. cap. 17. Meminerunt Plin. lib. 18 cap. 3. & Columella in præfatione operis. ¶ Senatores, id est se.} De hoc supra ¶ Cuius dictatoris.} Theod. οὗ δικτατορεύοντος, latinū uerbum græca inflexione à latino nomine duxit, cuiusmodi multa sunt apud Theophilum, Iustiniani paraphrasten. reliqua latina magistratuū nomina ferè historici Græci interpretantur, hoc latine efferunt. Plutar. in Marcello duas huius etymi deriuationes ostēdit. ὁ γὰρ δικτάτωρ οὐκ ἔστιν ὑπὸ τοῦ πλήθους, οὐδὲ τῆς βουλῆς αἱρετὸς ἀλλὰ τῶν ὑπάτων τὶς ἢ τῶν στρατηγῶν προελθὼν εἰς τὸν δῆμον, ὃν αὐτῷ δοκεῖ, λέγει δικτάτωρα. καὶ διὰ τοῦτο δικτάτωρ ὁ ῥηθεὶς καλεῖται· τὸ γὰρ λέγειν δίκερε ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ τὸν δικτάτωρα, τῷ μὴ προτιθέναι ψῆφον ἢ χειροτονίαν, ἀλλ' ἀφ' αὑτοῦ τὰ δόξαντα προστάττειν, οὕτως ὀνομάσθαι· καὶ γὰρ τὰ διαγράμματα τῶν ἀρχόντων ἕλληνες μὲν διατάγματα, ῥωμαῖοι δὲ ἔδικτα προσαγορεύουσιν. Sed hæc de dictatoris noīe. Videtur hic locus prima fronte planus, nec quicquam obstare quin à quouis triuiali lectore citra offensionem ullam aut legi aut intelligi possit. At uel mediocriter in historicorū scriptis uersato facile subolebit, aut subdititia ea esse, quæ de Sp. Melio sequuntur: aut Cice. (ut Gellius et Politianus in eo animaduerterūt) multiiuga rerū memoria confusum, duas Cincinnati dictaturas cōmiscuisse. Nam is bello latino ex agro ad dictaturā uocatus, Marcij Minutij Cos. castra egregia uirtute seruauit, anno ab Vr. cond. cclxxvij. Atqui idem Cincinnatus uiginti post annis à T. Quintio Capitolino Cos. in senatu Dictator dictus, Seruiliū Halam Melij interfectorē magistrū equitum dixit, anno ab Vrbe cond. cccxvi. de quo Liuius lib. 4. Decad. 1. Sed de hoc supius plura. ¶ Viatores nominati.} L. Columella in præfatione operis, de nundinis uerba faciēs sic scribit: Nundinarum etiam conuentus manifestū est propterea usurpatos, ut nonis tantūmodo dieb. urbanæ res agerētur, reliquis administrarētur rusticæ. Illis. n. temporibus, ut ante iā diximus, proceres in agris ciuitatis morabantur, & cū consilium publicū desiderabatur, à uillis arcessebantur in senatū. ex quo qui eos euocabant, uiatores nominati sunt, &c. Hoc idem Plin. de Cincinnato ad dictaturā à uiatore euocato loquēs. Liuius & Dionysius legatos ad eū missos asserunt, Florus lictorē. Quid lictor à uiatore differat, lege apud Gell. lib. 12 ca. 3. apud Alexand. ab Alexand. lib. Gen. aliū dierum. 1. cap. 27. Theod. κλήτορες ἀπὸ τοῦ καλεῖν transtulit, quos antiqui Latinorū antistites græca uoce appellarūt, in quorū locum apparitores publici successerūt. Vide Budæum in Comment. ¶ Num igitur.} Subiectione contrarium. statuit. ¶ Vniuersæ.} Vniuersis salutare est, quod omnib. nō item. Sicut uniuersis probatur, qui non omnibus. In uniuersitate enim agricolarū sunt, qui hac salubritate nō fruantur. Est autem locus ab utili. ¶ Et cultum etiam deorū} Primitias enim profert, & suppeditat uictimas. De hoc abunde Xenophon in Oecon. ut Cic. in se transtulisse uideatur. Et Christianis nobis ministrat materiā cœnæ dominicæ, panem & uinū, mystica corporis & sanguinis dominici signacula. ¶ Et quoniam.} Theod. per parenthesim legisse uidetur ut (quoniā hæc quidam desiderant) in gratiam iam cū uoluptat. &c. ἐπεὶ ἔνιοι δ' ἔτινες τὰ τοιάδε ποθοῦσιν. εἰς χάριν, &c. ¶ Assiduiq. domini.} Iuxta prouerbiū, Domini oculus. Quò & apologus Gellianus de Cassita pertinet. ¶ Villaq; tota loca. est.} Nigidius locupletem ait dictū, ex cōpositis uocibus, qui pleraq; loca, hoc est qui multas possessiones tenet. Gell. lib. 10. cap. 5. Plin. lib. 18 cap. 3. Caius iureconsultus in .l. quos nos. § locuples. ff. de Orig. iuris locupletem dicit, qui satis & idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam petit. Vbi Alciatus, de immobilibus tantum bonis intelligit. Signanter autem Cicero locupletem uillā dixit. nam de uillæ situ Varro quidem, & alij legendi sunt: maxime tamen omnium Columella, qui uillæ positionem lib. 1. cap. 6. in hunc modum disponit.

Curius aurum repudiauit à Samnitibus oblatum.

A uillis in senatū accersebantur senes. Viatores unde.

* agricolatione

* : ut

Villa

- Villa diuiditur in
  - Vrbanam, quæ iureconsultis prætorium appellatur. quæ rursus diuiditur in
    - Hybernā.
    - Aestiuā.
    - Quibus balneum addit.
  - Rusticam, huius partes facit
    - Culinā magnam & altā.
    - Seruorum cellas.
    - Vinctorum subterranea ergastula.
    - Domitorū armentorum bubilia, æstiua et hyberna.
    - Pecorū stabula partim tecta, partim sub dio.
    - Villici habitationem iuxta ianuam.
    - Procuratoris, supra ianuā.
    - Horreū quo ponuntur rustica instrumenta.
    - Bubulcorum pastorumq́; cellas.
  - Fructuariam, quæ diuiditur in cellam
    - Olearium,
    - Torcularium,
    - Vinariam,
    - Defrutariam,
    - Fœnilia,
    - Palearia,
    - Apothecas,
    - Horrea.

Lege ad hæc quæ annotauit Budæus in l. uideamus .ff. locati.

abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortū ipsi agricolæ succidiā alteram appellant. [Succidia] tum cōditiora facit hæc etiā superuacanei operis aucupium, atq; uenatio. Quid de pratorū uiriditate, aut arborū ordinibus, aut uinearū, oliuetorum'ue specie dicam? Breui expediam. Agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius: ad quem fruēdum [Agri bene culti.] nō modo nō retardat, uerū etiam inuitat, atq; allectat senectus. ubi. n. potest illa ætas*, aut melius, aut æque calescere uel apricatione, uel igni? uel uicißim umbris, aquis'ue refrigerari salubrius? Habeāt igitur alij sibi arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam & pilā, sibi natationes & cursus: nobis senibus ex lusionib. multis talos relinquant, & tesseras: idipsum tamen ut libebit, [Tali. Tesseræ] quoniam sine his beata esse senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt: quos legite, quæso, studiose, ut facitis. Quàm copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuēda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur? Atq; ut intelligatis, nihil ei tam regale uideri, q̄ studium agri colēdi: Socrates in eo libro loquitur cū Critobulo, Cyrum minorē regem Persarum præstantem ingenio, atque imperij gloria;

[* aut calescere uel apricatione melius, uel]

¶ Abundat porco. } ἑτέρωσις numeri. Obserua obiter articulos, uel πολυσύνδετα. ¶ Iam hortū ipsi agricolæ succidiam alteram. } Plin. alterū macellum. ¶ Breui expediam } Tædium beneuolētiæ captatione in ipso orationis cursu tollit. ¶ Vel apricatione melius. } Theod. ἡλίῳ, causam pro effectu, ἡλιώσει. ¶ Pilā. } Audiui qui ad pilam militarem referant, quibus haud grauatim subscribo. Theod. σφαῖραν lusoriam intelligit, cuius inuentū Plin. ad Pythum quendam refert. Cælius ut tesseras, ita pilā quoq; à Lydis inuētam esse, Græcis testibus perhibet. Differt tamen sphæromachia à pilæ ludo, qua iuuentus apud Græcos in gymnasio exerceri cōsueuit (Cicero nanq; inter iuueniles & seniles lusus discernit) qua qui uicisset, rex dicebatur, & imperabat: uictus uero, asinus, & uictoris mandata exequebatur. De talis uero et tesseris genialia Alexādri uerba, quàm mea (quia nihil, quin dictū sit prius, dico) annotare malo, lib 3. cap. 21. is sic scribit: Post latrūculos fuere tali eburnei, sex angulorū, æquali latitudine: tesseræ uero quatuor, nanq; erant figuræ ex omni latere quadratæ, quas Græci κύβους uocāt. sed tamē in iactu tesseris utebantur trib. talis uero quatuor: in quibus figuræ effictæ uicem numeri habebant. sed quinarius numerus non erat in talis, sicut in tesseris. tali autē astragali græce dicti, et astragalizontes talis ludētes: geminū uero quadratū hoc est octo laterū dixere asphalū. Taxillorū ludus ex octo punctis uel figuris cōstabat: inter quos unus Stesichorius nomine, hoc est octonarius, præcipuus erat, qui quidē turricula, seu quæ dicebatur orca, uel fritillus super patēti tabella punctis distincta iactabātur, ne lusoris manus iactum falleret. & anceps: siquidem modo lucra, nonnunquam damnū afferebat. is uero quaternarium numerum facit. Chius uero ternarium. Venus autem, quæ summum continet numerum, multū lucri affert, semperq́; felici exitu ludū terminauit. hæc enim Cani opposita, Colias dicebatur, tricenariumq́; absoluebat numerū: Euripides uero quadragenarium. in talis quoq; legimus Vulturnum & Herculem basylicum: quæ an signa fuerint, uel numeri, dubitatur adhuc. in tesseris Midas fortunatissimus erat in taxillorū iactu. ter sex summā Græcis afferunt uictoriā, tria uero summū damnū qua quidē alea Porcius Cato lusisse fertur, animi laxādi causa: & Augustus effuse, Domitianus, & Claudius, qui etiam lusoriū conscripsit opus. Plura legito apud Verg. Vrbinatē lib. de Inuentorib. rerū. 2. cap. 13. quædā etiam apud Volaterranū lib. 29. Philologiæ: apud Beroaldū in Augusto Tranquilli. Eras. in prouerb. Semper feliciter cadūt Iouis taxilli. Item, Si sæpe iacias, &c. ¶ Perutiles Xeno. libri. } Vt cuius ore Musæ locutæ existimētur, ut cuius inadfectatā iucunditatē ipsæ Gratiæ finxisse uideantur, Cice. & Fabio testibus, ut qui Attica Musa dictus sit. ¶ Qui Oecon. inscri } Quem Cic. sicut & Platonis Timæum, iuuenis etiamnū è græco in latinū conuertit, ut ad filiū in 2. Offic. testatur. Meminit etiā Columella. ¶ Cyrū minorem regē Persarū. } Regnauit is Persas Olympiade. xcv. hoc est anno Vrb. cond. ccclij. memorāte in Chronicis Eusebio, quo tēpore. xxx. tyrāni apud Athen. oppressi. quo tēpore apud Rom. tribuni militares Remp. gubernarunt. Minorem autem dicit, ad differētiam maioris, qui Olympiade xcv. imperitauit, prophetantibus apud Hebræos Aggæo et Zacharia, ut D. Cyrillus contra Iulianum lib. 1. cōmemorat. cuius Pædiā Xenophon libris octo conscripsit, cuius superius mentio facta est. BETVL.

cum Lysander Lacedæmonius uir summę uirtutis uenisset ad eum Sardis, eiq; dona à socijs attulisset; & cæteris in rebus comem erga Lysandrum, atque humanum fuisse; & ei quendam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse: cum autem admiraretur Lysander & proceritates arborũ, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui efflarentur è floribus, tum eum dixisse: mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa, atque descripta: & ei Cyrum respondisse: Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumq; Persicum multo auro, multisq; gemmis, dixisse: Rectè uero te Cyre beatum ferunt, quoniam uirtuti tuæ fortuna coniuncta est. Hac igitur frui licet senibus: nec ætas impedit, quo minus & cæterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimũ annum uitam perduxisse, cum esset exacta iam ætate in agris, eosq; coleret: cuius inter primũ & sextũ consulatum, sex & quadraginta anni interfuerunt. Itaque quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse uoluerũt, tantus illi cursus honorum fuit.

BETVL. ⟦Cum Lysander Lacedæmonius.⟧ Cuius uitam scribit Plutarchus. ⟦Sardis.⟧ Asiæ oppidum, in quod cum Olympiade octaua & quinquasima, uictor Cyrus, maiorem intellige, intrasset, ubi tunc Crœsus latitabat, Atbis filius regis mutus ad id usque temporis, in uocem erupit, ui timoris. Exclamasse enim dicitur, Parce patri meo Cyre, & te hominem esse uel casibus disce nostris. Solinus capite septimo. Plinius libro quinto, capite uigesimonono, ait Lydiã, quæ Mæonia ante appellata, Sardibus in latere Tmoli montis maxime celebrari. ⟦A' socijs.⟧ Lacedæmonijs. fuerunt enim σύμμαχοι. Cyrus enim auxilium Lacedæmonijs contra Carthaginenses tulit, Lacedæmoni uicissim Cyro contra fratrẽ Artaxerxem, de quo Iustinus libro quinto. ⟦Comem erga Lysandrum.⟧ Theodorus, uidetur legisse communem, τά τε ἄλλα κοινῶς, pro quo φιλοφρόνως alioqui reddẽdũ erat, &c. ⟦Et directos in quincuncem.⟧ Sunt qui putant quincuncem dici spatium quinque uncianum, siue pedum, quod inter arbores siue uites serendas relinquitur. Sed qui hoc perpetuo constare possit, cum Columella libro tertio, capite decimotertio dicat, nonnullos omnem uitem per denos pedes in quincuncem disponere. atque rursus libro quarto, capite trigesimo. Riguus, inquit, locus spatia laxiora desiderat, eaq; senum pedum per quincuncem rectè faciunt. Si igitur uites senos pro loci qualitate, uel denos in quincuncis dispositionem requirunt, multo magis arbores proportione interualla ampliora flagitant, quo uentus liberiori flatu & arbores uniuersas asperare possit. est enim in disponendis arboribus, arbustis ac uineis, ut Plin. lib. decimoseptimo inquit, quincuncialis utilis, uerum & aspectu grata, quocunque modo intueare in ordinem se porrigente uersu. Cui suffragatur etiam Quintilianus libro octauo, capite tertio. Quid enim illo quincunce speciosius, quid in quamcunque partem spectaueris. Quare non immerito Lysander hunc ordinem miratur, de quo Vergilius secundo Georgicorum.

Quincunx.

Cyrus hortus à Lysandro appellatus.

Virtuti fortuna coniuncta

> Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem
> Arboribus positis secto uia limite quadret.

⟦Et directos in quincuncem ordines.⟧ Budæus ait se non ſatis intelligere, cur ita appellatus sit. fortasse autem antiquos sic quincuncem appellasse, exactam plantarum metationem, ut decussi exactam spatij diuisionem. Theodorus, τοὺς ὀρθοὺς εἰς πεντάδα ἐγγώνιον στοίχους. Xenophontem. ὀρθοὶ δὲ οἱ στοῖχοι τῶν δένδρων, ἐγγώνια δὲ πάντα. ⟦A' quo essent illa dimensa.⟧ Theodorus διατάξαντος. Vide Comment. Budæi in uerbo διατάττω. ⟦Nitorem corporis.⟧ Nihil tale neq; apud Theodorum, neque apud ipsum Xenophontem legitur. Quid, quòd ne Mediolanensis quidem editio corporis ullam mentionem facit. legitur enim ibi, tum Lysandrum intuentem purpuram eius, & nitorem, ornatumq; Persicum, &c. Theodorus καὶ τὸν λύσανδρον ἀποβλέποντα εἴς τε τὸν πορφυροῦν κάνδυν. κάνδυν Pollux libro secundo, capite decimo tertio, cum Persicis uestibus numerat atque idem eodem loco Xenophõtis testimonio ait κάνδυν ὁλοπόρφυρον esse. Hesychius eandẽm Persicam togã facit, quam milites fibula connectebant. Purpuram autem nõ rubram modo, sed candidam quoque, iam pridem extra controuersiam est: lege ad hæc Lazarum capite uigesimo de Re Vestiaria. De Persarum opibus, uide Budæum libro de Asse. 4. Sed ut studiosus iuuenis, Ciceronis Theodoriq; uerba cum uerbis Xenophontis conferat, subiungi curauimus: ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ στοῖχοι τῶν δένδρων, ἐγγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη, &c. ἀλλ' ἐγώ σοι ὦ κῦρε. πολὺ δὲ μᾶλλον ἄγαμαι τοῦ καταμετρήσαντός σοι, καὶ διατάξαντος ἕκαστα τούτων. ταῦτα δὲ ὦ λύσανδρε ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα, καὶ διέταξα. ⟦Rectè uero te Cyre.⟧ Epilogus de laudibus agriculturæ. ⟦Marcum quidem Valerium Coruinum.⟧ De huius cognomine, lege Liuium libro septimo ab Vrbe condita, Gellium libro nono, capite undecimo Valerium Maximum libro octauo, capite decimosexto. Plinium de Viris illustribus, Florum libro primo, capite decimotertio. Meminit Ouidius in Fastis. Valerius libro quinto, capite secundo. ⟦Ad centesimum annum.⟧ De hoc idem Valerius libro octauo, capite de Senectute. Plinius de Viris illustribus. ⟦Inter primum & septimum.⟧ Theodorus Gaza ἑπτὰ legit. Plutarchus in Mario πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Alia exemplaria sex habent: quam supputationem, ut ueriorem, Glareanus in Chronologia consulari sequitur, Plinio & Valerio consentientibus: Consulatuum autem ipsius seriem ob oculos ponere uolui, unde lector expeditam temporum rationem inire queat, in hunc modum:

Valer.

Valer. Corvinus. Cos.	I. Cum Popilio Lenate IIII. Consule. 23. annos natus.	Anno ab Vrbe condita.	408
	II. Cum Petilio Balbo.		409
	III. Dictator, cũ Aulo Cornel. Cosso, interregni praetextu.		412
	Interea Plebiscitum annarium, de non reficiendo intra decennium magistratu sancitum. Liuius lib. 7.		414
	IIII. Cum M. Attilio Regulo. Liuius lib. 8.		420
	Cum Q. Fab. Max. interrex. Liuius lib. 9.		433
	V. Dictator absens, non petens tamen. Q. Apuleio Cos. creatur, legẽ de prouocatione tulit.		453
	VI. Manlio Torquato, qui equo effusus expirauerat, subrogatus. Liuius libro. 10. ab Vrbe condita.		454

Holoandri Chronologia sextum consulatum in annum. 464. reijcit. cum ille huius forte progeniens sit.

*atq; eius extrema ætas in hoc beatior, quàm media, quòd authoritatis plus habebat, laboris uero minus. apex autem senectutis est authoritas. quanta fuit in L. Cæcilio Metello? quanta in Attilio *Collatino? in quem illud elogiũ, Vnicum plurimæ *consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum. Notum est * eius carmen incisum in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem uirum P. Crassum nuper pontificem maximum, quem postea M. Lepidum eodem sacerdotio præditum uidimus? Quid de Paulo, aut Africano loquar? aut, ut iam ante, de Maximo? quorum non in sentẽtia solum, sed etiam in nutu residebat authoritas.*

*Calatino? * cõcinunt * totum c.

BETVL. ⸿ Atq; eius extrema.} Tres apud Romanum ætates, secundum Ser. Tulij institutum, ex Tuberonis historia, uide apud Gell. lib. 10. cap. 108. ⸿ Apex.} Vide prouerb. Colophonem addere. Est autem postremus locus de uoluptatibus senectutis. ⸿ Quantum spatium ætatis.} Ab annis minoribus ad annos emeritos. Nam is sella curuli semel ac uicies sedit, quoties nemo alius. Plinius lib. 7. cap. 48. ⸿ Authoritas.} maiestas, σεμνότης illa, quam Homerus ferè senibus in uultu sessitare fingit. ⸿ In Lucio Cæcilio Metello.} Pontifice maximo. Val. lib. 8. cap de Senectute. Plinius loco citato. In Attilio Calatino.} Referunt ad C. Attilium, qui bello Gallico Cos. occisus, anno dxxix. cui Regulo, non Calatino cognomen fuit. Philologo ego censendum relinquo, num A. Atilius Calatinus intelligendus sit, cuius primus consulatus, cum Sulpitio Patercido fuit, anno Vrbis cõditæ. cccclxv. ubi apud Polybiũ, & Polybij sectatorẽ Aretinum, nescio an recte, Rutilium legitur: uel secundus cum C. Cor. Scipione, anno. cccxcix. ubi apud Polybiũ & Aretinum, simili forte errore, legitur Aquilius. Dubium hoc auget, quod occisi Reguli caput ad Gallorum reges delatum est. Sed quid Polybiũ erroris insimulamus, cum uel Perotti interpretis error sit, uel, quod citius crediderim, librariorum. nam sunt plerunq; propria nomina in Polybio latino aut mutata, aut corrupta leguntur: ita in græco utrinq; ἀτίλιος, hic σαῦλος, illic αὖλος legitur. ⸿ Elogiũ.} Pro monumento. Vide Vallam lib. 3. cap. 66. hinc etiam elegiæ. Idem Cicero circa finem. 2. de Finibus, eiusdem elogij meminit. ⸿ Notum est eius carmen.} Theodorus pentametro elogium hoc complexus, πρῶτος ἀνὴρ ὁ δ' ἦν ἄστεος εὐρυόχλου, quod nõ abhorret à prouerbio, Primas fert, primas tenet. Secutus forte Theodorus monumentum ipsum, quod, ut Scipionum, Seruiliorũ, Metellorum, ad portam Capenam fuisse, ex. 1. Tusc. quæst. constat: quæ Andrea Fuluio teste, porta Appia, uel S. Sebastiani uocatur. De quo Marlianus quoq; mentionem facit lib. 7. cap. 17. Alexand. lib. 3. cap. 2. Andreas Fuluius lib. 4. In editis tamen Romæ monumentis nusquam uisitur. ⸿ Crassum.} De hoc suo loco dictũ est. Sed hic subnascitur quibusdam suspicio, Tuditanũ, quem Crasso apud Liuiũ lib. 9. quartæ Decadis, subrogatum legimus, pontificatu non diu functum fuisse, quod Lepidus non multo post Pontifex Maximus creatus sit: meminerunt Tuditanum in Pontificio tantum ordine, non in pontificatu maximo subrogatũ. Nam C. Seruilius Geminus mortuo Crasso, Pontifex Max. creatus est. Quo id modo fieri consueuerit, facilius intelliget, qui nouit, qui in Papisticis hodie sacerdotijs mos seruetur. ubi si nõ Simoniaco res agatur dolo, canonicorũ in defuncti episcopi locum aliũ ex suo collegio suffragijs creant: deinde in uacantẽ canonicatus locũ aliũ cooptant. Quamuis hic ipse Crassus Licinius cooptationem collegiorũ ad populi beneficiũ transferendã, legem tulisse dicatur: sed Lælius restitit, ut ipse de se in libello de Amicitia prædicat. Vide præterea Alexandrum ab Alexandro lib. 2. cap. 8. Genialiũ dierum. ⸿ Quem postea.} trienniũ uidelicet. Nam P. Licinius Crassus Pontifex Max. fatis cõcessit anno Vrb. cond. dlxxi. Cui succedens C. Seruilius Geminus, decessit anno. dlxxiiij. qui idem Decemuir sacrorum fuit. Atq; hic claro exẽplo manifestũ fit, quod iam ante de pontificatus successione docui. Nam in Gemini locum à collegio Pontifex cooptatus est Q. Lucius Flaccus: in Pontificem Max. Aemilius hic noster Lepidus, cũ multi clari uiri petissent. Idẽ Lepidus anno sequẽti cũ M. Fuluio nobiliore Censor factus est. Fieri si quidẽ potuit, ut Pontifex Max. ciuilibus quoq; munijs præesset, id quod Alexander loco dicto Licinij Crassi exemplo ostendit. qui pontificatum maximum, & consulatũ, mox censuram, præturamq; simul gesserit. Quæ de M. Lepido annotauimus, reperies apud Liuium lib. 10. Decadis quartæ. ⸿ Quid de Paulo.} Patre tuo, ô Scipio. ⸿ Et Africano.} Auo tuo adoptiuo. Vtriusq; maiestatem prædicat Valerius Max. lib. 2. cap. de Maiestate: huius iuuenis etiamnũ, illius etiam uita perfuncti. Maiestatem Africani, cum L. fratris legatum in Asia ageret, Antiochus uenari magis quàm dolorem suũ ulcisci uolens filium à militibus interceptum, regijs muneribus donatum patri remisit: historia est apud Liuium lib. 7. Decad. quartæ. Eius exulantis maiestatem uenerantur prædones, apud Val. admiratur Masinissa apud Liuiũ lib. 8. Decad. 3. Pauli Aemilij demortui maiestatem demirãtes Macedoniæ principes, funebri lecto sponte sua se subijciunt. apud Valerium loco citato, & Plutarchum in eius uita. ⸿ In nutu.} Alexand. ab Alexandro lib. 2. cap. 19.

BETVL. ¶ Habet senectus. } Seneca Epist. 12. lib. 1. legendus est. Hæc uerba græce in nulla, quotquot ego uidi, editione reddita reperio. pro lacuna supplenda hæc supposititia tantisper subijciemus, dum γνήσια quis addiderit, ἔχει μὲν γὰρ τὸ γῆρας, μάλιστα δὲ τὸ ἔντιμον τοσοῦτον ἀξίωμα. ¶ Sed in omni. } Occupatio, qua de senectute loquatur. Occupationes in cōfutationibus crebræ sunt, quarū aptissima ἀνάλυσις est diuisio ¶ Quod ego magno assensu. } Apophthegma. ¶ Non cani. } Causæ. Iuuenalis:

Cuiusmodi senectus laudatur.

—Facies tua computat annos.

Seneca de Breuitate uitæ: Non est itaq; quod quenquā propter canos, aut rugas putes diu uixisse. Non ille diu uixit, sed diu fuit. Ceterū de senectutis comitibus, uide Lud. Viuem libro de Anima. 2. Sic Herodes Atticus apud Gelliū, cuidam philosophū se ostentanti: Video, inquit, barbam & pallium, philosophum nondū uideo. Sic nec cuculla monachum facit, nec corona regē, nec fasces consulem. ¶ Fructus authoritatis præbet. } Theodorus metaphorā continuat, καρποὺς τελευτῶν δρέπεται ἀξιώματος. δρέπεται, id est colligit, metit, uindemiat. ¶ Salutari. } Salutabantur magistratus: cuius rei uestigiū apud Salustium est, ubi coniurati consiliū de opprimēdo Cicerone ineunt, sicuti salutatum eum ingressuri. De salutandi ratione, lege multa in Genialibus Alexandri diebus, libro secundo capite nono. ¶ Assurgi. } Ouidius in Fastis:

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inq; suo pretio ruga senilis erat.

Item Satyricus Sat. 12.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis uetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer: licet ipse uideret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.

¶ Deduci, reduci. } Iuuenes enim senatus die utiq; aliquē ex patribus cōscriptis, aut propinquum, aut paternum amicū ad curiam deducebant, affixiq; ualuis expectabant, donec reducendi officio etiā fungerentur. Val. lib. 2. cap. 1. Gell. lib. 2. cap. 15. testatur, hunc morē accepisse Romanos à Lacedæmonijs. ¶ Consuli. } Senectuti uero celebrandæ & ornandæ, quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia cōparaui, non solū ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus atq; ornamentū senectutis, ut cū me uires, quod ferè iam tempus adunetat, deficere cœpissent, ista ab solitudine domū meam uindicarem. Quid est.n. præclarius, quàm honoribus & Reipu. muneribus perfunctū senem, posse suo iure dicere, id quod apud Enniū dicit ille Pythius Apollo, se esse eum unde sibi, si nō populi & reges, at omnes sui ciues consiliū expetant, suarū rerum incerti, quos ego mea ope ex incertis certos cōpotesq; consilij. Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas. Est.n. sine dubio domus iurisconsulti, totius oraculū ciuitatis. Hæc Cicero de Orat. 1. ¶ Lysandrum Lacedæ. } Refertur à Plutar. in Apophthegm. Laconicis. Vide prouerb. In sola Sparta, etc. Habes exemplū chriæ. ¶ Cū Athenis lud. } Panathenaicis, de quibus alibi. ¶ Sessū recepisse. } Citra rationem hic error irrepsit. Theo. καὶ εἰς ἕδραν παραλαβεῖν, &c. ¶ Dixisse ex his. } Lacedæmonēs. Vide Plutar. in Apophtheg. Val. lib. 4. cap. 5. ¶ Athenienses scire quæ recta essent. } Hinc Plato ait, si quis Atheniēsis bonus sit, eum ualde bonū esse. li. de LL. primo. ¶ In nostro collegio. } Metzlerus augurū collegium intelligit, nescio an recte. Nondū enim legi Catonē augurē fuisse ¶ Præclara. } Quidam scioli ἔλλειψιν supplenerunt uerbo Cognoui: nescientes quàm excitet animos suspensa oratio. uel forte glossula in contextū irrepsit. Theod. supplenit, πολλὰ μὲν τῶν ἀξιολογωτάτων ἔστιν ἰδεῖν. ¶ Quod ut quisq; æt. } In perrogādis sentētijs, post relationē cōsulis, debere à consulari gradu incipi, & principē in senatu, aut consulem designatum prius, deinde ordine reliquos rogari. Nōnunquam obseruatum est, ut ex cōsularibus æuo maximi rogarentur primi, deinde inferiores. Iuuenes uero uix rogari, quasi pudor esset, iuuenem sene sapientiorem uideri. Hæc & plura notatu digna obseruauit Genialib. diebus Alexander lib. 4. cap. 12. ¶ Neq; enim solum. } Hoc peculiariter ad augures pertinet. Hunc locum Alexander in suis Genialib. diebus retulit lib. 5. cap. 19. ubi ijs subscribit, qui superiorem locū ad augurū collegio intelligunt ¶ Quæ sunt igitur uoluptates corporum. } Corporis melius. Theodorus, σώματος ¶ Hi uidentur mihi fabulā. } Sic supra: Quàm nō uerisimile est, cum ceteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum tanquā ab inerti poeta esse neglectū. Huius monetæ prouerbia sunt, Supremum fabulæ actum agere, item Catastrophe fabulæ.

*Habet senectus, honorata præsertim, tantam authoritatē, ut ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ uoluptates. Sed in omni oratione memētote eam me laudare senectutem, quæ fundamētis adolescentiæ cōstituta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno quondā cū assensu omnibus dixi; Miserā esse senectutē, quæ se oratione defenderet. Non cani, nō rugæ repente authoritatē afferre possunt; sed honeste acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. hæc.n. ipsa sunt honorabilia, quę uidētur leuia, atq; cōīa, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, cōsuli: quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibus, ut quæq; optime morata, ita diligētissime obseruantur. Lysandrū Lacedęmoniū, cuius modo mentionē feci, dicere aiunt solitū; Lacedęmone esse honestissimū domiciliū senectutis. nusquam.n. tantū tribuitur ętati, nusquā est senectus honoratior. Quin etiā memorię proditū est, cū Athenis ludis quidā in theatrū grandis natu uenisset; in magno cōsensu locum ei à suis ciuibus nusquā datum: cū autem ad Lacedęmonios accessisset, qui, cum legati essent, in loco certo consederant; consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illū * sessum recepisse: quibus cū à cuncto consessu plausus esset multiplex datus; dixisse ex his quendā, Athenienses scire quę recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio pręclara sunt: sed hoc, de quo agimus; in primis; quòd, ut quisq; ętate antecellit, ita sententię principatū tenet. Neq; enim solum honore antecedentibus, sed ijs etiam, qui cū imperio sunt, maiores natu Augures anteponuntur. Quę sunt igitur uoluptates corporis, cum authoritatis prǽmijs comparandę? quibus qui splendide usi sunt; ij mihi uidentur fabulam ętatis peregisse;*

* sessum

¶ Nec

BETVL. ☞ Nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. } Simile superiori. Theodori translatio uulnus habet: cui nos medentes, hanc cicatricem reliquimus, οὐδὲν ὡς μὴ ἐν γυμναζόμενοι οἱ μῖμοι ἐπὶ τοῦ τελευταίου δράματος ἠριφέναι. Spero fore, qui cicatricis quoque huius uitia tollant. ☞ At sunt morosi. } Occupatio, qua per congeriem quedam senum uitia commemorat, quam mox per translationem in operis ingressu positam tollit. ☞ Et iracundi. } Gaza, gazam hanc Atticam duobus uerbis auxit. Iracūdos ἐπιχόλους, id est flaue bili obnoxios nominans, ἕξιν expressisse uidetur: ὀργίλους uero præcipiti affectu flagrantes, adeoq; ultionis cupidos intelligere. Hoc πάθος Latini iram, illud iracundiam uocant: hocq; commotos iratos, illo iracundos. Similis differentia est apud D. Oecolampadium in Epist. ad Romanos, inter ὀργὴν & θυμὸν, quam pœnam Apostolus contentiosis minatur, & ueritati repugnantibus, θυμὸν primam animi commotionem, ὀργὴν erumpentem cum indicijs iram. Psal. κύριε μὴ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐλέγξας με, μὴ δὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσας με. D. Basilio ἡ ὀργὴ ἐν διαθέσει sita est, θυμὸς autem ἐν τῇ ὁρμῇ. Atque hic idem τὸ σφοδρότερον ἀπὸ θυμοῦ κίνημα παρόξυσμον appellat, & grauiorem ad facinus præparationem πικρίαν. Atque rursus pro eo quod Cicero dixit difficiles, Theodorus reddidit δυσξύμβολοι καὶ ἀπροσήγοροι. Hi sui copiam congressuris difficulter faciunt, prorsus μισάνθρωποι: illi conuersantibus sua difficultate molesti sunt. Reliqua senectutis uitia Aristotelis Rhet. 2. prosequitur. ☞ Si quærimus. } Theodorus, πολυπραγμονῶμεν. Quod uerbum recte exprimi à Latinis posse Gellius negat. significat autem, circa aliena negotia nimis curiosum esse. Hinc πολυπραγμοσύνη. de qua, nisi fallor, alibi diximus. ☞ Etiam auari. } Mitio Terentianus nimiam fratris ad rem attentionem notans: Ad omnia, inquit, ætate sapimus rectius, solum unum hoc uitium adfert senectus hominibus, attentiores sumus ad rem omnes quàm sat est. ☞ Habent aliquid excusat. } Concessio ἀντυπόφοραν habet. ☞ Contemni se putant. } Est enim suspiciosa senectus: Aristot. Obserua interim quanta cum efficacia articulus per αὔξησιν crescat. ☞ Coacescit. } Id est, non bene ætatem fert, ut supra dixit. ☞ Quàm quo minus uiæ restat. } Vide prouerbium apud Erasmū, Exacta uia uiaticū quærere. ut Ludouicus Viues libro de Anima tertio, causam non ad uitæ necessitatem, sed falsam de illis persuasionem refert. Hæc de tertia confutatione.

nec tanq̃ inexercitati histriones in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes: si quærimus, etiã auari. Sed hæc morũ uitia sunt, nõ senectutis. At morositas tamē, & ea uitia, quę dixi, habēt aliquid excusationis, non illius quidē iustæ, sed quæ probari posse uideatur. Cõtemni se putant, despici, illudi. præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est: quæ tamen omnia dulciora fiunt & bonis moribus, & artibus. idq; tum in uita, tum in scena intelligi potest ex ijs fratribus, qui in Adelphis sunt: quanta in altero duritas, in altero comitas? Sic se res habent. Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas uetustate coacescit. Seueritatem in senectute probo; sed eam, sicut alia, modicam; acerbitatem nullo modo. Auaritia uero senilis quid sibi uelit, non intelligo: potest enim quicquam esse absurdius, quàm quo minus uiæ restat, eo plus uiatici quærere?

QVarta restat causa, quæ maxime angere, atq; solicitã habere nostrã ætatē uidetur; appropinquatio mortis: quę certe à senectute non potest longe abesse. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non uiderit: quæ aut planè negligenda est, si omnino extinguit animum; aut etiam appetenda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus æternus.

CONFVTATIO QVARTA.

Ne mireris lector, si deinceps nos breuiores uideris. Nam cū ad hunc usq; portū nauim appulissem, missa sunt nobis ab Oporino nostro, uenerando Musarū antistite, Syluosa Syluij in hunc librū commētaria. Quæ si extare, tum habuissem compertū, factaq; mihi eorum fuisset copia, facile ab hac opera, quam forte temere suscepisse quibusdã uidebor, abstinuissem. Quid. n. opus erat, post Homerum Iliada conscribere? Nactus ego librum, cursim cū meis contfero. Animaduerto ijsdē nos plerunq; uestigijs instuisse: id quod ijs accidere solet, qui idē iter nõ eodem tēpore faciunt. nec interim passim ijsdem scriptis offensi, diuersis aliquando locis impegimus, atq; in alias subinde etiã, aliasq; animaduersiones incidimus. quo fit, ut laboris quidem pœnitudo animum subeat: sed, ut fit, prolis amor, cæcus licet, efficiat, ut ne prorsus ab incepto desistam, tanto uidelicet comite ad institutū perrecturus. cauebo tamen, ne quid ab ipso annotatū, meis deinceps præter rationē infarciam. Hoc. n. nõ tam cõmentaria scribere, quàm describere, merito censeatur. Sic enim & labor facilior multo, & iter certius expeditiusq; futurū erit. ☞ Quarta restat causa. } Theodorus, τετάρτη τῶν αἰτίων δίκαι. Hic ἐν αἰτίᾳ ποιῆσαι, & δι' αἰτίας ἔχειν. de quo Budæus in cõmentarijs. Dicam enim intēperantes senectuti impingunt grandē, iubentq; eam de mortis imminētia causam dicere. ☞ Augire. } Aliàs angere: & melius. Theodorus, περίλυπον. ☞ Appropinquatio mortis. } Theodorus, γειτνίασις, uicinitas. Hanc eandem criminationē cõfutat Seneca Epist. 18. libri primi. ☞ O miserū senē. } φύσαντος διαβολή, per exclamationem. ☞ Quæ aut planè contemnenda. } Rem per dilēma exponit, ac distribuit. Sunt qui pro planè, clare legãt. Theodorus, ἅπαξ melius. ☞ Extinguit. } Ignis extinguitur. Democritus animã ignē dixit: sed si anima sese mouet ipsa, inextinguibilis est, quæ Democrito assertionis causa fuit. Porro nec Epicuri dogma alterū dilemmatis cornu includit, quod de animæ immortalitate dubitet ipse, uel Cicero, uel Cato: sed quia tota hæc disputatio contra uoluptuarios, in quibus Epicurei regnant, instituta est, necesse fuit causæ caput aggredi, & ipsum statim aduersariorū iugulum suo ipsorū gladio petere. Et diserte sanè dicit. Qui enim animū una cum corpore interire putant (in quibus Cæsar prætor est, qui apud Salustiū coniuratis patrocinaturus, animaduersionem extenuat) mortem miseriarum requiem, non cruciatum esse, cunctaq; mortalium mala dissoluere asserunt.

Quòd si ita se res habeat, inquit, non grauis uitæ iactura fuerit.

[illegible]

Terentius in Adelphis.

Senectutis cõparatio ad uinum.

Senectutē hoc miserã nõ eē, q haud procul absit à morte. Non miserãdam esse mortem.

Atqui tertium certe nihil inueniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? Quanquam quis est tam stultus, quamuis sit adolescens; cui sit exploratum, se ad uesperum esse uicturum? Quin etiam ætas illa multo plures, quàm nostra, mortis casus habet. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. itaque pauci ueniunt ad senectutem. quod nisi ita accideret, melius, & prudẽtius uiueretur. Mens enim, et ratio, & consilium in senibus est. qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates * essent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud uideatis cum adolescentia esse cõmune? Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis Scipio, omni ætati mortem esse communem. At sperat adolescens diu se uicturum: quod sperare idem senex non potest. insipienter sperat. quid enim est stultius, quàm incerta pro certis habere, falsa pro ueris? At senex * nec quod speret, habet quidem. At est eo meliore conditione, quàm adolescens; cum id quod sperat ille, hic iam assecutus est. Ille uult diu uiuere: hic diu uixit. Quanquam, o dy boni, quid est in hominis uita diu? Da enim supremum tempus: expectemus Tartessiorum regis ætatem: fuit enim, ut scriptum uideo, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum & uiginti uixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam uidetur, in quo est aliquid extremum: cũ enim id aduenerit, tunc illud quod præteriyt,

BETVL ¶ Atqui tertiũ nihil.} Obscurũ per dilẽmatis distributionẽ clarũ factũ est. Ratiocinatur Cic. eodẽ modo Tusc. q. 1. Fac animũ interire ut corpus, num igitur aliquis dolor, aut omnino post mortẽ sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit, etsi Democritũ insimulat Epicurus, Democritici negant. Ne in animo quidẽ igitur sensus remanet, ipse n. nusquam est. Vbi igitur malũ est? quoniam nihil tertiũ.

¶ Quamuis sit adol.} Superius etiam hac ἀναλύσει usus est. Quod omni ætati ex æquo cõmune, senectuti soli tribuendũ nõ est. De uitæ prorogatione iuuenis æque ac senex, incertus. Ergo iuuenis sibi præ sene, de uitæ diuturnitate polliceri nihil põt.

Hipp. Aph. 2. Seniores iuuenibus ut plurimũ ægrotant minus.

¶ Ad uesp.} Iuxta illud Varronis, Nescis quid serus uesper uehat. ¶ Facilius in mor.} Ex collatione demõstratiua docet, credibile non esse, ut senecta morti propinquior sit. idq; ex causis cõtingentibus. Cõtingentia rem probabilem faciunt. Similis est patriæ linguæ paroemia, Man tregt ebẽ so ul helber beijt gen marckt / als kye beijt. ¶ Melius & prudẽ.} Temeritas incõsulta iuuẽtuti multorũ malorum, adeoq; sæpe mortis causa est. Cõsilia cõtra senũ, ad periculorum cautionẽ præsidia sunt, Iuuẽtus ergo & morti et mortis causis magis exposita est. ¶ Mens n. & ratio.} Cur senectus iuuẽta prudẽtior sit, quæstionẽ sanè elegantem elegantissimis uersibus Palingenius explicat in Libra:

Omni ætati mortem esse communem.

Melior senis, quàm adolescentis conditio.

Huc accedit item, quòd corpore debilitato
Vis animi crescit. quare imbecilla senectus
Cõsilio superat iuuenes, mentisq; uigore.
Ingenio plerunq; caret, qui robore præstat.
Raro utrunque deus cuiquam largitur, ut idem
Sit sapiens, & sit robusto corpore pollens.
Quare si longo fractis iam uiribus æuo
Fortior est animus, non ipse à corpore pendet,
Sed per se est aliud quiddam, & post funera uiuit.

¶ Quod illud est crimen.} Theodorus, ἔγκλημα. i. actio. Actoris est, ut αἰτία rei. sic et ἐν αἰτίαις εἶναι, καὶ ἐγκλήμασιν εἶναι, idem, diuersis tamẽ respectibus. ¶ In optimo filio meo} Maiore uidelicet natu, quẽ ex prioribus nuptijs habuit: qui cũ imperator esset, extremũ obijt diẽ. cuius mortẽ quàm constãter magnanimiterq; Cato pater tulerit, sub finẽ testabitur ipse, & in Lælio dicetur amplius. De huius laudibus inferius dicet plura. ¶ Expectatis.} Amplissimã de se spem præbẽtib. quippe pretextatis etiamnum. L. enim Paulo magnæ uictoriæ cõpote, quatuor filij fuere. ex ijs duos natu maiores, unũ P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate, præter speciẽ nominis uigoremq; eloquẽtiæ retinenti, in adoptionem dederat: alterũ Fabio Maximo. duos minores natu prætextatos, quo tẽpore uictoriã adeptus est, habuit. Is cũ in concione extra urbem more maiorũ ante triumphi diem ordinem suorum actorum cõmemoraret, deos immortales precatus est, ut si quis inuideret operibus atque fortunæ suæ, in ipsum potius sæuirent, quàm in Rempub. Quæ uox ueluti oraculo emissa, magna parte eum spoliauit sanguinis sui. Nam alterũ ex suis, quos in familia retinuerat, liberis, ante paucos triumphi, alterũ post pauciores amisit dies. Memini me de hac re alibi annotasse, nisi quòd Velleij Paterculi uerba hic referre placuit. Et Seneca libro de Breuitate uitæ ostendit, quàm integro animo Scipio hic noster adolescẽtulus etiamnum, ac propèmodũ puer, familiæ suæ super ipsum Pauli triumphũ concidentis, subitam uastitatem tulerit. * fuissent.

¶ At sperat adolescens.} Neq; hoc credibile est, ut quis spem pretio emat. ¶ Certa pro incer.} Certa n. præterita sunt, incertæ uoluptates futuræ: quæ penè antequã ueniant, auferantur. teste Seneca. * ne quid

¶ Ille asse.} Hab ich ist ein besserer uogel, dan hett ich. ¶ Quanquã o di bo.} Per admirationẽ uocis definitionẽ urget. Sed argumentũ uero similius, quàm uerius est. Quasi uero diuturnũ idẽ quod æternũ sit. Aduerte hic τοῦ ἀδυνάτου locũ. Fieri, inquit, nõ potest, ut diu uiuat, cum diuturnũ nihil sit, nisi idem sit æternum. Probat id ex temporũ distributione. Præteritum siquidem euanescit, præsens momentaneum est, futurũ incertũ. Ex his, inquit Seneca de Breuitate uitæ, quod agimus breue est, quod acturi sumus dubiũ, quod egimus certũ, & sequentia. ¶ Diu.} τεχνικῶς, sicut infra, plaudite. ¶ Da.} Vide Linacrũ. Est aũt concessionis formula. ¶ Centũ et uiginti.} Valerius ex Asinio Pollione centũ & triginta, Plin. & Lucianus ex Herodoto λογοποιῷ, & Anacreõte Lirico poeta, et cẽtũ et quinquaginta. Cõsentit Silius li. 3.

Arganthoniacos arma Carteia nepotes,
Rex proauus fuit humani doctissimus æui,
Ter denos decies emensus belliger annos.

¶ Tartessiorũ.} Tartessus alio noĩe Carteia, in littore maris prope Gadis insulã, in ipsis freti, quod inter Herculis columnas est, angustijs. De qua Mela, ijsdem partibus natus, lib. 2. cap. de Hispania.

¶ Effluxit.}

effluxit: tantum remanet *quod uirtute, & recte factis sis consecutus. horæ quidem cedunt, & dies, menses, & anni; nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Quod cuiq; temporis ad uiuendum datur, eo debet contentus esse. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula; modo, in quocunque fuerit actu, probetur: nec sapienti usque ad, Plaudite, *uiuendum. Breue enim tempus ætatis, satis est longum ad bene honesteq; uiuendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent, præterita uerni temporis suauitate, æstatem, autumnumq; uenisse. uer enim tanquam adolescentiam significat, ostenditq; fructus futuros; reliqua tempora demetendis fructibus, aut percipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis, est, *iam sæpe dixi, ante partorum bonorum memoria, & copia. Omnia uero quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quàm senibus emori? quod idem contingit adolescentibus aduersante, & repugnante natura. Itaque adolescentes mori sic mihi uidentur, ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur; senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita ui, consumptus ignis extinguitur. & quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur; si matura, & cocta, decidunt: sic uitam adolescentibus uis aufert, senibus maturitas. quæ mihi quidem tam iucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, eo citius quasi terram uidear uidere, aliquandoq́ue in portum ex longa nauigatione esse uenturus. Omnium ætatum certus est terminus; senectutis autem nullus certus est terminus: recteq́ue in ea uiuitur, quoad munus officij exequi, & tueri possis, & tamen mortem contemnere. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior.

* quide n. quod

* ueniendū

* ut s.

Adolescentis acerba, senis uero matura mors.

BETVL. ¶ Effluxit.} Aqua per diuinam prouidentiam humanæ cuiusq; clepsydræ infusa. Lege omnino Senecam libro Epist. 3. epist. 24. August. de Ciuit. lib. 12. cap. 12. ¶ Quod uirtute & recte factis.} Vixit enim, iuxta prouerbium, quisque dum uixit bene. Et Seneca de Breuitate uitæ ait, eum male uixisse, qui nesciat bene mori. Atque idem ibidem, uiuere in tota uita discendum monet. libro rursus Epist. 2. epist. 1. stultitiæ tanquam propriū assignat, si quis incipiat uiuere. ¶ Sin processeris.} Decori caput aggreditur. Nam contra decorum non est, si senex moriatur. Imo, quicquid secundum naturam, id decorum maxime, ut Stoici asserunt. terminum autem uitæ alij statuunt alium. De quibus uide Censorinum de die Natali, capite 14. ¶ Ver enim tanquam adolescent.} Ludouicus Viues libro de Anima secundo: Nec male, inquit, qui hominis ætatem, & diei & anno assimilarunt, ut pueritia sit tempus matutinum & uer, iuuentus meridies & æstas, senectus serum & autumnus, mors autem hyems & nox. Septem ætatum gradus ex Hippocrate numerat Pollux libro secundo, Lege præterea de ætatibus Alciatum in .l. pueri appel. ff. de uerb. signifi. Procl. de Anima & dæmone; ætates septem secundum planetarū numerum diuidit. Vide præterea Cælium lib. 10. cap. 62. De quatuor ætatibus, earumq; qualitatibus, lege inter cæteros Galenum in isagoge. ¶ Omnia autem quæ secundum naturam.} Ratiocinatio, in qua complexionis causa ueluti ennoea utitur. Naturæ siquidē controuersiam facere, Seneca iniquum iudicat, etiamsi aberret. ¶ Quid est.} Minorem amplificat collatione ex antithesi, quod adolescentes moriantur aduersante natura. ¶ Itaq; adolescent.} Vide Aristotelem in lib. de Iuuentute & senectute. ¶ Senes autē.} Mors est naturalis, cum humore, hoc caloris pastu arescente flaccessit calor, & ad postremū extinguitur, ut lucerna oleo absumpto. Est autem mors uiolenta, quam gentiles præter fatum dicebant esse, cū casu aliquo uel humor detrahitur, uel calor extinguitur, oppressione quapiam, siue interna, ut in ueneno, ingluuie, & alluuione immodica potus, quemadmodū cum nimium olei in lucernam infunditur: siue externa ut spiritus, cor refrigerantis in arteria, uel ore, compressio. quale est cum ignis lapidibus, aut multo cinere derepente obruitur, ac opprimitur. Viues libro de Anima 2. ¶ Cum aquæ multitudine.} Aristoteles in libro de Iuuentute & senectute, duas ignis corruptiones ponit, μάρανσιν, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ, & hanc uocat γῆρας, interpretantur marcorē: alteram σβέσιν, τὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων. & hanc uocat βίαιον, interpretantur uiolentiam. ¶ Et quasi.} similitudine excolit ¶ Si matura & cocta.} Theodorus πέπονες. Pepones alioqui fructus nomen, de quibus Plin. lib. 20. cap. 2. Dioscorides lib. 2. cucumeris carnem peponem appellat ¶ Si. uitam adolescent.} Hinc βιαιοθανάτους Firmicus ex Græcorū deriuatione uocat, fato non expectato confectos. ¶ Quæ mihi quidem.} πάθος. ¶ In portum ex longa.} Sic Seneca Paulinum hortatur, ut in tranquilliorem portū recedat. Nam inquit paulo post, In hoc tam procelloso mari nauiganti bus, nullus portus nisi mortis ē. ¶ Omnium ætatum certus ter.} προθεσμία, de temporis termino proprie. ¶ Munus officij exequi.} Theodorus, κατορθοῦν τὴν καθήκοντος ὑπουργίαν. Cōfundit eleganter, quorum Cicero disertam in Officiorum primo, differentiam indicauit. Vbi κατορθώματα perfecta, καθήκοντα uero media officia dixit. Et quod hic apud Ciceronem uerbū Exequor significat, Theod. pleonasmo Attico reddit: κατορθοῦν, quod perfectum alioqui facere significat. Est apud Ciceronem alioquin luxus Atticus in eo, quod inter munus & officium discreuit. Martian. Iureconsul. munus proprie dici ait, quod necessario subimus, lege, more, imperio'ue eius qui iubendi potestatem habet. Quo Theodorus in transferendo respexisse uidetur. id enim ferè ὑπουργία significat, ut καθήκοντα τὰ δέοντα, ὑπουργία executionis necessitatem & officij effectum significet. Hoc etiam Cicero inferius paulo expressit, dicens: Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis. & Theodorus λειτουργίαν, quod publicum proprie munus significat.

ERAS. ¶ Quod cuique temporis.} Quod temporis, pro quod tempus, siue quantum temporis.

Hoc est illud, quod Pisistrato Tyranno à Solone responsum est: cū illi quærēti, Qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret: respōdisse dicitur, Senectute. Sed uiuendi est finis optimus, cū integra mēte, cæterisq; sensibus, opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit natura, dissoluit *. Vt enim nauē, ut ædificiū idem destruit facilime, qui cōstruxit: sic hominē, eadē optime quæ conglutinauit natura, dissoluit. nam omnis conglutinatio recens, ægre; inueterata, facile diuellitur. Ita fit, ut illud breue uitæ reliquum, nec auide appetendū senibus, nec sine causa deserendū sit. uetatq; Pythagoras iniussu imperatoris, id est, dei, de præsidio, & statione uitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum, lamentisq; uacare. Vult se charum, credo, suis esse. sed haud scio an melius Ennius:

Nemo me lacrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit. cur? uolito uiuus per ora uirum.

Non esse lugendā mortem censet, quam immortalitas consequatur. Iam sensus moriēdi, si aliquis esse potest;

* qui nauem

Nō est lugenda mors, quā immortalitas consequatur.

τινι φρουρᾷ ἐσ μὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τις μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾳδίως διϊδεῖν οὐ μέν τοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ κέβης εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. ἢ σοι οὐ δοκεῖ οὕτως; ἔμοιγ' ἔφη ὁ κέβης οὐκ οὖν, ἦ δ' ὅς, καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ κτημάτων, εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι μὴ σημήναντοί σου, ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ; καὶ εἴ τινα ἔχοις τιμωρίαν, τιμωροῖο ἄν ¶ Imperatoris. } αὐτοκράτορος, quod soli optimo maximo Deo, Deo inquam Sabaoth, quē alij exercituū deū, alij δυνάμεων, alij rursus παντοκράτορα uocauerunt, recte tribuitur. ¶ Solonis quidem sapientis. } Caput inconsequentis. Inepte enim colliges, mortuus est, ergo miser est. In quo confutando tota prima Tuscu. quæst. est. ¶ Elogiū } Epitaphiū Syluius ex Tuscu quæst. annotauit. Annotauit etiam quispiā marginibus græcum ex Plutarcho,

μηδὲ μοὶ ἄκλαυστος θάνατος μόλοι ἀλλὰ φίλοισι
ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα, καὶ στοναχάς.

Sanè Solonē quidā ex Græcis funebrē orationē inuenisse primū ferūt. Legitur itē apud Plutar. in eius uita, quo Atheniēsib. flebiles lamētationes, et cætera dolorē testantia, uelut inania, & nihil uitæ proficiētia, legib. sustulerit. Legitur apud Laert. quo Atheniēsiū sepeliēdi ritū Salaminā traduxerit. Pugnare eū hoc elogio aliquātulū uidētur, quæ Val. lib. 7. ca. de Sapientū dictis, refert. De luctu multa leges apud Alexan. ab Alexā. ¶ An me En. } Crinitus dubitaret ab Ennio cōpositū, nisi Cic. tot locis ab eo editū esse testaretur. Syluius integrū ex. 1. Tusc. q. ascripsit: ubi Ioachimus pro urnā, formā scribit, s forte in dictione imaginis per apostrophum eliso. Atq; rursus in ult. uersu, huius loci authoritate pro qui, cur, legit, quā lectionem ut legitimam etiam Eras. agnouit ¶ Quam immor. } Antithesi mira inest elegātia. ¶ Sensus moriēdi } Non dissimile dilemma apud Plat. est in Apologia. Si nō moritur animus, maiora me expectant bona: si moritur, nihil sentiā mali. Satis inusitata cōstructio. Et hic aliter moriēdi sensum, quàm in Tuscu. quæs. eascis insitū fuisse, esse in morte sensum. Hic dolorem significat, & ad corpus refertur, illic ad animū transfertur. nec interim fenestræ animi intelligūtur, quibus animus à corporis ergastulo liber nō utitur, ut iam statim sequitur: Post mortē quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Atq; sic Epicurus quoq; mortis timorem tollit, quod bonū ac malum omne in sensu sit, morte autē sensus tolli, &c. An post discessum sensus sit, disputat Cælius lib. 6. cap. 31.

¶ Coagmentauit. } Pro coniunxit, siue conglutinauit. ¶ Neq; funera fletu faxit. } Nouum est, facere funus, pro agere exequias,

I E T V L. ¶ Hoc illud est. } Probat chria, quæ pronūciati uim habet. ¶ Pisistrato. } Hippocratis filio. ¶ Tyrāno. } Tyrannū appellat, ut eū qui libertatē oppressit, non crudelitate barbarica sæuientē. Miti. n. eum ingenio fuisse, nō modo illud documēto esse potest, quod Solonē sibi in occupāda tyrānide aduersariū, ut apud Plutar. legitur, humane tractauit: quin illud etiam, quod cū adolescens quidā amore eius uirginis accēsus, in publico obuiam sibi factā osculatus esset, hortante uxore, ut ab eo capitale suppliciū sumeret, respōdit: si eos qui nos amant, interficimus, quid ijs faciemus quibus odio sumus? Male tamen idem Pisistratus ab Isocrate in Panathenaico audit. Sed quo imperio potitus sit, scribunt Herodotus lib. 1. Iustin. lib. 2. Gellio cū Eusebio conuenit, Pisistratū Athenis tyrannum fuisse, regnante apud Rom. Seruio Tullio. ¶ Ex quo fit. } Theod. ὥστε καὶ κινδυνεύει. ¶ A Solone respōsum. } Variant historici. Plutarch. non hoc Pisistrato ipsi, sed amicis eū cōmonentibus respōdisse scribit, Laert. ad Pisistrati epistolā, qua eū ne sibi resisteret, hortatus fuit, responsitasse memorat, ὅρον ἀνθρωπίνου βίου ἔτη ἑβδομήκοντα. Val. lib. 5. capite de ingratis, refert, quòd Atheniēses suos nequaquam de opprimēda tyrānide monuisset, senectutē Cypri profugū peregisse, neq; ei in patria de qua optime meruerat, humari contigisse. ¶ Integra mente. } Antequā deficientibus sensibus delirauerit. ¶ Vetatq; Pythag. } Lactan Firm. lib. de Falsa sapiētia, cap 18. contra uoluntariam mortem acerrime disserens, argumēto à minore ad maius ducto, hisce ferè Pythagoricis utitur. Nā, inquit, si homicida nefarius est, quia hominis extinctor est. eidem sceleri obstrictus est qui se necat, quia hominē necat: imo uero maius esse facinus existimandū est, cuius ultio Deo soli subiacet. Nā sicut in hanc uitā nō nostra spōte uenimus, ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendū nobis assignatū est, eiusdem iussu recedendū est, qui nos in hoc corpus induxit, tandiu habitaturos, donec iubeat emitti. Et si uis aliqua inferatur, æqua mente patiendum est. Platonis Phædon similis ad Socratē mox iam uenenū bibiturū refert, qui dupliciter ostēdit, homini cōcessum nō esse, ut sibi ipsi manus uiolētas afferat. primū quòd animus quasi in custodia corporis asseruetur in hac uita, quem locū Cicero noster integrū in Somnio Scipionis retulit his uerbis: uerba sunt Africani ad Nepotē. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu à quo ille est uobis datus, ex hominū uita migrandū est, ne munus humanū assignatū à Deo defugisse uideamini. Videtur Cic. Pythagoram hic Platoni miscuisse. Refertur Platonis, uel, si mauis, Socratis sententia, etiā Tusc. qu. lib. 1. Altera ratio est, deorū homines esse quasi mancipia. En tibi Plat. uerba, ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν

ERAS

¶ Is ad

is ad exiguū tēpus durat, præsertim seni: post mortem quidē sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus: sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. Moriendū.n.certe est, & id incertū, an eo ipso die. Mortē igitur omnibus horis impendentē timens, quis possit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse uidetur: cum recorder non solum L.Brutum, qui in liberanda patria est interfectus; non duos Decios, qui ad uoluntariam mortē, cursum equorum incitauerunt; nō M.Attilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conseruaret; non duos Scipiones, qui iter Pœnis uel corporibus suis obstruere uoluerunt; non auum tuum L.Paulū, qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem; non M.Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidē hostis honore sepulturæ carere passus est: sed legiones quidem nostras, quod scripsit in Originibus, in eum locum sæpe profectas alacri animo & erecto, unde se nunquam redituras arbitrarentur.

BETVL. ¶ Is ad exiguū tēpus durat. } Alterū hoc dilemmatis cornu est, apud Cic. At quoniā ipse animi discessus à corpore non fit sine dolore! Ut credā ita esse, quàm est id exiguū! & falsum esse arbitror, & fit plerunq; sine sensu, nonnunquam etiam cum uoluptate. Totū hoc leue est, qualecunq; est, fit autē ad punctum tēporis. ¶ Sed hoc meditatū ab adolescent. } Socrates uenenū bibiturus, philosopho absurdū fore probans, si mortem grauiter ferat. κινδυνεύουσι γὰρ inquit, ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λεληθέναι, τοὺς ἄλλους ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. Et aliquanto post, postquā probauit corpus philosophanti impedimē to esse, τῷ ὄντι ἄρα οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστα αὐτοῖς ἀνθρώπων. Quæ uerba idē Cicero in primū Tusc.q.librū transtulit. In hanc sententiā lectu digna sunt apud Senecam, lib.de Breuitate uitæ. D. Hieron. ad Heliodorū: Laudant, inquit, philosophi, & in coelū usq; ferunt: sed multo uerius Apost. Quotidie, inquit, morimur. Aliud.n. est conari, aliud agere. aliud uiuere moriturum, aliud mori uicturū. ille moriturus est ex gloria, iste moritur semp ad gloriā. Debemus igitur et nos animo præmeditari, quod aliqñ futuri sumus: et qd', uelimus nolimus, abesse lōgius nō pōt. D.Greg.Nazian. Quis præsentē hanc uitā mortis facit meditationē? q.d.nemo. ¶ Moriēdū enim certe est. } Hoc à nostris hominib. prouerbij uice iactatur. Seneca lib.10.epist.cōsolatoria: Oēs eadem cōditio deuinxit: cui nasci contigit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primū et ult.diē iacet, uariū et incertū est. Si labores æstimas, etiā puero lōgū: si uelocitatē, etiā seni angustū. Nihil nō lubricū & fallax, et omni tēpestate mobilius. Iactantur cuncta, & in contrariū transeunt, iubente fortuna. Et in tanta uolutatione rerū humanarū, nihil cuiquam nisi mors certū, &c. Palingenius in Scorpio:

Heu quot habet mors sæua uias, artesq; nocendi.
Quo magis esse procul credis, magis imminet, unde
Certius est quàm mors, quàm mors incertius est nil.

Et Pynd.Olymp.Od.2. τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον, ἤτοι βροτῶν γε κέκριται πεῖρας οὔτι θανάτου, &c. ¶ L.Brutū. } Inductione probat, pericula immortalitatis gratia esse subeūda, id quod apud Plat. in conuiuio ex Diotimæ fatidicæ sentētia docet. Cæterū quod ad historiā attinet legēdus est Liuius lib.2.ab Vrbe cond. Plutar. in Publicola, qui id prid.cal. Mart. accidisse scribit. Plin. de Viris illust. cap.10. Val.lib.5.cap.6. Florus lib.1.cap.10. Cic. Tusc.q.1. Sed in.4. earundē dubitat, an, ppter infinitū odiū tyrāni effrenatus in Aruntem inuaserit. Video enim, inquit, utrunq; cōminus ictu cecidisse cōtrario. Dubitat & in Paradoxis aliud præter fortitudinē, & amorem patriæ subfuisse. ¶ Duos Decios. } De his superius. ¶ M.Reguli. } Quantū ex Polybio & Aretino colligo, captus est Regulus anno.CCCCXCVI. pro captiuis pmutādis missus, supplicioq; misero affectus āno.CCCCXCIX. Legitur tñ apud Oros. sub Metelli cōsulatū, Regulū cū p quinquēniū captiuus fuisset, Romā missum. neq; Liuij Abbreuiator repugnat, si quinquēniū illud captionis et supplicij annis incluseris. Hāc Reguli historiā graphice scribit. Silius lib.6. De supplicij gñe, scriptores ferè uariāt. Lege Gellium li.6.ca.4. Plin. de uiris illust. ca.40. Flor. lib.2.cap.2. Abbreuiatorē Epit.18. Val.lib.1.ca.1. lib.9.ca.2. Leonar. Aretinū lib.2.de.1.bello Punico, qui id quod à Polybio omissum est, sarcijt. Oros.lib.4.ca.10. Super facto multis disputat August. de Ciuitate dei lib.1.ca.15.&.24. Meminerūt præ cæteris Cic. Off.3. Parad.2. & in Orat. in Pisonē. Val.lib.2.cap.4. Horat.lib. Car.4.Od.5. ¶ Duos Sci. } De his, nisi memoria labitur alibi dictū est. Scribunt historiā Liuius lib.5.tertiæ Decad. Silius lib.13. Appia. in Lyb. Oros.lib.4.c.17. Flor.lib.2.cap.6. Meminit Val. lib.3.cap.7. Cicero multis locis. ¶ Nō auū tuū L.Pau. } Liuius legēdus lib.2. Decad.3. Poly.lib.5. Plutar. in uita Pauli Aemilij. Silius in.9. Flo. lib.2.ca.6. Oros. lib.4.ca.16. à Chronologia dissentit, DXL. annū ponēs. Meminerūt Val.lib.3.cap.2 ¶ M.Marc. } Liuius lib.7.Decad.3. historiā scribit. Plutar. eius uitā describēs, nō obticet. Meminit Val.lib.5.cap.de Human. Plin.ca.5. de Viris illust. Silius lib.12. Oros.lib.4.ca.18. De hoc plura Offic.1. ¶ Sed leg. quidē no. } Theod. legiones τάγματα reddidit, quasi tu dicas ordines, ἀπὸ τοῦ τάττεσθαι. Constat legionē latinam esse uocē, cui nulla græca recte opponitur. Impurus apud Euang. spūs à Christo interrogatus, quódnā sibi nomē esset, respōdit λεγέων, mutato genere. Nō ignoro τάγμα à Polluce in σύμπαντος στρατεύματος nomenclatura recēseri. Et Plutar. ciuitatē iuuenem a Romulo in militares diuisam ordines scribit, his uerbis: πρῶτον μὲν ὅσον ἦν ἐν ἡλικίᾳ πλῆθος, εἰς συντάγματα στρατιωτικὰ διεῖλεν. ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν, καὶ τριακοσίων ἱππέων. ἐκλήθη δὲ λεγέων τῷ λογάδας εἶναι τοὺς μαχίμους ἐκ πάντων. Gaza ergo maluit græce p genus exprimere, qd' Cic. συνεκδοχικῶς, speciē pro genere posuit, & certū numerū pro incerto. De quo præter Vegetiū uide Gell.lib.16.c.4. Legiones inquā Cic. pro armata manu dixit. Neq;.n. Latinis ordo, ut Græcis τάγμα aut σύνταγμα gñale est, sed specialiter cēturia minor, decuria uero maior repitur, qppe quæ ex.LX.militib.cōstet. Cuius ductor Cēturio erat, cū cēturia ex C.peditib.cōscribi solita sit, cui præerat uexillarius. Decuria aūt ex decem equitib. quā decuriones ductitabant. De his lege plura apud Alexā. ab Alexan. lib. Genialiū dierū.1.cap.5. & lib.4.cap.3.

Quod igitur adolescentes, & ij quidem non solum indocti, sed etiam rustici contemnunt; id docti senes extimescent? Omnino, ut mihi quidem uidetur; rerum omnium satietas, uitæ facit satietatem. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desiderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media? Sunt etiam huius ætatis: ne ea quidem in senectute quæruntur. Sunt autem extrema quædam studia senectutis: ergo ut superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. Quod cum euenit, satietas uitæ tempus maturum mortis affert. Equidem non uideo, cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere uobis: quod eo melius cernere mihi uideor *, quòd ad eam propius adsum. Ego uestros patres P. Scipio, tuq; C. Læli, uiros clarissimos, mihiq; amicissimos uiuere arbitror, & eam quidem uitam,

* quo ab ea propius absim.

BETVL. ¶ Quod igitur adolescentes.} A minori ad maius. Cato de Re rustica: Ex agricolis, inquit, & uiri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeq; pius quæstus. Hoc ipsum Columella ab exemplis paulo supra adductis, astruit. Xenophon quoque in Oeconomico affirmat, Rei militari non aliud hominum genus magis idoneum esse, quàm agricolas. ¶ Rerum omnium satietas.} Sententia prouerbialis redit ad decorū, ætatum quidem illud. Nam cū paulo ante decori rationem sequeretur, naturam ipsam uerius quàm senile πρέπον expressit.

Varia ætatum studia.

Obseruabis obiter studiose puer, exemplum gradationis doctissimū simul & elegantissimum, ut illæ esse solent, quibus disputatores, quasi per epagogen inducere animos hominum solent, ad id quod persuasum uolunt, quam rem nusquam alibi uel certius, uel clarius perspicere possimus, quàm in comœdia uitæ humanæ speculo.

Aetas studia.

Videas enim ibi quanq; ætatem suis delectari studijs, quæ se ita inuicē excipiunt, dum uita quasi per manus ad extrema deuoluatur. Sunt autem hæc ab adiunctis. ¶ Occidunt.} Instar solis.

Vita uera.

Theodorus metaphorā significanter expressit. δύνουσιν ἀεί. τὸ ἀεὶ paraphrasticῶς adiecit. ¶ Equidem non uideo, cur quid ipse sentiam de morte.} Vt ea re quæ omnium maxime in controuersia ponitur. Transit autem ad utilitatis caput, Locus enim de immortalitate animæ, docet inutile seni esse diutius superuiuere. Ne quis autē putet παρέλκον subesse, nihil enim quicquam hic περιέργως dicitur: uideas ergo senectutem nō modo propter appropinquationem mortis non miseram esse, sed etiam beatam. Nam si ante obitum beatus nemo, utile mori fuerit. Immoratur autem huic loco, uel ob id diutius, quia nihil homini seni ac sapiēti magis conuenit, quàm exacta una uita, & ea certo & breui interitura, de alia, æterna nempe, & beata cogitare. Multo igitur prudentius docta quondam illa hominum gentilium antiquitas, quàm nostri æui cucullatum genus: quòd dum ex suæ uitæ, si dijs placet, sanctimonia reliquis mortalibus æternam animæ beatitudinem pollicentur, de animæ immortalitate ad lubitabundi, facile ostendunt quanti faciant. Stoicos dicas, si habitum inspicias: si mores, Cynicos: si ciborum delectum, Pythagoricos: si professionem uitæ, plusquam Epicureos. Qui dum nulla prorsus diuinitatis opinione imbuti sint, religionis simulatione ita diuis sacra faciūt, ac si quam optime de pietate sentirent. Dicerem, si non uel puero manifestum sit, quàm non multis retro annis, perniciose non minus quàm temere, Dominicæ hæreseos in Vrbe monachus animæ immortalitatem in controuersiam uocauit. Quæ quidem inconsulta temeritas (ut zizania omnium maxime fœliciter prouenit) tam promptas multorum assertiones apud plerosque inuenit, ut iam non modo monachatus fundamenta labefactarentur, sed tota Papatus monarchia in clarum periculum uenire uideretur. tam enim & purgatorium, cui ueluti basi, tam Missæ, quàm nenia, summum uoluptuariæ illius uitæ præsidium, innituntur, nullum apparebat. Et fecisset sanè tum Romana Ecclesia ruinam grauissimam, ni Pontifex Max. rebus afflictis, ut alexicacos Hercules succurrēs, mandato præsentissimo suffulcisset. Erat sanè res necessaria, cuius principijs obstaretur: dissimulanda in proniulo monacho, in tam astuto seculo, animi sententia erat. Neq; enim seu per conuenit effutire quod animus suggerit, sed condonandus error professionis Epicuricæ amori. Quia difficulter dissimulanter, quæ animi persuasio dictitat: præsertim si nulla cōiectura diuersum suadeat. Vita enim illorum hominū tam est undiq; uoluptatibus munita, ut nusquam facile perturbatio ingruat, aut melioris uitæ suspicio. Nec quidē aliter ipsum pontificem sentire, uerisimile est, qui licet Petri Pauliq; acerrimorum resurrectionis præconum, successorem Christi ex mortuis primogeniti uicarium iactitet, usqueadeo tamen molliter ac delicate uiuit, usqueadeo delicijs diffluit, usqueadeo in omni uoluptatis genere cū omnibus aulæ suæ proceribus & assectis acquiescit, ut non aptiore signo animi sententiam declarare, si recte attendas, queat. Est sanè apprime hoc magnis heroibus ad tutandam maiestatem necessariū, ut religionem simulent. Ob id Alexander ille Magnus prudenti astu se Iouis filium ementitus est. Ob id Pompilius Numa sacerdotij tui, ô maxime pontifex (si modo historijs credimus) author, quo populi sui animos sacris obligaret, uolebat uideri sibi cum dea Aegeria congressus esse nocturnos, eiusq; monitu se quæ accepta dijs immortalibus sacra forent, instituere. Sic tu non minus pro temporis ratione consulto Christi Petriq; prætextu, qui tuæ maiestati, gloriæq; splendori plurimum obesse incipiebant, necessitati inseruiens, regnum tuum pari simulatione mutatis quibusdam rebus stabiliuisti. Neque enim uideo quid incommodi uel tibi uel tuis synmistis accedere possit uel quòd tu Papa pro pontifice maximo, uel dij Cardines pro pontificibus audiatis, dummodo principatus tui statum stabilieris, ut Romani Imperatoris, orbisq; domini potestas in te ita translata sit, ut non modo non Papa ab ipso, ut antecessores tui à Numa, sed ipse à te imperio legitime inaugurari debeat, sed etiā supplex pedes tuos exosculari cogatur. O maiestatem admirandam. Sed redibimus eo, unde tui admiratione digressi sumus longius. Nemo callidus tuum hoc consilium improbauit. Poterunt enim tui successores hac iam cōmoditate contra hæreses ingruentes uti integra. Nam si quis audaculus inuenitur, qui eos simulatæ religionis audeat insimulare, statim in promptu habebunt, Leonem decimum sanxisse sanctissime, ne quis de animorum immortalitate ambigat. Sanxit uero, proh deum immortalem. ô temeritatem insignem, ô uecordem audaciam. si hoc non est acta diuina, non dico denuo agere, sed rescindere: nescio quid amplius diuinæ authoritati derogare possit. Num quisquā terrestrium, qui rerum diuinarū censuram sibi sumere audeat? Quis Momus Ioui poetico tam po-

tuit

quæ est sola uita nominanda. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana; ut essent, qui terras tuerentur, quiq; cælestium ordinem contemplantes,

aut carpendo derogare, quàm is cui diuinæ actiones suspectæ, earum censuram sibi sumpsit? An non sumpsit? dubitauit ergo saltem de ijs. Nam ubi quid statuitur, ibi deliberationem antecessisse necesse est. Deliberat autem nemo nisi de rebus non liquidis. Fuit ergo tempus, cum Pontifex Romanus de immortalitate animæ dubitauit, alioqui calculum suum communi multorum seculorum consensu per editum edictum minime adiecisset. Illud enim ipsum decernere te, aut incredulitatis reum sine exceptione facit, aut blasphemiæ dementis, aut etiam ingratitudinis summæ, & ut in uniuersum dicā, impietatis extremæ. Te'ne audaculum diuinitati authoritatem adijcere? Sed non mirum est, qui iam pridem seculum diuinorum oraculorū, catholicæq; Christi ecclesiæ cēsuram tibi sumpseris. Sed donabimus aliquid inconstantiæ, quam in tuorū decretorū antinomijs crebro uidere est. Placet quòd distinct. 9. Christi scripturas tuis, & quibuslibet alijs humanis constitutionibus præfers. Nisi hoc esset lumen Soli inferre, simul & laterē lauare, ostenderē tibi nō canonicas modo scripturas, & nascentis ecclesiæ tam scriptores quàm synodos, sed poetas etiā Ethnicos, & poetis meliores philosophos; uel si mauis totū illū cōmunē omnis mortalitatis consensum, in hoc uno quasi ore cōsentire, quod tu tanquā rē cōtrouersam decernēdo in plerorumq; animis in dubiū uocabas. Audiamus potius Catonē multis pontificibus sanctiorē, doctiorēq;.

ERAS. ⟦ Quòd ad eam propius adsum.⟧ Nouum est, adsum ad eam, eoq; usum est annotare.

BETVL. ⟦ Quæ sola uita nominanda est.⟧ Diui Hilarionis chria, teste Hieronymo, erat, eam ueram esse uitam, quæ præsentis uitæ incommodo euatur. D. Augustinus tractatu. 22. in Euang. Ioānis: In hac, inquit, uita, transimus à morte ad uitam: in hac uita, quæ nondū est uita, hinc transimus à morte ad uitam. ⟦ Compagibus.⟧ Hinc Paulus apostolus Rom. 7. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio. Theophrastus apud Aeneam Platonicum, uarias philosophorum sententias enumerans: Atuis, inquit noster Plato plurima ac præclara de anima disserit, deq; hoc eius itinere plerisq; in locis mentionem facit. & nunc quidem in Phædone Socrates sensibilia cuncta contemnens, & animæ ad corpus communionem perhorrescens uinctam, ac ueluti in corpore sepultam animam queritur, uehementerq; probat atque admiratur arcanum illud & uetus elogium, quo dicitur: In carcere quodam postquam uenimus, sumus. Hoc autem omne Empedocles quidem antrum dixit. Plato autem in eis libris quos de Republica scripsit, immutato nomine Speleum appellat. Denique profectionem huic animæ maximam solutionē, Speleiq; fugam esse ait, &c. Lege præterea Lactantium cap. 9. de Orig. erroris. ⟦ Animus cœlestis.⟧ Lucret.

Denuq; cœlesti sumus omnes semine oriundi.

Omnibus ille quidem pater est.

Vide Lactantium de Opificio hominis, cap. 19. ⟦ Sed credo deos.⟧ Causa finalis, quam si quis ignorat, ignorat causas omnes, teste Proclo. ⟦ Vt essent qui terras tuerentur.⟧ Docent sacræ quoq; literæ cuncta hominis causa esse creata, idem etiam poetæ fatentur. Ouid. Sanctius his animal, &c. Sed licet geminauerit hominis officium, neutrum tamen finem assequitur. Anaxagoras cum ab eo quæreretur, cuius rei causa homo natus esset, respondit: Solis ac cœli uidendi. quod responsum mirabilis errorū destructor Lactantius confutauit libro de Falsa sapientia, cap. 9 contendens hominis creandi causam fuisse non aliam, quàm Deum colendi, id est seruandi iustitiam. de quo idem abunde lib. 7. cap. 5. ⟦ Cœlestium ordinem.⟧ τὴν τῶν οὐρανίων ἐνταξίαν, De diuis interpretantur. Ego de certis siderū uicibus malo, adeoq; totius uniuersitatis ornatu, ob quem ut Græcis κόσμος, sic Latinis mundus dicitur. de quo Arist. & Plinius. non quod nesciam, ab antiquorū theologis superiorum ordines poni, ut est apud Iamblichum de mysterijs. Vt autem ita sentiam, nō modo τοῦ ἀνθρώπου nomēclatura, sed etiā erectius, ut poetæ uerbis utar, ad sidera uultus efficit. Nec inficias eo, quod Lactan. cap. 1. de Orig. erroris, ad dei cōtemplationē refert, cuius sedes illa est, quē oculis nō possumus, animo cōtemplemur. Sed audi quid Pymāder Tatio apud Merc. Trismegistū, dialogo. 5. respōdeat: Cū, inquit, Deū uidere uolueris, suspice solē, ô fili mi Tati, suspice lunæ cursum, suspice siderū ordinem reliquorū. Quis age perpetuū harū seruat ordinē? Ordo quidē omnis numeri lociq; limitibus terminatur, &c. Quid multis probationib. opus est? cū Cic. sibi ipse maxime idoneus interpres sit. Sic. n. in fragmēto de Repu. Africanus loquitur: Homines sunt hac lege generati, qui tuerentur illū globū, quē in hoc templo mediū uides, quæ terra dicitur, &c. quo loco omnino Macrobius uidendus est, nempe cap. 14 libri 1. Item lib. de Natura deorū. 2. Quæ primum eos humo excitatos celsos & rectos constituit, ut deorū cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. Sunt enim ex terra homines, non ut incolæ & habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atq; cœlestiū, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Adijciamus Socratis suffragium quod apud Xenophontem lib. 1. de Dictis & factis Socratis extat: ἔπειτ' οὐκ οἴει φροντίζειν, οἳ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν. ἡ δὲ ὀρθότης καὶ πρὸς ὁρᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι, καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι καὶ ἧττον κακοπαθεῖν. καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν καὶ τὸ στόμα ἐνεποίησαν. ἔπειτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἑρπετοῖς πόδας ἔδωκαν, οἳ τὸ πορεύεσθαι μόνον παρέχουσιν· ἀνθρώπῳ δὲ καὶ χεῖρας προσέθεσαν, αἳ τὰ πλεῖστα οἷς εὐδαιμονέστεροι ἐκείνων ἐσμὲν, ἐξεργάζονται. καὶ μὴν γλῶτταν γε πάντων τῶν ζώων ἐχόντων, μόνην τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησαν, οἵαν ἄλλοτε ἀλλαχῇ ψαύουσαν τοῦ στόματος, ἀρθροῦν τε τὴν φωνὴν, καὶ σημαίνειν πάντα ἀλλήλοις ἃ βουλευόμεθα. τὸ δὲ καὶ τὰς τῶν ἀφροδισίων ἡδονὰς τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις δοῦναι περιγράψαντας τοῦ ἔτους χρόνον ἡμῖν δὲ συνεχῶς μέχρι γήρως ταῦτα παρέχειν οὐ τοίνυν μόνον ἤρκεσε τῷ θεῷ τοῦ σώματος ἐπιμεληθῆναι. ἀλλ' ὅπερ μέγιστόν ἐστι καὶ τὴν ψυχὴν κρατίστην τῷ ἀνθρώπῳ ἐνέφυσε. Audiamus etiam Philonem de Mundo. ἐξαίρετον δὲ τῆς κατασκευῆς ἔλαχεν ἄνθρωπος τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τὰς ὄψεις περιήγαγε κάτω κύψας διὸ νένευκε πρὸς χέρσον ἀνθρώπου δὲ ἔμπαλιν ἀνώρθωσεν. ἵνα τὸν οὐρανὸν καταθεᾶται, φυτὸν οὐκ ἐπίγειον, ἀλλὰ οὐράνιον, ὡς παλαιὸς λόγος.

imitarentur eũ uitæ modo, atq; constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem; sed nobilitas etiam summorũ philosophorum, & authoritas. Audiebam Pythagorã, Pythagoricosq;, incolas penè nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati; nunquam dubitasse, quin ex uniuersa mente diuina,

LELVT. ¶ Imitarentur.} In omnibus quotquot ego uidi Græcis codicibus, ἀπομιλοῖντο, falso pro ἀπομιμοῖντο legitur. ¶ Nec me solum ratio.} Apud quosdam controuertitur, authoritas'ne an ratio in disputando plus ponderis habeat. Certum est, singulas Bibliorũ sententias singula esse oracula, in quibus tamen interpretandis conferendisq; rationem quàm authoritatem tutius sequaris. In quantos errores Romani nominis splendor ecclesiam coniecerit, rationibus ueris deprehenditur. Iureconsulto religio est, quicquam sine legis authoritate affirmare. At legum ipsarũ fundamentum ratio est, qua correcta, lex sublata cẽsetur. Quanto rationalis medicina empirica præstantior sit, ratio ipsa docet. Philosophi sententias quidem philosophorum colligunt, quibus sui dogmatis rationes subiungunt. & quemadmodum authoritates, sic rationes quoque ipsorum inter se colliduntur. Isq; tandem causa superior sit, non qui plures assertores, sed qui solidiores rationes adducit: exceptis Pythagoricis, quibus illud omne ex Tripode dictum est, quicquid αὐτὸς ἔφη. Sed si uisum est, colligemus etiam huius controuersiæ calculos. Socrates in Platonis Hippia, nullum inscitiæ euidentius argumentum dicit, quàm si quis ab sapientibus uiris dissentiat. Aristoteles item in Elenchis ait, discentem credere oportere. Et Seneca, præceptores deorum ritu colendos existimat. Et Quintiliano summorum uirorum authoritas pro ratione est. Atque eodem authore, uetera, maiestas quædam & religio commendat. Sed hic rationem habendam esse non minoris authoritatis uiri censent. Plato, inquiunt, amicus, amicior tamen ueritas. Cicero de Finibus ἀκαταληψίαν statuens, leuitati & inconstantiæ adscribit, aut falsum sentire, aut quod non satis explorate traditum est, uelle defendere. Eundem ipsum nulla ullius disciplinæ ligarunt uincula, quin ex omnibus (id quod Atticus ipsi libro quinto Tuscu. quæst. tribuit) libaret, quod quenq; maxime ueritatis specie moueret. Ille rursus idem de Natura deorum primo, Cottæ in disputando ita adiuturum dicit, ut liberum sit, nulla coactio necessitate certam tueri sententiam. Sic Horatius quoq;, Nullius addictus iurare in uerba magistri. Ego paucis ita censeo, magnorum uirorum sententiis tantum authoritatis tribuendum, quantum rationis assertionibus subest: ita contra insignem temeritatis notam esse, uel statim errori subscribere: uel quod temperata solutione mitigari poterat, importunius uelle demoliri. Lege super hac controuersia Lactantium libro secundo, capite octauo. ¶ Qui essent Italici philosophi.} De Pythagora, Italicisq; philosophis, lege omnino Laertium libro octauo. Placet Augustini uerba ascribere, quibus libro octauo de Ciuitate dei inter Italicos & Ionicos philosophos liquido decernit: Quantum, inquit, attinet ad literas græcas, quæ lingua inter cæteras clarior habetur? duo philosophorum genera traduntur: Vnum Italicum, ex ea parte Italiæ, quæ quondam Magna Græcia nuncupata est: alterũ Ionicum, in eis terris ubi & nunc Græcia nuncupatur. Italicum genus authorem habuit Pythagoram Samium, à quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis uitæ aliis præstare uidebãtur: iste interrogatus quid profiteretur, philosophum se esse respondit: id est studiosum, uel amatorem sapientiæ: quoniam sapientem profiteri, arrogantissimum esse uidebatur. Ionici uero generis princeps fuit Thales Milesius, unus illorum septem, qui appellati sunt Sapientes. Sed illi ex uitæ genere distinguebantur, & quibusdam præceptis ad bene uiuendum accommodatis, &c. Vide ibidem doctissimum commentarium Lodouici Viuis. ¶ Quin ex uniuersa mente.} Plutarchus in Placitis philosophorum libro quarto, cap. 2. πυθαγόρας ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Aegyptiorum hoc dogma est, Pymander apud Trismegistum dial. 12. Mens quidem ô Tati, inquit, ex ipsa Dei essentia, si qua tamen est eius essentia, nascitur. Hæc qualiscunq; sit, sola seipsam syncere comprehendit: mens igitur ab essentia Dei nequaquam diuisa, sed illi potius eo modo connexa, quo solis corpori lumen. Hæc mens Deus est in hominibus, atque idcirco nonnulli ex hominum numero dii sunt, eorumq; humanitas diuinitati proxima, &c. Atque rursus dialogo quinto: Deus profecto mens non est: at uero ut sit, mens causa est: nec spiritus, sed causa quòd spiritus extat: neque lumen, uerum causa qua lumen existit: unde Deum colere oportet duobus his cognomentis, quæ soli competunt illi, cæterorum uero nulli penitus competunt. Nec Pythagoræ tantum, sed Thaletis quoque, & Democriti opinio est: quorum alter Deum mundi mentem, alter mentem igneam (πῦρ νοερὸν, Seruio Aen. 6.) mundi animam appellat. Menti etiam quadrare aiunt Dei apud Socratem & Platonem nomina: ut sunt, unum, unigenitum, suapte ipse sponte natum, singulare, uerum, germanumq; bonum. Ascribam adeo super ipsa re Plutarchi uerba, quæ leguntur in Placitis libro primo, capite septimo. θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου θεόν. ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς. δημόκριτος νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυροειδῆ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν καὶ τἀγαθόν ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς. τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, δαίμονα, καὶ τὸ κακὸν τὸ περὶ ἣν ἐστὶ ὑλικὸν πλῆθος, ἔστι καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος. σωκράτης καὶ πλάτων ἓν τὸ μονοφυὲς, τὸ καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθόν. πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. νοῦς οὖν ὁ θεὸς χωριστὸν εἶδος τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον. Aequus lector, opinor, non calumniabitur, si theologica nostra cum antiquis illis aliquantulum contulero. Diuus Cyrillus libro contra Iulianum Cæsarem desertorem octauo, ostendens Platonem & alios eiusdem monetæ homines, in diuinarum rerum cognitione aliquo usque peruenisse, & ueritatem procul quidem contemplatos, erroris tamen uagationibus aberrasse turpiter: inter cætera specimen ponit à nostro hoc non alienum. Faciunt enim homines illi summum quendam Deum, haud dubie uerum hunc nostrum, eumq; ab ipsis uocatum τἀγαθόν. Ex hoc deinde secundarium alium, cui mentis nomen indiderunt, opificem & præsidem mundi. Ex hoc rursus tertium, mundi animam. Quo nomine Origenes περὶ ἀρχῶν uirtutem Dei appellat. Quis non uideat Trinitatis hic aliquam umbram repræsentari? mentisq; nomine hic adumbrari æternam patris sapientiam, quam alio nomine λόγον sacræ literæ appellant, nomine prorsus synonymo, à quo illi mundi animam deriuant: nos dicimus spiritum sanctum ab utroque procedere. Taceo reliqua, præ

sentia

ſentia æſtimabimus. Conſtat humanum genus à Deo ad ſui imaginem creatum, Diuinitus ergo genus noſtrum ducimus, ut diuus quoque Paulus ſuperſtitioſis Athenienſibus ſui poetæ teſtimonio indicabat, qui ait τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμεν. Creata ſunt reliqua quoque diuinitus animantia, ſed alio creationis modo, & fine. ſolum hoc nobile animal, quod homo appellatur, ex mente diuina, ut Cicero hic loquutur, delibatus. Soli homini, ut Moſes in Origibibus ſcribit, creator Deus uitæ ſpiraculũ inſpirauit, uel ut ſignificantius Græci dicũt, πνοὴν (quam Tertullianus diuinum afflatum interpretatur) ἐνεφύσησε. uer bo uſi ἀπὸ τῆς φύσεως derivato. Audiamus Philonẽ arbitrum, meo iudicio nemini docto aſpernabilem, eodem Moſeos teſtimonio inſtructum.

delibatos animos haberemus. Demonſtrabantur mihi præterea quæ Socrates ſupremo uitæ die immortalitate animorum diſſeruiſſet, is qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio: cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorũ * prudentia, tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inuenta; non poſſe eam naturam, quæ res eas continet, eſſe mortalem:

*prouidentia

ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἄλλοι τῆς αἰθερίου φύσεως τὸν ἡμέτερον νοῦν μοῖραν εἰπόντες εἶναι συγγένειαν ἀνθρώπῳ πρὸς αἰθέρα συνῆψαν. ὁ δὲ δὴ μέγας μωϋσῆς οὐδενὶ γεγονότων τῆς λογικῆς ψυχῆς τὸ εἶδος ὁμοίως ὠνόμασεν, ἀλλ᾽ εἶπεν αὐτὴν τοῦ θείου καὶ ἀοράτου θεοῦ ἐκείνου εἰκόνα δόκιμον εἶναι νομίσας ἥς εἴωθε καὶ τύπωθεν σφραγῖδα θεοῦ ἧς ὁ χαρακτήρ ἐστιν ὁ ἀΐδιος λόγος. ἐνέπνευσε γάρ, φησιν, ὁ θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, ὥστε ἀνάγκη πρὸς τὸν ἐκπέμποντα τὸν δεχόμενον ἀπεικονίζεσθαι. Et paulo poſt, τοῦτο τῆς ψυχῆς τὸ εἶδος, οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, ἐξ ὧν τὰ ἄλλα ἀπετελεῖτο διεπλάσθη. καθαρωτέρας δὲ καὶ ἀμείνονος ἔλαχε τῆς οὐσίας, ἐξ ἧς αἱ θεῖαι φύσεις ἐδημιουργοῦντο, παρὸ καὶ μόνων τῶν ἐν ἡμῖν εἰκότως ἄφθαρτον ἔδοξεν εἶναι διάνοια. Quanta ergo generationis primæ nobilitas fuerit, ex qua per deliquium Adæ excidimus: tum liquet uel maxime, cum natalium ex regeneratione reſtitutionem aſſequimur: non quòd tale quicquam uel Plato, uel Cato, uel ex melioris notæ philoſophis quiſquam uera ſapientia deſtitutus intelligere potuerit: licet ubicunq; de humana natura loquuntur, ad primos natales reſpiciant, ſe inde excidiſſe nihil ſuſpicantes. Dum autem dicimus hominem diuino afflatu factum eſſe in animam uiuentem, non negamus felicius hominem regeneratum, quàm natum eſſe. Nouiſſimus ſiquidem Adam factus eſt in ſpiritum uiuificantem. 1. Cor. 15. Anima enim ſpiritu diuino deſtituta, ueram uitam uiuere falſo creditur. Cõtra eos filios Dei eſſe, qui ſpiritu Dei agitur, nemo negabit, cui Pauli doctrina uel mediocriter familiaris ſit. Sed quia alijs animantibus illud uitæ ſpiraculum inſpiratum non legitur. Piũ eſt credere, diuinius quiddam hominis animam eſſe, quàm quæ corpori agendi tantum facultatem præbeat. Quod ſi hæc D. Hieronymus & Auguſtinus altius expendiſſent, non per omnia hominem diuina ſubſtantia orbaſſent: non quòd Manichæis, uel Stoicis, ad quos nec ipſi natales, poſtquam ex Adæ caſu capite diminuti ſunt, natalium'ue reſtitutio pertinet, patrocinari animus ſit. Hæc circa hunc locum cogitanti, & animus & lectio ſuggeſſerunt, relicto interim ſuo cuique iudicio.

BETVL. ☞ Delibatos animos. } Id eſt deriuatos, infuſos Theodorus ἀπορρυείσας. Animam infundi, D. quoq; Auguſtinus affirmat, cap. 18. de Dogmatibus eccleſiaſticis, quod ἀξίωμα μετεμψυχώσει traduci, multisq; id genus erroribus confutandis prodeſt: ſolutiq; eorũ cauillum, qui animas interituras eo dicunt, quia unà cum corpore τὸ εἶναι acceperunt. ☞ Demonſtrabatur. } Quaſi hoc nõ apud Platonem legerit, ſed ex relatu acceperit, id quod per temporis interuallum facile fieri potuit. ☞ Diſſeruiſſet. } Quem ſermonem Plato in dialogo, cui Phædoni titulum fecit, complexus eſt. ☞ Sapientiſſi. iudic. } De hoc in Lælio. Colligit autẽ ſummã doctrinæ Platonicæ, quã de immortalitate animæ docuit. Sunt enim hæc quatuor ueluti κύριαι δόξαι, quibus in diſputãdo ceu notionibus certis, pro cõplexionũ rationibus uti queas, ut quas inficiari in doctorum colloquio ſit nefas. Doctrinæ Platonicæ de ĩmortalitate animæ, περίοχαν reperies apud Alcinoum cap. 25. ☞ Tanta celeritas animorum. } D. Aurelius Auguſtinus doctiſſimum de quantitate Animæ librum poſteritati reliquit, in quo ſeptem gradus ponit: quibus ſubinde ſe Virtus animæ ſuperat, in quibus celeritas tertium locũ obtinet. En eius rei ἀποτύπωσιν.

Virtus animæ gradus ſeptem.

	Eadem res fert alio modo	Rurſus alio
1 Animatio.	De corpore	De alio.
2 Senſus	Per corpus	Per aliud
3 Ars	Circa corpus	Circa aliud
4 Virtus	Ad ſeipſam	Ad pulchritudinem
5 Tranquillitas	In ſeipſa	In pulchritudine
6 Ingreſſio	Ad Deum	Ad pulchritudinem
7 Contemplatio	Apud Deum	Apud pulchritudinem

☞ Tot inuenta. } Proclus perfectiores animas, ad inueniendũ promptiores ait: imperfectiores, magis externis adminiculis indigere.

cumq; animus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat; nec finem quidem habiturum esse motus, qui nunquam se ipse sit relicturus. & cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquam admistum dispar sui, atque dissimile; non posse eum diuidi: quod si non possit, non posse interire. Magnoq; *esse argumento, homines scire pleraque ante, quàm nati sint, quòd iam pueri cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere uideantur, sed reminisci, & recordari.* Hæc Platonis *sunt ferè.*

BETVL. ¶ Cumq; animus semper } Hinc illa de endelechia inter philosophos disputatio. Hinc Thaleti, ἡ ψυχὴ φύσις ἀεὶ κίνητος ἢ αὐτοκίνητος. Hinc Pythagoræ, ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινοῦν. quo loco Plutarchus τὸν ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ accipit. Hinc Platoni οὐσία νοητὴ ἐξ ἑαυτῆς κινητή. Motibus animæ hisce Plato nomina assignat lib de Legib. ὁ βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμένως. Atq; furore tam poetico quàm uaticinio animus non per se, sed numinis impulsu mouetur, argumentum tamen Phædro Platonico immortalitatis præbet. ¶ Nec principiũ motus } Pugnat cum hoc Aristoteles, qui ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσης κινήσεως προηγουμένης facit. τῆς δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν καθάπερ τὰ εἴδη τῶν σωμάτων. Plutar. in Placitis lib. 4. ca. 2. & 6. Lege ad hæc Macrobiũ lib. de Somnio Scipionis c cap. 12. & sequentibus. ¶ Non posse eum diuidi. } Vel hinc liquet Ciceronẽ hic, ut Platonem plerunq;, mentem νοῦν, animi nomine intelligere. Plato enim τὴν ψυχὴν, animam triplicẽ finxit: cuius principatum, id est rationẽ in capite, sicut in arce posuit. & duas partes separare uoluit, iram & cupiditatẽ, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatẽ subter præcordia locauit. De hac animæ simplicitate Cicero Tusc. quæst. 1. scribit in hunc modũ. Ergo animus, qui, ut ego dico, diuinus: ut Euripides audet dicere, deus est. Et quidem, si deus, aut anima, aut ignis est, idem est animus hominis: nam ut illa natura cœlestis, & terra uacat, & humore, sic utriusq; harũ rerum humanus animus est expers: sin autem est quinta quædam natura ab Aristotele inducta, primũ hæc & deorum est, & animorũ. hanc nos sententiam secuti, his uerbis in Consolatione hæc expressimus: Animorũ nulla in terris origo inueniri potest. Nihil n. est in animis mixtum atq; concretũ, aut quod ex terra natum atq; fictũ esse uideatur. Nihil est aut humidũ quidem, aut flabile, aut igneũ His enim in naturis nihil inest, quod uim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti possit præsentia, quæ sola diuina sunt: nec inuenietur unquam, unde ad hominẽ uenire possint, nisi à Deo. Singularis est igitur quædam natura, atque uis animi, seiuncta ab his usitatis notisq; naturis. Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit, quod uult, quod uiget, cœleste & diuinũ est, ob eamq; rem æternum sit necesse est. Nec uero Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, & segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno. Hoc è genere, atq; eadẽ è natura est humana mens. ¶ Magnoq; esse argumento. } τεκμήριον Theodorus uertit, quod est signũ infallibile, quod aliter se habere non potest, tollitq; omnem controuersiam. Hæc Fabio uix ad artem pertinere uidentur. ¶ Homines scire pleraq; } Habet primũ memoriã, & eam infinitam rerũ innumerabiliũ, quã quidẽ Plato recordationẽ esse uult uitæ superioris. Disputatio isthæc in Phædone est: καὶ μὴν ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα καὶ κατὰ τοῦτο ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι, ἃ νῦν ἀναμνησκόμεθα, τοῦτο δὲ ἀδύνατον εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχὴ πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι. ἀλλ' ὦ Κέβης ἔφη ὁ Σιμμίας ὑπολαβών, ποῖαι σοι τούτων αἱ ἀποδείξεις; ὑπόμνησόν με. οὐ γὰρ σφόδρα ἐν τῷ παρόντι μέμνημαι. ἑνὶ μὲν λόγῳ ἔφη ὁ Κέβης καλλίστῳ ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ αὐτοὶ λέγουσι πάντα ᾗ ἔχει καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιεῖν ἔπειτα ἐάν τις ἐπὶ τὰ διαγράμματα ἄγῃ ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. Rursus in illo libro qui inscribitur Menon, pusionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondet, ut puer. Et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eò perueniat, quasi geometrica didicisset. Ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit quàm recordari. Quem locũ multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die quo excessit è uita. Docet enim quemuis, qui omnium rerum rudis esse uideatur, bene interroganti respondentẽ, declarare se nõ tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere: nec uero fieri ullo modo posse, ut à pueris tot rerũ atq; tantarũ insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας uocat, haberemus, nisi animus antequã corpus intrasset, in rerum cognitione uiguisset. Cumq; nihil esset, ut omnibus locis à Platone disseritur (nihil enim ille putat esse quod oriatur & intereat, idq; solũ esse quod semper tale sit, qualẽ ideam appellat ille, speciem nos) quòd non potuit animus hoc in corpore inclusus agnoscere, cognita attulit. Ex quo tam multarũ rerum cognitionis admiratio tollitur. Neq; ea planè uidet animus, cũ repente in tam insolitũ, tamq; perturbatum domiciliũ migrauit: sed cũ se collegit, atq; recreauit, tum agnoscit ea reminiscendo. Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. Hæc Cicero Tuscu. Quæst. 1. Videamus quid ecclesiastici doctores de Platonicis dogmatibus sentiant. Tãgit hoc postremum Aur. August. in libro de Magistro, nec tamen apertis buccinis suffragatur. De quantitate animæ cap. 20. clara uoce assentire uidetur. Rursus in libro de Immortalitate animæ, hoc suæ disputationi quasi fundamentũ ponit: quòd semper illud uiuat, in quo disciplina est. Licet in Retractationib. istius libri obscuritatẽ ita incusat ipse, ut qui se authorem ita fatiget aliquãdo, ut ne ipse quidem sibi satisfaciat. Tertullianus de Resurrectione, laudat Platonicos quidẽ, sed in hoc reprehẽdit, quod remeabilẽ in alia corpora animã dicant. Lactantius Firmianus disertus ille cõtra Ethnicos disputator, lib. Diuinarum instit. 7. qui de diuino premio (licet ipse alibi de Vita beata allegat) Platonis argumẽta quamuis ad rem conferant multũ, tamen satis habere firmitatis, & ad probandam & implendam ueritatẽ pernegat. Erroribus ergo philosophorũ notatis, ueritatem ipse substruit. lege eum cap. 8. & aliquot ordine sequentibus.

¶ Apud

Apud Xenophontem autē moriens Cyrus maior hæc *dixit: Nolite arbitrari, ō mihi charißimi filij, me, cū à uobis discessero, nusquā, aut nullū fore: nec enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis; sed eum esse in hoc corpore, ex his rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote, etiam si nullum uidebitis. Nec uero clarorum uirorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, uiuere; cum exissent ex ijs, emori: nec uero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euasisset; sed, cum omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissoluitur, cæterarum rerum perspicuum est quò quæque discedant: abeunt enim omnia, unde orta sunt: animus autem solus nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Iam uero uidetis nihil morti esse tam simile, quàm somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant diuinitatem suam: multa enim cum remißi, & liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se planè corporis uinculis relaxauerint. Quare si hæc ita sint, sic me colite ut deum: sin unà interiturus est animus cum corpore; uos tamen, deos uerentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, & regunt, memoriam nostri pie, inuiolatéq; seruabitis. Cyrus quidē hæc moriens. Nos, si placet, nostra uideamus. Nemo unquā mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos auos Paulum, & Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstātes uiros, quos enumerare ne cesse non est; tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent; nisi animo cernerent, posteritatē ad se pertinere posse. An censes, ut de meipso aliquid more senū glorier; me tantos labores diurnos, nocturnosq; domi militiæq; suscepturum fuisse, si ijsdem finibus gloriam meam, quibus uitam essem terminaturus?

* dicit:

BETVL. ¶ Apud Xenophontem autem.} Vt uideas, quàm uiri illi qui græcæ philosophiæ traduces in Latium primum transuexerunt, libertate in transferendo sint usi, utq; puer habeat quod conferat, γνήσια Xenophontis uerba apposui. Augebunt illud operæpretium, si cum utroque Theodorum adhibeant: οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖται εἰδέναι, ὡς οὐδὲν εἰμὴ ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς, οὔπω κατενοήσατε, οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι. τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν, ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν. οὔτοι ἔγω γε ὦ παῖδες, οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχὴ ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ. ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. ὁρῶ γὰρ, ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχὴ, ζῶντα παρέχεται. οὐδὲ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίχα γένηται, οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι, ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, δῆλά ἐστιν ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον, πλὴν τῆς ψυχῆς. αὕτη δὲ μόνη, οὔτε παροῦσα, οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. ἐννοήσατε δὲ ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ. τότε γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι, ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι. εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μένουσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι συναποθνήσκει, ἀλλὰ θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας, καὶ πάντ' ἐφορῶντας, καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῆ καὶ ἀκήρατον, καὶ ἀναμάρτητον, καὶ ὑπὸ κάλλους καὶ μεγέθους ἀδιήγητον, τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς μηδὲν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε. ¶ Nihil morti tam simile quàm somnus.} Hoc resurrectionis apud catholicos firmissimum fundamentum est, & hoc argumento legatus ille à domino in gentes missus uetat, ne quis propter amici discessum animo consternetur, ut illius qui dormierit, mox ad uitam ueram excitandus. Nec ferè aliter sacra scriptura animi à corporibus discessum, quàm aut dormitionem, aut somnum, aut requiem, gratis nominibus appellat. Sic Dauid alijq; ex Iudaica antiquitate heroes cum patribus suis obdormierunt. Sic & puella in Euangelio, sic Lazarus dormiuit. Quibus similitudinibus mors somnum referat, præter Syluium, lege Camerarij in Tusculan. quæst. commentarium. ¶ Sin unà interiturus.} Rem pulcherrimam asserens, turpi dubitatione tollit. Fiducia autem isthæc solida solis sanctis, una cum sanctificatione diuinitus conceditur. ¶ Nos si placet.} Communicatio. ¶ Aut Africani fratrem.} Patrem quidam rectius legere uidentur, cum quibus etiam Theodorus facit. Solet enim Cicero Mauortia pectora fratres simul adducere. Quid enim attinebat Africani patruum memorare, patrem autem silentio præterire? Duo unquam intelligit, fulmina belli. Non interea negauerim Asiaticum rem fortiter pro patria gessisse, sed ex eo nulla proles apud scriptores, quod ego sciam, memoratur.

Verba Cyri morientis, octauo Pædiæ apud Xenophontem.

Nihil tā morti est simile, q̄ somnus.

ERAS. ¶ Vitam essem terminaturus.} Vt naufragium facit, cui nauis frangitur: ita terminat uitam aut gloriā, cui finitur gloria aut uita.

Non'ne melius multo fuisset, otiosam ætatem, & quietem sine ullo labore, & contentione traducere? Sed nescio quo modo animus erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cum excessisset è uita, tum denique uicturus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. Quid quòd sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Non'ne uobis uidetur animus is, qui plus cernat & longius, uidere se ad meliora proficisci; ille autem, cuius obtusior sit acies, non uidere? Equidem efferor studio patres uestros, quos colui & dilexi, uidendi. Neq; eos uero solum conuenire aueo, quos ipse cognoui; sed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facile retraxerit, ne'ue tanquam * pilam retorserit. Quòd si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam; ualde recusem: nec uero uelim, quasi decurso spatio, à calce ad carceres reuocari. quid enim habet uita commodi? quid non potius laboris? Sed habeat sanè: habet certe tamen aut satietatem, aut modum. Non libet enim mihi deplorare uitam, quod multi, & hi docti, sæpe fecerunt. Nec me uixisse pœnitet: quoniam ita uixi, ut frustra me natum non existimem.

BETVL. ¶ Non'ne multo melius.} Theodorus, κάλλιον. Nihil enim pulchrum, teste Platone, nisi idem sit bonũ. Intellige tu μᾶλλον προηγούμενον, quia uere bonum extra uirtutes nihil. Sed otio & tranquillitate iucundius, & deinde uulgari opinione melius nihil, quàm sibi studere, & penatib. iuxta illud Horatij: Beatus ille qui procul, &c. ¶ Ad immortalem gloriã.} Adijcit Theodorus ἀγήρων, id est niteretur senescendo.
¶ Quid q. sapientissimus quisque.} Vide Adrianum Cardinalem. Quod ad scriptoris mentem attinet, reperies scriptorũ Ecclesiasticorum libros hac sententia refertos. Extat ea de re caput apud Volaterranum lib. Philologiæ trigesimoprimo.

Stulti iniquo animo moriuntur, sapientes uero æquissimo.

¶ Non'ne uobis uidetur animus is qui.} Innititur hoc fundamento, quod Proclus scribit perfectiores magis animas ad inuentiones propẽtiores, imperfectiores magis externis adminiculis indigere, nempe ut quibus duce opus sit. ¶ Obtusior sit acies.} ἀντίθεσις metaphoram uenustiorẽ reddit, qua imbecillis oculorum uis intelligitur. ¶ Equidem efferor studio patres.} Alias, afficior. Theodorus, ἐκφέρομαι. ἐκφέρεσθαι Græcis, sicut efferri Latinis, dicuntur cadauera mortuorum, significat hic extolli. ¶ Quos colui & dilexi.} Theodorus, στέργων τε. unde ἄστοργοι apud diuum Paulum, qui naturali affectu carent. ¶ Ne'ue tanquam pilam retorserit.} Theodorus, οὐδ᾽ ὥσπερ σφαῖραν ἀντικόψας ἀποσφαιρίσει. Obserua pleonasmum atticum. Lenit autem metaphoram, quæ prouerbij speciem habet, ut pila mea est. Cæterum de pilæ ludo, lege Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum libro tertio, capite uigesimoprimo, Volaterranum libro Philolog. 29. Virgilium Vrbinatem de Inuentoribus rerũ libro secundo, capite decimoquarto. Beroaldum in Augusto, apud Tranquillum. Cælium libro undecimo, capite decimoquarto. ¶ Quòd si quis Deus mihi largiatur.} Dij siquidem, iuxta prouerbium, sua sponte aliquando subijciunt bona. ¶ In cunis uagiam.} ἐν κοιτίδι βαβάζειν. ¶ Quasi decurso spatio.} Budæus in Commentarijs, in uerbis passiua uoce formandis longe liberaliorem græcam linguam asserit quàm latinã, quorum quædam uerecunde simul & nauiter Ciceronem imitatum esse. ¶ Decurso spatio.} Theodorus, δόλιχον οἷόν τινα ἐκδραμών. Budæus in Commentarijs græcæ linguæ διαυλοδρόμοι igitur sunt, qui cursum Circensem peragunt, id est διστάδιον δόλιχος etiam fuit cursus, & maior, ut opinor, diaulo: unde δολιχεύειν cursum plenum implere, & cursus orbem peragere. Atque idem in Annotationibus in l. ultima .ff. si mensor falsum m. dixerit

* Peliã recoxerit.

δίαυλος, inquit, mensura est duorum stadiorum. milium, stadiorum est septem semis, uel etiam octo. δόλιχος, stadiorum duodecim, unde διαυλοδρόμοι, δολιχοδρόμοι. Rursus idem Budæus in ijsdem Annotationibus l. athletas .ff. de ijs qui infamia not. Cursores pars σταδιοδρόμοι uocitati, stadium percurrebant: pars διαυλοδρόμοι dicti, cum ad metam peruenerant, flectentes, eò rursus recurrebant, unde cursum inierant δίαυλος enim dicitur huiusmodi circumactus curriculi, id est curriculum duplum. Erant & δολιχοδρόμοι, qui sextes, ut quidam putant stadium curriculo obibant. δόλιχος certe longissimus cursus dicebatur. Hæc Budæus. ex cuius uerbis apparet, Ciceronẽ id noluisse exprimere: Theodorũ item, speciali nomine obscuritatem tollere. Lege præterea Alexandrum ab Alexandro libro Genialium dierum. 2. cap. 20. Alciatum l. mille pass. ff. de uerb. signific. Lonicerum. Ode .xij. Olimpiad. apud Pindarum, Pollucem libro tertio, capite uigesimotertio. Cæterum de prouerbio quis alius quàm Erasmus Roterodamus consulendus, cui uel ob hoc ipsum Chiliadum opus tota literatorum Respublica nunquam satis pro meritis respondebit. ¶ Quid non potius laboris?} ἐπαχθὲς παρόρθωσις. ¶ Sed habeat sanè.} Concessionis formula. ¶ Non libet enim mihi deplorare.} Ex nostris scriptoribus nemo uehementius grauius'que in uitæ humanæ miseriam inuehitur, quàm Plinius in præfatione libri septimi. Ne autem chartam inaniter lineis compleam, ostendam compendio syluam immensam. Legito Erasmum in prouerb. Optimum non nasci. Ioachimum Camerarium in Tuscul. Ciceronis primam, ubi de Sileni fabula. Ioachimum item Vadianum in secundo Melæ librum, ubi de Thracibus. Camertis commentarium in capite decimoquinto, Polyhistoris Soliniani. ¶ Deplorare.} Theodorus, ὀλοφύρεσθαι, gestum exprimit. ¶ Et hi docti.} Theodorus, οἱ ἀπαιδευσίαν ἀποδρακόντες, ut qui ruditatem sæpe posuerint. nisi malis cum alijs Indocti legere. Sed uidetur Platonem perstringere, qui hoc facit in Axiocho. ¶ Vt frustra me natum.} Respicit ad illud Platonis, quod Cicero de Officijs primo ex epistola quæ ordine nona est, ad Archytam Tarentinum: nempe neminem hominem sibi soli natum, sed ortus nostri partem parentes, partem amicos uendicare.

ERAS. ¶ A' calce ad carceres.} Mire coniunxit diuersas metaphoras. Siquidem à calce, sumptum est à corpore humano: ad carceres, sumptum est à spatio ludorum equestrium.

¶ Et ex

BETVL

& ex uita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. O præclarum diem, cum *ad illud animorum concilium, cœtumq; proficiscar, & cũ ex hac turba & colluuione discedam: proficiscar enim non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem meum; quo nemo uir melior natus est, nemo pietate præstantior: cuius à me corpus crematum est, quod cõtra decuit ab illo meum. animus uero non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quò mihi ipse cernebat esse ueniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum, non quòd æquo animo ferrem: sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore. His mihi rebus Scipio, (id enim te cũ Lælio admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam iucunda. Quòd si in hoc erro, quòd animos hominum immortales esse credam; libenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum uiuo, extorqueri uolo. Sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam; non uereor ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quòd si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est. nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ: cuius defatigationem fugere debemus, præsertim adiuncta satietate. Habui hæc de senectute, quæ dicerem. ad quam utinam perueniatis; ut ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis.

* In

¶ Et ex uita ista discedo. } Videtur & hoc, ut pleraque, ex Platone desumptum, qui in Axiocho uitam hominis peregrinationem dicit. Magnos ueræ lucis radios necesse est in illis hominibus fuisse, qui uerum tam cominus uidere, & mentis aciem ad cœlestia usque domicilia uibrare potuerunt. Sanctissimus olim Hebræus heros, qui ex infima fortunæ sorte ad regum fastigium euectus, fatebatur se aduenam & peregrinum super terram esse. Paulus ipse, hoc argumento suos Hebræos ab huius uitæ studio auocat, prophetica ebria usus, cum hic manentem ciuitatem non habeant, futuram inquirant. Corinthios item, corporis impense studiosos monet, eos tantisper à Domino peregrinari, dum corporis domicilium incolant. Salutis humanæ restaurator Christus, iubet in cœlis thesauros incorruptibiles colligere, terrenos enim fluxos esse. Quid? quod terræ habitatores Væ in Apocalypsi audiunt? Sed sanctos D. Hieronymus terram hanc habitare negat. ¶ Concilium cœlumq;. } Quibus eleganter turbam colluuionemq; opponit, ut παραβάσεις. ¶ Catonem meum. } De hoc alibi. Sed Cicero exprimit sub Catonis persona, quod Plutarchus de eo refert, nempe Catonem filij sui, ut optimi uiri, in suis libris mentionem facere. ¶ Cuius corpus à me crema. } De funerum ritibus plura lege apud Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum libro secundo, capite septimo apud Volaterranum libro tertio, Philip. capite ultimo. Liuij Abbreuiator scribit, Catonem filij funus paruo sumptu fecisse. ¶ Nemo uir. } Frequens Ciceroni est, nemo pro nullus: ut nemo homo, nemo adolescens, nemo patronus, nemo unus. ¶ Quem ego meum casum. } Hoc Lælius de Amicitia, de Catone claro præconio prædicat. ¶ His mihi rebus. } Generalis epilogus, postremæ duntaxat confutationis ἀνακεφαλαίωσιν continet. ¶ Vt quidam minuti philosophi. } Minorum gentium. Obseruauerunt enim docti inter philosophos, ut in Republica ordines. Eius rei documenta inuenies apud Lactantium, qui contra minores philosophos peculiarem instituit disputationem. Perstringit autem Epicurum, aliosq; eiusdem factionis assedas. ¶ Errorem meum mortui. } Sunt enim qui ita distinguant, ut genitiuus possessiuo pronomini construatur. Vt dicimus, Tua legentis interest, Mea solius causa hic agitur. Theodorus autem mortui philosophi nominatiuo plurali legit, φιλόσοφοι ἀποθανόντες transferens. Obserua festiuam in altero dilemmatis cornu elusionem. Est enim apud Ciceronem de Oratore tertio, hic ridendi modus inter cæteros non inuenustus, cum in altercatione ab aduersario arripitur uerbum, & ex eo in eum ipsum aliquid, qui lacessiuit, infligitur, neque hoc extra iocum fit, cum epilogi officium sit, affectus mouere. ¶ Habui hæc. } Vela colligit. ¶ Ad quam utinam. } Nam sub initiũ, ex Platonis imitatione, adolescentes Catonem rogabant, ut cum quã iam longam confecerit, qua ipsis ingrediendum sit, iter ostendat.

Cõmorandi, non habitandi diuersorium habemus.

Senectus, peractio ætatis.

F I N I S.

FRANCISCI SYLVII IN M. TVLLII CICERONIS PARADOXA. Commentarij.

PARADOXA Interpretatur Quintilianus libro nono, inopinata: Cicero in libro Academicarum quæstionum quarto, admirabilia. παρὰ enim præter, & δόξα opinio Græce dicitur. Hæc autem quia discrepant ab opinione populari, admirabilia uidentur. Ea autē à Zenone Cittieo, qui Stoicorum author fuit, originem habent. Cuius illæ sententiæ atque præcepta sunt apud Ciceronem in Oratione pro L. Murena, Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem. Viri esse neque exorari, neque placari. Solos sapientes esse: si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. Nos autem qui sapientes nō sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria. Omne delictum scelus esse nefarium. Nec minus delinquere eum qui gallū gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum qui patrem suffocauerit. Sapientem nihil opinari nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Iidem Stoici dicunt, ut ait idem libro quarto Academicarum, omnia quæ ubique essent, sapientis esse: neminem Consulem, Prætorem, Imperatorem, nescio an ne Quinqueuirum quidem, nisi sapientem, solum ciuem, solum liberum. Insipientes omnes, peregrinos, exules, seruos, furiosos. Denique scripta Lycurgi, Solonis, Duodecim tabulas nostras, non esse leges: ne urbes denique aut ciuitates, nisi quæ essent sapientum. Alia quoque sunt apud Diogenem Laertium in uita Zenonis Cittiei, in libro septimo, quæ prudens omitto. Ex his tam multis Stoicorum Paradoxis, Cicero in hoc libello sex tantum tractat: ut inde specimen præbeat: alia quoque probari posse. Hecatonem Stoicum, alia quoque multa probasse conijcere licet, quem idem Laertius eodem libro citat ex libro de Paradoxis tertio. ⁋ Ad M. Brutum. } Hic est Brutus, qui fuit unus ex Cæsaris interfectoribus, cuius uitam Plutarchus scripsit. Cicero quantum hunc dilexerit, scribit ad M. Cælium libro Epistolarū familiarum secundo: Brutum, inquit, à me amari intelligis. Quid est causæ cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam meum præsertim, & in ipsa collegij laude & scientia studiosum mei. Idem ad Dolabellam libro nono. Semper amaui M. Brutum propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem atque constantiam. ⁋ Catonem auunculum tuum. } Seruilia Bruti mater, Catonis minoris soror fuit, ut ait Asconius Pædianus. Idem scribens Plutarchus author est, hunc Brutum referre genus paternum ad Brutum eum, qui Tarquinios ex urbe eiecit, & maternum ad Seruilium Halam, à quo magistro equitum Sp. Melius occisus est. ⁋ Sententiam diceret. } Id est deliberaret. Senator enim sententiam dicit, iudex autem dicit & fert. ⁋ Publico. } Id est concionatorio, quod genus ad populum fit. ⁋ Dicendo. } Id est, ui orationis & copia. ⁋ Consequi. } Id est obtinere. ⁋ Etiam populo. } Id est non solum Senatui, sed etiam populo. ⁋ Probabilia. } Id est uerisimilia & credibilia. ⁋ Quod eo maius. } Id est magis arduum & difficile. ⁋ Ea philosophia. } Academica, aut Peripatetica, quamuis uterque Academicus fuerit. sed non longe differunt Academici & Peripatetici. ⁋ Quæ peperit dicēdi copiā. } Quāuis multa sint philosophiæ genera, tū de philosophia moralipræ-

M. TVLLII CICERONIS PARADOXA,

AD M. BRVTVM.



ANIMADVERTI, Brute, sæpe Catonem auunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi, & publico; sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia uiderentur. Quod eo maius est illi, quàm aut tibi, aut nobis: quia nos ea philosophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea, quæ non multum discrepant ab opinione populari: Cato autem perfectus, mea sententia, Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in uulgus; & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum; sed minutis interrogatiunculis & quasi punctis, quod proposuit, efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile; nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Quod cum ita putarem; feci

*etiã audacius, quàm ille ipse, de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de cõtinentia, de morte, de omni laude virtutis, de dijs immortalibus, de charitate patriæ, Stoice solet, nullis oratorijs ornamentis adhibitis, dicere. Ego autem illa ipsa, quæ vix in gymnasijs, & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. Quæ quia sunt admirabilia, contraq́; opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellãtur: tentare volui, possent ne proferri in lucem, id est, in forum, & ita dici, vt probarentur: an alia quædam esset erudita, alia popularis oratio. Eoq́; scripsi libentius, quòd mihi ista παράδοξα, quæ appellantur, maxime videntur esse Socratica, longeq́; uerissima. Accipies igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his iã cõtractioribus noctibus: quoniã illud maiorũ uigiliarũ munus in tuo nomine apparuit. * Degustabis & hoc genus exercitationum mearũ: quibus vti consueui, cũ ea, quæ dicuntur in scholis θετικῶς, ad nostrum hoc oratoriũ transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in apertum vt *proferas, nihil postulo: nõ enim est tale, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ; * sed tamen vt ex eadem officina exisse *appareat.*

* et degustabis genus hoc ex.

* referas,

* de tamẽ est, ut

* uideatur.

li præcipue locus hic intelligitur qđ genus semper oratoris fuit. Carneades Academicus, ut ait Cic. lib. de Oratore. 1. significabat eos qui rhetores nominarẽtur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil planè tenere, neque posse quenquã facultatẽ assequi dicẽdi, nisi qui philosophorũ inuenta didicisset. Idem de Claris oratoribus: Peripateticorũ, inqt & Academicorum cõsuetudo in ratione dicẽdi talis est, ut nec perficere oratorẽ possit ipsa per se se, nec sine ea orator esse perfectus. Paulo post cõmẽdat Platonis ubertatẽ, uim Aristo. suauitatẽ Theophrasti ¶ Quæ nõ multũ di. ab opi. popu.} Peripatetici & Academici corporis & fortunæ bona esse dicunt. Negant Stoici quicquam esse bonũ præter uirtutẽ. Vitia esse paria hi dicunt, illi negant. Aliaq́; innumerabilia sunt, quibus nõ cõuenit inter Stoicos & Academicos & Peripateticos. In quibus hi dicũt ea, quæ non multũ discrepant ab opinione populari. ¶ Et ea sen.} Stoici aliter in scholis de uirtute disputãt, aliter domi uiuunt. M. aũt Cato homo ingeniosissimus, autoribus eruditissimis præceptoribus inductus, Stoicorũ præcepta arripuit: neq; disputandi causa, ut magna pars, sed ita uiuendi, ut ait Cicero pro L. Murena. Nõ igitur aliter sentit Cato ac disputat. ¶ In ea hæ.} i. in ea secta, Stoicorũ s. Est autẽ uocabulum græcum, ἀπὸ τοῦ αἱρεῖσθαι. i. ab eligendo. ¶ Quæ nul. se. flo. ora.} Stoici enim sunt inelegantes quanquã, ut ait Cicero lib. de Finibus quarto, scripsit artẽ rhetoricã Cleanthes, Chrysippus etiã: sed sic, ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat ¶ Neq; di. argu.} i. dicẽdi copia nõ dilatat materiã, ut Peripatetici & Academici faciunt. Catonẽ tamẽ eloquentẽ fuisse, Cice. de Claris oratoribus tradit. Cuius uerba pluscula huc ascribo, quod ad hanc rẽ pertineant. Hoc, inquit, idẽ in nostris cõtingere intelligo, quod in Græcis, omnes ut ferè Stoici prudẽtissimi in differendo sint, & id arte faciãt, sintq́; architecti penè uerborũ ijdẽ traducti à disputando ad dicẽdũ, inopes reperiantur. unũ excipio Catonẽ, in quo perfectissimo Stoico summã eloquẽtiã nõ desiderẽ. Stoicorũ. n. in dialecticas omnis cura cõsumitur: uagum illud orationis & fusum & multiplex non adhibetur genus. Cato autẽ habet à Stoicis id quod ab illis petendũ fuit: sed dicere didicit à dicendi magistris, eorũq; more se exercuit. ¶ Sed mi. inter.} Solent. n. Stoici breuiter perstringere argumenta, ut ait Cic. libro Tusculanarũ Quæstionũ. 3. Et ut idẽ ait lib. de Finibus. 4. pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis, quibus etiã qui assentiuntur, nihil cõmutantur animo: & ijdẽ abeunt, qui uenerant. Horũ astrictior est oratio, ut ait Cicero de Claris oratoribus: aliquãtoq; cõtractior, q̃ aures populi requirunt. Eodẽ authore lib. de Oratore tertio, orationis genus Stoici habent fortasse subtile, & certe acutũ sed ut in oratore exile, inusitatũ, abhorrens ab auribus uulgi, obscurũ, inane, ieiunũ: attamen eiusmodi, quo uti ad uulgus nullo modo possis. Argumenta Stoicorũ idẽ lib. de Oratore. 1. laqueos disputationũ & interrogationũ appellat. Nec omnia eorũ argumẽta sunt per interrogationẽ, sed certe acuta sunt et breuia. Quale est illud li. Tusc. 3. Quẽadmodũ misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidẽtia ægritudo est ex alterius rebus secũdis. In quẽ igitur cadit misereri, in eũdẽ ẽt inuidere: nõ cadit aũt inuidere in sapiẽtẽ, ergo ne misereri q̃dẽ. Quod si hoc ægre ferre sapiẽs soleret, mereri ẽt soleret Abest ergo à sapiẽte ægritudo. Hæc, iq̃', sic dicũtur à Stoicis, cõcludũturq́; cõtortius. Itẽ ĩ li. dẽ Finibus. 3. Cõsectari me, inqt Stoicorum breuia et acuta delectat. Cõcludũtur igitur eorũ argumẽta sic, Quod ẽ bonũ, oẽ laudabile est Quod aũt laudabile ẽ, oẽ est honestum. Bonũ igitur qđ est, honestũ est. ¶ Quasi pun.} .i. rebus breuissimis. Punctum. n. quod breue admodũ est, dicitur à pungendo. Inde punctũ tẽporis, Cic. sæpe: & pro Murena, interpunctiones clausulas breuissimas appellat. Res, inquit, sunt paruæ, propè in singulis literis & interpunctionibus uerborũ occupatæ. Et quia spinæ pungunt, orationis genus quo Stoici utuntur, Cicero appellat spinosum. ut lib. de Oratore. 1. Sed hæc erat spinosa quędã & exilis oratio, longeq́; à nostris sensibus abhorrebat. Libro de Finibus 3, Stoicorũ nõ ignoras q̃ sit subtile, uel spinosum potius dicẽdi genus. Eadẽ ratione idẽ lib. Academicarũ. 4. Stoicorũ dumeta appellat: Cũ sit, inquit, cãpus, in quo exultare possit oratio, cur eã in tantas angustias & in Stoicorũ dumeta cõpellimus? ¶ Efficit.} i. probat et cõcludit. Quo in re id uerbum sæpe et à Quintiliano et à Cicerone dicitur. ¶ Sed nihil tam incredibile.} Sibi facilius esse quàm Catoni facere, ut hæc Paradoxa uiderentur probabilia, significat. ¶ Dicendo}. i. ui et copia orationis ¶ Feci etiam audacius.} Nam maiora aggressus sum quàm Cato ¶ De magnitudine animi} i. de magnanimitate. Vt in uirum sapientem non cadere dolorem, non cadere ægritudinẽ. ¶ De continentia.} Vt uirum bonum uoluptate non frangi ¶ De morte.} Vt mortem malum non esse ¶ De omni laude uirtutis.} Vt sine uirtute beate uiui non posse, cum illa posse. ¶ Stoice solet nullis oratorijs.} In codice antiquo inuenio scriptum, Stoice solet oratorijs ornamentis etc. Quæ lectio si uera esset, conueniret cum eo, Feci etiam audacius: sed ab illo discreparet, In ea heresi est, quæ nullum sequitur florem orationis, etc. ¶ In gymnasijs et in otio} id est, in scholis et disputationibus. ¶ Ludẽs} ut se audacius fecisse ostẽdat. ¶ In cõmunes locos.} Qui sunt generales, citra ullum personarũ cõplexũ παράδοξα appellantur ¶ Nã παρὰ præter, et δόξα opinio græce dicitur, ut ante dixi ¶ Vt p.} i. ut crederẽtur. ¶ Erudita.} q̃ eruditi inter se uterẽtur, aut in scholis, aut in circulis, aut scri

bendo. ⁋ Maxime ui.esse Socra.} Authore Cice.lib. Academicarũ. 4. sunt Socratica pleraq; mirabilia Stoicorũ, quæ Paradoxa nominantur. Idẽ cõtendit, omnia nõ esse Socratica. Nunquã.n.diceret Socrates, sapientes solos reges, solos diuites, solos formosos, &c. Socrates autẽ nihil unquã scripsit, sed eius sententiã Plato scriptis mãdauit, ut est apud Ciceronẽ lib.de Oratore 3. Zeno, qui fuit Stoicorũ author, fuit post Socratẽ. Ne credas, Paradoxa hæc Socratica post Zenonẽ nata esse. ⁋ Cõtractioribus}.i.minoribus. Quod.n.cõtrahitur, fit minus. Inde cõtractio frontis, & cõtractio animi à Cice. sæpe dicitur. Trahere uero, aut extrahere, cõtrariũ est.i.ampliare, dilatare. ut extrahere tẽpus aut negotium, pro differre apud T. Liuiũ sæpe licet inuenire. ⁋ illud ma.ui.mu. } Quæstiones Tusculanas intelligit. Quantũ Cice. M. Brutũ dilexerit, ante diximus. Multos ei Cice. ex suis libros nuncupauit, ut libros quinq; de Finibus bonorũ & malorũ, libros tres de natura Deorũ, librũ quẽdã Epistolarũ, librũ de Oratore, lib.de Claris oratoribus, hunc librũ Paradoxorũ, & Quæstiones Tusculanas. In Tusculanis Stoicorũ disciplinam sectatus est: in quibus tã diligens Cicero fuit, tã accuratus, ut nullũ existimẽ in philosophia librũ ab eo scriptũ esse, in quo magis uigilauerit, in quo uires ingenij, atq; eloquẽtiã maiorẽ ostẽderit. Fuit igitur hoc munus maiorũ uigiliarũ, longioribus & pluribus noctibus lucubratũ. ⁋ θετικὰ }.i.positiua, & ut uulgo appellant, positiones: cũ uidelicet ponitur, de quo quis disputare uelit ⁋ In aper.ut re.}.i. ut edas & publices. ⁋ Talẽ}.i.ita perfectũ ⁋ in ar.}.i.in publico, in loco eminẽtiore. In urbibus.n.arces appellantur, quæ uulgo castella dicuntur. Minerua autẽ Athenis in arce colebatur. ⁋ Quasi il. Mi. Phi. } Phidias statuarius dijs quã hominibus efficiendis melior artifex traditur. In ebore uero longe citra æmulum. uel si nihil nisi Mineruã Athenis, aut Olympiũ in Elide Iouẽ fecisset. Cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni uidetur: adeo maiestas operis deũ æquauit. Author est Quintil.lib 12. Cice.in lib.de Oratore ad Brutũ, negat Phidiæ simulacris quicquã in illo genere uideri perfectius. Hic speciẽ sui similẽ in Mineruæ clypeo inclusit, cũ inscribere nõ liceret, ut ait Cicero libro Tusculanarũ Quæstionũ.1. Eam si quis dissoluisset, collocationis uniuersam speciẽ sustulisset, ut ait idẽ libro de Oratore ad Brutũ. ⁋ Ex ea.offi.} ex qua exijt illud maiorũ uigiliarũ munus. Persistit autem in Phidiæ translatione.

BARPTOLEMAEI LATOMI IN PARADOXA CICERONIS ANNOTATIONES.

ANimaduerti Brute.} Dicit se motum Catonis exemplo, audacius quã illũ, de Paradoxis disputasse, easq; disputationes se ad Brutũ mittere ⁋ Quod eo maius est.} Cõparatione sectarũ ostendit, Catoni, quã sibi & Bruto difficilius esse. Locus est ex efficiẽtibus. ⁋ Sed minutis interrogatiunculis.} Intelligit argumentandi genus, quod interrogãdo aduersariũ, per inductionẽ colligitur. ⁋ Cato.n.} Probat se audacius fecisse, quã Catonẽ, cõferendo genus disputationis. ⁋ Subest locus à materia, & efficientibus. ⁋ Cõmunes locos.} Cõmunes loci sunt communes sententiæ, uulgo etiã probabiles. ⁋ παράδοξα.} Paradoxa.i.à cõmuni opinione abhorrentia. ⁋ Popularis oratio.} Popularis oratio, ad uulgi captum accommodata. ⁋ Eoq; scripsi.} Alia causa, cur scripserit Paradoxa ⁋ Quoniam illud } Tusculanas Quæstiones intelligit. ⁋ θετικὰ.} θετικὰ, id est, proposita, unde θέσις quæstio infinita apud rhetores.

ERASMVS.

SEd dicendo consequi tamen } Conduplicauit coniunctionem, sed tamen: sicut fit in attamen. ⁋ Quæ non sane probantur in uulgus.} Noue dictũ in uulgus, pro uulgo. ⁋ Quasi punctis quod proposuit, efficit.} Rursum efficit positum est pro colligit. ⁋ Ludens conieci.} Conieci pro collegi positum, sed tumultuarie. ⁋ In tuo nomine apparuit.} Noue dictum uidetur in tuo nomine. Et apparuit dixit, pro in apertum prodijt, ἐκ φανῆ subindicans, hoc opus non esse huiusmodi, ut debeat in lucem & in publicum exire. ⁋ Quæ dicuntur in scholis θετικὰ }θέσεις positiones sunt, & argumenta disputantium. In nonnullis codicibus falso scriptum erat, κτητικὰ, et adiectum possessiua, quanquam & in cæteris, positiua, non à Tullio additum, sed à lectore reor adiectum fuisse.

ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν. Id est.

SYLVIVS QVòd solũ honestum bonum.} Hoc Paradoxon Stoicorũ est. quãuis.n. Academici & Peripatetici tria bonorũ genera esse dicant, bona fortunæ, corporis, et animi, et summum bonum in bonis animi esse dicant, Stoici tamen fortunæ & corporis bona esse negant: nec ullum bonum esse dicunt, præter bonum animi, idest honestum & uirtutem. Idq; solũ bonum esse dicunt, ut uitium solũ malum. Beatum esse dicunt eum qui uirtutem habeat, quãuis careat omnib. bonis fortunæ et corporis, quæ commoda ipsi, non bona appellãt, quãuis sit ut tauro Phalaridis. ⁋ Non ex meo sen.}.i.nõ ex animi mei sentẽtia. ⁋ Deprompta hæc.} In antiquo codice inuenio scriptũ, disputata nõ deprõpta. ⁋ Pecunias isto.} Nomine pecuniarũ diuitiæ intelliguntur, quæ sunt in pecoribus, prædijs, alijsq; rebus eiusdẽ generis: quo modo à Iurisperitis accipi, alio loco docuimus. ⁋ Imperia.} Id est, magistratus. } Quibus maxime astricti sunt.i. quas sequuntur, tanquã si ijs alligati essent. ⁋ In bo.re.esse nume.duxi.} In antiquo codice scriptũ est, in bonis rebus aut expetendis esse duxi. ⁋ His re.circum.} In codẽ codice antiquo æque bene scriptũ est, quibus rebus circũfluẽtibus.i. adfluentib. undiq; ⁋ Nec sa.cupi.sitis.} Diuitiarũ, imperiorũ, uoluptatũ cupiditas, quanto maior copia est tanto magis crescit, tantũ abest ut minuatur. Quẽadmodũ hac ætate profundam sacerdotiorũ cupiditatẽ multitudine augeri uidemus. Voluptatũ sitis abundantia quantũ crescat Xerxes Persarũ Rex ostendit, qui opum regiarum ostentatione eximia eo usq; luxuria gauisus est, ut edicto præmiũ proponeret, qui nouũ aliquod genus uoluptatis reperisset, ut ait Val. Maxi.lib.9. de Luxuria. ⁋ Cupiditatis si.} Vñ facta trãslatio sit, ignotũ nõ est. Bona ãt potio nõ est, quæ sitim non

ὅτι μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθόν, id est,

Quòd solum honestum bonum sit.

PARADOXON I.

VEreor, nec ui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio: dicam tamen quod sentio, & dicam breuius, quàm res tanta dici possit. Nunquam mehercule ego neque pecunias istorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neq; eas, quibus maxime adstricti sunt, voluptates, in bonis *rebus, aut expetendis, esse numerãdas duxi: quippe cũ viderẽ homines re

* rebus es.

*bus his circumfluentes, ea tamen desiderare maxime, quibus abundarent. Neque enim vnquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neq; ea solum quae habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum saepe requiro prudentiam; qui haec imbecilla, & commutabilia pecuniae membra solo uerbo bona putauerunt appellanda, cum re, ac factis longe aliter iudicauissent. Potest *ne bonum cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista omnia talia videmus, vt *etiā improbi habeant, et obsint probis. Quamobrem, licet irrideat, si quis *vult, plus apud me tamen vera ratio valebit, quàm vulgi opinio. Neque ego vnquam bona perdidisse dicam, si quis pecus, aut supellectilem amiserit. Nec non saepe laudabo sapientem illum Biantem, ut opinor, qui enumeratur inter septem sapientes. cuius cum patriam Prienen cepisset hostis, caeteriq; ita fugerent, vt multa de suis rebus secum asportarent: cum esset admonitus à quodam, vt idem ipse faceret; Ego vero, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putauit, quae nos appellamus etiam bona. Quid est igitur: quaeret aliquis, bonum? si quid recte fit, & honeste, & cum virtute; id bene fieri, & recte dicitur: & quod rectum, & honestum, & cum virtute est; id solum opinor bonum. Sed haec uideri possunt obscuriora, cū sine appositione exemplorum lentius disputantur: vita, atque factis illustranda sunt summorum virorum haec, quae verbis subtilius, quàm satis est disputari videntur. Quaero enim à vobis, num vllam cogitationem habuisse videantur ij, qui hanc Rempublicam tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri *aut argenti ad auaritiam, aut amoenitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates. Ponite ante oculos vnumquenque regum. Vultis incipiam à Romulo? vultis post liberam ciuitatem ab ijs ipsis, qui liberauerunt eam? Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in caelum? iis'ne, quae isti bona appellant? an rebus gestis atque virtutibus? Quid autem Numa Pompilius? minus'ne gratas dijs immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos: sunt enim omnes pares inter se, praeter Tarquinium Superbum. Brutum vero si quis roget, quid egerit in patria liberanda: si quis reliquos itē eiusdem consilij socios, quid spectauerint,*

non satiat., sed quae tanto magis aug. at sitim, quanto sumatur frequentius. Legati Scytharum dictum illud inscitū non est, Quāto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Ab efficientibus argumentum est. ⸿ Neq; ea solum quae habent. } In codicibus alijs scriptum est, Neq; ea solū qui habent ⸿ Libidine. } id est, cupiditate. ⸿ Continentiss. maior. } id est, opes, imperia, uoluptates contemnentium. ⸿ Requiro prudentiam. } Prudentes enim mihi inquit, uisi non sunt, quòd bona appellarint ea quae re ipsa bona esse non crederent. Romani enim ueteres paupertatis studiosi erant, imperia inuiti accipiebant, uoluptates aspernabantur, quo tempore Asiaticae deliciae Romam nondum allatae fuerāt. ⸿ Commutabilia } id est, incerta & fortuita, quae in manu fortunae sunt, & facile, ut fortuna ipsa, mutari possunt. ⸿ Pecuniae membra } Nam, ut dixi, pecuniae nomine intelligūtur pecora, praedia, aliaq; eiusdem generis, quae possidentur, quorum multa sunt quasi membra. ⸿ Bona putauerunt appellanda. } Nam bona etiam appellauerunt ⸿ Potest ne bonū cuiquā ma. esse? } In codice antiquo aliter scriptū inuenio, sed eadē sententia. Ita enim scriptum est, Potest ne cuiquam bonū nisi bono inesse? Ab efficiētibus autē arguit, haec bona nō esse. His autē rebus multi fiunt deteriores. Authore Quintiliano lib. 3. diuitiae, potentia, & gratia cū plurimū uirium dent in utrāque partē, certissimū faciunt morū experimentū. aut. n. meliores propter haec, aut peiores sumus. ⸿ Etiā im. ha. }. i. nō solum boni, sed etiā improbi pecunias & imperia habeāt. Scribit Aristot. li. Problematū 29. usu uenire, ut improbi sint diuites, propterea qd' fortuna caeca sit. itaq;, ut ait Pacuuius, nihil cernat quò sese applicet. Idē scribit eodē libro, paupertatē apud bonos, nō apud improbos habitare Nā, ut ait author Rhetoricorū ad Herenniū lib. 2. Omnes qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, q̃ officio paupertatē tueri ⸿ Et obsint bonis. } Quāuis diuites & honorati bonis ijs, q̃ pauperes, obsint, licet unicuiq; cōsiderare. Nō ignoramus, quantū odiosi sint Pontificibus ij, qui in scholis diu uersati iuuentutē erudierunt, eamq; meliorem, Reiq; publicae utiliorē reddiderūt. Eos *.n. coquis suis & mulionibus in cōferēdis sacerdotijs, quorū dispensatores sunt, longe postponunt. Si quis pe. } Pecus et pecudē ita distinguunt Grāmatici, ut hoc speciale nomē sit, illud generale: quāuis perpetuū nō sit, at pecus pro uno animali saepe dicant Latini. Pecoris autē, aut pecudis nomine non quadrupedes modo, sed etiā pisces & apes significari, Nonius Marcellus scribit. ⸿ Vt opi. } Nescit certo Cice. an fuerit Bias, qui id responderit. Diogenes Laertius lib. 1. scribit, Prienē Thebanorū colonā cū à rege Halyatte obsideretur, Biantis cōsilio liberatā fuisse. Sed hanc Cice. sententiā, Valerius Maximus sequutus est li. 7. de Sapienter dictis aut factis. ⸿ Asportarent. } Ne sibi perirent, deportarent. Asportare autē dicitur pro eo quod est aliū in locū lōge, causa utilitatis suae aut uoluptatis deportare, etiam cū iniuria eorū unde res asportatur. Vt actione in Verrē sexta. Adsunt Segestani cliētes tui. socij populi Romani, atq; amici, certiorē te faciunt, P. Africanū Carthagine deleta simulachrū Dianae maioribus suis restituisse idq; apud Segestanos eius Imperatoris nomine positū ac dedicatū fuisse. hoc Verrē demoliendū & asportandū, nomēq; omnino P. Scipionis delendū tollendūq; curasse. Itēq;: Qua Ditē patrē ferunt repente cū curru extitisse, abreptāq; ex eo loco uirginē secū asportasse. Asconius Paedianus enarrās illud Cic. ex Diuinatione, Illi quidē, ut est hominū genus minus acutū et suspiciosum. nō te ex Sicilia literis in Verrē deportare uelle arbitrantur, sed eā ijsdē literis illius Praetura, et

*.n.

* & im.

* uelit p. a.

m. M.

* atque

quid secuti sint: num quis existat, cui uoluptas, cui diuitiæ, cui denique præter officium fortis, & magni uiri quicquam aliud propositum fuisse uideatur? Quæ res ad necem Porsenæ Q. Mutium impulit, sine ulla spe salutis suæ? quæ uis Horatium Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quæ uis patrem Decium, quæ filium deuouit ac immisit in armatas hostium copias? quid continentia C. Fabritij, quid tenuitas uictus M. Curij sequebatur? quid duo propugnacula belli Punici Cn. & P. Scipiones, qui Carthaginiensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? Quid Africanus minor? quid maior? quid inter horum ætates interiectus Cato? quid innumerabiles alij? nam domesticis exemplis abundamus. * An cogitasse quicquam putamus in uita sibi expetendum, nisi quod laudabile esse, & præclarum uideretur? Veniant igitur irrisores huius orationis, ac sententiæ: & iam, uel ipsi iudicent; utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui cælato auro, & argento, qui Corinthijs operibus abundant; an C. Fabritij, qui nihil eorum habuit, nihil habere uoluit, similes esse malint? Atque hæc quidem, quæ modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent: illud tamen arcte tenent, accurateque defendunt, uoluptatem esse summum bonum. quæ quidem mihi uox pecudum uidetur esse, non hominum. Tu, cum tibi siue deus, siue mater, ut ita dicam, rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius; sic te ipse abijcies, atque prosternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquid putes interesse? Quicquam'ne bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem *facit? Vt enim quisque est maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime: neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeste possit gloriari. Quid autem est horum in uoluptate? Meliorem'ne efficit, aut laudabiliorem uirum? an quisquam in potiundis uoluptatibus *gloriãdo se & prædicatione extollit? Atqui si uoluptas, quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in rebus bonis habenda nõ est: eaque quo est maior, eo magis mentem è sua sede, & statu dimouet: profecto nihil est aliud bene & beate uiuere, nisi honeste & recte uiuere.

*faciat

*gloria se & prædicatione efferti

---

tua Q. uestura consignata sit, asportare te uelle ex Sicilia literas suspicantur: Hoc, inquam, enarrans Pædianus, Asportare aliquid, inquit, est, ut intereat: Deportare, ut mutet locum. ¶ Omnia mea me. por.} Pectore quidẽ, ut ait Valerius, illa gestabat, nõ humeris, nõ oculis uisenda, sed æstimanda aio. Quæ domicilio mẽtis inclusa, nec hominũ nec deorũ manibus labefactari queunt: & ut manentibus præsto sunt, ita fugiẽtes nõ deserunt. ¶ Ludibria for.} Quibus fortuna solet ludere eos qui habeant, cũ eripit. ¶ Sine ap. exẽ.} i. Cũ exẽpla nõ apponuntur ad probãdũ. Exẽplũ Græci appellãt παράδειγμα, quo nomine & generaliter usi sunt in omni similitudine appositione, & specialiter in ijs quæ rerũ gestarũ authoritate nituntur, ut ait Q. uintil. lib. 5. Eodẽ authore li. 3. exẽpla plurimũ in cõsilijs possunt: quia facillime ad cõsentiẽdũ homines ducũtur experimẽtis. Sunt aũt exẽpla uelut experimẽta, & uelut quedã futurarũ rerũ imagines. ¶ Lætus} i. crassius, et minus, ut ita dicã, efficaciter, quod minus persuadeãt. ¶ Vita at. factis.} In codice antiquo melius scriptũ est, Vita igitur atque factis. ¶ Subtilius q̃ satis est} i. nimiũ subtiliter. Q. uãm satis est, legitur melius, quàm ut in nõnullis codicibus scriptum est, quàm factis. ¶ Q. uibus tãdem Romulus, &c.} Romulum ut deum coluerunt Romani ueteres. de eo illud Ennij est, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum Degit. Aeuũ. n proprie æternitatis est. quæ non nisi in deos uenit: ut ait Seruius libro Commentario rum sex to. Qua ratione à Iulio Proculo persuasi fuerint, Plutarchus scribit fusius in uita Romuli. ¶ Iis'ne, quæ isti bona appellant.} Id est, magnã'ne ui auri & argenti, supellectile, amœnitatibus, epulis? ¶ Numa Pompilius.} Q. ui religionem Romæ instituisse dicitur. ¶ Capedines.} Capedo fictilis uas erat, quo in sacrificijs utebantur, à capiendo dictum quòd amplum & capax esset. Vrnulis quoque fictilibus in sacrificijs ex Numæ Pompilij instituto utebantur. Authore Plinio capite duodecimo, libri tricesimi quinti, Numa rex septimum collegium figulorum instituit. quo in loco plasticen, id est figlinam artem laudat maxime. Ea enim deorum simulachra, alia uasa ad sacrificandum, alia ad usum hominum, alia ad mortuorum sepulturam fingi ostendit. ¶ Delicatas.} id est aureas, argenteas, murrinas, aut crystallinas. Delicatas templorum pateras insectãs Persius, Dicite, inquit, Pontifices in templis quid facit aurum? Patera quid sit, Marcus Varro explicat illis uerbis, libro de Lingua latina primo: In poculis, inquit, erant pateræ: eo quòd pateant, Latine ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur: et in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat deo uinum. Hæc ille. Sex. Pompeius itidem significat, Romanos uti patera in sacrificijs solitos. Pateram, inquit, perpluere in sacris cum dicitur, significat perpluere, aut pertusam esse. ¶ Quid egerit.} id est, quid spectarit, quid se assecuturum animo proposuerit. De hoc Bruti facto Liu. & Dionysius Halicarnasseus satis multa scripserunt. ¶ Q. Mutiũ.} De Q. Mutio, de Horatio Coclite, quanta uirtutis exẽpla ediderint, ignotũ nõ est: itaque cõsulto prætereo. si qui tamẽ amplius uolet legere, apud T. Liuiũ lib. 2. inueniat: quemadmodũ de P. Decio in bello Latino, deque eius filio in bello Samnitico se deuouẽtibus, idẽ libris. 8. & 10. scripsit. ¶ In pon.} Sublicio. ¶ Cõtinẽtia C. Fab.} Samnitũ legati, cum ad C. Fabritiũ grãdẽ pecuniã dono offerrẽt, orarẽ que uti acciperet: tum Fabritius planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, & ad os, & ad gulã, atque inde porro ad uentrẽ imũ deduxit, Legatisque ita respondit: Dũ illis oĩ'us mẽbris, q̃ attigi, obsistere atque imperare potero, mihi nunquã quicquã deerit, propterea pecuniã, q̃ mihi nibi opus est, ab ijs nõ accipiã, quibus eã usui esse scio. Hæc A. Gellius cap. 14. lib. 1. ex Iulij Higini sententia. Valerius Maximus lib. 4. de Abstinentia & continentia, idem exemplum posuit.

An putabimus quẽquam sociorũ cogitasse quicquã in uita sibi exp.

posuit, adiecitq; Fabritium locupletē non multa possidendo, sed pauca desiderando factum esse. Continentiam autem, ut sit auaritiæ cōtraria, ex hoc loco satis cognosci potest. ut sit continens is qui rebus suis contentus, aliena non cupiat. ☞ Quid tenuitas uictus M. Curij. } Hoc exemplum eodem in loco Valerius Max. scripsit. Plutarcho in uita Catonis authore, cum Curium ad focum sedentem, et rapas coquentem legati Samnitū offendissent, magnū auri pondus obtulerūt. Eo repudiato, Curius negauit auro opus esse ijs, qbus cœna tā tenuis satis esset. ☞ Sequebatur. } i sibi proponebat, et sperabat. ☞ Duo pro. } duo fulmina belli Cicero appellat, pro L. Cornelio Balbo: Cum duo fulmina nostri imperij subito in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. Duo fulmina belli Scipiadas, Vergil. appellat lib. Aen. 6. De Cn & P. Scipionū fratrū cæde in Hispania anno secundi belli Punici 8. T. L. in. XXV. scribit ampliter ☞ Ad uētū. } Per Hispaniā in Italiam Valla lib. 5. scribēs intercludere esse iter impedire, & quasi iter claudere, locū hunc aliter citat, ad hunc modū, Qui iter Pœnorū cadaueribus corporū suorū intercludendū putauerunt. ☞ Quid Afri. ma. quid mi. } Africanus maior fuit filius P. Scipionis eius, qui in Hispania occidit. Minor filius Pauli Aemylij, adoptatus est ab Africani maioris filio. ☞ inter ho. æta. inter. Ca. } M. Cato quinq; annis minor erat Africano maiore, ut scripsimus in Catonē maiorē Cic. is mortuus est. 1. anno tertij belli Pun. quod Scipio minor cōfecit. ☞ Vel ip. iu. } i. ipsimet sint iudices. ☞ Horū ali. } similes esse malint. ☞ Corinthijs ope. } ut uasis, sed præcipue signis, quibus pleriq; ita capiuntur, ut secū circūferant, ut author est Plin. cap. 8. lib. 34. Idē de ære Corinthio scripsit cap. 2. eiusdē lib. ☞ Se si. es. m. } Quid hi iudicare debeāt, Alexāder Magnus admoneat, qui à Diogene discedēs amicis dixisse fertur, Ego profecto nisi Alexāder essem, Diogenes esse uellē. ipse quoq; Diogenes quātū diuitias cōtēpserit, tū ostendit, qui Alexādro optionē dāti petēdi quicqd uellet, respondit, Vt sibi paulisper à sole discederet. apricanti. n. Diogeni Alexāder officiebat. ☞ Atq; hæc q. } bona, quæ fortunæ ludibria appellauit. ☞ Facile ad. so. nō. } . i. sunt nōnulli, qui facile credūt hæc bona nō esse, sed uoluptatē bonū esse etiā summū dicunt, quorū sententiam hoc in loco Cice. refutat. ☞ Abijcies. } . i. abiectū facies. ☞ Vt m. in. te & qua. } Scribit Aristot. in Ethicis, duos sensus nobis cōmunes cum beluis esse, gustū & tactū. Voluptates igitur quæ his duobus sensibus percipiuntur, ut nihil inter hominē & belluam intersit, efficiunt. ☞ Nihil ali. } Vt sæpius dicitur, nihil quicquā. ☞ Quicquā ne bo. } Ab efficiētibus arguit uoluptatē bonū nō esse, quod hominē nō faciat meliorē, sed deteriorē. ☞ Vt. n. quis. &c. } Id cōsequēs est. ☞ Plurimorū. } Epicureorū. De uoluptate, quod bonū nō sit, Cicero in libro de Officijs tertio, in libro de Senectute, & fusius in libris de Finibus bonorum & malorum disputat.

☞ Vereor ne cui. } Incipit ab occupatione ad rei adseuerationem, & mox transfert thema ad hypothesin, quo fiat popularior oratio. Ostendit autem pecunias in bonis numerandas non esse, quòd pecuniosi plura desiderent: quod est argumentum ex adiunctis pecuniarum, & ueri boni differentia. Etenim repugnant inter se, cupidum ullius rei, et beatum esse. ☞ In quo. } Reprehēdit nominis appellationem, quòd pecuniæ non rectè bona uocentur. ☞ Potest'ne. } Probat ex repugnantibus ☞ Atqui ista. } Assumptio. ☞ Quamlibet irrideat. } Conclusio per occupationem, quam exemplo Biantis amplificat. ☞ Siquid. } Occupatio, qua colligit ueri boni definitionē, et exemplis confirmat, quæ habent uim ex coniugatorum natura. ☞ Sed hæc. } Vult rem exemplis docendam esse, nimirum in populari oratione. ☞ Illud tamen. } Disputauit de pecunijs, idem sentit de uoluptate: et Epicureos inuadit, quos reprehendit à dignitate humanæ naturæ: qui locus est à persona. siue subiecto: et probat uoluptatem bonum non esse, ex repugnantibus. LATO.

SYLVIVS

ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. idest,
Quòd sufficiens uirtus ad felicitatem.

HI paradoxorum tituli capita sunt eorum, de quibus in Paradoxis ipsis disputatur. Caput autem nonnunquam significat quandam orationis breuitatem, multa in se complectens. Vulgo dicitur ab alijs summa, ab alijs substantia. Vt cum dicimus, epistolæ caput est. Itaq; hæc capita quo sint breuiora, id quod facile intelligi potest, non adscribitur, quale est, Hoc in paradoxo disputatur, aliud ue quid simile, & uerbum principale orationis. Non Stoicorum tantum hoc paradoxum est, sed etiam accedit ad Epicureorum dogma: qui, ut ait Cicero in L. Pisonē, sapientē dicunt, etiā si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suaue illud esse, seseq; ne tantulum quidem commoueri. Tantam uirtutis esse uim uoluerunt, ut nō posset unquam esse uir bonus non beatus. Idē paulo post: Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris, illigatum in machina, uigilando necauerunt, supplicio uidetur affectus. Nec C. Marius, quem Italia seruata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa deuicta ab eodem, expulsum & naufragū uidit. Fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ. Supplicium autem est pœna peccati. Aliaque in eam sententiam persequitur. Hæc autē disputatio est libri Tusc. quæst. 5. ☞ Nec ego uero. } Hoc modo melius putem legendum, ut in codice antiquo scriptum est, quàm quomodo in uulgatis codicibus, Nec uero ego: ut sit uero aduerbium, non coniunctio. ☞ M. Regulum. } Quo supplicio Attilium Regulum Pœni affecerint, est apud A. Gell. capite 4. libro sexto. Et apud Cice. lib. de Offic. 3. ☞ Tot uirtutum præsidio. } Ex more Stoicorum loquitur, qui uirtutes coniūctas esse inter se dicunt, & ut ita dicam, concatenatas, ut nullā quisquā habere possit, quin habeat reliquas. ☞ Comitatu uirtutis septus est. In codice antiquo scriptum est, comitatu septus. ibiq; uirtutis otiosa dictio uidetur.

ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. idest,
Quòd uirtus per se sufficiat ad beate uiuendum.

PARADOXON II.

NEc uero ego M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum unquā putaui. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur à Pœnis, non grauitas, non fides, non constantia, non ulla uirtus, nō denique animus ipse; qui tot uirtutum præsidio munitus, tantoq; comitatu uirtutis septus, cum corpus eius * caperetur, carpi certe ipse non potuit. C. uero Marium uidimus; qui mihi secundis in rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis insane, nescis quantas uires uirtus habeat: nomē tantum uirtutis usurpas; quid ipsa ualeat, ignoras. Nemo po-

* capere- tur, capi

Cic. de Offic.

teſt nō beatiſsimus eſſe, q eſt totus aptus ex ſeſe, quiq; in ſe uno ſua ponit omnia. Cui autem ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil poteſt eſſe certi, nihilq; quod exploratum habeat permanſurum ſibi ne unum quidem diem. Eum tu hominem terreto, ſi quem e ris nactus iſtiuſmodi, mortis, aut exilij minis: mihi uero quicquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recuſanti quidem euenerit, non modo nō repugnanti. Quid enim ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curæ, & cogitationes meæ; ſiquidē nihil peperi tale, nihil cōſecutus ſum, ut* eo ſtatu eſſem, quem neq; fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria? Mortem'ne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus, an exiliū, ut ab improbis demigrandū ſit? Mors terribilis eſt iis, *quorum cū uita omnia extinguuntur; non iis, quorū laus emori non poteſt: exilium autem terribile iis, quibus quaſi circūſcriptus eſt habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe ducunt. Te miſeriæ, te ærumnæ præmunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas: tuæ libidines te torquent, tu dies, noctesq; cruciaris, cui nec ſatis eſt quod eſt, & idipſum quod habes, ne non diuturnum ſit futurum, times. te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum, atque legum. Quocunque aſpexiſti, vt furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Quamobrem vt improbo, & ſtulto, & inerti nemini bene eſſe poteſt; ſic bonus vir, & ſapiens, & fortis miſer eſſe non poteſt. Nec vero cuius virtus, moresq; laudandi ſunt, eius non laudanda vita eſt; neque porro fugienda vita eſt, quæ laudanda eſt. Eſſet autem fugiēda, ſi eſſet miſera. Quamobrem quicquid eſt laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri debet.

* in eo

*quorum l.

Probat nec mortē, nec exiliū mala eſſe.

Carperetur. } ideſt, cruciaretur & laceraretur. In codice antiquo male etiam ſcriptum non eſt, cum corpus eius caperetur, capi certe ipſe nō potuit. Ipſe. } ideſt animus Reguli. Hominem animum eſſe, ſed qui ſit in corpore, ex Ciceronis ſententia ſcripſimus fuſius in librū de Senectute. Eam hoc in loco ſententiam Cicero ſequitur. Capi ipſe certe non potuit. } Vt philoſophum Anaxarchum accepimus, cū à tyranno Nicocreonte torqueretur, dixiſſe, Tunde tunde Anaxarchi ſacculum, Anaxarchum nihil tundis. Ea etiā fuit beatorum martyrū uirtus, ut ſupplicia tyrannorū uel grauiſsima contemnerent. Vnus ex fortunatis hominib. } C. Marius in Arpinati agro natus obſcuris tenuibusq; parētibus fuit. In domo Cæcilij metelli à pueritia miniſter fuit, unde uirtutis cepit initium. In Numantiæ obſidione P. Scipionis diſcipulus & miles fuit. Iugurtham Numidiæ regem cepit, qui cum duobus filijs ante currum eius triumphātis ductus eſt. Triumphali ueſte in Senatum uenit, quod ante eū nemo fecit. Teutonos, Ambrones, Cimbros magna ſtrage uicit, de iiſq; triumphauit. Marſos poſtea fudit. Septies Conſul fuit, quod ante eum contigit nemini. Plures eius ſecundas res Plutarchus in eius uita deſcribit, quare in fortunatis hominibus uideri poſsit. Qualis autem in aduerſis reb. fuerit, poſtquam à L. Sylla Cos. in urbe Roma uictus hoſtis patriæ à Senatu iudicatus eſt, Cicero ſcribit in oratione poſt reditū ad Quirites: Quod ſi quis, inquit, exiſtimat me aut uoluntate eſſe mutata, aut debilitata uirtute, aut animo fracto, uehemēter errat. Mihi quod potuit uis et iniuria, & ſceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abſtulit, diſsipauit. Quod uiro forti adimi non poteſt, id mihi manet & permanebit. Vidi ego fortiſsimum uirum municipem meum C. Marium, quoniam nobis quaſi aliqua fatali neceſsitate, non ſolum cum iis qui hæc delere uoluiſſent, ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit: eum tamen uidi, cum eſſet ſumma ſenectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, ſed confirmato atque renouato. Quem ego met dicere audiui, tum ſe fuiſſe miſerum, cum careret patria, quam obſidione liberauiſſet, & cum ſua bona poſſideri ab inimicis ac diripi audiret, cum adoleſcentem filium uideret eiuſdem ſocium calamitatis, cū in paludibus demerſus concurſu ac miſericordia Minturnenſium corpus ac uitam ſuam conſeruaret, cum parua nauicula traiectum in Africā, quibus regna ipſe dederat, ad eos ſupplex inopsq; ueniſſet. Recuperata uero ſua dignitate, ſe non cōmiſſurum, ut cū ea quæ amiſerat ſibi reſtituta eſſent, uirtutem animi non haberet, quā nunquā perdidiſſet. Quo beatius. } Eſt. n. beatus, qui eſt ea animi conſtantia, ut nullus aduerſis rebus de gradu, ut aiūt, deiiciatur. Neſcis inſane. } Hoc ad M. Antonium referri poteſt, ut nonnulli putant. Sed cum in cōmunes locos hæc paradoxa Cicero contecerit, uerisimilius eſt ſermonē infinitum eſſe, ideſt ad nullam certam perſonam & definitam directum, ſed ad quēlibet. Aptus. } ideſt colligatus & prudens. Apere enim pro eo quod eſt colligare & comprehendere ueteres Latini dixerūt. Ex ſeſe. } ideſt ex animo ſuo. Ne unum diem. } In codice antiquo tātum ſcriptum eſt, unum diem. Iſtiuſmodi mortis. } quibus tu me terrere conaris. Magnifica uero eſt illa uox Theodori Cyrenei, qui Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti, Enimuero, inquit, magnifica res tibi cōtigit. quia cantharidis uim aſſecutus es. Cumq; hoc dicto iratior factus, cruci eum affigi iuſsiſſet, Terribilis hæc, inquit, ſi purpuratis tuis: mea quidem nihil intereſt, humi'ne an ſublime putreſcam. Author eſt Valer. Maximus lib. 6. de Libere dictis. Quicquid acciderit. } ſiue mors, ſiue exilium. In tā ingrata ciuitate. } quam ego ab interitu liberaui, cum Catilinæ coniurationem oppreſſi. Quid enim ego laboraui. } Oſtendit ſe dignum eſſe eo ſtatu, quem neq; fortunæ temeritas, neq; inimicorum iniuria labefactare poſſit. Quod ſi contra contigerit, ciuitas Ro. à ſe ſeruata, ingrata fuerit. Ab improbis. } aut ab ingratis ciuibus, aut certe ab inimicis meis. Quorum cum uita omnia extinguūtur. } ideſt qui nihil unquam in uita geſſerunt, quod apud poſteritatem ulla laude dignum eſſet: quorū memoria, ut dici ſolet, perit cū ſonitu. Ea aūt laus apud poſteritatē permanſura uirtute paratur. Inde eſt illud Virgilij lib. Aeneid. decimo: Breue & irreparabile tempus Omnibus eſt uitæ: ſed famam extendere factis. Hoc uirtutis opus: Iis qui animam unà cum corpore interire credebant, mors maxime terribilis erat.

Itaq;

Itaq; authore Aristot. lib. Ethic. 3. Mors maxime omnium terribile est. Est n. ult imũ uitæ, & nihil post homini mortuo aut bonum aut malum esse uidetur. ¶ Circũscriptus.} idest definitus, ut ei loco fines quidã & limites ascripti sint, ultra quos progredi aut nõ liceat, aut iucundũ non sit. Qui tñ si ita circũscriptus sit, ut ex eo egredi nõ liceat, id molestum admodum sit. Quemadmodum à patribus accepimus, fuisse Parisianum quendam ciuem septuagenarium, qui nondũ unquam ex urbe egressus fuerat. Id cum regi Ludouico XI. inter alia noua dictum esset, homini ad se accersito interdixit, ne toto anno proximo ex urbe egrederetur. Eo ipso anno cuius is, cui circunscriptus erat habitandi locus, qui antea nunquam egredi cupisset, incredibili egrediendi cupiditate incendebatur. ¶ Qui omnem orbem terrarum, &c.} Stoici dicunt omnem orbem terrarũ unam urbem esse. Hoc autem Socraticum est. Socrates enim cum rogaretur, cuiatem se esse diceret: Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur, ut ait Cicero libro Tusculanarum disputationum quinto. Vbi illud Teucri dictum scribit, Patria est, ubicunque est bene. ¶ Cui nec satis est, quod est.} Vt paradoxo superiore, Nunquã expletur nec satiatur cupiditatis sitis, &c. ¶ Te conscientiæ stimulant, &c.} Authore Cicerone in L. Pisonem. Supplicium est, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita & oppressa mens, conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti Senatus, amissio dignitatis. Idem paulo post: Nolite putare P. C. ut in scena uidetis homines consceleratos impulsu deorum terreri, Furiarum tædis ardentibus: Sua quenq; fraus, suum facinus, suũ scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Conscientiæ stimulus quantum hominẽ quiescere non sinat, quantum eius mentem uexet, Macrobius per fabulam eam de Tityo gigante, quæ est apud Virgilium libro Aeneid. 6. et apud alios poetas, significari dicit, libro de expositione Somnij Scipionis primo. Nihil inquit, aliud intelligi uoluerunt, quàm tormenta conscientiæ flagitio obnoxia, uiscera interiora rimantis, et ipsa uitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, semperq; curas si requiescere forte tentauerint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi miseratione parcentis: lege hac, qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest uitare sententiam. ¶ Metus exanimant.} ne iudicijs et legibus supplicio afficiare. ¶ Quamobrem.} Conclusio est, in qua à contrario probat paradoxum.

¶ Nec ego.} Incipit ab exẽplis, quæ uim hñt ex coniugatis, M. Regulũ ærumnosum nõ fuisse, nec uirtutẽ ærumnosam esse: et C. Marium, in aduersis non succubuisse, ergo nec uirtutem ulli fortunæ succumbere. Nam & Regulus pro bono uiro, & Marius pro forti accipiuntur, quæ sunt coniugata uirtutis. ¶ Nescis insane.} Apostrophe, qua in M. Antonium inuehitur. Locus uim habet exempli à sua, & Antonij persona, & ad acta suorum temporum refertur. ¶ Aptus ex.} Aptus, id est, iunctus ex sese, neque ex fortuna, aut aliunde pendens. ¶ Eum tu.} De actis suorum temporum loquitur, et minas Antonij contemnit. ¶ Quid enim.} Dicit se aliquid consecutum esse contra fortunæ uim et inimicorum iniuriam. ¶ Mors ter.} Repetit minas Antonij et contemnit acriter per diuisionem. ¶ Te miseriæ.} Quod à se depulit, cõuertit in Antonium. In quo uide acrimoniã contentionis ex repetitione uerborũ, et mẽbris cõcisis. ¶ Quamobrem.} Conclusio quam per soriten approbat, cuius hic ordo est: Cuius mores laudantur, eius uita laudanda est: & cuius uita laudatur, ea fugienda non est: quæ autem fugienda non est, ea nõ est misera. Ergo cuius mores laudantur, is miser non est, cunctaq; uita eius, ut beata, ac felix expetenda. LATO.

¶ Non modo non repugnanti.} Non modo posuit in posteriore sermonis parte, præter morem uulgatum. ERAS.

ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. id est, Quòd æqualia peccata.

SYLVIVS Hoc paradoxum est Stoicorum. Ii enim peccata paria existimant, ut Chrysippus ait in quarto Naturalium quæstionum, et Perseus, et Zeno. Nam si uerum uero maius non est, nec falsum falso maius erit: ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. Nam et qui centum stadia abest à Canopo, et qui unum, æque in Canopo non sunt. Itaque et qui minus peccat, et qui amplius, æque in recto opere non sunt. Authore Cicerone lib. de Finibus. 4. Stoici peccata paria probantes, negãt honesto quicquam honestius, atque turpi turpius. Vt inquiunt, in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes æque incontentæ sint: sic peccata quia discrepant, æque discrepant, paria sunt. Itemq; Quoniam, inquiunt, omne peccatum imbecillitatis et inconstantiæ est, hæc autẽ uitia in omnibus stultis æque magna sunt, necesse est esse peccata paria. Eodem authore eodem libro, Stoici eos qui natura doctrinaq; longe ad uirtutem præcessissent, nisi eam plane consecuti essent, summe esse miseros dicunt, nec inter eorum uitam, ac improbissimorum quicquam omnino interesse. Vt Plato tantus ille uir si sapiens non fuerit, nihilo melius, quàm quiuis improbissimus, nec beatius uixerit. Idem Stoici dicunt, ut est apud eundem pro L. Murena, non minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum qui patrẽ suffocauerit. Item pro Milone, ut ad iudicia quoq; hoc paradoxum peruenire cognoscas: Non alio, inquit, facinore clari homines, alio obscuri necantur. Intersit inter uitæ dignitatem summorum atq; infimorum: mors quidem illata per scelus ijsdem pœnis teneatur. ¶ A' legibus.} Nisi forte magis erit parricida, si qs consularem patrem, quàm si quis humilem necauerit. Platonis quoque, antequam secta Stoicorum esset, hæc fuit sententia, ut hoc paradoxum Socraticum uideatur. Is enim libro de Legibus 12. Si quis, inquit, publicum aliquid furatus fuerit, siue paruum, siu

ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. id est, Quòd æqualia sint peccata.

PARADOXON III.

PArua, inquis, res est, * atqui magna culpa. Nec enim peccata rerum euentu, sed vitijs hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud alio maius esse, aut minus: ipsum quidem illud peccare, quoquo te verteris, vnum est. Auri nauẽ euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm * si etiam petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili virgine: peccauit uero nihilo minus; si quidem est peccare, tanquã transilire lineas. Quod cum feceris, culpa commissa est: quàm longe pro

* nec. a. p.

* si p.

grediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere. * id siquidem nec maius, nec minus unquam fieri potest; quoniam in eo est peccatum, si non licuit. Quod semper vnum, & idem est: quæ ex eo peccata nascuntur, æqualia sint oportet. Quòd si virtutes pares sunt inter se, paria esse etiam vitia necesse est. Atqui pares esse virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem, nec sapienti sapientiorē posse fieri, * facilime potest perspici. An uirum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit? aut temperantem eum, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Vna uirtus est, cōsentiens cum ratione, & perpetua constantia. Nihil huic addi potest, quo magis uirtus sit; nihil demi, ut uirtutis nomen relinquatur. Etenim si bene facta, recte facta sunt, & nihil recto rectius est; certe nec bono quidem melius quicquam inueniri potest. Sequitur igitur ut etiam uitia sint paria: siquidem prauitates animi recte uitia dicūtur. Atqui, quoniam pares uirtutes sunt; recte etiam facta, quoniam à uirtutibus proficiscūtur, paria esse debent: itemq; peccata, quoniā ex uitiis manant, sint æqualia necesse est. A' philosophis, inquis, ista sumis. Metuebam, ne A' lenonibus diceres. Socrates disputabat isto modo. Bene hercule narras: nam istum doctum, & sapientē uirum fuisse memoriæ traditum est. Sed tamen quærò ex te, quando uerbis inter nos contendimus, non pugnis; utrum potius de bonis est quærendum, quid baiuli, atq; operarii, an quid homines doctissimi senserint; præsertim cum hac sententia non modo uerior, sed ne utilior quidem hominū uitæ reperiri ulla possit. Quæ uis est enim, quæ magis arceat homines ab omni improbitate, quàm si senserint, nullum in delictis esse discrimen? & æque peccare se, si priuatis, ac si magistratibus manus inferant? quamcunq; in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis? Nihil'ne igitur interest (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an seruum? Nuda ista si pones, iudicari qualia sint, nō facile possunt. Patrem uita priuare, si per se scelus est: Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quàm seruos uiuere maluerunt; parricidæ fuerunt. Ergo & parenti nonnunquam adimi uita, sine scelere potest; & seruo sæpe, sine iniuria,

* id nec

* facile

magnum id sit, pari supplicio afficiatur. Nam qui rem paruam sustulit, & si minori ui quàm qui magnam rapiat, æqua tamē cupiditate furatus est. Aristippus Cyrenaicus, qui Platonis æqualis fuit, quiq; summum bonū in uoluptate corporis posuit, uoluptates pares dixit, nec differre à uoluptate uoluptatē, nec plus altera muliere alterā, ut in uita eius Diogenes Laertius scripsit. Rerum euentu.} idest eo in quo peccatur, iisq; rebus quæ consequantur, postquam peccatum sit. ⁋ Sed uitiis.} idest, cupiditate & scelere eorum qui peccarant. ⁋ Metienda.} idest æstimāda, et ut īdocti dicūt, mēsurāda. ⁋ Quoquo te ueteris.} id est, quodcūq; peccatū cōmiseris. ⁋ Auri.} idest, auro onustam. ⁋ Lapsa est libido in muliere ignota.} idest, ignota & obscura mulier stuprata est. ⁋ Tanquam transire lineas.} In ludo pilæ uitia quoq; paria, & uirtutes pares uidere licet. Si quis.n. pilam proxime funem, sed supra pepulerit, nō magis uincet, quàm si altissime pepulisset: Si quis uerē infra funem, sed proxime pepulerit, tantum amittet, quantum, si ea tantummodo tacta, pulsa non fuisset. ⁋ Transire lineas.} Nam Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos ultrà citraq; nequit consistere rectū. Si arguitur non licere.} id est, si id ostenditur, quod non liceat. Id autem nō licere, nec maius quidem est, nec minus. Vt non licet tibi magis occidere hominē alienum, quàm alii partem. Quod si uirtutes pares sunt} Argumē tum est ex cōsequentibus, quod Cicero uocat, ex rebus sub eandem rationem uenientibus. ⁋ Si uirtutes pares sunt.} Stoici uirtutes pares esse dicebant. Mnesarchus, ut ait Cic. lib. de Orat. 1. qui uirtutem unam haberet, omnes habere, easq; ipsas inter se æquales esse & pares dicebat. Chrysippus Stoicorum grauissimus, librum unū scripsit, quod uirtutes æquales sint, ut ē apud Diogenem Laertium libro 7. ⁋ Nec bono uiro meliorem.} Stoici negant quenquam uirum bonum esse nisi sapientē. Sapientem autem dicunt eū, qui ita perfectus est & absolutus, ut omnes uirtutis numeros habeat, quam sapientiam adhuc mortalis nemo est consecutus, ut ait Cicero in Lælio. In iis autem in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectū honestum nullo modo esse pōt. sed similitudines honesti esse possunt. Vt ait idem lib. de Offic. 3. Bono igitur uiro melior esse nō potest, si is demū bonus est, qui omnes uirtutis numeros habet. Nam plures alius habere non potest. ⁋ Depositum} Fidei suæ commissum. ⁋ Lucrari.} negando se accepisse. ⁋ Auri pōdo decem, &c.} Eum qui depositum non reddat, uirum bonum non esse, Herodo. lib. 6. significat. Is enim de Glauco Lacedæmonio ad hanc scribit sententiam. Vir quidem Milesius apud Glaucū, qui iustus prædicabatur, dimidiam suam pecuniam deposuit. Mortuo illo uiro Milesio, eius filii ostensa nota quam à Glauco eorum pater acceperat, depositum reposcunt. Negat Glaucus meminisse se accepti depositi, sed cum his agit, ut quarto mense redeant, ut iis depositum reddat si reminiscatur. Interim Apollinem consulit, an ueiurando depositum negaturus sit. Ei Pythia respondet, Nihil referre deum tentare, & facere. Itaque fore ut tota Glauci domus interreat: quod breui factum est. ⁋ Effuderit.} idest, effuse ei operam dederit. ⁋ Cōstantia.} perseuerantia. ⁋ Nihil recto rectius,} Vt si recta regula est, alia rectior esse non pōt. ⁋ Prauitates animi.} Prauum & rectum contraria sunt. ⁋ Inquit.} aliquis, quicunq; sit ⁋ Socrates, &c.} dicet idem. ⁋ Istum doctū & sapiētem uirum.} Socratem oraculo Apollinis iudicatū fuisse sapientissimum ignotum non est ei, qui paulo humanior sit.

Baiuli.

*non potest. Causa igitur hæc, non natura distinguit: quæ quando alteri accessit, id fit propensius: si utrique *coniuncta est, paria fiant necesse est. Illud tñ interest, quòd in seruo necando, si id sit iniuria, semel peccatur; in patris uita uiolanda, multa peccantur: uiolatur is, qui procreauit; is, qui aluit; is, qui erudiuit; is, qui in sede, ac domo, atq; in Repub. collocauit. multitudine peccatorũ præstat, eoq; pœna maiore dignus est. Sed nos in uita non quæ cuique peccato pœna sit, sed quantum cuique liceat, spectare debemus. quicquid non oportet, scelus esse; quicquid non licet, nefas putare debemus. Etiam'ne in minimis rebus? Etiam: si quidem rerum modum fingere non possumus, animorum * modũ tenere possumus. Histrio si paulo se mouit extra numerum, aut si uersus pronũciatus est syllaba una breuior, aut longior; exibilatur, & exploditur: in uita, quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices? Poetam non audio in nugis: in uitæ societate audiam ciuem, digitis peccata dimetientẽ sua*? Quæ si uisa sint breuiora, leuiora qui possint uideri? cum, quicquid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque ordinis: perturbata autem semel ratione, & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse uideatur.*

¶ Bajuli. } onera ferentes, quos hæc quoq; ætas postremos existimat. ex ijs qui labore corporis uictum sibi quærũt. A` Baijs baiuli dicti sunt. Quæ sit eius uerbi ratio, alio loco docuimus. ¶ Operarij. } idest, ut uulgo dicunt, mechanici. ¶ Sed ne utilior. } Huius paradoxi utilitas quæ sit, ostendit. Hoc certe Paradoxum bonos uiros ab improbitate etiam parua arcere possit si peccata omnia paria esse cognoscant. Improbi autem homines ad grauissima quęq; flagitia excitari possint, si ij. se grauius peccaturos non existiment, qu im si leue aliquod scelus admitterent. ¶ Manus inferantur. } In codicibus alijs est, manum inferant. Inferre manum & afferre dicimus pro eo quod est, aliquem iniuste percutere, siue manu, siue telo. ¶ Quamcunq; in domum. } familiã, siue nobilem siue ignotã ¶ Nuda. } idest simplicia: &, ut ita dicam, sine circũstantijs. ¶ Per se. } id est simpliciter, & in generali. ¶ Saguntini. } Hi enim metuentes ne in hostijs manus deuenirent, inclusi cum cõiugibus ac liberis, domos super seipsos concremauerunt: ut est apud Titum Liuiũ lib. 21. ¶ Liberos. } idest non captiuos. ¶ Parenti nõnunquam. } Vt Saguntini fecerunt. ¶ Siue iniuria } Antiquo iure Romanorũ domini in seruorum necem potestatem habuerunt. Authore Modestino libro Digest. 48. ad legem Corneliam de Sicarijs, post legem Petroniam & Senatusconsulta ad eam legem pertinẽtia, dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere. Oblato tamen iudici seruo, si iusta domini querela sit, pœnæ tradetur. Diuus Adrianus, ut in eius uita Aelius Spartianus tradit, seruos à dominis occidi uetuit, eosq; iussit damnari per iudices, si digni essent. ¶ Causa distinguit hæc. } patrem & seruum necare. ¶ Multa peccantur. } Genus hoc dicendi, quia rarum est, adnotandũ est. ¶ Is qui sese ac domo. } In codice antiquo ita scriptum inuenio, Is qui in domo, in sede, in Republica collocauit. ¶ In sede. } Vt in. 1. Aeneid. Sedes ubi fata quietas Ostendunt. ¶ Præstat. } idest præponderat. Et in rem malam præstare dici, adnotandum est. ¶ Non quæ cuiq; peccato pœna sit. } Nam rerum euentu peccata metiẽda non sunt. Ex euentu autem pœna constituitur. ¶ Sed quantum cuiq; liceat. } Licere & oportere ita distingui, ut hoc species sit, illud genus, pro Cornelio Balbo scripsimus. ¶ Etiam'ne in minimus rebus. } Legendum fortasse sit, etiam in minimus rebus. ¶ Rerum modum. } idest exitum rerum. ¶ Fingere. } idest componere & statuere. ¶ Animorũ modum. } idest limitem & lineas, quas transire nõ oporteat. ¶ Si paulo se moueat. } In codice antiquo melius scriptum uidetur, si paululum sese mouerit. ¶ Sese mouerit. } idest motũ corporis fecerit. ¶ Extra numerum } idest modos, & ut uulgo dicunt, contra notulas & cantum: ut in saltationibus fieri uidemus. ¶ Syllaba una breuior aut longior. } Intelligi possit, si breuis syllaba ut lõga, aut contra pronunciata sit: sed potius, si uersus syllaba una deficiat, aut abundet. ¶ Exibilatur & exploditur. } In codice antiquo scriptum est solum, exploditur. ¶ In uita quæ omni gestu, &c. } Cicero in libris de Officijs, quale sit uitæ decorum, sæpe ostendit ex histrionum decore. ¶ Omni usu } In codicibus alijs melius scriptum est, omni uersu: ut gestus ad motum, uersus ad syllabã referatur. ¶ Peccare. } Peccasse, nõ peccare, in antiquo codice lego. ¶ Poetam non audio in nugis. } A` minore ad maius, ostendit improbitates animi arcendas esse. ¶ In nugis. } idest in rebus uanis, & in fabulis. ¶ Digitis peccata dimetientẽ. } Mos quidam non uulgaris fuit apud ueteres, p digitos, eorũq; articulos dinumerandi: quem ex uenerabilis Bedæ sententia Iodocus Clichthoueus ascripsit libro sexto, quem de mystica numerorum significatione edidit. ¶ Ordinis. } idest modestiæ, quam Græci εὐταξίαν nominant, quam Stoici definiunt, ut sit scientia rerum earum quæ aguntur aut dicuntur, loco suo collocandarũ: ut est in libro Ciceronis de Officijs primo. ¶ Magis. } Lego minus, in codice antiquo.

¶ Parua inquit, } Argumentatio ex efficientibus. Nam effectus sequitur naturam causæ. Ergo si uitia paria sint, & peccata, quæ inde oriuntur, paria sint necesse est. ¶ Auri nauem. } Declarat exemplis, quæ à speciebus sumuntur per inductionem. ¶ Quòd si. } Argumentatio, ex comparatis, peccata inter se paria esse, quia uirtutes sint pares. Nam sub eandem rationem ueniunt peccata, & recte facta, sicut uitia & uirtutes. Explicatur argumentatio per syllogismum conditionalem, cuius assumptio colligitur per inductionem specierum, quæ ex proprijs iustitiæ & temperantiæ confirmantur. Conclusio per soritem colligitur. ¶ Sequitur igitur. } Conclusio argumentationis per soriten, cuius hæc summa est: Virtutes pares sunt, igitur & uitia sunt paria: & uitia paria sunt igitur & peccata. ¶ A` philosophis. } Occupatio obiectionis: quam reprehendit à prudentiæ, & utilitatis ratione: A` sapientibus doctrinam, & de bonis petendam esse, & homines salutari sententia ab improbitate arcendos. ¶ Nihil'ne. } Soluit dubitationem, facta per se nec bona, nec mala esse: sed causa, cur facta sint distingui. ¶ Causa igitur. } Cum causa peccandi proposita est, peccatur procliuius: at postquam peccatum est admissum, tum paria sint inter se necesse est. ¶ Poetam non. } Repetit uim exempli, quam subiecta approbatione confirmans, disputationem abrupte concludit.

* adiectum sit.
* t.
* , si
LATO.

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. idest, Quòd omnes stulti insaniant.

PARADOXON IIII.

EGo uero te non stultum, ut sæpe; nō improbum, ut semper; sed dementem, & insanum * rebus addicam necessarijs. Sapientis animus magnitudine cōsilij, tolerantia rerum humanarum, cōtemptione fortunæ, uirtutibus denique omnibus ut mœnibus septus, uincetur, & expugnabitur, qui nec ciuitate quidem pelli potest? quæ est enim ciuitas? Omnis'ne conuentus ferorum, & immanium? Omnis'ne etiam fugitiuorum, ac latronum congregata unum in locum multitudo? certe negabis. * Non igitur erat illa tū ciuitas, cum leges in ea nihil ualebant, cum iudicia iacebant, cum mos patrius occiderat, cum ferro pulsis magistratibus, senatus nomen in Repub. non erat. * Prædonū ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquiæ coniurationis à Catilinæ furijs ad tuum scelus, furoremq; conuersæ, num ciuitas erat? Itaque pulsus ego ciuitate non sum, quæ tum nulla erat: accersitus in ciuitatem sum, cum esset in Repub. Cōsul, qui tum nullus fuerat; essetq; senatus, qui tum occiderat; esset consensus populi liberi; * esset iuris, & æquitatis, quæ uincula sunt ciuitatis, repetita memoria. At uide q̄ ista tui latrocinij tela contempserim. Iactam, & immissam à te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse tamen ad me nunquam putaui: nisi forte, cum parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, * meorū aliqd ruere, aut deflagrare arbitrabare. Nihil neq; meum est, neq; cuiusquam, quod auferri, quod eripi, qđ amitti potest. Si mihi eripuisses * diuturnam animi mei constantiam, meas curas, uigilias, consilia, * quibus Respu. inuicta stat; si huius æterni beneficij immortalem memoriā deleuisses; multo etiā magis, si illam mentem, unde hæc consilia manarunt, mihi eripuisses: tum ego accepisse me confiterer iniuriam. Sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti; reditum mihi gloriosum tua dedit iniuria, non exitum calamitosum. Ergo ego semper ciuis eram, & tum ma-

* rationibus
* non
* ?
* cum ef.
* tunc m.
* diuturnam
* quibus te inuitissimo stat Respu.

SYLVIVS

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. idest, Quòd omnes stulti insaniunt.

VT in morbis corporis multo leuior stultitia quàm insania existimari solet, ita in morbis animi insania multo grauior existimata est: qua stultus dicatur, qui etiam leue aliquod crimen admisit, etiam ex imprudētia: insanus uero, qui multis criminibus uel grauissimis dedita opera susceptis, ita se īplicauit, ut hoc ipsum peccare eum delectet, etiam si nulla peccādi causa sit. Stoici uero ut omnia peccata existimant æqualia, ita stultitiam insaniæ parem faciant. Hoc aūt Parodoxon tā probat Cic. quàm docet P. Clodium insanum esse, eumq; multis legibus dāmnatum exulem fuisse, quamuis solum non mutanerit se uero exulem fuisse negat, quāuis ut Clodiano furori cederet, ex urbe exiuerit. ⟦Ego uero te.⟧ Primum ostendit P. Clodium insanum esse, se uero sapiētem ⟦Non stultum.⟧ ut uulgo stultum intelligit. ⟦Rebus abducam necessarijs.⟧ Sunt qui hoc ita exponant, argumentis ueris & certis conuincam. quòd argumenta quibus dubia & incerta probamus, certa & cōfessa esse debeant. Incertis enim dubia pbari non possunt. Fortasse posset intelligi, ut Cic. dicat, curatorem Clodio dandum tanquam furioso. Furiosum enim, dominum esse rerum suarum uetant duodecim tabulæ, ut scripsi amplius in Catonem Maiorem. Furiosus igitur, cū ei curator datus est, necessarijs rebus addictus est, nec suis rebus uti potest sine curatoris authoritate. Hic sensus si placeret, legendum esset, Ego uero te non modo stultum, ut in aliquo uno codice inueni scriptum. ⟦Tolerantia.⟧ idest patientia. ⟦Rerum humanarum.⟧ quæ aduersæ hominibus eueniunt. Hanc rerum humanarum tolerātiam Cic. in lib. de Offic. 1. appellat rerum externarum despicientiā. Omnino, inquit, fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. Quarum una in rerum externarum despiciētia ponitur, ut persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumq; sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere ⟦Cōtemptione fortunæ.⟧ Contemptionem à Cicerone sæpe, contemptum raro dici inuenias. Contemnere autem, et metuere contraria sunt ⟦Fugitiuorum.⟧ idest seruorum improborum, qui à dominis profugerunt. quales fuerunt ij qui Spartaco duce cum Romanis pugnantes sæpe uicerunt. ⟦Illa tum ciuitas.⟧ Eo anno quo P. Clodius erat Tribunus pleb. Cicero ex urbe eiectus, furori Tribunitio cesserat. Respu. à Tribuno Clodio, & à Coss. Pisone & Gabinio maxime uexata fuit, ut cum alijs in locis multis, tum maxime in Oratione pro P. Sestio Cicero scripsit. Hi autem Coss. ut in eadem oratione Cic. ait, ad delendum Senatum, affligendum equestrem ordinem, extinguenda omnia iura atque instituta maiorum, se illis fascibus, cæterisq; īsignibus summi honoris atque imperij ornatos esse arbitrabantur. ⟦Nihil ualebāt.⟧ In codice antiquo scriptum est, uacabāt. ⟦Cum leges in ea nihil ualebant.⟧ Non hoc solū fecit Clodius eo anno, quo fuit tribunus pleb. ut leges nihil ualerent, sed etiam multas leges Reipubl. perniciosas tulit, quas enumerat Cice. p P. Sestio. Vbi idem scripsit legem Aeliam & Fusiam à Clodio sublatā. ⟦Cū ferro pulsis magistratibus.⟧ Cū 8. Calend. Februarij lex ferēda esset de reditu Ciceronis, P. Clodius multa de nocte forum, comitium, curiam armatis hominibus ac seruis occupauit. in Q. Fabritium, & P. Sestium Tribunos pl. impetum fecit. ⟦Senatus nomen.⟧ Nam authoritas Senatui detracta erat à Tribuno & Consulibus. Quinetiam Consul Gabinius in concione dixerat errare homines, si etiam tum Senatum aliquid in Repub. posse arbitrarentur ⟦Cōcursus.⟧ idest, cōuentus celeriter factus. ⟦Latrocinium.⟧ idest latrones, ut seruitia p seruis, et ministeria pro ministris dicimus ⟦Cōstitutū.⟧ 8. Calend. Febr. ⟦Reliquiæ coniurationis.⟧ idest, reliqui ex coniuratiōe. ⟦A' Catilinæ furijs.⟧ qui patriam incendere coniurauerat. ⟦Accersitus.⟧ cum reuocatus sum ⟦Cū esset in Repub. Consul.⟧ P. Lentulus. Is enim cū Q. Metello Cos. anno pro-

ximo

xime, cum meam salutem senatus exteris nationibus, vt ciuis optimi, commendabat: tu ne nunc quidem es ciuis; nisi forte idem hostis esse, & ciuis potest. An tu ciuem ab hoste natura, ac loco, non animo, factisq; distinguis? Cædē in foro fecisti; armatis latronibus templa tenuisti; priuatorum domos, ædesq; sacras incendisti. Cur hostis Spartacus, si tu ciuis? Potes autē esse tu ciuis, propter quem aliquando ciuitas non fuit? Et me exulē, tuo nomine, appellas; cum omnes meo discessu exulasse Rempu. putent? Nunquam'ne homo amentissime te circūspicies? nunquam'ne, quid facias, considerabis, nec quid loquare? Nescis, exilium, scelerum esse pœnam? meum illud iter ob præclarissimas res à me ante gestas, esse susceptum? Omnes scelerati, atq; impij, quorū tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici uolunt; exules sunt; etiam si solum non mutarunt. At cū omnes leges te exulem esse iubeant, * nō appellat inimicus? QVI CVM TELO FVERIT ante senatū? tua sica deprehensa est. QVI HOMINEM OCCIDERIT? tu plurimos occidisti. QVI INCENDIVM FECERIT? ædes Nympharum manu tua * deflagrauit. QVI TEMPLA DEORVM OCCVPAVERIT? in foro etiam castra posuisti. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegiū tulit, ut si in opertū Bonæ deæ accesisses, exulares. At te id fecisse, etiam gloriari soles. Quomodo igitur tot legibus in exilium eiectus, nomen exulis non perhorrescis? Romæ sum, inquis. Et tu quidē in * Ponto fuisti. Non igitur ubi quisq; erit, eius loci ius tenebit; si ibi cum legibus * esse non oportebit.

* non eris tu exul: non appellatur inimicus, q. e. t.

* deflagrauit

* operto

* esse subiectū nō op.

ximo post Gabinium et Pisonem in Senatum retulit de Cic. reuocando. Itaque Cic. in Oratione post reditum in Senatu, eum appellat principem, parentem, deū uitæ suæ, fortunæ, memoriæ, ac nominis. ¶ Qui tū occiderat. } idest, cuius nomen in Repub. non erat. ¶ Esset consensus populi liberi. } idest, cum populus Ro. legem libere tulisset uno consensu de meo reditu. ¶ Populi liberi. } Qui Pisone & Gabinio Coss. liber non fuerat, quem ad uestitum redire Consules coegerāt. ¶ Quæ uincula sunt. } Vt ī oratione pro A. Cluentio: Hoc, inquit, uinculum est huius dignitatis qua fruimur in Repub. Hoc fundamētum libertatis, hic fons æquitatis. Mens, & animus, et consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus. Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege suis partibus neruis ac sanguine & membris uti nō potest. ¶ Iactam & immissam. } Sumpta translatio est ab ijs, qui in inimicum aliquid iaculantur, quod inimicum non lædat, quod ad eum non perueniat. ¶ Cū parietes disturbabas. } Quo die Cicero ex urbe discessit, P. Clodius domum eius, quæ in Palatio erat, incendit, parietes disturbauit, ut eo in loco deæ Libertatis templum ædificaret, tanquā Ciceronis exilium Romanæ ciuitati libertatē afferret. ¶ Ruere. } Id ad Disturbabas refertur, ut Deflagrare ad Faces inferebas. ¶ Nihil neq; meum est. } Stoici enim nullum bonum præter uirtutem existimant, quæ eripi non potest. ¶ Constantiam. } idest uirtutem, quæ ideo mihi cōstans est, quia à natura est. ¶ Meas curas. } idest meum studium, meum in Remp. ut ita dicam, zelum. ¶ Huius. } idest mei, cum Remp. seruaui. ¶ Reditum mihi gloriosum, &c. } Antithesis est. ¶ Semper. } etiam cum aberam. ¶ Cum meam salutem Senatus. } Senatus literis Consularibus salutem Ciceronis exteris nationibus commendauit. ¶ Non animo factisq. } Cuius perniciosus, hostis potius quàm ciuis habendus est. Itaque Cicero in prima Inuectiuarum in Catilinam, negat eos qui à Republica defecerunt, unquam iura ciuiū Romæ tenuisse. ¶ Cædem in foro fecisti. } Cum Clodiani armati. 8. Calend. Febr, ut diximus, forum, curiam, comitiū occupauerunt, tam multos fuisse ab his occisos, Cic. dicit pro P. Sestio, ut corporibus ciuiū Tyberis repletus, & cloacæ refertæ fuerint. ¶ Templa tenuisti. } Templum Castoris intelligit, quod armatis hominibus & seruis Clodius occupauit, ne lex ferretur de Ciceronis reditu. Id autem Castoris templum pro foro iudiciali: ut contra, forum pro eo templo sæpe dicitur. ¶ Priuatorum domos. } id est, meam domum. Inuidiose, pluralem pro singulari ponit. ¶ Aedesq; sacras incendisti. } Templum Nympharū Romæ à Clodio combustum fuisse, scripsimus in Milonianā. ¶ Cur hostis Spartacus. } À simili probat, P. Clodium hostem esse, non ciuem. Quo tempore L. Lucullus gerebat bellum cum Mithridate, 74. gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, qui seruorum multitudine congregata, magnum exercitum conflauerunt, cuius Chrysus & Spartacus duces fuerunt, à quo Romanus exercitus sæpe uictus est. De eo T. Liu. libris 95. 96. 97. ¶ Tuo nomine. } idest, quo nomine appellandus es. Suum enim exilium Cic. nunquam appellat. ¶ Meum illud iter. } idest, meus discessus. ¶ À me ante gestas. } In opprimenda coniuratione, & ciuitate seruanda. Nam propter coniuratos eos, de quibus ultimū supplicium in carcere sumpsit Cicero, abire coactus est, quod indemnates eos fuisse Clodius diceret. eos enim populus Romanus non damnauerat. Cuius iniussu nō licebat lege Sempronia de capite ciuis Romani supplicium sumere. ¶ Solum nō mutauerunt. } idest, urbē non reliquerunt. Exul autem quasi extra solum dicitur, quod solum mutauerit. Vertere solum à Cicerone sæpe dici, alio loco docuimus. ¶ Non appellatur inimicus. } idest, nunquid contra leges facit, & legibus damnatur. ¶ Qui cum telo fuerit. } Lege Iulia de ui publica tenetur, qui cum telo dolo malo in conuentu fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur, ut author est Vlpian. libro Digestorum 48. de ui publica. Eodem in loco Paulus scribit, telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipi. Authore Caio Iurisc. libro Digestorum 47. de furtis, teli appellatione, et fustis, & ferrum, & lapis, omne denique quod nocendi causa habetur, significatur. Lege Cornelia de Sicarijs teneri eum, qui hoīs occidendi causa cum telo ambulauerit, Martianus scribit libro Digestorum 48. ad legem Corneliam de Sicarijs. ¶ Ante senatum tua sica deprehensa est. } Authore Cicerone pro Milone, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta est confitenti sica de manibus. Item paulo post: Insidiator erat in foro collocatus, atq; in uestibulo ipso Senatus. ¶ Qui hominem occiderit. } Non appellatur inimicus, qui

Clodius repertus in templo Bonæ Deæ.

hominem occiderit? ▽ Qui hominẽ. } Is lege Cornelia de Sicarijs tenetur: quemadmodum is, cuius dolo malo incendium factum sit. Incendium quãuis dicatur sæpius, Incensio tamen in ea re nonnunquã dicitur. ut in oratione pro P. Sylla: Quinq; hominibus comprehensis atq; confossis, incensione urbem, internecione ciues, uastitate Italiam, interitu Rempublicam liberaui. Et libro Inuectiuarum in L. Catilinam tertio: Qui esset decimus annus post uirginum absolutionem, post Capitolij autem incensionem uicesimus. Ab incẽdio incendiarum Vlpianus deflectit lib. 48. Digestorum, ad legem Corneliã de Sicarijs, Si quis, inquit, dolo malo insulam meam exusserit, capitis pœna plectetur, quasi incendiarius. ▽ Deflagrarunt. } Deflagrauit, in codicibus alijs scriptum est melius. ▽ In foro. } idest, in templo Castoris. ▽ Et iam castra. } idest, nõ solum Castoris templum armatis hominibus occupasti, sed etiam in eo castra posuisti. ▽ Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit. } In codicibus alijs scriptũ est, Familiarissimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit. Is aũt est Q. Cornificius, de quo Cic. lib. Epist. ad Atticum primo: Credo, inquit, te audisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret sacrificium, uenisse eo muliebri indutum uestitu uirum, idq; sacrificiũ cum Virgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in Senatu factam. Is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes. Postea rem ex S.C. ad Virgines et Põtifices relatam, idq; ab ijs nefas esse decretum. Deinde ex S.C. Consules rogationem promulgasse. De hac Clodij de incestu causa, quodq; corruptis iudicibus absolutus sit, Plutarchus in uita Ciceronis plura scripsit. ▽ In opertũ. } idest, in mysterium, in sacrificium, quod Bonæ deæ in domo Cæsaris Consulis fiebat. ▽ Erat enim mos, ut quotannis in domo Consulis Bonæ deæ sacrificium pro populo Romano fieret. De hoc incestu P. Clodij, deq; Bonæ deæ sacris, sæpe licet legere in Orationibus Ciceronis, & apud Plutarchum. ▽ In portu. } ut in exiliũ deportareris. ▽ Eius loci ius tenebit. } idest, eius loci ciuis erit. Ius. n. ciuitatis tenet is demum. qui ciuis sit. ▽ Si ibi eum legibus, &c. } id est, si eius loci ciuis non fuerit.

▽ Ego uero } Ex abrupto incipit, & rursus thema reuocat ad hypothesim, ut fiat popularis oratio. Inuehitur enim in P. Clodiũ improbissimum hominẽ, & inimicum suum, ut illius improbitate demonstrata, cunctos improbos ut stultos esse, ita insanire confirmet. Argumentatione utitur ex factis Clodij, quibus illum & stultum esse, & insanum ostendit ▽ Omni'ne. } A' definitione ciuitatis probat se ciuitate pulsum non fuisse. ▽ Non igitur. } Concludit ciuitatem Tribuno Clodio nullam fuisse. ▽ At uide. } Alia argumentatio à persona sapientis, sibi noceri non potuisse, quod est à subiecto. Et mox aliud per ironiam ex differentibus, non idem esse bona caduca auferri & noceri: quia hæc differunt inter se & repugnant. Ornãt locum per contentionem ▽ Tu ne. } Probat ex repugnantibus, ciuem, & hostem inter se differre: ergo Clodium ciuem non esse, quia sit hostis. Hostem probat ex factis: confirmat ex pari, Spartacum sic hostem fuisse. Argumentum subiungit ex repugnantibus, ciuem non esse, qui ciuitatem oppresserit. Atque inde inuadit obiectionem, quòd se exulem appellet: quod acriter reprehendens, definiendo quid sit exilium, in Clodium conuertit. ▽ Non appellatur. } Schema per subiectionem. Et est argumentatio à factis Clodij, illum inimicum ciuitatis, ac proinde non ciuem, sed exulem esse. ▽ Qui incendium. } Correctio, quæ auget ordinem probationis, & profert priuilegium in Clodium. Bonam deam significat, cui matronæ in domo Pont. maximi sacrificabant. Historiam de Clodio lege apud Plutarchum in uita Ciceronis ▽ Quomodo. } Conclusio cum occupatione, quæ reprehenditur à pari. LATO.

SYLVIUS ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μωροὶ δοῦλοι. idest,

Quòd omnes sapientes liberi, omnes autem stulti serui.

HOc paradoxum Stoicorũ esse, testis est etiã Diogenes Laertius lib. 7. Stoici, inquit, dicũt solum sapientem liberum esse, improbos autem seruos. Libertatem enim operandi esse potestatem, qua stulti & improbi omnino careant. Esse autẽ sapientes non modo liberos, sed etiam Reges. Authore Cicerone lib. de Oratore tertio, Stoici dicunt omnes qui sapiẽtes nõ sunt, seruos esse, latrones, hostes, insanos. ▽ Laudetur uero hic imperator. } In M. Antonium hoc dictum uideri potest. Sed potius sit communis locus, ut si ne Imperator quidem, qui sapiens nõ est, liber sit, alios non esse liberos ostendat, qui sapientes nõ sint. ▽ Libero. } Antiquo iure Romanorum seruis militare non licebat. Itaque secundo bello Punico post pugnam Cannensem inopia liberorum hominum octo millia iuuenum ualidiorũ ex seruitijs prius emerunt, & libertate donauerunt, quàm armauerint, ut est apud T. Liu. lib. 22. Authore Marciano Iurisc. lib. Digest 49 de re militari ab omni militia serui prohibentur, alioqui capite puniuntur. Imperator igitur nisi liberis non imperat: sed ne ipse quidẽ Imperator esse potest, nisi liber sit. Nam nemo Imperator est, qui magistratus non sit, magistratus autem solis ciuibus mandatur. Qui nõ potest cupiditatibus suis imperare. } Lactã. lib. diuinarum institutionum primo, Herculẽ fuisse fortem negat, quod cupiditatibus suis imperare nõ potuerit Non, inquit fortior iudicãdus est, qui leonem quàm qui uiolentam & in sesp so inclusam feram superat iracundiam: aut qui rapacissimas uolucres deijcit, quàm qui cupiditates auidissimas coercet: aut qui Amazonem bellatricẽ, quàm qui libidinem uincit, pudoris ac famæ debellatricem: aut qui fimum de stabulo, quàm qui uitia de corde suo egerit. Quæ magis sunt perniciosa, quia domestica & propria mala sunt, quàm illa quæ poterãt uitari & caueri. Ex quo fit, ut ille solus uir fortis debeat iudicari, qui tẽperatus est & moderatus et iustus.

ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ, ἐλεύθεροι· πάντες δὲ μωροὶ, δοῦλοι. idest,

Quòd omnes sapientes liberi sint; omnes uero stulti, serui.

PARADOXON V.

LAudetur uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo? aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet * primum libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, cæteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbissimis dominis dedecori, ac turpitudini parere desierit. dum quidem his obediet, non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit. Præclare enim est hoc usurpatum à doctissimis, * prius

quorum authoritate non vterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio: cum vero apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt; cur ergo simulem, me, siquid in his studijs operæ posuerim, perdidisse? Dictum est igitur ab eruditissimis viris, nisi sapientem liberum esse neminem. Quid est enim libertas? potestas viuendi, vt velis. Quis igitur viuit vt vult; nisi qui recta sequitur; qui gaudet officio; cui viuendi via considerata, atque prouisa est? qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maxime esse iudicat: qui nihil dicit, nihil facit; nihil cogitat denique nisi libenter, ac libere: cuius omnia consilia, res'que omnes quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq; referuntur: nec est vlla res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas, atque iudicium? Cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus. Soli igitur hoc contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Quod etsi ita esse pluribus verbis disserendum est; illud tamen & * breue, & confitendum est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Igitur omnes improbi, serui. Nec hoc tam re est, quàm dictu inopinatum, atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: sed si seruitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo; quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? An ille mihi liber * videtur, cui mulier imperat? cui leges * imponunt, præscribit, iubet, vetat quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? poscit, dandum est; vocat, veniendum: eycit; abeundum; minatur, extimescendum. Ego vero istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. Atque vt in magna familia stultorum, sunt alij lautiores, vt sibi videntur, serui, sed tamen serui, atrienses, * ac tu pari stultitia sunt quos signa, quos tabulæ, quos cælatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. Et sumus, inquiunt, principes ciuitatis. Vos vero ne conseruorum quidem vestrorum principes estis. Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum ser-

Cic. de Offic.

Nemo liber nisi sapiens

* breui cōficiendum est.

* uideatur,

* imponit,

* serui atriēses sed tamē serui æque ac tu

...stus. Quòd solus sapiens liber sit scribit Cice. in lib. de Finibus. 3. Quàm grauis, inquit, q̄ magnifica, q̄ constans cōficitur persona sapientis? Qui cū ratio docuerit quod honestū esset, id esse solū bonū, semper sit necesse est beatus: uereq; omnia ista nomina possideat, quæ irrideri ab imperitis solēt. Rectius.n. appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. Rectius magister populi, is.n. est Dictator, q̄ Sylla, qui triū pestiferorū uitiorū, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues, q̄ Crassus, qui nisi eguisset, nunquā Euphratē nulla belli causa transire uoluisset. Recte omnia dicentur eius, qui scit uti solus omnibus. Recte etiā pulcher appellabitur. animi.n. lineamēta sunt pulchriora q̄ corporis. Recte solus liber, nec dominationi cuiusquam parens, nec obediens cupiditati. Recte inuictus, cuius etiamsi corpus constringatur, animo tamen uincula iniici nulla possint. ⁋ Teneat } i. cohibeat & refrenet, ne quid per iracundiā turpiter faciat. ⁋ A' doct. } Stoicis. Alioqui doctissimos homines appellat poetas. ut pro Milone: Non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderūt, etc. ⁋ Potestas ui. ut ue. } Eadē sententia perscripta est in lib. de Offi. 1. Vixerunt nōnulli in agris, delectati re sua familiari. His idem propositū fuit, quod & regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent. libertate uterētur: cuius propriū est, sic uiuere ut uelis. Viuere autem ut uelis nō est, ut uulgo persuasum est, uiuere in lustris et ganeis sine cuiusquā metu: sed id honestam quandam uiuendi rationem præ se fert, ut hoc loco docet Cicero. ⁋ Officio. } id est honesto, eo. s. quod efficere debeat. ⁋ Via } i. modus. ⁋ Nō propter metum. } Authore Cicerone pro A. Cluentio, Legum idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. ⁋ Libere } i. nulla cupiditate suadente, aut cogēte. ⁋ Ab ipso } i. ab ipsius animo, nō à cupiditatibus. ⁋ Quæ uim habere maximam dicitur. } Fortuna est domina rerum & externarum, & ad corpus pertinentium, ut ait Cicero in libro Tusculanarum Quæstionū. 5. Qui in lib. de Officijs secundo magnā uim esse in fortuna dicit in utranque partem, uel secundas ad res, uel aduersas. Nam & cū prospero flatu eius utimur, ad optatos exitus prouehimur: & cū reflauit, affligimur. De ui fortunæ quia alij multi scriptores tradiderunt, illud solū ascribamus, qd' est apud Plin. cap. 7. lib. 2. Toto, inquit, mundo, & locis omnibus, omnibusq; horis, omniū uocibus fortuna sola inuocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuicijs colitur. Volubilis à plerisq; & cæca etiā existimata, uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorumq; fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utrāq; paginam facit. ⁋ Fortuna ipsa cedit. } Nihil.n. bonum nisi uirtutem sapiens existimat. uirtus autem nullum habet cum fortuna commercium. quin potius uirtuti fortuna cedit igitur & sapienti. Id adeo uerū est, ut Metrodorus Epicureus, quoniam sine uirtute beate uiui posse Epicurus negabat, illa dicat apud Ciceronem libro Tusculanarum Quæstionum. 5. Occupaui te Fortuna, atq; cepi, omnesq; aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses. ⁋ Sicut sapiens poeta. } Hunc arbitror esse Appium, de quo Salustius in oratione ad C. Cæsarem de Repub. ordinanda: Res, inqt, docuit id uerum esse, quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse quenq; fortunæ. ⁋ Suis quis. fin. morib. } non autem fingitur fortunæ. Nam fortunæ suæ quisque faber est. Suam quisq; fingit fortunam. Igitur sua cuiq; præsertim sapienti fortuna cedit. ⁋ Cōficiendū } i. cōcludendū. ⁋ Nō.n. ita dicunt eos esse ser. } Quod

omnes improbi serui sint, non sunt serui, ut qui à dominis empti sunt. Illi.n. sunt serui animo, hi autem serui corpore. Et quanto animus corpore excellentior est, tanto illorum q̃ horum seruitus grauior est. ¶ Pacta n. xu. } Nexus erat quædã iuris solemnitas, quæ in rerum abalienatione fieri solebat. Caij Iurisc. de nexu faciendo illa uerba sunt: Est, inquit, mãcipatio imaginaria quædam uenditio, quod ipsum ius proprium est ciuium Romanorum. Eaq; res ita agitur. adhibitis non minus q̃ quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneã teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Ego hunc hominem ex iure Quiritiũ meũ esse aio, isq; mihi emptus est huius ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit librã: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit quasi pretij loco. Nulla autẽ res lege 12. tabularũ aliter nisi per hanc solennitatẽ abalienari poterat. ¶ Aut ali. m. ci. } Alijs.n. multis modis seruus habebatur, ut ẽ apud Quintil. li. 5. Nã etiã seruus erat aut uerna, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus. ¶ Si ser. est. } De seruitute animi, non corporis intelligit. ¶ Leues } .i. uiles, nec ullo honore dignos. Id .n. leuis, authore Gellio, significat. ¶ Cui mu. im. } Libidinosos homines & mulierosos negat esse liberos, quod cupiditatis causa mulieribus seruiant. Quemadmodũ de Hercule scripsit Quintil. lib. 3. quòd cũ regina Lydiæ Omphale uestitũ mutauerit, & imperata pensa tractauerit.

Quod amplius scripsit Diodorus Siculus lib. 5. ¶ Nequissimũ ser. } Nequã dici quasi nequicquã, extincta media syllaba: eũq; nequã esse, qui neq; rei, neq; frugis bonæ sit, est apud A. Gelliũ lib. 7. ¶ Etiã si in amp. fa. natus sit } .i. quãuis amplissimis & nobilissimis parentibus natus sit. ¶ In mag. fam. stulto. } Fortasse

* Actæonis

* omitto,

* captantẽ

* seruire co.

Adolescentes d. e. r., qui iu(?) los ... (marginal note, partly illegible)

uitutis tenent; sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius ciuitatis locum pene infimum obtinent. Magna, inquis, bella gessi; magnis imperijs, & prouincijs præfui. Gere igitur animum laude dignum. *Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. *Mitto vnde sustuleris, & quomodo habeas: intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video; seruum te esse ineptiarum omnium iudico. Non'ne igitur sunt illa festiua? Sunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non vt vincula virorum sint, sed vt oblectamenta puerorum. Quid enim censes? si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cũ ipse totam Corinthum contempsisset; vtrum illum ciuem excellentem, an atriensem seruum diligẽtem putaret? Reuiuiscat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa, ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit, præter ipsos; & videat aliquem summis populi beneficijs vsum, barbatulos mullulos *exceptantem de piscina, & pertrectantem, & murænarum copia gloriantem: non'ne hunc hominem ita seruum iudicet, vt ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? an eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Hæreditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Loquitur ad voluntatem: quicquid *denunciatum sit, facit: assentatur, assidet, muneratur. Quid horum est liberi? quid denique non serui inertis? Quid iã illa cupiditas, quæ videtur esse *liberalior, honoris, imperij, prouinciarum: quàm dura est domina, quàm imperiosa, quàm vehemens? Cethego homini non probatissimo *seruire res coegit eos, q sibi esse amplissimi videbantur; munera mittere, noctu venire domum ad eum, precari, deniq; supplicare. Quæ seruitus est, si hæc libertas existimari potest; quid? cum cupiditatum dominatus excessit, & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor? Quàm est illa misera, quàm dura seruitus? Adolescentibus paulo loquacioribus est seruiendum: omnes qui aliquid scire videntur, tanquã domini timentur. Iudex vero quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? An non est omnis metus, seruitus? Quid valet igitur illa eloquentissimi viri L. Crassi copiosa magis, quàm sapiens oratio? ERIPITE NOS EX SERVITVTE.

seruorũ, nõ stultorũ legendũ sit. Nã Oscorũ lingua famel seruus dicitur, unde familia uocata est, ut author est Sex. Põpeius, qui inis idẽ paulo ante scribat, famuliã antea in liberis hominibus dici solitã. inde patrẽ & matrẽ familiæ postea hoc nomine famulos appellatos. Romani ueteres, ut ait Macrob. lib. Saturnaliũ. 1. omnẽ dominis inuidiã, omnẽ seruis cõtumeliã detrahentes, dominũ patremfamilias, seruos famulares appellauerunt. In seruorũ autẽ familia aliud aliorũ officium est. Sed qui fideliores, honoratiores, lautiores erant, hi atrienses appellabantur, quòd in atrio dominorũ diuitias, signa, tabulas, imagines maiorũ custodirẽt. quẽadmodum qui erant uiliores & abiectiores, mediastini dicebãtur quod in medio stantes, parati essent ad omniũ imperia. Veluti in domibus nobilium sunt ministri, qui uulgo appellantur famuli p cortẽ. Nõnullis aũt ciuibus Romanis tã magnæ seruorũ familiæ fuerunt, ut M. Crassus, authore Plutarcho ĩ eius uita, ad quingentos seruos fabrilis artis & architecturæ peritos emerit.

¶ Ac tu pa. stult. quos sig. etc. } Si emẽdata lectio est, sententia est Tu es simili stultitia, atque sunt serui atriẽses, quos signa, aliaq; q̃ ipsi in atrio custodiũt, delectãt. ¶ Celatũ argẽ. } .i. uasa, aliaq; opera argẽtea celata. ¶ Corinthia ope. } .i. ex ære Corinthio facta. Aeris Corinthij tria sunt genera, authore Plin. cap. 2. lib. 34. Vnũ candidũ, argento nitore q̃ proxime accedẽs. Alterum, in quo auri fulua natura. Tertiũ, in quo æqualis omniũ tẽperies fuit. Eodẽ authore cap. 8. eiusdẽ libri: Si signis, quæ Corinthia uocant, plerique in tantũ capiuntur, ut secũ circumferant, sicut Hortẽsius Sphingẽ Verri reo ablatã, Nero Amazonẽ, et paulo ante C. Cestius signũ quod secũ & ĩ prælio habuit. ¶ Ex sum. etc. } .i. nos nati ex summis ciuitatis, simus principes .i. primarij ciues. ¶ Ne seruo. } Conseruorum

* nunciata

* liberior

seu hoc qd fit

* nisi uobis uniuersis,q. bus & pos sumus, et de bemus. Do- minum mu.

Quæ est ista seruitus, tam claro homini, tamq; nobili? Omnis.n.animi debilitati, et humilis, & fracti timiditas, seruitus est. NOLITE SINERE NOS CVIQVAM SERVIRE. In libertatem vindicari vult? Minime. Quid enim? adiūgit, * NISI VOBIS VNIVERSIS. Dominū mutare, nō liber esse vult. QVIBVS ET POSSVMVS, ET DEBEMVS. Nos vero, siquidē aio excelso, et alto, et virtutibus exaggerato sumus; nec debemus, nec possumus. Tu posse te dicito, quandoquidem potes: debere ne dixeris; quoniam nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed hæc hactenus. Ille uideat quomodo imperator esse possit; cum, cum ne liberum quidem esse, ratio, & veritas ipsa conuincat.

alij legunt, ut cohæredes & cōdiscipulos dicimus. ¶ Qui tra. ista.} Hi autem serui mediastini sūt. ¶ ista}.i.signa, tabulas, etc. quæ in atrio asseruātur. ¶ Qui uin.} ut magis niteāt, & ne rubigo aut ærugo incōmodum afferat. ¶ Magnis im}ut Præturæ aut consulatui, aut exercitum. ¶ Actæonis.} Echionis legēdū est. Plin.cap.7.lib 35. clarissimos illos pictores nominat, Apellē, Eechionē, Melanthū, & Nicomachū, quorū tabulas singulas opibus oppidorum uenisse dicit. Eodē authore cap.10. eiusdē libri, illæ sunt Echionis picturæ nobiles, Liber pater, Semiramis ex ancilla regnum adipiscens, Anus lampadas præferens, & noua nupta uerecundia notabilis. ¶ Aut si.ali Poly.} Polycletus Sicyonius nobilis fuit statuarius, in faciēdis signis ære Deliaco usus est. Multa eius opera Plin.cap.8. lib.34. enumerat. Huius signa nōnulla esse in atrio Titi imperatoris dicit, quo opere nullū absolutius plerīq; iudicāt. ¶ Sustuleris}.i.iniuste acceperis. ¶ Clamores tol.} Id in magnæ rei alicuius admiratione fieri solet. ¶ Ineptiarū}.i.rerū ineptarū.ut tabularū, signorū, aliorūq; eiusdē generis ¶ Nōne igi.&c.} Hoc possit obijcere quispiā, quē signa, tabulæ, &c.} delectēt. Ei Cic. respōdēs: Sunt, inquit. Nā nos quoq;, &c. ¶ Festiua}.i.pulchra & iucunda, qualia sunt ea quæ festis diebus delectāt. ¶ Eruditos}.i.qui pulchra re.uenusta, & artificiosa oblectentur. ¶ Nō uin.ui.sint}.i.uiros nō faciant seruos. ¶ Si L.Mū.} L. Mummius Cōsul omni Achaia in deditionē accepta Corinthū ex Senatuscōsulto diruit, quia ibi legati Romanorū uiolati fuerant. Signis tabulisq; urbē Romā repleuit. Isq; primus tabulis externis authoritatē Romæ fecit. Eius uictoria mores populi Romani ad Corinthia & tabulas pictas inclinauit, ut L. Scipionis & Cn. Manlij ad cælatū argentū & uestes Attalicas, ut Pompeij Magni de Mithridate ad margaritas gemmasq;. Abstinentissimū uirū egit Mummius in urbe diruenda. nihil.n.ex ijs opibus ornamētisq;, quæ prædiues Corinthus habuit, in eius domū peruenit: ut è uita ipse excesserit nō relicturus filiæ dotē. Authores sunt Plin. cap.7.lib. 34. cap.4 lib.35. & cap.1 lib.37. et T.Liuius lib.52. ¶ Matellione.} Matellio, ut ait Sex.Pompeius, uas urinæ est. Authore Plin.cap.2. lib.34. Vasa Corinthia sculptores transferunt modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarū respectu. Trullā autē pro uase stercorario accipiunt. ¶ Totā Corint.}.i.totā Corinthi prædā. Quæ tanta fuit, ut unā Aristidis tabulā Liberū patrē cōtinentē, rex Attalus à L. Mummio sex millibus sestertiū emerit: ut ait Pli.cap.4.lib.34. ¶ Diligentē} quòd matellionem diligēter tractaret. ¶ M.Curius.} De hoc dicemus Paradoxo proximo ¶ Videat ali.} ut L.Philippū, Q.Hortensiū, Licininū Murenā, L.Lucullū. ¶ Summis pop.benefi. usum}.i.uirū Cōsularē. Cōsulatus.n.summus erat Romæ magistratus. Is autē populi Roma.suffragio mandabatur. Id aūt suffragium erat populi beneficium, quod in mandando Cōsulatu summum erat. ¶ Barbatulos mu.} Mulus piscis est marinus litoralis & gregalis, barba gemina insignitus in labro inferiori. Pli.cap.17.lib.9. author est, ubi multa de hoc pisce, quē ob id Veneti barbonē uulgo appellāt ut Perottus ait. Nos à barba barbonē piscem uulgo appellamus, sed qui in fluminibus capiatur. Mulus marinus tāto in pretio fuit apud ueteres, ut Asinius Celer uir Cōsularis mulū unum septē millibus nummū mercatus sit: ut ex Samonici sentētia Macrobius lib. Saturnaliū.3 scribit, octo millibus nummū fuisse emptū. & Asiniū Celerē Claudio principe fuisse, Plin.ait. Mulullos autē per diminutionē dixit, uel ut notaret maiorē uirorum Cōsularium stultitiā uel quia hi pisces parui sunt. Nā Plin. hūc piscē esse dicit magnitudine modica, binasq; libras ponderis raro admodū exuperare, nec in uiuarijs piscinisq; crescere. Hos tamē, ut inquit, septentrionalis & proxima occidētis parte gignit Oceanus. ¶ Exceptātē}.i.sæpe capientē ¶ De pi.} Lacus & stagna, quæ piscibus uiuis coercentur clausa suo atq; proprio nomine piscinas nominauerūt, ut ait A.Gellius ca.15.lib.2. Quòd in piscinis uiui pisces clausi coerceantur, eas etiā uiuaria Plin.lib.9. sæpe appellat. Quòd in uiuarijs piscinisq; neget Plinius mulos crescere, id aliū habet intellectū: mulos ex Oceano in uiuaria & piscinas trāsferri, sed ibi nō crescere. ¶ Pertractantē.} manibus ¶ Murenarū co.glo.} L.Licinius Crassus orator, uir Censorius, murenā in piscina domus suæ mortuā, atratus tanquā filiam luxit. Id ei collega Cn.Domitius cū in Senatu tāquā turpe obiecisset, tantū abfuit ut cōfiteri erubuerit, ut etiā gloriatus sit Censor piam rē & affectuosam fecisse. Author est Macrob.lib.Satur.3. Idē scribit, Licinios Crassos appellatos Murenas, quòd ijs murenæ fuerunt charissimæ. Quo eodē i loco scripsit, nobilissimos illos principes L. Philippū, et Q.Hortensiū piscinas habuisse refertas piscibus pretiosissimis, itaq; hos à Cice. piscinarios appellato. M. Cato minor, ut idē scribit, hæres Lucilij factus, pisces de eius piscina 40. millibus uendidit. C.Cæsar dictator, cū triumphales cœnas populo daret, sex millia murenarū à C.Hirrio ad pōdus mutuo accepit. Nā permutare pretio aliā ue merce Hirrius noluit, ut ait Plin.ca.55.li.9. Eodē i loco scribit, Hortēsiū murenā ita dilexisse, ut exanimatā flesse credatur. ¶ Maiore ali.ne.} q̄ ut pisces p tractet: aut maiore.i.multū magno. ¶ An eo.ser.du.est}.i.an dubiū sit eos esse seruos. ¶ Cupiditate pe.} Peculiū à Tuberone definitur, ut sit qd' seruus domini pmissu separatum à rōnibus dominicis habet, deducto inde si qd domino debetur. Dictū est aūt peculiū, q̄si pusilla pecunia siue patrimoniū pusillū. Author est Vlpianus lib. Digestorū.15. De peculio Sex.Pōpeius Peculiū seruorū à pecore dictū, ut pecuniā patrumfamilias aut nobiliū. De peculio Valla lib.6. plura scribit, ubi locū hūc citat. ¶ Hæreditatis sp.} Sensus est, Sperās hæreditatē alicuius, ut eius animū alliciat, ei q̄ inique inseruit! Erat aūt apud Roma. ueteres testamētorū libertas. Alienū.n. ut ppinquū, hæredē facere licebat ¶ Quid ini.} Authore Cice. lib. de Repub.3. ut est apud Nō. Marcellū, iniustæ seruitutis genus est, cū hi sunt alterius qui sui possunt esse. ¶ Locupletis.} ut maiorē habeat hæreditatem. ¶ Orbi.} id est liberos nullos habētis, ut facilius hæres fiat. ¶ Seni.} ut hæres fiat citius. ¶ Quid id illa cupi.} Ambitiosos seruos esse probat, quòd cupiditati seruiant.

Miserrima est omnino ambitio, honorumq; cõtẽtio, ut ait Cic.li.de Offic.1. Authore M. Varrone, ut est apud Nõ. Marcellũ, tãta inuasit cupiditas honorũ plerisq;, ut uel coelũ ruere, dũmodo magistratũ adipiscãtur, exoptẽt. ¶ Quæ ui.ef.li. } Magistratus.n. quod alijs imperẽt, uidentur liberiores. ¶ Honoris } i.magistratus. ¶ Imperij }.i.ut sis prætor, aut Cõsul, & prouinciã sorte obtineas. ¶ Cethego bo.nõ pro. } Haud scio an Cethegus sit is, qui postea Catilinæ socius fuerit de quo in carcere sumptũ suppliciũ sit. Huius tamẽ uita obscœna, libidinũ ac flagitiorũ plena erat. Nihilominus ciuitatis Romanæ princeps uidebatur: nec Senatus quicquã cẽsebat, aut populus iubebat, nisi quod Cethego placuisset. Is insignẽ meretricẽ Romæ familiariter colebat, nomine Preciã, quæ & formæ ut uenustate, & sermonis comitate reliquas oẽs longe præstabat. Itaq; multos nobiles ex Romana iuuentute sibi amores deuinxerat. Qua ex cã quæ in Repub. gerebãtur, cognoscebat, ciuiũ discordias cõponebat, amicitias cõfirmabat. Accedẽte Cethego amatore, maior huius in Repub. fuit potentia. Nec quicquã Cethego probabatur, nisi quod Precia iussisset. Octauius, qui Ciliciã prouinciã ministrabat, id tẽporis mortuus est. L. Lucullus Cõsul nimiũ gloriæ cupidus Mithridaticũ bellũ decerni sibi maxime cupiebat. id se assecuturũ sperabat, si Ciliciã Cappadociæ proximã obtineret. Itaq; Preciã tũ donis, tũ blanditijs sibi deuinxit, eiusq; beneficio id assecutus est, ut Cethegi suffragio Ciliciã obtinuerit. Hoc licet fusius legere apud Plutarc. ĩ uita Luculli. ¶ Res. } i.prouinciæ & gloriæ cupiditas. Lucullũ Cethego seruisse hic Cic. dicit, quẽ seruisse Preciæ, apud Plutarchũ est. ¶ Qui si.ef.amp.ui. } i. L. Lucullũ Cos. Cõsulatus.n. amplissimus magistratus erat. Plurali aũt pro singulari usus est, ut sit intellectio. ¶ Quæ ser.est. } Argumẽtũ à cõtrario est. ¶ Cũ cu.do.ex. } .i cũ quis pecuniã aut imperiũ nõ cupit amplius, sed adeptus est iniuste. ¶ Paulo lo. } qui cõsilia fidei suæ credita celare nõ possunt. Quæ.n. norũt, aut metu, aut leuitate facile effutiunt. Aut quia adolescẽtes ex magnorũ uirorũ accusatione probitatis & eloquẽtiæ laudẽ capessere solebãt, ut est in li.de Off.2. in qua sentẽtia locũ hũc intelligi Valla li.6. author est. ¶ Paulo lo. } Adolescẽtes.n. ex schola prodeuntes, in accusando senibus in foro iãdiu uersatis loquaciores erãt. ¶ Est ser. } Nã ut ait Iuuenalis Saty.3. Quis nũc diligitur, nisi cõscius, & cui feruẽs Aestuat occultis animus, semperq; tacẽdis? Nil tibi se debere putat, nil cõferet unquã, Participẽ qui te secreti fecit honesti. Charus erit Verri, q Verrẽ tẽpore quo uult Accusare potest. ¶ Qui ui.ali.sci. } à nobis factũ esse turpiter.s. ¶ Quid ua.igi. } Quãtum conijcere licet, hæc L. Crassi uerba sunt ex quadã cõcione ad populũ Ro. qua dissuasit ne Cinna, Marius, Carbo, & Sertorius cũ patria bellũ gerẽtes, in urbẽ reciperẽtur. In ea aũt cõcione illa uerba fuerũt, Eripite nos è seruitute, nolite sinere nos cuiquã seruire, nisi uobis uniuersis, quibus possumus & debemus. Is autẽ est L. Crassus orator, de quo sæpe Cice. & T. Liui. lib. 80. meminerũt. ¶ In li.un } i.è seruitute eripi. ¶ Nisi uo. uni. } i.uniuerso popu.Ro. ad quẽ hæc oratio habebatur. ¶ Exaggerato } i.cumulato. Stoici.n. uirtutes ita inter se connexas esse dicebant, ut nemo unum habere posset, quin haberet reliquas. ¶ Non reddere. } id est non soluere. ¶ Ille uideat. } M. Antonius, de quo in principio huius Paradoxi intelligere uidebatur.

¶ Laudetur uero. } Incipit ab hypothesi, & hinc ad sentẽtiã thematis progreditur. Designat aũt M. Antoniũ Triũuirũ, in quẽ hoc paradoxo tacite inuehitur, negãs hũc pp intẽperãtiã, & cupiditatẽ liberum esse. Locus est ex adiacentibus personæ, quæ sunt propria seruitutis. ¶ Præclare enim. } Profert authoritatem doctorum, & probat quod dixit, sed occupatione præmittit sententiam, & confirmat ex definitione libertatis, quam pluribus uerbis exprimit. LATO.

¶ Soli igitur. } Conclusio, solum sapientem liberum esse. Et huic mox subiungit antithesim, quæ est altera pars thematis, omnes improbos esse seruos: quod pluribus uerbis prosequitur usque ad finem. ¶ Non enim. } Exponit nomen seruitutis, & inde mox ducit argumentum ex ui nominis, & rei: omnem impotentiam fracti animi seruitutem esse, ergo omnes cupidos & intemperantes, seruos. Redit ad Antonium, & argumentatur ex repugnantibus. ¶ Vos uero. } Occurrit obiectioni, quam rursus similitudine declarando refellit. ¶ Magna, inquis. } Alia obiectio, quam tacite dimouet à proposito, & ex repugnantibus dissoluit. Repugnant enim, cupidum ullius rei, & liberum esse. ¶ Sunt. Nam. } Occupatione præscribit temperantiam uoluptatibus adhibendam esse, et exemplis confirmat, quæ uim testimoniorum obtinent ¶ Mullulos. } Mullus piscis genus, haud absimile ei, quem barbum Germani uocant. ¶ An eorum. } Loquitur de auaris, quos et ipsos seruos esse confirmat. Probat ab incommodis eorum, quæ sunt propria seruitutis. ¶ Quid iam. } Probat idem de ambitiosis, hos quoque seruos esse: mox idem de metu, et conscientia ostendit. Ducit enim ordinem inductionis, eundo per species, ex quibus uniuersæ stultitiæ seruitutem colligit. ¶ Quid ualet. } Probat Crassi exemplo et uerba ex oratione eius proferens, illum ut timidum reprehendit ¶ Nisi nobis. } Inducit uerba Crassi quæ ille in senatu habuerat contra Philippum cõsulẽ.

ERAS. ¶ Suis quisq; fingitur moribus. } In alijs scriptũ cõperi, finguntur & rectius sanè. Neq;.n dubiũ quin retulerit ad prouerbiale dictum, cuius meminit Cornelius Nepos in uita Pomponij: Suã cuiq; mores fingunt fortunã. Proinde & hic legendũ arbitror, Suis cuiq; moribus fingitur, aut certe, ut minimũ demutemus, Suis cuiusq; moribus fingitur ¶ Matellionẽ. } Arbitror dici signũ repræsentans seruum porrigẽtẽ matulã ¶ In libertatẽ uindicari uult? Minime. } Hic in nõnullis codicibus adduntur ea, q̃ paulo inferius adijciuntur, qbus & possumus, et debemus. Rursus q̃ sequuntur, qbus et possumus, et debemus, uidẽtur à cõtextu reuulsa. Sic.n. apparet legẽdum: Quid.n. adiungitur, nisi uobis uniuersis, quibus et possumus et debemus? Dominum mutare, non liber esse uult. Nos uero si quidem, &c.

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. id est, Quód solus sapiens diues sit.

PARADOXON VI.

QVæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? solúsne tu diues? Pro dij immortales: egóne me audiuisse aliquid, & didicisse non gau-

SYLVIVS ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. id est, Quod solus sapiens diues.

HOc quoq; Paradoxon Socraticũ est. Socrates enim apud Platonem in Phædro, deos orat ut sapientẽ solũ diuitẽ existiment. Idem rogatus, an quisquam Crœso, qui regum omniũ opulentissimus erat, beatior esset: nescire se quantũ haberet uirtutis, respondit. Significabat.n. ne diuitẽ quidẽ eũ esse, nisi sapiẽs esset. Authore Valerio Maximo lib.7. de sapiẽter dictis et factis: Gyges regno Lydiæ armis & diuitijs abundantissimo inflatus, Apollinem Pythium sciscitatum uenit, an quisquã mortaliũ se esset felicior. Deus ex abdito

sacrarij

ſacrarij ſpecu uoce miſſa, Aglaũ
Pſophidiũ ei prætulit. Is erat Ar
cadũ pauperrimus, ſed ætate iã
ſenior, terminos agelli ſui nun-
quã exceſſerat, paruuli ruris fru
ctibus ac uoluptatibus cõtentus.
In hoc aũt Paradoxo primũ Ci
ce. probat eũ eſſe diuitem, nõ qui
multa poſſideat, ſed qui ſuis re-
bus contentus ſit: deinde eũ uere
* es. diuitem eſſe, qui uirtutẽ habeat.
¶ Quæ eſt iſta. } Ad M. Craſ-
ſum diuitem uerba dirigit. Illud
Paradoxum, Sapientẽ eſſe diui-
tẽ, Craſſus ita deflectebat, ut di-
ceret eũ qui diues eſſet, ſapientẽ
eſſe. Cũ igitur Stoicos placere
ſibi diceret, quod bonũ uirũ ſa-
pientẽ diuitem eſſe oſtenderent:
unde, inquit Cice. ne illud magis
oſtenderent, omnia in ſapiente ſi
ta eſſe. Craſſo.n. auaritiæ macu
la inuſta erat. Author eſt Plu-
tarchus in uita Cicero. Cicerone
authore in lib. de Finibus. 3. ut an
te diximus, rectius ſapiẽs appel
labitur diues q̃ Craſſus, qui niſi
eguiſſet, nunquã Euphratẽ nulla
*satis belli cauſa tranſire uoluiſſet.
Ad hunc Craſſum pertinere poſ
ſit illud, quod multo ante ſcripſe
rat Cato de liberis educandis,
ut eſt apud No. Marcellũ: Per-
ſpicuũ eſt maiorẽ curã habere
nos marſupij, q̃ uitæ noſtræ.
Quẽ diuitẽ n appellabat Craſſum. ¶ Tã inſo. oſtenta. } Solent qui
diuites ſunt, & glorioſi, diuitias
ſuas oſtentare. Memorabile eſt
illud Valer. Max. lib. 3. de pau-
pertate: Cornelia, inquit, Grac-
* ex eo chorũ mater, cũ Campana ma-
trona apud illã hoſpita, ornamẽ
ta ſua pulcherrima ſeculi illius
oſtenderet, traxit eam ſermone,
quouſq; è ſchola redirent libe-
ri. Et hæc, inquit, ornamẽta mea
ſunt. Omnia nimirum habet, ut
idẽ ibidẽ dicit, qui nihil concupi-
ſcit, eo quidẽ certius, q̃ qui cun-
cta poſſidet, quia dominiũ rerũ
collabi ſolet, bonæ mentis uſur-
patio nullũ triſtioris fortunæ re
cipit incurſum. ¶ Audiſſe. } à
præceptoribus, & præcipue
Stoicis. Stoicũ Diodorũ Cic. au
Diuiſiones, in diuerſas miſſiones. diuit. isq; in domo Cice. mortuus
eſt, ubi habitauit & uixit: ut aũt

deam? Solus' ne tu diues? Quid ſi ne diues quidẽ? quid ſi pauper etiã? Quem. n. intelligimus diuitem? aut hoc verbum, in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contẽtus ſit; qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim tuus oportet ſe iudicet diuitem, nõ hominum ſermo, neq; poſſeſſiones tuæ. Qui * nihil ſibi deeſſe putat, nihil curat amplius; ſatiatus eſt, aut contentus etiam pecunia: concedo, diues * eſt. Sin autẽ propter auiditatem pecuniæ nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordini ne honeſtus quidem poſſit eſſe vllus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, auſers, eripis; ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas; ſi teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipſe ſupponis: hæc vtrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis diues, non arca appellari ſolet: quamuis illa ſit plena, dum te inanem video, diuitem non putabo. Etenim ex eo, quantum cuique ſatis eſt, metiuntur homines diuitiarum modum. Filiam quis habet; pecunia eſt opus: duas, maiore; plures: maiore * etiam. Si, vt aiunt, Danai quinquaginta ſunt filiæ; tot dotes magnam quærunt pecuniam. Quantum enim cuiq; * opus eſt; ad id accommodatur, vt ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaurire poſſint: hunc quomodo ego appellabo diuitem, cum ipſe egere ſe ſentiat? Multi ex te audierunt, cum diceres neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus; quod populus Romanus ex tantis vectigalibus iampridem vix poteſt. * Igitur, hoc propoſito, nunquam eris diues ante, quàm tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt * eo tueri ſex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia poſſis. Iam fateris igitur non eſſe te diuitem: cui tantum deſit, vt expleas id, quod exoptas. Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. Nam, vt ijs, qui honeſte rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis; intelligimus opus eſſe quæſito: ſic, qui videt domi tuæ pariter accuſatorum, atque iudicum conſociatos greges; qui nocentes, & pecunioſos reos eodem te authore corruptelam iudicij molientes; qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs interciſas; pecuniarum in * concionibus candidatorum, dimiſſiones libertorum ad fœnerandas, diripien-

idẽ Cice. de Claris oratoribus.
¶ Liberaliter }. i. honeſte, et ſine
cuiuſquã iniuria. Itaq; nihil quæ
rat, nihil appetat, nihil optet am
plius. ¶ Hominum ſer. }. i. fama
hominũ de te. ¶ Nullũ quæ. tur.
pu. } M. Craſſus uirtutes, quas
habuit plurimas, unius auaritiæ
ſordib. obſcurauit. Hoc. n. præci- * ſi tibi ni
puũ in ipſo uitiũ, cætera q̃ in ip- hil deeſſe p
ſo fuerunt, longe ſuperauit. Hu- tas, nihil cu
ius rei clariſſimũ teſtimoniũ præ ras ãplius
bet magnitudo diuitiarum, quas ſatiatus es,
breui admodũ tẽpore ſibi cõpa-
rauit. Author eſt Plutarchus in
principio uitæ M. Craſſi, ubi
aſcribit q̃ iniuſte tantas diuitias
cõparauerit ¶ Iſti or. } Senato-
rio, ex quo tu es. Authore T. Li
uio li. 22. Q. Claudius Tribu-
nus plebis legẽ tulit, ne qs Sena-
tor, quiue Senatoris pater fuiſ-
ſet, maritimã nauẽ, q̃ pluſq̃ trecẽ
tarũ amphorarũ eſſet, haberet.
Id ſatis habitum ad fructus ex
agris uectãdos. His uerbis ſigni *: & ſi, u
ficat, mercaturã oĩmq; aliũ q̃ſtũ
Senatori turpẽ eſſe. ¶ Paciſce-
ris. } iniuſte. ſ. ¶ Socios. } Populi
Rom. aut tuos, qbuſcũ ſocietatẽ
coiſti. ¶ Aerariũ ex. } M. Craſ-
ſum ſuo et Põpeij Cõſulatu. 3. ra
puiſſe duo millia põdo auri è Ca
pitolini Iouis ſolio, à Camillo ibi
cõdita, Plin. author eſt ea. 1. lib.
33. Vt ne ærario qdẽ abſtinuiſſe
credas, qui tali ſacrilegio ſe ob-
ſtrinxerit ¶ Si te. ami. ex. q̃. atq; * ergo
ip. ſup. } In codice antiquo melius
ſcriptũ mihi uidetur ad hũc mo-
dũ, Si teſtamẽta amicorũ expe-
ctas, atq; te ipſe ſupponis. Apud
Vallã li 6. ita lego, Si teſtamẽta
amicorũ expectas, ac ne expe-
ctas quidem, atq; ipſe ſupponis.
Hæc lectio mihi uideretur me-
lior, ſi loco atq;, ſed ſcriberetur.
Supponere eſt, falſum et adulte-
rinũ loco ueri ſubijcere: ut cũ qs
matri ſublato filio, eius loco aliũ
ut ita dicã, reponit, partũ ſuppo
nere dicitur. Inde ſupponere teſta
mẽtũ, ẽ falſum p uero ſubijcere.
Et ſuppoſita pſona, cũ qs aliũ ſe
eſſe ſimulans, eius nomine teſta- * coitiõibus
mẽtũ, aliud'ue quid facit: ut apud
Ciceronẽ pro A. Cluẽtio, Aiũ

lius Asinium se esse simulās, eius nomine testamentū fecit. De eo illud eiusdē Cice. in eadē Oratione: Dum uero eū fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentū interleuerit, qui supposita persona falsum testamentū obsignandū curarit. Virgil in lib. Aeneid. 6 de Pasiphae in tauro ligneo inclusa, quā pro uacca taurus iniuit, Suppositaq; furto Pasiphae. Cū testamētorū libertas esset, multorū amicorum hæres M. Crassus factus est. Multis item testamentis hæres suppositus est, ut author Cicero est lib. de Off. 3. L. Minutij Basilij locupletis hominis falsum testamentū quidam è Græcia Romā attulerunt. quod quo facilius obtinerent, scripserunt hæredes secū M. Crassum & Q. Hortensium. ætatis eiusdem homines potētissimos. Qui cū illud falsum suspicarentur, sibi autē nullius essent conscij culpæ, alieni facinoris munusculum nō repudiauerunt. ⟦Inanem.⟧ id est uacuum, non plenum, non satiatum. ⟦Sat est.⟧ ad tuendam rem familiarem. Opus est.n. maiore pecunia, qui duas plures'ue filias habet, q̃ qui nullam. Si habeat quantum satis est ad earū dotem, sitq; contentus, diues est. ⟦Vt auunt⟧ .i. ut in fabulis est. Danao Beli filio quinquaginta filiæ, eiusq; fratri Aegypto filij totidem fuisse dicuntur. ⟦Quæ breui tēpore maximas eo. etc.⟧ Luxuria, ebriositas, ambitio, largitio, quam prodigalitatē appellant, diuitias maximas breui tempore exhaurire possunt. ⟦Nemi nē esse di.⟧ In eandē sententiā illud Cice. ex lib. de Officijs 1. est: Nuper M. Crassus negabat ullā satis magnā pecuniā esse ei qui in Repub. princeps uellet esse, cuius fructibus exercitū alere non posset. Hoc dictū Crassi Plutarchus in eius uita memorans: Bellicorū, inquit, sumptuū nullus est modus: nulla mensura bellū nutritur, ut inquit Archidamus. Authore Pli. cap. 10. lib. 33. M. Crassus in agris suis sestertium. 20. millia possedit: Quiritum post Syllam ditissimus: Nec fuit satis nisi totū Parthorū esuriisset aurū. ⟦Quod⟧ .i. alere exercitum suis fructibus. ⟦Reficiatur⟧ .i. conficiatur tantum pecuniæ. ⟦Tueri⟧ .i. ut uulgo dicunt, intertenere: ut tueri domū, familiā, aliaq; generis eiusdem dicimus. ⟦Tueri sex le.⟧ Plin. in eo loco cuius nuper mentionē feci, Crassum dicit negasse diuitē, nisi reditu annuo legionē tueri posset. Si locus emendatus est, significat Cicero, in Romano exercitu sex legiones esse solitas. Verū apud T. Liuiū sæpe inuenire licet, legiones quatuor fuisse in exercitu consulari, ut lib. 8 T. Manlius in bello Latino, legiones quatuor. Libro 21. Sempronio Longo duæ, & P. Cornelio Scipioni totidē datæ sunt, cū hi ad sustinē dum Annibalis aduentum mitterentur. Libro. 22 cū Q. Fabius Dictator cū Minutio partitus exercitum est, et legiones duæ et Minutio totidē obuenerunt. Eo tēpore legio habebat quatuor millia peditum, & trecētos equites, eosq; oēs ciues Rom. Postea C. Marius adiecit duo millia, et ducentos pedites. Scribit Vegetius in lib. 2. se in oībus authoribus inuenisse, singulos Cōsules aduersus hostes copiosissimos non amplius q̃ binas legiones, additis auxilijs sociorū duxisse. Idē paulo ante scribit, auxilia à socijs, uel fœderatis gētibus mitti solita. Auxilia aūt pro auxiliaribus militibus, ut ministeria et seruitia pro ministris & seruis dicit, sæpe inuenias ⟦Vel po ege.⟧ Correctio est. Paupertas nōnunquam honesta est, egestas uero semper turpis. Apud Virg. li. Aeneid. 6. turpis egestas in uestibulo inferorū habitat ⟦Nunquam ob.⟧ .i. semper palàm, ut ij qui honeste rē quærūt. À contrario arguit. ⟦Rē q̃.⟧ .i. diuitias acquirunt ⟦Mercaturis fa.⟧ .i. mercaturas faciēdo intelligimus opus esse quæsito. Mercaturas facere dicit, pro eo qd' uulgo dicūt mercaturam

dasq; prouincias; qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris; qui cum seruis, cum libertis, cum clientibus societates, qui possessiones uacuas, qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordetur, qui testamenta subiecta, qui sublatos tot homines, qui deniq; omnia venalia, delectum, decretum; alienam, suam sententiam; forum, domum; vocem, silentium: quis hunc non putet confiteri sibi quæsito opus esse? Cui autem quæsito opus sit, quis vnquam hunc uere dixerit diuitem? Est enim diuitiarum fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum, atque abundantia: quam tu quoniam nunquam assequere, nunquam omnino es futurus diues. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte; est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo, de te loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit, vtrum tandem pluris æstimabimus pecuniam Pyrrhi, quam Fabritio dabat; an continentiam Fabritij, qui illam pecuniam repudiabat? vtrum aurum Samnitum, an responsum M. Curij? hæreditatem L. Pauli, an liberalitatem Africani, qui eius hæreditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit? Hæc profecto, quæ sunt summarum virtutum, pluris æstimanda sunt, quàm illa, quæ sunt pecuniæ. Quis igitur, siquidem vt quisque quod plurimi sit possideat, ita ditissimus habendus sit; dubitet, quin in virtute diuitiæ * sint; quoniā nulla possessio, nulla vis auri, & argenti pluris, quàm virtus æstimanda est. O dij immortales, non intelligunt homines, quàm magnum vectigal sit parsimonia. Venio enim iam ad sumptuosos; relinquo istum quæstuosum. Capit ille ex suis prædijs sexcenta sestertia, ego centena ex meis: illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & vestem infinite concupiscenti, non modo ad *fructum ille est sumptus, sed etiā ad fœnus, exiguus. ex meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam; an quæ suis se viribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum, ac temporum vitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius seculi errore verser? M. Manilius patrum nostrorum memoria, ne semper Curios, & * Luscinios loqua-

* positæ sint!

* sumptum ille fructus est.

* Licinios

*mur, pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in * Licopo: nos igitur ditiores sumus, qui plura habemus? Vtinam quidē essemus. Sed non æstimatione census, uerum uictu, atque cultu terminatur pecuniæ modus. Non esse cupidum, pecunia est; non esse emacem, uectigal est: cōtentum uero suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; diuitiæ. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata, & areas quasdam * magno æstimāt, quòd ei generi possessionum minime quasi noceri potest: quanti est æstimanda uirtus, quæ nec eripi, nec surripi potest unquam; nec naufragio, neque incendio amittitur; nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur? qua præditi qui sunt, soli sunt diuites. Soli enim possident res & fructuosas, & sempiternas: soliq;, quod est proprium diuitiarū, contenti sunt rebus suis: satis esse putant quod est; nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem, & auari; quoniam incertas, atque in casu positas possessiones habēt, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui, quod haberet, esset satis: nō modo non copiosi, ac diuites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.*

* Labicano.

* magni

caturam exercere. ut Actione in Verrem 2. Alios qui a prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent, ut aliquam ob causam nauigarent, sua uoluntate cum piratis fuisse arguebat. ¶ Operis dandis. } idest, operas suas locando. ¶ Publicis stimendis. } idest conducendo uectigalia populi Romani, ut faciebant Publicani, quos honestissimos homines atque ornatissimos Cic. appellat pro lege Manilia. ¶ Nocentes & pecuniosos. } Vtrunq; ualet ad iudicum corruptelam. Nam qui innocēs est, iudices non uult corrumpere: qui pecuniosus non est, non potest. Vtrunq; expressit Cicero Actione in Verrem secūda: Inueterauit, inquit, iam opinio perniciosa Reip. uobisq; periculosa, quæ non modo Romæ, sed apud exteras nationes omnium sermone percrebuit, his iudicijs, quæ nunc sint, pecuniosum hominem, quāuis sit nocens, neminem posse damnari ¶ Corruptelā. } Id usitate dixit: Corruptio autē uix Latine dicatur. ut lib. de Legib. 1. Tantam autem esse corruptelam malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati ¶ Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs. } M. Crassus orator fuit, multorum causas etiam cum Cicerone defendit, ut L. Murenæ, & L. Cornelij Balbi. Idem Crassus improborū hominum patrocinia suscipere solebat, ut ait Salust in Catilina. Lege autem Cincia, pœna statuebatur aduersus eos qui pretio causas orassent, ut scripsimus in Commentarijs in Catonem Maiorē Ciceronis. ¶ Intercisas. } idest, interpositas, aut definitas. Pecuniarū } pactiones scilicet. ¶ In concionibus candidatorum. } Quæ sint illæ candidatorum conciones, legere non memini. ¶ Dimissiones libertorum } idest, quo libertos tuos dimiseris, idest in diuersas prouincias miseris. ¶ Ad fœnerandas diripiendasq; prouincias. } Fœnerari prouinciam noue dictum est, quàm fœnerari pecuniam et beneficium alibi dicat Cic. ut Actione in Verrem 4. Idem præterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur. Et in libro de Amicitia: Neq; enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus ¶ Societates } De societatibus ijs quæ in negotiationibus coiri soleant, est in lib. Institutionum Iustiniani tertio ¶ Possessiones uacuas. } Vnde eiecti domini sunt, præcipue in furiosa illa et inhumana Syllæ proscriptione. ¶ Proscriptiones locupletum } Cum Sylla uictor proscriberet eos, qui Marianas partes secuti fuerant, multos ex locupletibus simul proscripsit, ut eorum bona publicarentur: Q. Aurelius nullis se negotijs implicans, forum ingressus, proscriptorū nomina legebat. in quibus cum seipsum comperisset: Albana, inquit, uilla me proscripsit. Paululum progressus, iugulatus est. Author est Plutarchus in uita Syllæ. ¶ Qui cædes municipiorum, } Non Romanos solū proscripsit Sylla, sed etiam in municipia, colonias, præfecturas Italiæ sæuijt, quæ aduersas partes adiuuerāt. Aliorum enim oppidorum arces demoliebatur, aliorum muros euertebat, alijs publicam multam imponebat, alia tributis grauioribus opprimebat, ut author est Appianus libro de Bellis ciuilibus primo, Aut cædes municipiorum, idest municipū, ut sit intellectio. ¶ Qui illā Syllani temporis messem recordetur. } Cum Sylla ciuium Rom. bona uēderet, suam se prædam uēdere diceret, Marcus Crassus ex ijs permulta paruo emit. Cum idem Sylla magnam urbis partem incendio uastasset, areas multas, earū domini partim egestate compulsi, partim nihil audētes petenti negare Crasso, uendiderūt exiguo pretio. Qua ratione magnam urbis partē emit. Seruos ad quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peritos, quibus ad domos in areis uacuis ædificandas uteretur, quorum operas locabat ijs qui à se areas emerant. Hac ratione grandem pecuniam sibi comparauit. Amplius hæc Plutarchus in uita Crassi ¶ Messem. } Metaphora est ad augendam inuidiam. Vt enim segetes secantur in messe, ita in Syllæ proscriptione ciuium colla secabantur. ¶ Subiecta. } idest supposita & falsa. ¶ Sublatos. } idest interfectos ¶ Delectum. } militū scilicet. ¶ Decretum. } Senatus. ¶ Est enim ad uulgi opinionem mediocris. } Ciceroni multas fuisse diuitias, sed eas iniuste partas, obiecit Salust. Eius ad maledicta Cicero respondens, amicorum testamentis se factum dicit locupletiorem. ¶ Pecuniā Pyrrhi. } Pyrrhus cum in Italia bellum gereret cum Romanis, Legatum Cyneam Romam misit. Is ubi rediit, Fabritij apud Romanos dignitatem esse maximā, ut uiri boni, bellatoris egregij, sed uehementer pauperis Pyrrho retulit. Fabritio postea misso ad Pyrrhum legato, de captiuis redimendis, Pyrrhus ipse seorsum blanditus, ut à se pecuniam acciperet, hortabatur, non ob turpem aliquam causam, sed ut amicitiæ atque hospitalitatis monimentum esset. Eam Fabritius prorsus renuit, ut ait Plutarchus in uita Pyrrhi. ¶ An respōsum Marci Curij. } Marcus Curius, qui ferocissimas gentes subegerat, qui Pyrrhum ex Italia eiecerat, qui ter triumphauerat, agellum quendam possedit, ubi domuncula fuit. Ibi cum ad focum sederet, & rapum torreret, aurum quod Samnitum legati dono offerebant, repudiauit. Iis auro opus esse negauit, quibus huiusmodi cœna satis esset: quiq; aurū habentibus imperare, quàm aurum habere, longe pulchrius iudicarēt. Author est idem Plutarchus in uita Catonis Maioris. Authore Plinio cap. 3. lib. 18. Marcus Curius post triumphos, immensumq; terrarum adiectum imperio pro concione dixit, Perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Idem iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret: ut ait idem

Nota uirtutis possessionem.

cap.39.lib.1. Manium,non Marcũ,hunc idem solet appellare. Authore Sex.Pompeio, Manius prænomẽ est,dictũ ab eo qd' mane qs initio natus sit:ut Lucius,qui luce. Illud Marci Varronis,quod est apud Non. Marcellũ,de ijs q paruo cõtenti,sed boni uiri erãt,ascribendũ mihi uisum est, Aui,inqt,et atauí nostri,cũ alliũ ac cepe eorũ uerba olerẽt,tñ optime animati erãt. ¶ L.Pauli.} Aemilij,qui Consul iterũ Persem Macedoniæ Regẽ uicit,de eoq; triũphauit. ¶ Anlibertatẽ.} Liberalitatẽ legi oportet. ¶ Africani.} Scipio Africanus minor L.Pauli filius à P.Scipione Africani maioris filio adoptatus est.Itaq; Scipio adoptatus est,quẽadmodũ eius frater Q. Fabius Max.appellatus est,qd' in Fabiorũ familiã adoptatus sit.In re.n.ciuili Romanorũ,qui adoptabãtur in familiã,et in nomẽ familiæ adoptabãtur. ¶ Q.Maximo fratri } Huius Scipionis liberalitatẽ in sorores,Cic.cõmendat in lib.de Amicitia: Quid,inqt,dicam de moribus facilimis? de pietate in matrẽ? liberalitate in sorores? bonitate in suos? iustitia ĩ oẽs? Hic Q.Max.à deuictis Allobrogibus, Allobrogicus cognoĩatus est.q primus oĩum Romanorũ argẽti mille põdo habuit,ut ait Plin.cap 11.lib.33. ¶ Summarũ uirtutũ.} ut abstinẽtiæ et liberalitatis. ¶ Quàm mag.uectigal sit parsi.} Idẽ scripsit Cic.in lib.de Rep.4.ut est apud Non. Marcellũ:Optimũ, inqt, & in priuatis familijs,& in Repu. uectigal duco esse parsimoniã. ¶ Istum quæstuosum } M.Crassum. ¶ Ille.} idest aliqs sumptuosus. ¶ Capit.} idest pcipit. ¶ Sexcẽta.} Valla lib.3. putat scribendũ sexcena. Ego uero sexcẽtena. ¶ Cẽtena.} idest,quotãnis centũ sestertia. ¶ In illis.} prædijs. ¶ Sola.} idest pauimẽta ¶ Ea faciẽti.} idest uillas in prædijs tã sumptuose ædificanti. ¶ Vestẽ.} idest uestes. In hac re singulari p plurali sæpe dici inuenire licet. ¶ Infinite.} i. in infinitũ.qua uoce alibi quoq; usus Cic.est,ut lib. Academ.1. Eoq; ẽt interire nõ in nihi'ũ,sed in suas partes,q̃ infinitæ secari atq; diuidi possint:cũ sit nihil oĩno ĩ rerũ natura minimũ,q̃d diuidi nequeat. Quæ aũt moueãtur,oĩa interuallis moueri. q̃ interualla ẽt infinite diuidi possint. Et lib.de Orat.ad Brutũ:Ne infinite feratur,ut flumẽ,oratio. ¶ Non mõ ad fruc.} Sentẽtia est: Ille sumptus sexcentũ sestertiũ, q̃ in tectis auratis,solis marmoreis.alijsq; rebus insumitur,exiguus est et ad uictũ,et ad fœnus:ũn lucrũ pcipi possit.i.tãti reditus parui sunt homini sumptuoso ¶ Ex meo tenui uectig } Nã etiã priuata uectigalia sunt. ¶ Detractis sumpt.cup. } Nullos.n.sumptus facio,ad quos ulla ĩpellat cupiditas. ¶ Aliqd ẽt redũdabit } Itaq; exiguũ nõ est ad fructũ et ad fœnus. ¶ Ad se tuẽdũ.} idest ut uulgo dicunt, ad se intertenẽdũ.In ea re tueri à Cic.sæpe dici inuenias. ¶ Huius seculi.} idest huius tpis,quo diuitiæ à bonis quoq; expetũtur ¶ M.Manilius.} is est q cũ Africano minore,Lælio,Philo,Scæuola,alijsq; disputat de Rep.in lib.quos de Rep.Cic.cõscripsit,q temporũ iniuria nõ extãt. ¶ Licinios.} Lucinos legi oportet.C.n.Lucinus Fabritius appellatus est. Ab alijs tñ Luscinus, ab alijs Lucinius appellatur. ¶ In Carinis.} Carinæ uicus erat urbis Romæ. ¶ In Labicano.} Labicanũ,nõ Lauicanũ dici,scripsi p Cn Planco.à Labico uetusto oppido,q̃d ppe Tusculũ fuit,nõ procul ab urbe Roma,Labicanum dictũ est.Idq; p prædio Labicano,ut Tusculanũ,Põpeianũ,Formianũ,aliaq; eiusdẽ gñis. Quid si in Vaticano,non in Labecano legas. Agrũ.n.Vaticanũ Romæ pximũ fuisse accepimus. Cuius de appellatione est apud A.Gell.lib.16. ¶ Cẽsus.} idest diuitiarum:ut apud Iuuen saty.14. Misera est magni custodia cẽsus.In hac re cẽsus sæpe dicitur. Cẽsus adiectiuũ pro diuite et pecunioso dicitur. ut in lege Voconia:Ne qs hõ cẽsus.unicã hñs filiã, eam heredẽ relinqueret. ¶ Victu atq; cultu.} idest:cũ ad uictũ et cultũ satis est. ¶ Modus.} idest mẽsura. ¶ Emacẽ.} eorũ quæ ad cultũ,uictũ, & sumptũ pertinent. Cũ.n.hæc domi hñr,magnũ uectigal est. Emax aũt,q solet emere:ut uẽdax,q solet uẽdere,dicitur. M.Cato de re Rust. Patrẽfamilias uendacẽ,non emacẽ esse oportet. Inde emacitatẽ Columel.dixit lib.4. Quosdã emacitas in armẽtis,quosdam exercet in cõparandis mãcipijs. Hæc aũt uocabula in ax,habitũ quendã significant:cuiusmodi sunt audax,edax,uorax,bibax,furax. ¶ Callidi.} idest sagaces,experiẽtes & prudẽtes. ¶ Prata.} Prata magno ab antiqs æstimata fuere,qbus nõnulli in bonis dãt primatũ.itaq; antiq ea parata appellauerũt,ut ait M.Varro lib.de re Rust.1. Eorũ facillima agricolis cura.ac minimi ĩpendij est,ut ait Plin.cap.28.lib.18. Itaq; M.Cato Maior interrogatus q esset certissimus quæstus,rñdit, Si bñ pascat:idest,si bona prata paterfamilias habeat. ¶ Areas quasdam.} Authore Sex. Põpeio,area pprie dicitur locus uacuus,idest sine ædificio,quasi exaruerit,et nõ possit qcq̃ regñare. Hmõi areæ in qbus ædificaretur aptæ erãt. Et nõnullæ magno uendebãtur. Vt authore Plutar. M.Crassus post L. Syllæ crudelitatẽ, areæ spatiũ ad ædificãdũ unicuiq; pro arbitrio suo uẽdebat. C.Cæsar,ut in eius uita scribit Sueton.forũ de manubijs inchoauit,cuius area sup sestertiũ millies constitit. Ab huius areæ similitudine, area appellata est ubi frumẽta secta terãtur et arescãt. Ea qua rõne fieri solita sit, M. Cato,& M.Varro lib.de re Rust.1.& lib.2.scripserũt. Hmõi areas locari solitas,indeq; magnũ quæstũ fieri,Calepin.dicit,ex quibus locũ hunc intelligendũ putat. Hmõi areas quidã lapidibus muniebant,quidã etiã tegebant. ¶ Magni æstimãt.} Quãuis ita in omnibus exẽplis,quæ in manus puenerint,legã,magno tñ, non magni legendũ putem,ut apud Virg. Magno mercẽtur Atridæ. Paruo.n. & magno adiungi solẽt cũ uerbis emere,uẽdere,æstimare,aliud'ue quid hmõi significantibus. Minime quasi noc ri põt. Colu.lib.2. Necessarius,inqt,cultus prati est,cui ueteres Romani primas in agricolatione tribuerũt. Nomen quoq; indiderunt,ab eo qd' protinus esset paratũ,nec magnũ laborẽ desideraret. M.quidẽ Porcius & illa cõmemorauit,qd' nec tẽpestatibus affligeretur,ut aliæ partes ruris,minimiq; sumptus egens per oẽs annos præberet reditũ, neque eum simplicem,cum etiam in pabulo non minus præberet, quàm in fœno. ¶ Appetunt.} sine ratione.

¶ Quæ est } Iterũ cõtrahit thema ad certã personã.et in M. Crassum,qui Diues cognoĩabatur,hoc paradoxon intẽdit. ¶ Opinor.} Ex definitiõe diuitis,probat Crassum diuitẽ nõ esse ¶ Qui nihil.} Antithesis, qua exponẽdo argumẽtũ inducit assumptionẽ rõcinationis:Cuius hæc summa est, Qui nihil cupit,est diues: Crassus plura cupit,ergo Crassus nõ ẽ diues. Ad sumptionẽ colligit per signa, quæ sunt auari,et plura cupiẽtis. Deinde subiũgit expolitionẽ argumentationis. ¶ Filiã qs.} Fictũ exẽplũ à pari,diuitiarũ modũ usu,nõ cupiditate metiendũ esse. ¶ Multi ex.} Probat ex Crassi cõfessione,illũ plura cupere. Et uide qũo cõtinuet unã argumentationẽ ex alia,impetu quodã orationis. ¶ Meã aũt.} Præmunitio ad exẽplorum collationẽ,cur nõ de sua pecunia,sed de Crasso loquatur. Nam præcedẽti argumẽtationi exẽpla subiũgit. ¶ Cõstat aũt cõtinentiæ exẽpla cũ pecuniosis:et cũcta in Crassum dicit,reprehendens pecuniarũ cupiditatẽ,et cõtinẽtiã anponẽs. ¶ Venio.n. } Trãsit ad sumptuosos,et cũ frugalibus cõfert,pbãs frugalitatẽ ĩmoderato sũptu potiorẽ eẽ. ¶ Sed qd.} Correptio p reprehẽsionẽ q̃ trãsit ad firmius exẽplũ. ¶ Etenim si. } Cõpatio à minori,q̃ ex pprio bonorũ ducitur. ¶ Quãti est. } Redditio cũ expolitione,q̃ hoc paradoxon cõcludit. LATO.

¶ Et fructuosas.} Rursum fructuosas dixit, pro frugiferas. Hoc admonendum putaui,quòd quidam abhorrent ab hac uoce,tanquam parum Ciceroniana. ERAS.

FINIS.

PETRI IOANNIS OLIVARII VAlentini in M. T. Ciceronis de Somnio Scipionis fragmentum Præfatio.

INTER alia, quæ uel infelicitate temporum, uel fatorum inuidia interciderunt, & , ut uerius dicam, nobis erepta sunt, illa præcipua uidentur, quæ M. Tullius de Repub. sex illis diuinis libris scripta reliquit. Quod quidẽ, præterquam q̃ illius testimonio, ac aliorũ satis confirmari possit, hoc unum fragmẽtum planè indicat, quantum tribuendum foret diuinitati illorum librorum, si extarent. Nam cum ij, qui ante Ciceronẽ scripserunt, umbram quandam Reipub. attigerint solus hic noster νομόφυλαξ tanto rerum omnium periculo, tanta & tam diuina prudentia, tanto apparatu & uerborum & sententiarum, tam uaria exemplorum copia, tanto dictionis fluxu præstitit, ut sit undiq; perfectum, & nihil requirẽs quod in illis libris scripsit: atque adeo, ut merito, absit inuidia uerbo, primas facile illi deferas. Nam ut demus ueteribus parem aut maiorem eruditionẽ, certe rerum omnium usum planè illis detracturus es. Quamobrem qui certum illustrandæ Reipu. præscripsit modum, idq; ratiocinationibus ac diuisionibus absoluit, particulam quandam gloriæ consecutus uidetur. Porro q ex intricatis illis atq; detortis syllogismis, moralem philosophiã ad uitæ nostræ institutionem deduxit, et in rebus gestis pinde atq; in tabella cõtẽplandã proposuit, totius incepti operis gloriã adeptus est, nullis profecto seculis interiturã. Ita ut non sit uã dubiũ, uter alteri fuerit maiori emolumẽto, is qui modũ scribẽdi obscurum de Rep. tradidit: an is qui cum modũ illum ad ipsam uitæ rationem traduceret, reddidit meliorem. Quod quàm belle faciat Cic. uel hoc Somnium argumento est. Cæterum hanc particulam librorum de Repu. Macrobio debemus, ne interea eruditissimum uirum merita laude fraudemus. & utinam ita sex omnes libros dedisset, ut hoc fragmentum: certe præclarius meritus fuisset de literis. Interea ad argumentum properamus.

IN SOMNIVM SCIPIONIS PERIOCHA.

PAulus Aemilius, qui ad Cannas ab Annibale uictus ac superatus fuit, filium habuit Paulum Aemilium clarissimum uirum, & filiam Aemiliam. Paulo Aemilio iuniori nupsit Papiria Masonis Consularis filia, ex qua duos suscepit filios, Publium & Quintum. nupsit interea Aemilia Publio Scipioni Africano, uiro rerum gestarum gloria illustri: & qui ob expugnatum Annibalem, et deuictam Africam, Africanus dictus est. Is Publium Scipionem ex ea suscepit, qui ob imbecillitatẽ corporis Publium Aemilium Pauli iunioris filium adoptauit, & de suo nomine Scipionem uocauit. Fuit is magni nominis, quòd Carthaginem ac Numantiam euerterit. Huic somnianti apparent Africanus & Paulus Aemilius iunior pater, unà cum reliquis heroibus. Sed inter alios Africanus & Paulus præcipui fuẽ ad monitores. hi enim solita prudentia Publium Scipionem hortantur, ut patrio ac auito imprimis exemplo, deinde aliorum clarissimorum uirorum rebus gestis, tum contentione aliorum, postremo summo uirtutis præmio talẽ se præstet in tuenda Rep. quales illi se præstiterũt. colat pietatẽ, iuuet patriã, cõseruet ciues, pareta; sibi ppetuas illas delicias, quas facile promerebitur, si clarissimos uiros imitatus fuerit. quin et hmõi gradibus illuc profecturum Scipionem pollicẽtur, quo illi profecti sunt. Quod quidem posteaquam admonuerũt, describunt locum beatorum, ut à ipsi cũ reliquis agunt. in qua descriptione totam Platonis philosophiam percurrunt.

M. TVLLII CICERONIS DE SOMNIO SCIPIONIS,

Ex libro de Republica sexto.



SCIPIO.

CVM IN Africam uenissem, * Anitio Manilio Consule, ad quartam legionem Tribunus, ut scitis, militum; nihil mihi potius fuit, q̃ ut Masinissam conuenirẽ regem, familiæ nostræ iustis de causis amicissimum. Ad quẽ ut ueni, cõplexus me senex

OLIVARII SCHOLIA.

CVm in Africã uenissem. } Nõdum qd' sciam cõpertũ est, fuisse hoc somnium uerũ: nec in tã uarijs probatissimorũ authorũ sententijs quicq̃ ausim affirmare. utcũq; tñ sit, cõstat dictatum fuisse à Cic. Totus progressus, à principio usq; ad clausulã illam, Deinde ut cubitũ, procemiũ est, miro artificio ex uera historia huic somnio apeatũ. Factũ hoc à Cic. data opa, ne si à somno auspicatus fuisset, uideretur ieiuna dictio, solita carẽs dicẽdi ubertate. Cœpit igitur ab historia. ¶ Anno. DCXI. ab urb. cõd. cũ bellũ Hispaniẽse parũ pspere gestũ esset in Hispania, adeo ut nemo eẽt, q tribunatũ aut legationẽ in Hispaniã accipet uellet, P. Aemilianus in mediũ pcessit: Quirites, inqt, postq̃ oẽs hæc gña militiæ detrectãt, pfiteor ego militiæ genus excepturũ, qd' ũq; imperabitis. Hæc audacia adolescẽs auxit nomẽ et gliã. Itaq; creatus tribunus, missus est in Hispaniã ad L. Licinũ Lucullũ, quẽ summa humanitate excepit, iussitq; ut in Africã ad Masinissam Masæsylorũ regem proficisceretur. Accidit hæc profectio, L. Martio, et Anitio Mãlio Coss. quo tpe Masinissa in aciẽ aduersus Asdrubalẽ Carthaginensium ducẽ processurus esset. Spectauit prœliũ Aemilianus, è quodã monticulo Africæ. quo planè cõfecto, uictori Masinissæ, et iã decrepito, occurrit Scipio gratulabundus. ¶ Regem, familiæ nostræ iustis de causis amicissimũ. } Cum Masinissa adolescẽs, Masæsylorũ rex,

* à Manlio Conside dictus, ad q.

collacrymauit; aliquãtoq; post suspexit in cœlum, & Grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui cœlites, quòd antequam ex hac uita migro, conspicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor; *ita nũquam ex animo meo discedit illius optimi, atq; inuictissimi uiri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Repub. percontatus est; multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis consumptus est dies. Post autem regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus; cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq; eius non solum facta, sed etiam dicta meminisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me & fessum de uia, & qui ad multam noctem uigilassem, arctior, quàm solebat, somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti; fit enim ferè ut cogitationes, sermonesq; nostri pariãt aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sæpissime uigilans solebat cogitare et loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua mihi ex imagine eius, quàm ex ipso erat notior. Quem ut agnoui, equidem cohorrui. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem Scipio, & quæ dicam, trade memoriæ. Vides'ne illam urbem, quæ parere Populo Rom. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere; (ostẽdebat aũt Carthaginem de excelso, et pleno stellarũ illustri, et claro quodã loco) ad quã tu oppugnãdam nũc uenis penè miles; hanc hoc biẽnio Cõsul euertes; eritq; cognomẽ id tibi per te partũ, qđ habes ex nobis adhuc hæreditarũ. Cum aũt Carthaginẽ deleueris, triumphum egeris, Censorq; fueris, & obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam; delegere iterum absens COS. bellumq; maximũ conficies,

* :nũquam

ni atque armis à Syphace paterno regno expulsus esse, Africanus maior populi Romani consensu eundem in regnum, & in partẽ regni Syphacis restituit, confirmata cum populo Romano amicitia. Huius autem belli inter Syphacem et Masinissam semina, quoniam latissime scribit Liu. lib. 9 secundi belli Punici, & Plut. in uita Africani, idcirco omittimus, ad eos authores mittentes lectorem.

[Collacrymauit. } Affectum indicat senilem, præ nimia letitia. & est κατὰ τῶν γερόντων ἦθος. [Summe sol. } Locus iste non leuem facit coniecturam, ut credam Afros sidera coluisse more Aegyptiorum, antequam essent ista nomina, Iupiter, Apollo, & Minerua. quin & Strabo, & Mela, quoties de moribus Afrorum agũt, aperte aiunt eos sidera coluisse. Et nostra ætate, exploratores Africæ Meridionalis & Occidentalis, narrant nobis Nigritas, & Asenagos populos, Solẽ et Lunã adorare. [Optimi atq; inuictissimi uiri. } Africanũ maiorẽ ĩtelligit. [Vltro citroq;. } Nõ ẽ ἀλλήλοις, sed huc illuc [Reg. app. } Seruat decorũ regiũ. Fuit magnificus appatus, et tũc parta uictor amuleo magnificẽtior. Hactenus pœmiũ. [Deinde ut cub. } παρασκευὴ ad somniũ. Hic mihi, credo eqdẽ. } Reddit somnij cãc. Est ãt Sõniũ Græcis, ὄναρ. ἐνύπνιον, & ὄνειρον. Aristoteles περὶ ἐνυπνίων, ait somnium esse ἐν ὕπνῳ φάντασμα. Sunt tamẽ qui ex Aristotele colligãt ἐνύπνιον esse ἐν ὕπνῳ τῆς ἀρχῆς κατεχομένης φάντασμα. idest, simulachrum in summo apparẽs, sensu communi impedito. Quot autem modis fiant insomnia, & ex quibus causis, docet Aristoteles περὶ τῆς ἐξ ἐνυπνίων μαντικῆς. Sed apertius Galen. in libello de præsagijs ex insomnijs, ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς ὕπνοις οὐκ ἐπὶ ταῖς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ διαθέσεσι φαντάζεται μόνον, ἀλλὰ κἀκ τῶν συνήθως ἡμῖν πραττομένων ὁ σημέραι ἔνια δὲ ἐξ ὧν πεφροντίκαμεν καὶ δή τινα μαντικῶς ὑπ' αὐτῆς προδηλοῦνται καὶ γὰρ τοῦτο τῇ πείρᾳ μαρτυρεῖται. [Quale de Homero scribit Ennius. } Ennius in Aiace existimauit animam Homeri in corpus eius migrasse: sequutus sententiam Pythagoricorum, quam migrationem solebat ille uocare τὴν μετεμψύχωσιν. [Quæ parere populo Romano coacta per me. } Post uictũ Annibalem, & assertam uniuersam Italiã ab Africano maiore, coact. est Carthago, æmula imperij, parere Romanis: et subinde tota Africa. unde Africani nomẽ primus adeptus est. Quod si libet altius hæc repetere, cõstat semina primi belli Punici fuisse, decretum Mamertinis auxiliũ aduersus Hieronem Syracusanorũ regem, cui fauebant Carthaginẽses, in quo bello caput fuerũt Regulus, et C. Cornelius Scipio. tandẽ Luctatius bellum finiuit. Secundũ bellum Punicum inchoatũ fuit ab Annibale, & P. Cornelio Scipione Africani maioris patre: & absolutũ à filio, qui postea Africanus dictus est. Tertiũ finitum est à P. Scipione Aemiliano, cuius est hoc somnium. [De excelso & pleno stellarum. } Octauã sphæram intelligit, quæ habet stellas fixas. [Penè miles. } Ac si diceret, qui uix excesseris ex tyrocinio militiæ. [Hanc hoc biennio Cos. euertes. } Primum Consulatum nactus est Scipio Aemilianus ante ætatẽ, & idcirco reclamantibus nonnullis in comitijs, ægre impetrauit ut Cos. crearetur, euertit Carthaginẽ anno septingentesimo postquam cõdita esset. [Triumphum egeris. } Triũphauit Scipio de Carthagine, et exemplo Pauli Aemilij patris sui in triũpho Macedonico ludos fecit, & fugitiuos bestijs obiecit. [Obieris legatus Aegyptum, Syriã, Asiam, Græciã. } Scipio Aemilianus missus est in Aegyptũ propter Ptolemæũ Auletẽ, aduersus quẽ gerebat bellũ Alexander, qui Syriæ tyrãnidẽ occupauerat. Eodẽ itinere ĩ Syriã pfectus est, ut Diodorũ, qui Demetriũ fugauerat, & Alexandrũ Alexandri filiũ regẽ creauerat, expugnaret. Inde in Asiã minorẽ, ad cõponẽdã pacẽ inter Prusiã Bithyniæ regem, et Nicomedẽ eius filiũ. Postremo in Græciã, ut Thessaliã defenderet, quã Pseudophilippus Macedonũ Rex occupare uolebat. [Iterũ absens Cos. } Cum initio ducũ bellũ Numantinũ nõ sine publico pudore duraret, delatus est ultro Scipioni Aemiliano à Senatu populoq; Rom. Cõsul. quẽ cũ ille capere ob legẽ, quæ uetabat quenq̃ intra decẽ annos iterũ Cõsulẽ fieri licere, minime uellet, sicuti priori cõsulatu legibus solutus est. Lex. n. sic cauebat: Eundẽ magistratum, ni interfuerint decẽ anni, ne qs capito. [Bellum maximum conficies. } Numantinum intelligit. maximũ dixit, nimirum quoniã annos XVIII sola illa ciuitas sustinuit impetum Romanorum.

* Numantiam excindens.

* Numantiamq; excindes. Sed cū eris curru Capitolium inuectus, offendes Rempub. perturbatam consilijs nepotis mei. Hic tu Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi, ingenij, consilijq; tui. Sed eius tēporis ancipitem uideo quasi fatorum uiam. Nam, cum ætas tua septenos octies Solis anfractus, reditusq; conuerterit; duoq; hi numeri, quorum uterq; plenus, alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem cōfecerint: in te unum, atque tuum nomē, se tota conuertet ciuitas: te senatus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur ciuitatis salus. Ac, ne multa, Dictator Rempublicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris. Hic cum exclamasset Lælius, ingemuissentq; cæteri uehementius, leniter arridens Scipio, Quæso, inquit, ne me à somno excitetis, & pax sit rebus: audite cætera. Sed quo sis Africane alacrior ad tutandam Remp. sic habeto: Omnibus, qui patriam cōseruauerint, adiuuerint, auxerint; certū esse in cęlo ac definitum locū, ubi beati æuo sempiterno fruantur.

Numantiam excindes.} Quartodecimo anno post deletā Carthaginem, Scipio Aemilianus Numantiam quoque euertit, & de ea triumphauit. Sed cum eris capitolium curru inuectus.} Ad triumphum Numantinum refertur. Offendes Rempubl. perturbatam consilijs nepotis mei.} C. Gracchi intelligit, qui filius erat Corneliæ, Africani maioris filiæ. Is post Tiberium fratrem, cum legem Agrariā fratris exemplo promulgare uellet, interfectus est à Philocrate seruo. cum urgeretur à L. Opimio Cos. Hoc tempore Aemilianus adductus fuit in Capitoliū, et triumphauit de Numantia. Sunt tamen qui uelint, hoc factum fuisse in factione Tiberij fratris. Ego malim referre ad tēpus factionis Caij. Nam uiuente Tiberio nondum erat expugnata Numantia. Hic tu Africane ostendas oportebit patriæ lumē.} Post interitum Tiberij Gracchi, Fuluio Flacco, Papirio Carbone, et C. Graccho Tiberij fratre triumuiris Agrarijs, promulgationē legis adornantibus, maximus in urbe fuit strepitus. coacti tam patres quàm plebs, ad Scipionē Aemilianum, tanquam ad tutissimum propugnaculum confugere, orantes ne urbem desereret tam discordem. Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorum uiam.} Præsagit Scipioni dubiam, & ancipitem mortē. Nec hoc loco Fatum est mors, in qua significatione authores grauissimi de fato loquuntur. Pomponius Mela libro 2 Paratiq; ut dictitant, cum fato iacentis uel pacisci, uel decernere. Sed est potius εἱμαρμένη, ut Hesychius ait, ἀνάγκη μεμοιραμένη, fatalis quædā necessitas, καὶ βία, & uis quædam. Sunt qui Fatum uocent πρόνοιαν, hoc est prouidentiam: uelut Chrysippus, Plato, & Aristoteles. sed Democritus, Heraclitus, Empedocles, & Aristoteles, necessitatem fato adiungunt. Alij uero prouidentiam illam probant, sed necessitatē damnant. Chrysippus tamen tanquam arbiter honorarius, mediū habet, declinans ad eos, qui motus uoluntarios necessitate liberatos uolunt. Nam cum ætas tua septenos octies Solis anfractus.} Hoc est, cum sex & quinquaginta annos attigeris. Nam septies octo, sex & quinquaginta reddunt. Duoq; hi numeri, quorum uterq; plenus, alter altera de causa habetur circuitu naturali. De numero septenario tam fuse egit Macrobius, ut pudeat iam eadē recensere. tantum explicabimus huic locum, plenitudinem illam septenarij referentes ad ambitum Lunæ, qui absoluitur octo & uiginti diebus. Huius sententiæ fuit Gellius lib. 3. cap. 10. quāquam is locus, quod ad Lunæ circuitum attinet, Platonis est in Timæo: μεὶς δὲ, inquit, ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον. Quin & iste numerus πρώτην καὶ ἀγαθὴν τὴν κρίσιν in morbis habere solet, authore Galeno περὶ κρισίμων ἡμερῶν. πρώτην, inquit, τοίνυν ἁπασῶν τῶν κρισίμων ἡμερῶν, τὴν ἑβδόμην εἴπομεν, οὐκ ἀριθμῷ δηλονότι καὶ τάξει πρώτην, ἀλλὰ δυνάμει τε καὶ ἀξιώματι. πάντα γὰρ ἔχει συλλαβοῦσα τὰ τῶν κρισίμων γνωρίσματα. Et paulo post: τὰ πολλὰ μὲν οὖν ἀγαθαὶ κρίσεις, αἱ κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. Est & apud Hesychium, solitos esse olim nonnullos celebrare septimum diem ab ortu infantis, ἑβδόμην ἡμέραν ἀπὸ γενέσεως παιδίου ἑορτάζουσιν. Iam octo, plenus est perfecto sphærarum numero, ex Platonis Timæo: ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνον τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχει σχῇ κεφαλήν. Anfractus.} Dicitur anfractus, authore Varrone, ab ambitu & frangendo. Summam tibi fatalem confecerint.} Præsagit Scipionem moriturum, suæ ætatis anno sexto & quinquagesimo. & hanc dicit esse summam fatalem, hoc est à fatis præscriptam, μεμοιραμένην. Ac ne multa, Dictator Rempu constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris.} Dictator à Cos. dicebatur, & creabatur silentio noctis. ipse tamē dicebat sibi magistrum equitum, quem uolebat. pugnabat pedes, & Magister equitum eques. Summus erat magistratus, à quo non erat ius prouocandi. Fuisset haud dubie dictator Scipio Aemilianus, si manus propinquorum effugisset. Nam cum ille triumuiris agrarijs aduersaretur, & fortis ac ualidus domum se recepisset, sequenti die præter omnium opinionem mortuus inuentus est. suspecta fuit, tāquam uenenum ei dedisset, Sempronia uxor: hic maxime, quód soror esset Gracchorum, ne fratrum legem promulgatā infringeret. Constans fama est, id factum fuisse opera Corneliæ matris Gracchorum. Sed quo sis Africane alacrior.} Absoluto diuino præsagio gestorum triumphorum, & obitus Scipionis, consolatur Africanus Scipionem, non esse dicens propter quod illa tametsi ardua uereri debeat. Paratum enim esse præmium ijs, qui patriam cōseruauerint. Certum esse in coelo & definitū locum, ubi beati sempiterno æuo fruantur.} A principijs orditur Academiæ. Eius enim principia sunt, animam esse immortalem: quod Plato in Phædro ostendit, et in Phædone prolixius, confirmatq; in Timæo, et libris de Legibus. quanquam ante Platonem id senserit Pythagoras, & post Platonem Aristoteles. Sed quoniā sunt qui pugnacissime contendant, Aristotelem minus aperte locutum fuisse de immortalitate: dicam qd sentiam, nec obiter: quando & hic locus ex immortalitate animæ pendet. Nec uideo, ubi non aperte recensuerit Aristoteles hanc animi immortalitatem: nisi quis uelit eūdem, dicentem tertio περὶ ψυχῆς animam esse impassibilem, non aperte loqui. uerba eius habent

quæ globosæ, & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos suos, orbesq; conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, et pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius, à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est; ne munus humanum assignatum à deo defugisse videamini.

cid. us Platonicus asserit Solem esse igneum, quòd præbeat cælo sensibileq; lumen, uiuificum calorem, motumq; promptissimum. Epicharmus dixit, mentem humanam esse ignem de sole sumptum, cui uncta cœlum & terra omnia produxerunt. ad quod sensit Ennius, et post Ennium Pacuuius. Quomodo autem animæ ex illis ignibus, Plato ipse ostendit in Phædone, Phædro, & Timæo. ibi enim habet, animũ ex dijs habuisse originem. Veteres enim, ut ille ait in Cratylo, astra Deos appellabant. uerba eius sunt hæc: φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, ὥσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὴν γῆν καὶ ἄστρα οὐρανόν. ¶ Quæ globosæ & rotundæ.} Plato in Timæo author est, Deum ipsum dedisse mundo figuram sphæricam, quòd esset figura magis decora, & cælo cognata. hinc Platonici colligunt, sidera & stellas globosas esse. Verba Platonis adducam καὶ σχῆμα δὲ, inquit, ἔδωκεν αὐτῷ. τὸ πρέπον καὶ συγγενές. τῷ γὰρ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζώῳ. πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα, διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ, πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων. Aristoteles passim in t I περὶ οὐρανοῦ uocat cælum sphæricum: Sic ille habet: ἐπεὶ δὲ ὁ οὐρανὸς τοιοῦτος. σῶμα γάρ τι θεῖον διὰ τοῦτο ἔχει τὸ ἐγκύκλιον σῶμα. Pythagoras existimauit cælum esse ouatum, Seleucus turbinatum, Epicurus uariarum formarum, Stoici cum Academicis & Peripateticis sphæricum ¶ Diuinis animatæ mentibus.} Ex Iamblico & Plotino accepimus, inprimis esse Deos, deinde dæmonas, tum animam mundi, postea animas stellarum, hinc heroas, postremo hominum animas. Mundum esse animatum prodidit Plato in Phædro, & prolixius in Timæo: id quod Chalcidius mira subtilitate exposuit. Aristoteles Platonis sententiam sequutus est, quam imitati sunt Diogenes & Xenophanes: quanquam Stoici, Pythagorici, & Epicurei contrariam tenuerint. Erit tamen operæpretium explicare, quæ sit hæc anima mundi, hinc enim magia naturalis originem traxit, & alchumistica. In hac desudarunt ueteres Academici: Nec satis perspicuum est, quid Plotinus uelit. nam Iamblicus & Porphyrius ad spiritum & mentem confugiunt. Aristoteles tamen in libro de Mundo, ad Dei uirtutem. Nicolaus Cardinalis Cusanus animam, illam sagacitatem naturæ uocat. Bessarion Cardinalis Nicenus sentit cum Aristotele. Thomas Linacrus Anglus, medicorum omnium sui seculi facile princeps, frequenter cum essem in Anglia aiebat, problema istud nondum esse apertum. Nam quòd Galenus imitatus Platonem animam mundi tradiderit, id fuisse ei commune cum multis: illam tamen quæ & qualis esset, non explicuisse dicebat. M. Tullius in hoc Somnio Solem mundi mentem appellat. Plinius V I. capite I I. libri Naturalis historiæ, animum totius mundi. Quòd si habenda est fides ueteribus, animam mundi dicemus Deum. idq; facimus, adducti Orphei argumento. is enim in Hymnis, Iouem animam mundi appellat. uersus habent in hunc modum:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλή. ζεύς μέσσα. διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζευς πυθμὴν γαίηστε καὶ οὐρανου ἀστεροέντος.
Ζευς ἄρσην γένετο, ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντεσι, ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα, ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεὺς, ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχικέραυνος.
πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάοσδ' πολυγηθὲς.
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

Hos uersus ita uertit Apuleius:

Iuppiter omnipotens est, primus, & ultimus idem.
Iuppiter est caput, & medium, Iouis omnia munus.
Iuppiter est fundamen humi, ac stellantis Olympi.
Iuppiter & mas est, & nescia fœmina mortis.
Spiritus est cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis.
Et pelagi radix. Sol, Luna, est Iuppiter iste.
Omnipotens rex est, rei omnis Iuppiter ortus.
Nam simul occuluit, rursum extulit omnia leto
Corde suo è fato, consultor lumine rebus.

Hi uersus desiderantur in exemplari Græco Aristotelis de Mundo nam post illa, in quibus Aristoteles habet. διὸ καὶ ἐν τοῖς ὀρφικοῖς οὐ κακῶς λέγεται, ἃ λέγεται: sequi debẽt prædicti uersus, quod ante nos annotauit Apuleius. Gulielmus Budæus uir summa eruditione, & exactissimo iudicio, non putat hunc libellum de Mundo esse Aristotelis, quòd in eo Aristoteles usus fuerit præfatione eloquentissima, et illa quidem insolita. Iacobus Tusanus huius Academiæ regio stipendio literarum Græcarum professor eruditissimus, dixit mirari se, quòd in hoc libello Aristoteles uocet Platonem generosum. Sic enim habet in calce libelli, οὐκ ἄλλό τι πλὴν ὁ θεὸς, καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος πλάτων φησίν. et hoc argumento sentit cum Budæo. Quod equidem non omnino negarim, quando olim dum libellum in Anglia transcriberem ex exemplari Maleti Canonici Vuindisorensis, huic sententiæ nec refragatus fuerim. Hæc obiter admonuimus in gratiam studiosorum. Nunc redeamus, unde degressi fuimus. Plato in Phædro Iouem animam mundi facit, in cuius sententiam pedibus iuit Vergilius in Palæmone, ubi Damœtam inducit cantantem:

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.

Et sexto Æneidos:

Principio cælum ac terras, camposq; liquentes
Spiritus intus alit.

Stellas uero animatas esse docui, ubi ostendi ueteres existimasse sidera deos esse. ¶ Circulos suos orbesq; conficiunt celeritate mirabili.} Hæc referuntur ad motum diurnum sphærarum, quem quatuor & uiginti horarum spatio conficiunt. de quo dicam postea. ¶ Quare & tibi Publi, & pijs omnibus, retinendus est animus in custodia corporis.} Indicat Paulus, terram arenam esse & campum, in quo homines clarissimis rebus gestis promereri ualent: nec inde discessuros eos dicit, donec corporis munia obierint. & ætera ui iam & exerciti illuc redeant emeriti, unde uenerant.

*Sed sic, Scipio, vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui iustitiam cole, & pietatem: quæ cum sit magna in parentibus; & propinquis, tum in patria maxima est: quia ea vita, via est in cœlum, & in hunc cœtum eorum, qui iam vixerunt; & corpore laxati illum incolunt locum quem vides: erat autem is splendidissimo candore inter flammas elucens circulus; quem vos, vt à Graijs accepistis, orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti præclara cætera, & mirabilia videbantur. Erant autem eæ stellæ, quas nunquam ex hoc loco vidimus; & eæ magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus. Ex quibus erat illa minima, quæ vltima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi * terræ magnitudinem facile vincebant. Iam vero ipsa terra ita mihi parua visa est; vt me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pœniteret. Quam cum magis intuerer, Quæso, inquit Africanus, quousq; humi defixa tua mens erit? Num'ne aspicis, quæ in templa veneris? Nouem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia; quorum vnus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus, arcens, & cōtinēs cæteros: in quo infixi sunt illi,*

*terrarum

¶ Sed sic Scipio, ut auus hic tuus.} Seniorem Paulum intelligit, qui ad Cannas uictus & superatus ab Annibale fuit. ¶ Quia ea uita uia est in coelum.} Postquam Paulus docuit iustitiam colendam esse, & subinde pietatem, illam erga ciues, hanc uero erga patriam, parentes, & propinquos: ostendit hac uia: his modis peruolandum esse in coelum. ¶ Erat autem is splendidissimo candore inter flammas elucens circulus, quem uos ut à Graijs accepistis, orbem lacteum nuncupatis.} Circulus Galaxia dicitur, de Græca dictione γάλα γάλακτος, lacteus circulus est Latine. Proclus author est, circulum esse obliquum in octaua sphæra coelestium circulorum conspicuum, nec certa latitudine definitum, ex tenui & nebulosa substantia, quem ueteres circulum lacteum dixere. ita ille habet, λοξὸς δὲ ἐστι κύκλος, καὶ ὁ τοῦ γάλακτος. οὗτος μὲν οὖν μείζονι πλάτει λελόξωται τῷ τροπικῷ κύκλῳ. συνέστηκε δὲ ἐκ βραχυμερίας νεφελοειδοῦς. Aristoteles in libro de Mundo, & in libris μετεωρολογικῶν, refert circulum quendã esse in octaua sphæra, tot plenum stellis, ut appareat planè album. ita ille scripsit: ἐν τούτῳ γὰρ πλείω καὶ πυκνότερά ἐστιν ἄστρα, ἢ ἐν θατέρῳ. ὡς οὐδ' ἑτέραν τινὰ αἰτίαν γιγνομένου τοῦ φέγγους, ἢ διὰ τὴν τῶν ἄστρων φοράν. εἰ γὰρ ἔστι τῷ κύκλῳ τούτῳ γίνεται, ἐν ᾧ πλεῖστα κεῖται τῶν ἄστρων. καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου, ἐν ᾧ μάλλον φαίνεται κατεπεπυκνῶσθαι καὶ μεγέθει καὶ πλήθει ἀστέρων. ταύτην εἰκὸς ὑπολαβεῖν οἰκειοτάτην αἰτίαν εἶναι τοῦ πάθους. ¶ Erant autem hæ stellæ.} De stellis uidetur loqui erraticis, quas Græci πλανήτας uocant. ¶ Quas nunquam ex hoc loco uidimus.} Re uera ita est. nam magnitudo planetarum non uisitur è terris, quantus ipsi planetæ uideantur. ¶ Ex quibus erat illa minima, quæ ultima coelo.} Hæc si non referantur ad orbem lunæ, non uideo quomodo uerum habeant, nisi dixeris Ciceronem existimasse, Lunam esse minimam: quod falsum esse constat. nam Mercurius est minor Luna, & Venus quoque, si habenda est fides Ptolemæo, quinto libro τῆς μεγάλης πραγματείας, & ijs, quæ deprehensa sunt ab Alphragano & Thebitio Arabibus. Quod si libuerit in summa magnitudinem planetarum cognoscere, lege Commentarios in sphæram Iacobi fabri Stapulensis. ¶ Luce lucebat aliena.} Id ueterum omnium consensu receptum est. Plinius VI. capite. II. libri Naturalis historiæ author est, Solem lumen suum cæteris sideribus fœnerare. ¶ Iam uero ipsa terra ita mihi parua uisa est.} Terram punctum esse & centrum, si ad coelum conferatur, profitentur Proclus, Cleomedes, & Claudius Ptolemæus primo libro τῆς μεγάλης πραγματείας. quod enim in circulo punctum est, id terra in mundo. ¶ Vt me imperij nostri pœniteret.} Lubet referre, quæ Plinius libro secundo Naturalis historiæ, capite LXVIII. adducit de terræ habitatione, is enim, postquam dixerat particulam solam terræ habitari, exclamat quodam epiphonemate: Hæc est, inquit, materia gloriæ nostræ, hæc sedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisq; cædibus laxiorem facimus terram. & ut publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoq; uicini cespitem nostro solo affodimus: ut qui latissime rura metatus fuerit, ultra'que fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, uel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tamen proportionem defunctus eius obtineat? ¶ Quæso, inquit, Africanus, quousque humi defixa erit tua mens?} Eos damnare uidetur, qui perpetuo contemplantur hæc terrena, nec sciunt se abducere ab illis. ¶ Nouem tibi orbibus, uel potius globis, connexa sunt omnia.} Quotquot fuere ante Ptolemæum, octo sphæris coelum distinxere: Plato in Timæo, Aristoteles περὶ οὐρανοῦ, Cicero in hoc Somnio, & in libello de Vniuersitate. quanquam in hoc somnio terram orbem facit, quæ cum octo sphæris nouem orbes absoluit. Plinius octo, capite octauo, secundi libri Naturalis historiæ. Plato & Aristoteles Solem in secundo coelo Lunæ proximum collocauerunt. Cicero, & post Ciceronem omnes, in quarto. Ptolemæus. I. lib. τῆς μεγάλης πραγματείας, deprehensis duobus motibus octauæ sphæræ, altero ab oriente in occidentem, spatio quatuor & uiginti horarum, altero ab occidente in orientem longo temporis interuallo, ratiocinatus est esse aliam orbem cui soli conueniret motus ille citissimus ab oriente in occidentem. Itaque posuit nouem sphæras, siue nouem orbes. nostro autem seculo numerus productus est ad decem. Igitur Plato Solē in II. orbe iuxta Lunã posuit. uerba eius ĩ Timæo, sunt hæc, σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον. ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς. & Aristoteles in libello de Mundo, εἶτα ὁ ἥλιος, καὶ τελευταῖος ὁ τῆς σελήνης. ¶ Quorum unus est coele. exti. qui reli. om. com.} De coelo stellato loquitur, quod omnes alios complectitur. ¶ In quo infixi sunt.} De stellis fixis agit.

¶ Qui

qui voluuntur, stellarum cursus sempiterni; cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu atque cœlum. Ex quibus vnum globum possidet illa, quã in terris Saturniam nominant. deinde est hominũ generi prosper & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. tum rutilus horribilisq; terris, quem Martem dicitis. deinde subtermediam ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta, sua luce lustret, & compleat. Hunc vt comites consequuntur alter Veneris, alter Mercury cursus. In infimoq; orbe Luna radys Solis accensa conuertitur. Infra autẽ iam nihil est, nisi mortale, & caducum, prêter animos generi hominum deorũ munere datos. Supra Lunã sunt æterna omnia. Nam ea, quæ est media, &

Qui voluuntur stellarum cursus sempiterni. } Indicat firmamentum, siue octauam sphæram, unico motu, et illo quidem citissimo moueri, ab oriente in occidentem. ¶ Cui subiecti sunt septem, qui uersantur retro contrario motu. } Duo sunt sphærarum cœlestium motus, alter citissimus et uelocissimus, quo octaua sphæra: quatuor et uiginti horis peragit circulum suum ab oriente in occidentem, iterum ueniens in orientem. et hic motus est uniformis et æqualis, nullam noscens uarietatem: quo motu firmamentum secum trahit omnes alias sphæras: et hic motus fit supra axem mundi, et polos. Alter uero motus est, quo unaquæq; septem sphærarum mouetur ab occidente in orientem, supra axem zodiaci, et polos. sed hic motus contra nititur alteri, tametsi non sit contrarius: quandoquidem motui circulari nullus motus est contrarius. Quòd autem cœlum moueatur his motibus, constat ex ijs quæ nõ modo instrumẽtis, uerumetiam absque eorum auxilio deprehensa sunt. Quo magis miror, Lactantium Firmianum tam constanter affirmasse, cœlum non moueri, sed terram. cuius sententiam secutus est Nicolaus Cusanus, uarijs argumentis. ¶ Saturniam. } Octauam sphæram sequitur Saturnus. hic planeta proprio motu peragit circulum suum spatio triginta annorum, id quod testatur Plinius libro 2. cap 8. Vitruuius lib. 9. cap. 4. de Architectura, colligit Saturnum mensibus 29. et aliquot diebus, absoluere unum signum. ¶ Prosper et salutaris fulgor, qui dicitur Iouis. } Aristoteles hunc planetam lucidum uocat. ita habet in libro de Mundo, ἐφεξῆς δὲ ὁ τοῦ φαέθοντος Διὸς λεγόμενος. Salutaris dicitur et prosper, quia est temperatus. est enim Saturnus gelidus ac frigidus, ex Plinio libro 2. cap. 8. et ex Ptolemæo in Apotelesmatis, apotelesmate. 62. Mars uero est calidus, ex cuius feruore, & rigore Saturni, temperatur medius Iupiter: ex eodem Ptolemæo & Plinio. Hinc est, quòd interiectus ambobus sit Iupiter deus salutaris. Ambit circulum suum duodecim annorum interuallo: percurret unum signum, ex Vitruuio. 9. lib. cap. 4. spatio trecentorum & quinquaginta quinq; dierum, medius motus Iouis unius diei erit.

m	2	3	4	5	6
4	59	14	16	46	31

Idem in alijs dicerem, sed longum esset omnia scribere. Legat, qui uolet, Ptolemæum libro. 9. τῆς μεγάλης πραγματείας. ¶ Tum rutilus horribilisq; terris quem Martis dicitis. } Aristoteles rutilum siue igneum appellat, in libro de Mundo, εἶθ' ὁ πυρόεις ὁ ἡρακλέους καὶ ἄρεος προσαγορευόμενος. Horribilis, ad effectum pertinet. circuit orbem suum duobus annis. ¶ Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio. } Esto quòd Sol reuera planeta sit, ueteres tamen minime inter planetas numerabant, quod fecit Plin. lib. 2. cap 8 cum dicit: Omnium autem errantium sydêrum meatus, interq; ea Solis & Lunæ. Apparet Plin. existimasse, Solẽ & Lunã nõ esse errantes: & Theon in Ptolemæum & in Aratum non numerari ait hæc inter erratica sidera. Dux, eò spectare uidetur, quòd sit omnium siderum rector, ut refert Plinius libro. 2. capite. 6. & uniuersæ naturæ regimen habeat. Moderator luminum dicitur, quòd lumen suum cæteris sideribus fœneret. Mens mundi, & animus quoque dictus est: ita Plinius libro secundo capite sexto. Hunc mundi esse totius animum, ac planius mentem credere decet. quin & numen, eodem Plinio authore, dictum est. Temperatio: hanc particulam exprimit Plinius doctè, eodem capite. 2. libri: Hic, inquit, uices temporum, annumq; semper renascentem ex usu naturæ temperat. Temperat quoq; sidera alia. nam cum planeta aliquis recedit statutis gradibus à Sole, non potest ultra recedere. nam Venus non potest à Sole, longius abesse, quàm XLVII. gradibus, et Mercurius XXVIIJ. ¶ Tanta magnitudine. } Macrobius dixit, Solem octies duntaxat maiorem esse terra. quod si ita est, non erit tanta magnitudo, quantam hic facit Cicero. Propterea maiorem fidem habent, quæ Thebitius de magnitudine planetarum scripsit. ut sit datum, eam esse proportionem cubi ad cubum, quæ globi ad globum. Hoc statuto, Thebitius mirus artifex & in deprehendenda stellarum magnitudine solers, supputatis omnibus collegit, Solem maiorem terra centies sexagies sexies, additis tribus octauis. Cognita igitur terræ magnitudine, facile existet Solis magnitudo. Absoluit Sol circulum suum trecentis & sexaginta diebus cum sex horis. Hæc additio deprehensa est ex ratione umbrarum in Sciothere. hinc est quòd quinto quoq; anno unus intercalaris dies additur, ut ratio dierum et horarum æquinoctialium congruat Solis cursui. hoc quidem fit in Februario, propterea uocatus fuit ἐμβολιμαῖος. Hæc intercalatio in spatio centum annorum non congruit cursui Solis. deest enim unus dies, et una quarta diei: nam in centum annis sunt sex dies, ferè cum dimidio. Itaq; in quolibet anno relinquuntur LXVIII. secunda, quæ addita faciunt octoginta minuta. ¶ Alter Veneris } Hunc orbem uocat Aristoteles φωσφόρος, οἱ δὲ ἥρας προσαγορεύουσιν, alij uocãt Isidis, alij Matris deum. Plinius lib. 2. cap 8. uocat planetam uagum alterno meatu, quòd modo antecedat, modo subsequatur Solem. Sumptum hoc ex Cice. 2. de Natura deorum. Venus dicitur eidem Ciceroni, quòd ad omnes res ueniat: ab Sole nunquam absistens partibus sex atq; quadraginta longius: ut author est Plin. lib. 2. cap. 8. Cicero. 2. de Natura deorum scribit, Venerem non longius à Sole discedere duobus signis, hoc est sexaginta partibus. ambit circulum suũ tricenis et duodequinquagenis diebus. ¶ Alter Mercurij. } Aristoteles in libro de Mundo uocat τὸν ἱερὸν, sacrũ Mercurij siue Apollinis. Mercurius Græcis est ἑρμῆς, ab ἑρμηνεὺς interpres et nuncius. Ferè eodẽ interuallo tẽporis absoluit circulũ suum, quo Venus: ocyore tamen ambitu nouem dierum. ¶ In infimo orbe Luna radijs Solis accensa con. } Nouissimũ sidus est Luna, à Sole lumen habẽs, minimo ambitu circũuoluta, uicenis diebus septenisq; spatiũ sui circuli absoluens. Græcis σελήνη dicta, à σέλας et νέον, quòd nouum et uetus lumen recipiat à Sole: Plato in Cratylo.

¶ Nona tellus.} Videtur terram nonum facere orbem, aduersus omnes & ueteres & recentiores ¶ Pondera nu. suo}. i. natura sua. ¶ Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus.} Interrogatus Africanus maior, quis esset sonus ille cœlestis tam dulcis, respondet, Hic est, qui interuallis coniunctus imparibus. Erit iam nobis res cum Pythagora, quanquam prolixius fortassis q̃ exigebat ratio scholiorũ. Sed dabunt hoc nobis studiosi, quibus prodesse cupimus. nõ enim potest dici tantus concentus succinctius. Igitur Pythagoras author harmoniæ cœlestis, cum ex collisione istorum corporum cõsonantias hic fecisset: eodem argumento id fecit in cœlis, in quibus diapason consonantiam ex eorum motu deprehendit: Quæ ut omnibus stant aperta, nonnullis definitionibus utentur. Sonus est, quod ex duorum corporum collisione fit. Interuallum est, spatiorum soni grauis & acuti proportio, seu habitudo. Spatium est, neruus, chorda, aer, aut quid simile, à quo sonum elicimus. Consonantia est, soni grauis acutiq; mixtura. Tonus est, consonantiæ principium, ex soni ad sonum sesquioctaua proportione proueniens. Sesquioctaua proportio est, quando maius cõtinet minus semel tãtũ, & unã octauã minoris, ut, nouem ad octo. Sed quia tonus non potest diuidi in duo æqualia, duæ erunt partes toni inæquales: altera maior, quæ uocatur semitonium maius: altera minor, quæ uocatur semitonium minus. Consonantiæ simplices sunt tres, diatessaron, diapente, & diapason. Compositæ, duæ, diapason, diapente, & bis diapason. Diatessaron est cõsonantia, quæ ex interualli sesquitertia ratione nascitur. Est autẽ proportio sesquitertia, quando maius continet minus semel duntaxat, & eius tertiã partem, ut, quatuor ad tria. Diapente, quæ nascitur ex sesquialtera. Sesquialtera est, quando maius continet minus semel tantũ & alterã eius partẽ, ut tria ad duo. Diapason, quæ ex dupla: est autẽ dupla, quando maius cõtinet minus bis tantũ, ut quatuor ad duo. Compositæ consonantiæ ex simplicibus constant. Sonus est multiplex: acutissimus & dicitur Nete: iuxta acutissimum, & dicitur Paranete: iuxta medium, & dicitur Paramese: Medius, & dicitur Mese. Index, & dicitur Lichanon, iuxta grauem, & dicitur Parhypate: grauissimus, & dicitur Hypate. Modi sunt septem, hypodorius, hypophrygius, hypolydius, dorius, phrygius, lydius, mixolydius. Melorũ tria genera, diatonici, chromatici & enharmonici. Diatonicum per Semitonium minus & duos tonos procedit, cuius Pythagoras in harmonia cœlesti habuit rationem. In hoc genere mixolydius est acutissimus, & hypodorius grauissimus. Sic igitur statuemus modos cum uocibus, mixolydius nete, lydius paranete, phrygius paramese, Dorius mese: hypolydius lichanon, hypophrygius parhypate, hypodorius hypate. Restat cognoscere Diapason consonantiam fieri ex diapente & diatessaron, non aliter q̃ duplam fieri dicimus ex sesquialtera & sesquitertia. Statuamus præterea, diatessaron constare duobus tonis & semitonio minore, quod alias in theorematis musicis demonstratũ est: diapente tribus tonis et semitonio minore. hinc fiet, diapason constare quinq; tonis, et duobus semitonijs minoribus, quæ non cõplent tonũ. His igitur præfatis, duplex erit cõsideratio orbiũ cœlestiũ. nã aut est habenda ratio motus diurni, aut proprij, quo unusquisq; proprie mouetur. Pythagoras, quẽ Cice. noster imitatur, nullã habuit rationem motus proprij, sed diurni duntaxat, quo ordine Luna erit grauissimus hypate, Mercurius parhypate, Venus lichanon Sol mese, Mars paramese, Iupiter paranete, Saturnus nete: octaua sphæra sonũ habebit acutum, respondentẽ sono grauissimo Lunæ. Erunt igitur septẽ interualla, et octo soni. Porro cum hæc harmonia fiat per Diatonicum, erit ordo tonorum talis. Luna erit tonus, Mercurius tonus, Venus semitoniũ minus, Sol tonus, Mars tonus, Iupiter semitonium minus, Saturnus tonus. erit igitur absoluta consonantia diapason, ex quinq; constans tonis et duobus semitonijs minoribus. Rursus Luna erit hypodorius, Mercurius hypophrygius, Venus hypolydius, Sol dorius, Mars phrygius, Iupiter lydius, Saturnus mixolydius. Pli. aliter. Sed ego nõ uideo, quo argumẽto dicit Iouẽ esse phrygiũ, cũ sit semitoniũ: nisi uelit hunc cõcẽtũ nõ fieri in Diatonico, sed alio genere. nos uero Pythagorã secuti sumus quãquã fusius, et præter leges scholiorũ. sed iã precati fuimus ueniã.

nona tellus, neq; mouet', et infima est, & in eã feruntur omnia suo *motu põdera. Quæ cũ intuerer stupẽs, vt me recepi, Quis hic, inquã, quis est, qui complet aures meas tantus et tã dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui interuallis cõiunctus imparibus, sed tamẽ pro rata portione distinctis, impulsu, et motu ipsorũ orbiũ *cõficitur: qui acuta cũ grauibus tẽperans, varios æquabiliter concẽtus efficit. Nec.n. silẽtio tãti motus incitari possunt; et natura fert, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera aũt acute sonẽt. Quam ob cãm summus ille cœli stelliferi cursus, cuius cõuersio est cõcitatior, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo aũt hic lunaris atq; infimus. Nã terra nona immobilis manẽs, ima sede semper hæret cõplexa mediũ mundi locũ. Illi aũt octo cursus, in quibus eadẽ vis est duorum, Mercurij, & Veneris, modorũ septẽ efficiunt distinctos interuallis sonos:

*nutu

* efficitur:

ERAS. IN SOMNIVM SCIPIONIS.

ILli aũt octo cursus, in q̃bus eadẽ uis est duorũ, Mercurij et Veneris, modorũ, septẽ efficiũt distinctos interuallis sonos, q numerus rerũ omniũ ferè nodus est.} Hic locus nõnihil torquet eruditos. Nã et in nostris exẽplaribus habetur uarius, in nõnullis sic habetur: Octo cursus quibus eadẽ uis est modorũ, septẽ eff. etc. Nec ulla mentio fit Mercurij ac Veneris. At Theodori uersio discrepat ab utraque lectione. Sic.n. reddidit. ἐκεῖνοι γε μὴν οἱ ὀκτὼ δρόμοι ὧν δίττη αὐτοῖς πρόσεστι δύναμις ἑπτὰ διωρισμένους τοῖς διαστήμασιν ἤχους ἀποτελοῦσιν, ὅστις δ' ἅπαξ ἀριθμός, σύνδεσμος ἀντικρὺς τῶν ὄντων ἐστίν. i. Illi autẽ octo cursus, quorũ gemina ipsi ẽ uis inest, septẽ interuallis distinctos efficiunt sonos, qui sanè numerus, planè rerũ omniũ nodus est. Videtur.n. p modus legisse nodus, qui uerterit σύνδεσμος. Qui addiderũt, Mercurij & Veneris, uidẽtur terræ quoq; dedisse suũ sonũ. Quãquã totum hoc de cõcentu orbiũ cõmentũ, dictu iucundius est, q̃ uero similius. De terra certe nõ sensit Cic. quã unã facit immobilẽ, docens reliquorũ orbiũ sonos ex agitatione motuq; cieri. Hoc isti parũ animaduertentes, ne sint soni nouẽ, eandẽ uocẽ tribuerunt Veneri et Mercurio, q̃ in organis musicis aliquoties fit, ut duæ chordæ reddant eundẽ sonũ. Id quod Cice. loquitur de septenario, cũ orbes sint octo, bifariã põt explicari. Primũ ut summa acuta, et ima grauis, accipiãtur pro eadẽ, propter summã cõsonantiã, uelut fit in Magade. Deinde ut in Ciceronis sermone septem referamus non ad sonos, sed ad interuallis, efficiunt sonos distinctos septem interuallis. Siquidem in διὰ πασῶν octo quidem uoces sunt, sed interualla non nisi septem.

Porro

Porro quod M. Tullius ait eandem esse uim modorum in illis octo, non sentit omnes idem sonare, sed ad harmoniam absoluendam pariter agere. In quo differunt omnes à terra, cui talis uis non adest. Quid autem sequutus Theodorus, uerterit ἀυτὴ, non satis queo diuinare, nisi forte sensit de duplici motu sphærarum, non de sonis. Quanquam in his quod attinet torqueri, cum ipse sermo Græcus nõ satis cohereat. Et fieri potest, ut Theodorus aliud scripserit, quàm legimus. Si tollãtur ea uerba, quæ satis apparet ab erudito quopiã addita, demonstrauimus nihil esse scrupuli.

¶ Qui numerus rerum omnium nodus est. } Septenariũ docet esse nodum. Qui uolent huius loci enarrationem, legant ea quæ annotauit huius orbis decus Erasmus Roterodam. Huic loco congruit perfectio septenarij Homerica, & postea Vergiliana, O terq́; quaterq́; beati: deinde obseruatio illa Hippocratis in admouendis medicamentis, & supputandis diebus imparibus. ¶ Quod docti homines neruis imitati. } Pythagorã indicat, & Aristoxenum, Terpandrũ, & alios musicos. ¶ Aures obsurduerunt. } Tanta est harmonia, tanta suauitas cœlestis musicæ, ut aures nostræ obsurduerint, non aliter atque Sol cum uisum nostrum attingit.

¶ Catadupa nominantur. } κατάδουποι ex Hesychio est, ὀργίλος καταῤῥάκτης, i. impetuosus seu preceps locus, unde aqua ruit. In Elephantide urbe Aegyptia sunt montes quidam, distinguentes Aethiopiam sub Aegypto ab Aegypto, in quibus sunt Nili cataractes, authore Herodoto, & Strab. lib. ultimo, ubi nobis narrat suam peregrinationẽ. Hinc est, ut Aethiopes qui agunt prope cataractas, & Aegyptij, propter magnitudinem sonitus obsurduerint. ¶ Humana contemnito. } Hortatur Africanus Aemilianum, ut cœlestia semper spectet. Admonitio uere Christiana, quanquam ex ethnico pectore depromptæ: ut magno argumento esse debeat Christianis tradidisse ethnicos pleraq; quæ Christianum Euangelium sapiant. quamuis non eo spiritu id dixerint, quo nos & dicere, & facere debemus. Sunt enim hæc terrena, caduca, & planè uana, & quæ solo flatu facile ægrotent, labefacientur, atq; frangantur: illa uero, cœlestia, sempiterna, quæ nunquam dissolui possunt, nec est morbus qui possit ea

ut transuersos

*qui numerus rerum omnium ferè nodus est. quod docti homines neruis imitati, atque cantibus, aperuere sibi reditum ad hunc locum; sicut alij, qui præstantibus ingenijs in vita humana diuina studia coluerunt. hoc sonitu oppletæ aures obsurduerunt: nec est vllus hebetior sensus in vobis: sicut in illis, vbi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus; ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint: sicut intueri Solẽ nequitis aduersum, eiusq; radijs acies vestra, sensusq; vincitur. Hæc ego admirãs, referebam tamen oculos ad terram identidem. Tum Africanus, Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum contemplari, ac domum: quæ si tibi parua, vt est, ita videtur; hæc cœlestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes? Vides habitari in terra raris & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, vbi habitatur, vastas solitudines interiectas; hosq; qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit; sed partim obliquos, partim * auersos, partim etiam aduersos stare uobis: à quibus expectare gloriam certe nullam potestis. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis: è quibus duos maxime inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina uides; medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri. duo sunt habitabiles: quorum australis ille; in quo qui insistunt, aduersa uobis urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. hic autem alter subiectus Aquiloni,*

affligere. ¶ Vides habitari in terra raris & angustis locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas. } Notat quàm sit parua pars terræ, quæ habitatur, si conferatur cũ interiectis solitudinibus, & cum ea parte quæ non habitatur. nam utraq; Scythia, extra Imaum et intra Imaum, præsertim ea quæ septentrionalior est, omnino est deserta: maxima pars minoris Africæ, Libyæ interioris, Asenigarum, Nigritarum, Aethiopum, inhabitata: bona pars Aegypti inculta nostro seculo, magna pars Germaniæ & Sarmatiæ, quod aperte indicat Hercinia sylua, sexaginta dierum iter occupans, si spectes longitudinem: et nouem, si latitudinem, authoribus Cæsare, et Mela. partes septentrionales Noruegiæ et Suetiæ, uniuersa ferè Gotzia, ad hæc tota latitudo Tauri montis in Asia inculta est. Taceo quanta sit solitudo in Arabia Petrea, deserta, et in maiore Armenia et in Thracia mediterranea. ¶ Partim obliquos. } Periœcos indicat, qui circum habitare dicuntur. habẽt enim nobiscum eundem parallelum et meridianum. ¶ Partim transuersos. } Antœcos intellige, qui in suo hemisphærio eundem habent meridianum, quem nos: sed non eundem parallelum. ¶ Aduersos. } Ad Antipodas refertur, de quibus in nostris Annotationibus in Pomponium Melam, nuper à nobis auctis, latissime dicturi sumus, diximusq; publice in Academia Pictauensi, & præterito anno frequentissimo auditorio Lutetiæ. ¶ Circundatam cingulis. } Zonas intelligit. Hos locos ubi de zonis agit Cicero, facile intelliges, tam in plano quàm in solido dispositis quinque parallelis, utrunque hemisphærium continentibus. duæ zonæ quæ sunt à polo arctico ad circulum arcticũ, et à polo antarctico ad circulũ antarcticum, sunt frigidissimæ, q. longe absint à corpore Solis. ¶ Medium autem illum et maximum Solis ardore torreri. } Zonam intelligit, quæ est inter duos tropicos cancri et capricorni. Sed cur ardeat, ratio est in promptu: q. corpus Solis perpetuo inter duos tropicos decurrat. Ista igitur zona ob calorem, & aliæ ob rigorem sunt inhabitabiles. non quòd nõ habitẽtur: nã cõpertũ est hoc esse falsum. nã zona frigida, quæ uergit ad septẽtrionẽ incolitur à Pilapelãtibus et Engronelãtibus. torrida zo

Cic. de Offic.

na.ab Aethiopibus felicis Aethiopiæ sub Aegypto, quæ est Presbyteri Ioannis, & ab Arabibus felicis Arabiæ, & in parte quadam Indiæ ditissima, ubi est Cambaya, Callicut, Cananor. habitatur & in bona parte Americæ, præsertim mediterranea: quæ hodie Peru dicitur, satis commode habitatur. Quod autem dictum est à ueteribus, zonas illas inhabitabiles esse, hoc ideo factum est, quòd regiones illas minime cognoscerent: uel, quòd non commode habitarētur. ⁋Omnis enim terra quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior.} Geographi latitudinem terræ inter duos polos collocauere, longitudinem uero inter orientem & occidentem. & recte quidem. Nam in omni re plana dimensio minor est semper latitudo, longitudo uero maior. Philosophi contra longitudinem inter duos polos constituerunt, latitudinem uero inter duo puncta orientis & occidentis. Vertices appellat utrunque polum, arcticum & antarcticū: latera, orientem & occidentem. Certum est, maiorem esse distantiam inter latera, quàm inter uertices. nam maior est tractus qui est ab Ampelusia promontorio, quod nunc dicitur La punta dalcacar, usq; ad Indiam extra Gangem, nam Romanis solus iste tractus notus erat, quàm sit tractus à Thyle insula usque ad Aethiopiam sub Aegypto.

Annus uertens.

⁋Parua quædam insula est.} Homeri fuit sententia, & Aristotelis in libro de Mundo. Τῶν τε νήσων αἱ μὲν εἶσι μεγάλαι, καθάπερ ἡ σύμπασα ἥδη εἰκουμένη λέλεκται.

⁋Vel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit.} Seculo Scipionis nullum erat Romanorum nomen apud Caucasum, minus apud Indos. Caucasus ramus est Tauri montis. Taurus mons ita diuidit totam Asiam, sicut Apenninus Italiam, Atlas mons Africam: & Idubeda, siue Iubalda Hispaniam. Est igi-

quem incolitis, cerne quàm uos tenui parte contingat. Omnis enim terra, quæ colitur à uobis, angustata verticibus, lateribus latior, parua quædam insula est; circunfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto nomine, quàm sit paruus, vides. Ex his ipsis cultis, notis'que terris, num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? Quis in reliquis orientis, aut obeuntis Solis vltimis, aut Aquilonis, Austri'ue partibus tuum nomen audiet? Quibus amputatis, cernis profecto quantis in angustijs vestra gloria se dilatari velit. Ipsi autem, qui de vobis loquuntur, quàm loquentur diu? Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuscuiusque nostrum à patribus acceptas posteris prodere: tamen propter eluuiones, exustiones'que terrarum, quas accidere tempore certo necesse est; non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem interest ab ijs, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui ante nati sunt? qui nec pauciores, & certe meliores fuerunt viri: cum præsertim apud eos ipsos, à quibus nomen nostrum potest audiri, nemo vnius anni memoriam consequi possit. homines enim populariter annum tantummodo Solis, id est, vnius astri reditu metiuntur. re ipsa autem cum ad idem vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandem'que totius cœli descriptionem longis interuallis retulerint; tum ille vere vertens annus appellari potest: in quo vix dicere audeo, quàm multa secula hominum teneantur. Nanque vt olim deficere Sol hominibus, extingui'que visus est, cum Romuli animus hæc ipsa in templa penetrauit: ita quandocunque eadem parte sol, eodem'que tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium, stellis'que reuocatis expletum annum habeto. Huius quidem anni non dum vigesimam partem scito esse conuersam. Quocirca si reditum in hunc locum desperaueris, in quo omnia sunt magnis, & præstantibus viris; quanti tandem est ista hominum gloria, quæ pertinere vix ad vnius anni partem exiguam potest? Igit' alte spectare si voles, atq; *hāc sedē & æternā domum contueri, neq; sermonibus vulgi dederis te, nec in præmijs humanis spem posueris rerū tuarū; suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verū decus.

tur Caucasus, inter Pontum Euxinum & Caspium sinum, uergens ad Scythiam, quæ nunc minor Tartaria dicitur, iuxta Colchos, Albanos, & Iberos. ⁋Vel illum Gangem transnare.} Ganges amnis est ingens: oritur in parte quadam Tauri montis, quæ uocatur Imaus: fluit per mediam Indiam, à septentrione in meridiem, defluens in Oceanum Indicum.

⁋Quibus amputatis.} Si igitur amputemus partes illas terræ, quibus ignoti sumus, uix restat angulus terræ in quo gloria nostra dilatari possit. Ad hæc qui nos celebraturi sunt, uix uno momento id facient, cum hominum uita breuissima sit. ⁋Quinetiam.} Pergit deprimere hæc humana, & terrena. Si proles, inquit, futurorum hominum laudes uniuscuiusque nostrum à patribus acceptas posthac cupiat posteris tradere, certe non poterit. nam certum est, perituras urbes complures, & oppida uarijs alluuionibus. quod si ita sit, & uidemus ante nos fuisse, una cum urbibus peribunt homines, qui nostra erant prædicaturi. Iam illud manifestum est, præcones nostrorum actorum nec annum uicturos. nam quod uiuant annum solarem, uel minimum est. De magno anno id uelim intelligas, quem aliqui triginta sex millium annorum faciunt, recentiores quadraginta nouem millium. Macrobius quindecim millium. Mar. Tullius rationem sequitur Platonis. est enim magnus annus Platonicus, triginta sex millium annorum: sed Cicero ab excessu Romuli supputat. ⁋Neq; te sermonibus uulgi dederis, neq; in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum.} Sententia pia, & digna Christiano philosopho: Noli, inquit, aduertere quid dicat uulgus, cum magister sit erroris: nec spem aliquam reponas rerum tuarum in homine. nā uirtus ipsa ducet te ad uerū decus.

*ad hanc

⁋Quid

Quid de te alij loquantur, ipsi uideant: sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille & angustijs cingitur ijs regionū, quas uides; nec unquam de ullo perennis fuit; & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Quæ cum dixisset, Ego uero, inquam, ô Africane, si quidem bene meritis de patria, quasi limes ad cœli aditū patet; quanquā à pueritia uestigijs ingressus patrijs, & tuis, decori uestro non defui: nunc tñ tanto præmio proposito enitar multo uigilantius. Et ille, Tu uero enitere; & sic habeto, te nō esse mortalē, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quē forma ista declarat; sed mens cuiusq; is est quisq; nō ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse: siquidem deus est, qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam regit, et moderatur & mouet id corpus, cui præpositus est, q̃ hunc mundum princeps ille deus; & ut *mundum ex quadam parte mortalē ipse deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Nam quod semper mouetur, æternum est: quod aūt motum affert alicui, quodq; ipsum agitur aliunde, q̃n finem habet motus, uiuendi finem habeat necesse est. Solū igitur, quod *se mouet, quia nunquā deseritur à se, nunquā ne moueri quidem desinit: quin etiā cæteris, quę mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principio aūt nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum aūt nulla ex re fieri pōt: nec enim id esset principium, quod gigneretur aliūde. Quod si nunquam oritur, nec occidit quidem unquam. Nam principium extinctū, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit; siquidē necesse est à principio omnia oriri. Ita fit, ut motus principium ex eo sit quod ipsum à se mouetur: id autē nec nasci pōt, nec mori: uel concidat omne cœlū, omnisq; natura consistat necesse est; nec uim ullā nanciscatur, *quæ à primo impulsu moueatur. Cum pateat igitur æternū id esse, quod à seipso moueatur; quis *est hic, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimatū est enim omne, quod impulsu agitatur externo: quod aūt anima est, id motu cietur interiore, et suo. nam hæc est natura ꝓpria animæ, atq; uis. Quæ si est una ex omnibus, quæ sese moueat; neq; nata est certe, & æterna est. Hanc tu exerce in optimis rebus. Sunt aūt hæ optimæ curæ de salute patriæ: q̃bus agitatus, & exercitatus animus *uelocius in hanc sedē, & domum suā peruolabit: idq; ocyus faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras; & ea quæ extra erunt, contēplans, quāmaxime se à corpore abstrahet. Nam eorū animi, qui se corporis uoluptatibus dediderūt, earumq; se quasi ministros *præbuerūt, impulsuq; libidinū uoluptatibus obedientium, deorum, & hominum iura uiolauerunt; corporibus elapsi circum terram ipsam uolutantur; nec in hunc locum, nisi multis exagitati seculis reuertuntur. Ille discessit: ego somno statim solutus sum.

FINIS.

* ut ipsum m.
* sese
* quæ p.
* est, qui
* uelociter.
* probauerunt.

¶ Quid de te. } Nec refert quid de te alij dixerint. dicent enim in his terræ angustijs, in quibus omnia obruuntur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. ¶ Quæ cum dixisset. } Respondet Aemilianus se id præstaturum omnibus modis, quod Africanus admonet. ¶ Et ille, tu uero enitere. } Docet Africanus, potissimā hominis partē animam esse, cuius nomine homo immortalis redditur. ¶ Deum te igitur scito esse. } Similitudine quadam hoīes dij uocantur. Nam quēadmodū Deus uiget, sentit, prouidet, regit, & moderatur orbē, ita animus uiget, sentit, prouidet, & moderatur corpus. Hinc fit, ut similitudine ac functione Deo sit quamsimilimus. ¶ Nā quod semper mouetur. } Ratiocinatio est: sed Platoni in Phædro demonstratio, nobis uero Sorites est. qua argumentatione ostendit Plato, animam esse immortalem. M. Tullius in Tusculanis, cum referret Aristotelis sententiam de anima, concordiam Platonis & Aristotelis in motu animæ indicauit, cum dixit animam perpetuo moueri & agitari. Sorites Platonis hoc modo colligitur: in primis anima seipsam mouet, deinde à nullo alio mouetur, tum principium est alijs mouendi: iam, postquam est principium, non fit ex alio, aliàs amitteret rationem principij: hinc si non fit ex alio, et omnia alia ex eo, non oritur, quod si non oritur. nec potest interire: nam si interiret, interiret principium motus: quo interempto, non mouerētur cœli, minus hæc inferiora, & subinde cessaret omnis motus, et uita omnis concideret. igitur est animus æternus & immortalis. ¶ Sūt autem optimæ curæ. } Hæc est totius Somnij peroratio.

IOANNIS LODOVICI VVIS IN Vigiliam, quæ est Enarratio Somnij Scipionis, Præfatio.

LIBROS de optima constitutione Reipublicæ M. Tullius Cicero in consulatu suo nouem à primo conscripserat, quos ad sex postea reductos legit posteritas, usq; ad urbem à Gothis captam. nam Lactantius & Augustinus loca ex illis nõnulla scriptis suis inseruit. Post id uero tempus qui se uidisse affirmaret, aut qui ex illis citaret aliquid, nemo fuit. Equidem uehementer & miror & doleo, tot epistolarũ authoris illius libros esse ad hanc usq; ætatẽ conseruatos, opus aũt illud tantum & tãtopere dignum lectione intercidisse. Mea quidem opinione inconsulta custodiendi libri illius cura eum perdidit, dum exemptum è publicis bibliothecis aliqui immodice atq; inconsulte curiosi, ad priuata scrinia transtulerunt, ubi paratior est à multis casibus iactura à situ, à tineis, à furib. à canib. à pueris à puellis, ab omni denq; ignorantia, quæ quid dilaceret aut perdat, nec considerat nec assequitur. Seruatum est hoc fragmentum Somnij Scipionis cum commentarijs Macrobij, cum iniuria temporum minus lædere: quod negligentius habebatur. mirum dictu, quanta in eo sit magnarum & pulcherrimarum rerum tam paucis uerbis comprehensa copia, ac uelut thesaurus quidam, ut hic Cicero non aliter uideatur flosculos uniuersæ eruditionis quàm apis diligẽtissima delibasse ab historia, ab astronomia, geographia, arithmetica, à philosophia morum & naturæ. Hinc desumpsit sibi Macrobius locos aliquos, in quibus copiosissime homo Platonicus sese diffunderet ac dilataret. quæ uero sunt ab illo omissa, ea uisum est mihi paucis attingere. nam quæ ab eo iam sunt tractata, superuacuum esset repetere, cum sit author bene notus & frequens in manibus: nisi quod interdum quædam uel immutaui, uel addidi. Scipionem loquentem facio, eundem quem ipse M. Tullius. idcirco nihil attingo ætate ac memoria illius inferius, ut seruetur cõstantia personæ. Platonicum autem libellum & authorem Platonice expono, non Peripatetice: paucis tamen locis leuiter quædam ad certiorem deflecto ueritatẽ, hoc est ad religionem nostram, ne lector consilium meum ignoret, uel admiretur dici nonnulla Platonice, quæ subtilius ac uerisimilius possent ex Aristotelis sententia tractari, etiam alia quæ non satis consentiunt cum uera pietate, meminerit profanos esse qui loquantur, nec eis maiorẽ habendam in sacris diuinisq; rebus fidem, quàm solemus et par est haberi alienis à Christiana pietate scriptoribus. Nõ concidi orationẽ meam in frustula more aliorum scribentium Commentarios, sed perpetua oratione atq; uno uelut cõtextu sum usus, simul cum Ciceronis uerbis ac sensu progrediens: & opusculũ Ciceronianum Ciceronis uerbis & dictione, quatenus à me præstari potuit, enarraui, æmulatus Ciceronẽ non senem, & cuius iam, ut idem ipse testatur, canescebat oratio, & fiebat lenior, sed illum mihi & ætate & ætatis ardore similem, cum oratio eius in ripas effluerent, antequam cohibita et coercita illius ab Apollonio Molone redundantia intra alueum est reducta. Vt autẽ oratione uterer perpetua, id à me factum est ea mente, ne mea hæc expositio duobus hominum generibus ad reprehensionẽ ac uituperationem pateret: quorũ alterum minime grãmaticum uideri affectat, alterũ nimis. Nostris enim recentib. philosophis nullũ scriptorem enarrare illa rõne commentarij potes, etiam si ex intima philosophia de reconditissimis disputes rebus, quin opus tuum inauditum, incognitum, grãmaticum pronunciẽt, & tanquã rem uilem nimis, abiectamq; cõtemnant atq; aspernentur. De quo iudiciorũ insolenti iniquitate sæpenumero sum conquestus. Grammatici porro nostræ ætatis, ut magna pars istorum hominum uitio parũ sani iudicij laborat, si quid prætereas qđ dici potuisset, necessarium tamen nõ sit, tam asperi sunt & saeui rerum omnium æstimatores, segnem, dormitãtem, oscitantem, sterilem interpretem appellant. sin alicui non satisfacias loco, hallucinatum clamant. si quo, ut nemo unus potest omnia, fueris falsus, ibi dij immortales quibus uerborũ ponderibus exaggerant rem, & ex leuissima faciunt grauissimam atq; intolerabilem! Pericles omnes dicas, ita fulminant & tonant. Quẽ non terreant ista? error fustuario dignus, erratum uix flagro eluendum, prodigium maioribus hostijs expiandum, insania cui nullæ Anticyræ suffecerint, hallucinatio carcere & exilio digna, commissum furca eluendum & cruce: & alia, quorum sola commemoratione horrescit animus. Et cum grammaticus ille unum aliquod dictũ diligentius se putauerit examinasse atq; excussisse, quàm tu feceris, postulat maiorem sibi illo solo gloriam, quàm tibi totis solidis Commentarijs, in quibus multum operæ, multumq; olei non tam collocasti, quàm, si quidem tam iniqua refertur gratia, perdidisti. Quid uero si uoculam aliquam deprehendant, quam se apud aliquẽ ex antiquàs & legitimæ authoritatis scriptoribus parum meminerint legisse? ibi nulla excogitari possunt tam impio & nefando sceleri satis condigna supplicia. omnes apud inferos omnium & Sisyphi, & Tantali, & Ixionis, et aliorum simul pœnæ non suffecerint. Hic dij uestram fidem, quãtæ excitantur tragœdiæ! liber ille cum authore suo ex toto cõsortio generis humani eliminandus est, & deportandus in insulam quampiam, ubi solæ degant feræ: aut in illas Africæ desertas arenas, ubi nihil nascitur præter uenena. Cum interim uocabulum illud, aut loquendi proprietas, de qua mouetur tam atrox tumultus, quo tota rerum natura confundi debet, apud Ciceronem legatur, uel Cæsarem, uel Liuium, uel Plinium, uel Quintilianum, uel aliquem ex illis illorum temporum scriptoribus primæ, ut aiunt, classis: idq; nõ semel. Neq; est mirum. non enim potuit grãmaticus ille omnia uel legisse, uel attentus legisse, uel complecti ac tenere memoria. multa sunt ei non lecta, atq; utinã non plura quàm lecta. multa legit aliud agens, parum considerans, parum animaduertens. multa excidunt partim ob tantam rerum & uerborum copiam, partim ætate, quæ aufert omnia. Sed argumentum hoc destinatum est mihi alijs uoluminibus, quæ spero me de lingua Latina editurum: ubi ostendã quanta nostris temporibus per recentes grammaticos inuecta in Latinũ sermonem superstitio est, ueterum authorum religioni aduersa atq; contraria. Hæc uero sint à nobis dicta ad nostros grammaticos commonefaciẽdos, ut si fieri possit, ne uelint pro lege esse in Latino sermone, qui latius patet quàm putẽt, quicquid ipsi se legisse nõ recordentur. Nunc ad id quod institueram, redeo. Hoc ergo commentarij genus, & philosophis non tam grammaticum, & grammaticis magis rhetoricum uidebitur, simul illi dignam rem existimabunt quam legant, simul hi minus dignam quam reprehẽdant, utpote sua professione superiorem. Sed iam ad rem ipsam accedamus. Cum ferijs nouendialibus C. Sempronio Tuditano, C. Aquilio Coss. in hortis Scipionis post colloquium duorum dierum, tertio die, posteaquam multa de optimo Repub. statu essent à Scipione ipso, C. Lælio, qui appellatus est sapiens, Manlio & Furio disputata, iustitiæq; causa esset à Lelio contra accuratam Furij orationem, quam ex Carneadis legati disputationibus repetierat, defensa, excussumq; longis disputationibus, iustitiam esse in primis in optima Repub. colendam: tum de illius deq; cæterarum uirtutum mercede ac præmio cœpit Lælius inquirere, mirariq; quód P. Cornelio Nasicæ nullam

esset

esset datum præmium optimi illius facti, quo Rempub. seditione & propè tyrannide Tiberij Gracchi propinqui sui liberarat. Africanus uidens Lælium ex uulgari hac & populari sapientia, non ex perfecta illa atq; diuina id quærere, ut quæ bonos uiros maneant bene actæ uitæ præmia, quæ ipse non à mortali aliquo & in tenebris corporis uitæq; huius ignorantia laborante, sed ab immortalibus id & diuinis Scipione Africano, & Paulo Aemilio Macedonico accepisset, edoceret, huiusmodi orationem habuit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS IN Somnium Scipionis, ex sexto de Republica Ciceronis, Vigilia.

LVCIO Licinio Lucullo, Au. Posthumio Albino Coss. cum per Gulussam Masinissæ filiū patribus nunciatum esset, delectus Carthagini haberi, ea causa satis magna iustaq; Catoni uiro cōsulari atq; censorio, Carthaginensiumq; perpetuo & feraci hosti uisa est, propter quam bellum Africæ inferretur. P. Scipio Nasica ille, qui iudicatus uir optimus, bis consul & censor fuit, ad pacem, mansuetudinem, clemētiam magis propensus, nihil temere, nihil contra fidem & fœdera mouendum censebat. ita is annus contentionibus patrum, dissensioneq; duorum principū consularium extractus est. Consules postea sunt creati noster hic M. Manlius, & L. Martius Censorinus. quo anno, cum nostris legatis Carthaginenses non paruissent, sed contemptis senatus iussis prælium cum Masinissa amico uetere & summo nostro commisissent, Cato apud senatum perfecit, ut per magistratum aliquem ad populum ferendum censeret, de bello Carthagini indicendo, idq; plebs iussit. His ego consulibus ex Hispania in Africam ueni, missus à Lucullo, sub quo merebam tribunus militum ad quartam legionem: nihilq; in mandatis habebam potius aut prius, quàm ut à Masinissa ad Hispaniense bellum elephantos aliquot nomine Imperatoris mei postularem. Eodem die quoad eius castra perueni, Hasdrubal Imperator Carthaginensis cum Masinissa contulit signa, uiq; à rege ingenti prælio superatus est. duos uero potentissimos exercitus cōcurrentes securus ipse ac libens ex edito colle uelut è theatro despectaui, ingentiq; uoluptati spectaculum mihi illud fuit. Digressum ab acie Masinissam cōueni uictorem, qui incredibile memoratu est, quantum congressu nostro sit lætatus, nō aliam ob causam magis, quàm quòd me Africani amici sui nepotem cerneret. Acceperat .n. regem hunc Africanus in amicitiam pop. Rom. nostraq; Respu. & in pace, & bello bono ac fideli socio semper illo usa est. Nec degenerat à uirtute patris Micipsa hic, qui in Numidia nūc regnat. Erat igitur Masinissa multis beneficijs, ut scitis, affectus ab auo meo Scipione, reuerebaturq; rex eū simul, & amabat mirifice, adeo ut Sophonisbæ quoq; amores & noua connubia in eius gratiam repudiarit. Ergo ita cum primum me senex uidit, complexus me arctissime, cœpit præ ingenti gaudio collacrymare, pauloq; post suspiciens ad cœlum gratias egit Soli, Lunæ, Ioui, Marti, cæterisq; dijs & deabus qui cœlestia illa delubra incolunt & ornant, q. antequā ex uita ad eos commigraret, frueretur ea uoluptate, quā post Scipionis ex Africa discessum semper primam concupisset, ut uideret aliquem de familia & gente nostra, quam ipse ita tenere uniceq; diligebat, ut non modo Scipione aliquo, sed ipso solo audito nomine recrearetur & uelut repubesceret, usque adeo hærebat infixa eius memoriæ admiratio illa & amor Africani. Quo uiro nullum hæc Respublica tulit meliorem domi, feliciorem militiæ, ut ad cōseruandum hoc imperium natus fuisse uideatur. Ego uero quem tametsi iuuenem, non tamen iuuenilium rerum multa tenebat cura, sed nostræ Reipu. sed regnorum nobis sociorum, nostrarumq; prouinciarum, rogaui primum quàm feliciter eius regnum ageret? Ibi de iniurijs illi à Carthaginensibus illatis plenius cognosco. Ille me uicissim de senatu nostro, deq; populo percontatus. ita dum ipse mihi de bello cum Carthaginensibus suo, ego illi de nostro cū Hispanis narro, quod supererat diei consumpsimus. In sequenti nocte eo apparatu sumus excepti, & qui regem uictorem decebat, & quem ille dicere arbitrabatur nepotem Africani, filium Aemilij Pauli. Multa in eo conuiuio locutus est penè nonagenarius ille senex: sed de ijs rebus omnia, quæ Scipioni contigerant. Sumus nos senes omnes natura loquaces, libenterq; facta nostra, aut nostrorum amicorum narramus. Talis fingitur ab Homero Nestor, talis erat Panætius noster, talis Cato. Cōmemorabat igitur senex non acta modo Africani, qualis in pugna ad Trebiam fuisset, cum penè prætextatus in uno homine tot personas seruasset, ciuis, consulis, imperatoris, patris clarissimi & sanctissimi uiri, ut quernam coronam repudiasset, quod officium se illi immortali facinore præstitisse non beneficium contulisse diceret. Illi enim reddidit uitam, à quo ipse acceperat. Quid post Cannensem cladē? cum iurare iuuenes nobiles coegisset, ipsos Italiam non relicturos. qualis imperator in Hispania, qualis in Africa, quanta moderatione dictaturam & perpetuū consulatum recusasset, quàm pius legatus fratris, quàm mitis in exilio. non hæc tantū facta referebat, sed dicta etiam. uelut illud. Nunquā sum minus otiosus quàm cum otiosus: & alia permulta. Prouecta erat nox, & me quàuis hominem non admodum somniculosum, fessum tamen de uia, & quia tantum post lassitudinem uigilarā, grauior solito Somnus fatigabat. Discedere tamen non decebat me iuuenem, antequam hospes meus in cuius regno & regia eram, senex uenerabilis, suapte sponte cubitum concederet. Ille autem laborum patientia iuuenes omnes superabat. summa erat in eo corporis siccitas, admirabile neruorum robur, omnia regis obibat munia, nihil ex ijs operibus quæ adolescēs sustinere assueuerat, senex remiserat. Sed iam tandem cubitum discessimus, me altissimus somnus totum complexus est, placidissimoq; sopore ita sum perfusus, ut non mirer, cum tam uaria partim læta, partim tristia, partim admirabilia, partim horrenda per quietem uiderim, me nō esse affectu aliquo excitatum. Erant nimirum omnia Somni uinculis bene illigata atque districta, nec facile fuissent soluta. Ac quoniam uigilans de Africano tam diu audieram, & tam multa, is mihi dormienti sese obtulit. Hoc enim nulli nostrum non usu uenit, ut si de re aliqua multum uigilans aut cogitarit, aut fuerit locutus, hæc ei res quiescenti in mentem ueniat, præsensq; obuersetur. Simile mihi quidam Q. Ennius sibi narrabat contigisse, quem ego senem peradolescens interdum audiebam. Nam cum natura sua ad carmē poesimq; esset propensus, & si artem nō multum in hoc populo honoratam, consereturq; pro uirili parte sua, ut lingua nostra hac in parte inops & manca non esset: nam antea præter Liuium Salinatoris libertum, nullū habebamus, nisi quis forte Saliorum carmina, & quædam indigetamenta, atq; alia nonnulla, qualia Fauni uatesq; canebant, aliquid ad rem pertinere credit. Dabat igitur Ennius magnam Homeri libris operam, ut diuitias illas græcas in hanc, si posset, urbem transferret. Nam Liuij poemata relegebat ille quidem frequenter: quoniam scripturus erat. consulebat tamen nobis, qui nihil eramus in uulgus edituri, ne lectum relegeremus, non esse tanti ea carmina ut

bis legerentur. Idem de quibusdam Naeuij poematis censebat, quae tum primum in apertum proferebantur. Itaq; cum per aliquantum temporis nihil in ore, nihil in mēte praeter Homerum esset, uisus est sibi cum Homero in Parnasso Phocidis bicipiti monte uersari. Cuius alterum uerticem, quem Thitoreon uocāt Graeci, Baccho sacrū esse ferunt: alterum Hyampaeum, Apollini, totum uero Musarū esse domicilium, quin & potare affatim de fonte illo Castalio sibi uisus est, cuius liquorem poeticos illos spiritus atq; furorem tradunt infundere. Hocq; somnium tale fuit, ut postridie annales & praeclara illa poemata, quae nunc sunt in manibus, coeperit scribere. quod somnium scriptum legitis illo carmine, Visus Homerus adesse poeta: alijsq; deinceps uersibus permultis. Eodem penè modo & mihi Africanus est uisus, ea facie, ut illum esse potius ex statuis & imaginibus eius, quas in atrio uetere cōsuetudine habemus, conijcerem, quàm ex memoria ipsius, à me aliquando conspecti. Neq; enim possum eius meminisse, qui anno post me natum obijt, L. Portio Licinio, P. Claudio Pulchro Coss. Catone Censore. Quo anno mortuus est etiam Plautus, & Annibal ueneni haustu se ipse in Bithinia sustulit: cum ego natus sim Tuditano & Appio Claudio Coss. Sed ut Scipionem esse cognoui, non tam quòd mortuus homo se ostēderet, quàm ueneratione tanti uiri non mediocriter cohorrui, ac perterritus sum. At ille, Nulla est hic Scipio timendi causa, reuoca animum tuum, qui extra te est pauore perculsus: sis praesens, mandaq; memoriae, quae tibi praedicam euentura. Erat uero Scipio in altissimo quodam loco, non modo per se claro, sed etiam admirabilibus illustrato facibus. illinc, quod facile erat factu, indicat mihi Carthaginem: nam & ego in eodem mihi statu uisus sum. Vides, inquit, urbem illam, quae altero Punico bello, quod contra foedus, contra aequū nobis Annibal intulit, à me uicta, subacta est obedire nostrae Reipub. ac stipendium pendere Pop. Rom. nūc pristina illa duo reuocat bella: nec sua pace contenta potest quiescere, nata ad exercēdam Romanam uirtutem, ad rumpenda nostra otia. ad eam tu nūc oppugnandam uenis tribunus militum, hoc est paulo plus quam miles. Quamuis in eo munere ita te geres, ut saepe saluti sis militibus nostris, nosterq; consul Manlius cum suo exercitu magno ex discrimine per te liberetur, atq; seruetur, coronaq; ab ipso & cohortibus eius graminea doneris, monimentū uitae & salutis consilio & uirtute tua receptae. Ita ut Catoni homini ingenio maledicentissimo, nostraeq; familiae non amico, uox illa Homerica de te exprimatur: Hic sapit solus, reliqui in Africa militantes umbrae uolitant. Talisq; erit in urbe sermo ac opinio de te, ut contra ueteres leges populus te consulem creare nitatur, tametsi non perficiet. Nam Martius qui comitijs praeerit, omnino in ea sententia perstabit, ut ne nomen hominis tam iuuenis recipiat. Ita Consules fient Calpurnius Piso, et Hostilius Mancinus. Proximo anno petitor aedilitatis descendes in cāpum, renuntiabere consul ingenti suffragiorū consensu, non tribuum modo, sed singulorum etiam hominum: addito de plebe quidem collega, caeterum ex honorata familia, Liuio Druso, quem ob egregiam pro Senatu proq; optimatū dignitate aduersum nepotes meos operam, patronum senatus uocabit. Cumq; de te ortae fuerint contentiones, quòd contra legem annalem factus sis consul, legibus te populus soluet: tibiq; extra sortem Africum mandabitur bellū. Quo anno magna uirtute & summa disciplina militari atq; imperatoria Carthaginem expugnabis, & urbem quae à Phoenicibus condita, magna & in pace & in bello gloria per septingentos annos claruerit, euertes, incendesq;. Durabitq; decem & septem dies incendium illud. Tum nomen istud Africani, quod per filium meum, qui te adoptauit, simul cum haereditate ad te transijt. erit tibi tua uirtute & armis quaesitum Tunc appellabere Africanus, etiam si in familiam nostram ascitus non esses. Romam regressus C. Cornelio Lentulo, L. Mūmio Achaico Coss. incredibili omnium ordinum laetitia triumphum illum ages, quo imperium Pop. Rom. certum securumq; confirmabitur ac stabilietur. Illa enim urbe deleta nulla supererit, quod nostris armis orbem inuadentibus tanquam moles obijci possit, ac resistere: maria & terrae nobis patebūt parebūtq;. Fies post haec cum L. Mummio, qui Corinthum euertet, Censor. Et quàmis futurum sit ut ita tuus tibi ualeat & displiceat collega, ut in concione te omnia pro maiestate Pop. Rom. in censura fuisse gesturum affirmes, si tibi in eo magistratu collega datus aut esses, aut omnino non esset, cum illo tamen magnae continentiae uiro summa cum laude & gloria censuram geres, lustrumq; condes multis & factis & dictis insigne. At cum sublato eo populo, qui unus metū nostrae Reipub. facere poterat, senatus populusq; noster, orbis terrarum imperium mente & cogitatione inuaserit, nihilq; nisi altum, nisi excelsum coeperit cogitare, quomodo leges uere humanas cunctis gentibus & nationibus ferat, quomodo uictus & humanitatis rationem barbaris & efferatis populis communicet, quomodo linguae commercio, & tanquam unculo dispersum genus humanum congreget & deuinciat: mitteris ipse legatus ad Aegyptum, Syriā, Asiam, Graeciamq; Nam quod Antiochus iunior Alexādri Syriae regis filius aduersus Demetrium bellum geret, cui bello Ptolemaeus Euergetes rex Aegypti se immiscebit, uexabunturq; Ionathas & alij iudaei socij atq; amici nostri, delatis istarum rerum querelis ad senatum, ibis tu ad eas regiones, eo quidem praetextu, ut authoritate tua inspicias, componasq; res sociorum, sed re uera uti prudentia tua speculeris, qualé nam genus hominum ea regna terrasq; incolat. bellicosum an imbelle, armatum an inerme, simplex an uafrum & astutum, opulentum an inops, frequens an rarum. ut & liberari facile possit, quibus copijs atq; exercitu debellari gentes illae, nostroq; imperio & romanis legibus adiūgi queant. Proficisceris legatus comitatus unico amico Panaetio, qui cum de grauibus disseris rebus, quem consulis, & si consilij minime indigus: à quo philosophiam doceris, maximasq; & praestantissimas artes.

Qui cum bene saepe libenter
Mensam, sermonesq; tuos, rerumq; tuarum
Comiter impartis. Et,
Cui res audacter magnas, paruasq;, iocumq;
Eloqueris, quae tincta malis, & quae bona dicto
Euomere, si quid uelles, tutoq; locare,
Quo cum multa uolup' ac gaudia clamq; palamq;:

ut noster inquit Ennius. Defunctus legatione inuenies Rempub. graui bello & ignominioso implicitam atq; intricatam. Sedigenses enim, qui est in Hispania populus, manus nostrorum imperatorum elapsi, ad Numantinos socios, ueteresq; cōsanguineos suos refugient. Est porro Numantia in Vracis sita accliui colliculo, Spartae Lacedemoniae uiris munimentisq; urbis non absimilis, nisi quòd Sparta quàm Numantia aliquanto maior est. Sed in utraq; fortissimi sunt uiri, neutra turres habet, neutra muros. Haec ciuitas cum Sedigenses illos hostes Pop. Ro. in urbem, domosq; suas acceperit, illosq; protexerit, rebus uniuersis iuuerit, armis etiam Magara duce fuerit tutata, bellum ei à nostro Populo indicetur, multosq; annos ita à nostra iuuentute illic pugnabitur, ut maxima cum ignominia & dedecore recedamus uicti, interdum, quod non minus horreo, quàm pudet dicere, à quatuor millibus triginta milia nostra fundentur, fugabuntur.

gabuntur, adigenturq́; ad pacem fœdusq́; quæ erit nota & macula nostræ Reipub. diuturna. idq́; non semel, nec sub uno imperatore accidet. Confugietur ad te, tanquam ad eum qui natus sis ad terrores Reipub. tollendos, ad securitatem tuæ patriæ parandam: obtrudeturq́; tibi secundus consulatus recusanti, obijcientiq́; legem Annalem, quæ eundem magistratum, ni intersint decem anni, capi ab eodem homine uetat. Verum ingenti consensu & una totius ciuitatis uoce, solueris iterum legibus, ut consul cum Cn. Fuluio Flacco ignominiam labemq́; patriæ abstergas, ad bellumq́; in Hispaniam profecto tibi maius cum tuis militibus quàm cum hoste certamen negotiumq́; erit, in illis ad ueram illam disciplinã militarem, qua nos tot reges, populos, gentes domuimus, reducendis. Sed nihil nõ perficiet & uincet tua uirtus, & consilium, ostendesq́; rem Romanam scientia Imperatorum potius quàm fortitudine militũ stare. Eisdem enim illis militibus uictis prius & profligatis à Numantinis, quiq́; antea non arma solum, sed ne uocem quidem, & terribilẽ Numantini hominis aspectum sustinere poterant, tu Numantinos franges, urbem ipsam Numantiam per quatuordecim annos à quatuor uirorum milibus fortissime propugnatã atq́; defensam dirues, et incendes. triumphabisq́; iterum de gente post Carthaginensem ferocissima, & quæ fœdiores Romanis exercitibus clades attulerit, q̃ alia ulla. De gente, inquam, triumphabis: sed quod nunquam antea contigerat, nec unquam postea continget, nomen duntaxat tecum in urbem inuehes, non captiuum aliquem, non aurum, non argentũ uel factum uel infectum, non prædæ genus ullum, nihil deniq́; præter ipsius oppidi simulachrum. Tuisq́; militibus usqueadeo & uenerabilis erit tua maiestas, & ad imitationem proposita cõtinentia, ut sedecim milia põdo à te post uictoriam eis omnibus diuisa satis sint. Nec mirum. quippe qui te Imperatorem suum prius conspicient, cũ munera à puero Antiocho Syriæ rege accipies, non illa more cæterorum ducum occultare, sed in publicas referri à quæstoribus tabulas iubere, professum ex ijs te fortes uiros donaturum. Hic erit finis tuarum militiarum. Et ætas deinde tua, & usus necessitasq́; Reip. te ad res urbanas cunctum reuocabunt. Nam de duodecim liberis, quos Cornelia probissima & sanctissima filia mea minor T. Graccho P. F. illi qui bis consul, bis triumphalis, & cẽsor fuit, progignet: duo illi qui supererunt uirilis sexus, obliti & paternæ & meæ uirtutis, pietatis, gloriæ, cum possent tum nobilitate generis, cõmendationeq́; ueterum & clarissimarum imaginum, tum etiã eloquentia, bonisq́; artibus & ingenio, quibus imbuti ac præditi erũt, magni & clari in Rep. esse, splendoremq́; à maioribus relictum gestis suis rebus augere, malent tamen ita populares uideri, ut quietam & bene constitutam Rempub. turbare atq́; labefactare conitantur rogationibus legum agrariarum, quæ in nostra ciuitate & fuerunt semper & erunt posthac magnorum motuum malorumq́; causæ. Et maior quidem illorum Tiberius ab agnato & gentili nostro Scipione Nasica Pontifice Max. in Capitolio pro Repu. occidetur, te in Hispania gerente bellum. cædemq́; eius uersu illo Homeri comprobabis,

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅς τις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Cum minore Caio milite tuo propositum tibi certamen prospicio, iuuene impigro, strenuo, factioso, uehementiore & calidiore quàm frater fuerit. Cuius Caij in III uiratu collega C. Papirius Carbo legem trib. pleb. feret, ut eundem tribunum populo quoties uelit reficere liceat. Hanc tu grauissima oratione dissuadebis. suasuq́; & hortatu Caij Gracchi à tribuno homine populari, turbulento, disertissimo, ad inuidiam tibi atrocem concitandã rogabere, quid de Tiberij Gracchi nece sentias? respondebis. Iure tibi uideri cæsum. reclamantem atq́; obstrepentem ferociter. ut nunquam alias, concionem uultus authoritate uoceq́; increpabis & sedabis. Sed illud tuum de Tiberij cæde uerbum atq; iudicium altius in pectus C. Gracchi, Carbonis, Fuluij, uxoris etiam tuæ Semproniæ Gracchorũ sororis, aliorumq́; affinium tuorum, quàm quisquam suspicari queat, descendet. Hinc C. Gracchus Tiberij fratris sui uestigia ingressus, excitatis inter mortuas illius reliquijs, agrariam illam perueterẽm Liciniam legem, de quingentorum agri iugerum possessione, de centum maioris armenti capitibus deq́; quingentis minoris, olim à Licinio Stolone latam, addito capite, ut agri ad id tẽpus inique possessi simul cũ fructibus ueteribus ueris germanisq́; restituantur possessoribus: à fratre suo aliquot ante annis per summam contentionem atq; uim perlatam, ita tuebitur, ut III uir ipse cum Flacco & Carbone turbet atque affligat domi forisq́; omnia, deq́; causis agrarijs cognoscere ac iudicare cum collegis tentet contra ius omne, contra bonum æquumq́;. Quis cõmemorare uel possit, uel sustineat, quantas turbas, quos tumultus importuna illa tempestas in ciuitatẽ importabit? qua tempestate agitabitur & concutietur, non modo populus noster, sed uniuersa etiam Italia, atq; omnes propè gentes & nationes? His tu fluctibus, hac procella ostende Scipio, patriæ nostræ, quantus sis gubernator, quanta sit in te regendæ in tempestate nauis peritia. Nam te unum tuam sapientiam, ingenium, consilium, tanquam sidus aliquod spectabunt omnes, te duce, uelut Cynosura illa, uel Elice, omnes se nauigaturum, atq; hanc tempestatẽ euitaturum sperabunt. ad te tanquam ad salutis portum, aram unicam subsidij, uelut non minus salutarem, quàm Tindaridas illos Dioscuros, refugietur. in tuum sinum tuamq́; fidem tota se Respu. effundet & tradet. Verum hoc uitæ tuæ curriculi loco, ita constitutam dispositamq́; rationem siderum intueor, ut cum uitæ tuæ septies octonos anfractus accliues arduosq́; ascensus & ambagiosos progressus regressusq́;, hoc est ambitus perfectos Solis, quos ipsi annos appellatis, impleueris, tunc à fatis præscriptum tibi numerũ uidearis attigisse. Sunt enim isti duo numeri, qui in se mutuo geminati & cõplicati, magni fortisq́; ac sapientis uiri, atq; in Repub. cum summæ æquitate, innocentia, laude uersati ætatem impleant, pleni ipsi atque absoluti, quamuis non eadem ratione pleni sint ambo, sed uterq; peculiari sua. Octo enim soliditatem illam cuborũ præ se ferunt sine uacuitate illa, sine fucis & fallacijs omnia ostendentes atq; exponentes, recta, sincera, solida expressa. nihil fictum, nihil adumbratũ, subdolum fraudulentum, uafrum, impostorium. Qualem ciuilem illum in Repub principem esse decet, non aliud habentem ore promptum, aliud corde contectũ & occultũ. pectus illud debet esse apertius ac candidius, quàm togæ illæ candidæ, quibus nos comitijs nostræ ciuitatis petere magistratus consueuimus: qui color commonefacit nos, si quid modo est in nobis sensus, & pudoris, quales animos debeamus gerere. Tum & in eo ipso octonario numero distributio illa prima est æquissima iustitiæ, ut in partes omnes ciuitatis fructus commodaq́; deriuentur. Octo enim in duo secernitur quaterna, singula horum in duo bina, & hæc in puncta illa unitatis insecabilia, quæ nec refugerent se alijs impartiri, si uel natura sua pateretur, uel essent qui aut peterent, aut caperent si daretur. Hæc est causa quamobrem à Pythagoreis iustitia est numerus hic appellatus. Iam septenarius ille fœcundus, atq; admirabilis mistérijs est. mirum quàm tota uestrorum corporum coagmentatio & consummatio septenarijs constet, in locis maternis, in incremento, in ætatum moribus atq; ingenijs, in meatibus sensuum capitis, geminis

& auribus & oculis & naribus, ore unico, quo omnia non inuria & à septem orri plan tis, & à uicibus ipsius Lunæ uideri possunt, quæ totæ septenis diebus conclusæ & contentæ sunt. Verum hæc forsan non usq; adeo ad præsens institutum accommodata, ut illud quod numerus hic qui dicitur à Græcis ἑπτάς, Mineruæ, hoc est fortitudinis & sapientiæ sacer est, quas uirtutes per Mineruam intelligi mortales uoluerunt. Est enim unus infra decem, qui nec generatur à quoquam nisi à monade, nec aliũ ipse gignit. Virgo enim fingitur Pallas ipsa, et de solius cerebro Iouis unici dei summi principis rerum progenita. Huc accedit, quòd ex duobus numeris ternario & quaternario, muliebri hoc, masculo illo conflatus est. Porro Minerua uirgo dicta & habita est, planè uirilitas ipsa & fortitudo consilio, ratione, sapientia apta & temperata. his enim rebus Mineruam præesse studiosi uestri perhibent. Cum tu igitur ad fastigium ipsum probitatis, iustitiæ, sanctitatis, fortitudinis, sapientiæ peruceneris, quod anno tuæ uitæ sexto & quinquagesimo futurum est, Sempronio Tuditano, & Aquilio Coss. sunt astra quæ tibi uiuendi finem uiolente acerbeq; præstituant. Erunt siquidem in cœlo, non minus quàm in ciuitate nostra, siderum pugnæ, fatorumq; dissidia, quæ portendet terris Sol ille geminatus, qui eo ipso anno mortalibus se ostendet. Nec uero de illis ipse loquor fatis, quæ mente sunt ac prouidentia rectoris huius uniuersitatis clausa & comprehensa, quæ causis alijs ex alijs definitis atq; profectis sempiternam ueritatem continet. Nam hæc & non minus nobis iam hic in summa felicitate, & rerum plurimarum maximarumq; amplissima, certissimaq; agentibus cognitione, quàm uobis, incognita sunt: nec lege ulla uel euitari queunt, uel immutari. In illis autem est fatis hæc ambiguitas, illorum est anceps duplexq; uia, quæ à uiribus orta cœlorum, ita constituta sunt, ut tametsi difficile, possint tamẽ arte aliqua & ratione euitari. Quæ re uera fata dicenda non sunt, sed potius, quasi fata quæpiam. solum enim imaginem quandam habent fatorum. Hæc ergo tempore illo egressum tibi ex ista mortali minantur uita. Sed quemadmodum in Repub. uestra, intercessione et unica illa tribuni plebei uoce, Veto, impediuntur rogationes, antiquantur leges, turbantur senatusconsulta, tolluntur decreta iam & constituta: ita in cœlesti illa Rep. multorum astrorum certum propositum, consiliumq; unius stellulæ interuentu & tanquam intercessione euanescit. Interim dictator ille princeps mundi aliter fieri iubet, quàm minores magistratus statuerant. Iussumq; illud uere est fatũ, reliquorumq; fatorum lex. Quòd si beneficio aliquo et singulari in nostram Remp. ub siue astrorũ siderumq; siue optimi illius & summi dei amore fata ira non uiam exitium tibi corporisq; mortem portendentem, sed alteram illam fuerint ingressa mitiorem ac benigniorem, totius nostræ ciuitatis salus ac uita in te uno innixa & sita erit, te unum tuumq; præsidium S. P. Q. R. implorabit, in te tuumq; nomen, authoritatem, consilium, uirtutem cunctus senatus, boni omnes Sempronijs legibus peulsi atq; afflicti, Latini, socijq;, qui colonijs nouis prementur et uexabuntur, totum deniq; nostrum imperium se conuertet, desperatis & comploratis rebus omnibus, nisi tu salutarem opem afferas, sisq; omnibus propitium ac prosperum numen. Ac ne multa hic mihi uerba cõsumantur, memoria reuocabitur dictaturæ. qui magistratus in principio libertatis ad graues & difficiles nostræ ciuitatis casus, magnaq; pericula & discrimina Latinorũ exercitu inuentus, post bellũ istud, quod ego cõfeci, Punicũ intermissus, tibi mãdabitur. Vt summo imperio instructa & adiuta incredibilis tua uis animi, atq; uirtus, Rẽp. lapsantẽ ac propè cadentem sistat & fulciat, ægre ac sauciæ medeatur, eamq; refectã & recreatam in pristinum illum dignitatis quietisq; gradum reducat, inq; eo repositam confirmet & constabiliat. si modo C. Carbonis, C. Gracchi, uxorisq; Semproniæ, cæterorumq; affinium ac propinquorum tuorum, quos iudicium tuum de Tiberij Gracchi cæde exagitabit & accendet, manus atq; insidias detur elabi. Quid sibi uult ista exclamatio, mi Læli? Quid uos Manli, Pile, alijq; ingemuistis? Quid est Tubero? quid Mutti metuis mihi illas insidias. et doletis me in tantum uitæ discrimen alienissimo Reipubl. tempore uenturum? an non potius gaudetis, aliquando tandẽ mea opera atq; industria Reip. statum meliorem & commodiorem fore? Verum amabo uos, ne me strepitu & clamore uestro à somno excitetis. patimini me diutius somniare, audite reliqua. Pergit enim Africanus idem, ueniq; ad id quod ut referrem uobis, idcirco altius somnium illud repetij. Quanta mala Tiberius Gracchus excitarit in nostra ciuitate, quid attinet commemorare? quantam perniciem moliebatur, non libet dicere, abhorret à commemoratione animus, nolo uulnera illa male illigata soluere & renouare. Cunctantibus ergo consulibus, & segnius Reipub. quàm illum magistratum decebat, consulentibus, Scipio Nasica priuatus senator, sequentibus patribus in Capitolio exitium illud sustulit. Quæ nam fuit igitur per deos immortales, quærebas Læli, huius tam præclari facinoris merces? quo ipse perpetuo hanc sibi Rempub. deuinxit, tot. usq; nostri populi posteritatem demeritus est? odium intolerabile populi, legatio libera, qua Asiam petijt, ut oculos ingratorum suorum ciuium uitaret. nec illi uero locus in sua ciuitate quo sepeliatur erit, per quem effectum est ne libertas totius populi uno horæ momento simul cum ipsa Rep. sepeliretur. Quid ergo iuuat benefacere, cum maleficijs & sceleribus præmia sint opes atq; honores? bñficijs uero dedecus, exiliũ, miseriæ? Nõ est ita. Audite magistrũ max mũ Africanũ. Sed ut sis, inquit, Scipio alacrior ad defendendam tutandamq; Rempub. nec te Nasicæ casus deterreat, scito, non statuas istas uestras, neq; magistratus, neq; honores, neq; possessiones, neque diuitias & opes esse uirtutis & benefactorum mercedem. Hoc arbitrantur, qui perexiguam istam uestram solum curant uitam, nec ullo temporis pũcto de sempiterna hac uita uenit illis in mentem. Illa omnia fluxa sunt & caduca, quæ aut unica belli, ignis, inundationis, etiam uenti uis, unicus impetus euellit & perdit, aut certe pauculi anni dissoluũt & absumunt. Est ergo longe secus, quàm populi uanitas censeat. Nam omnibus qui patrias suas in extremis casibus, ac iam propè ruẽtes conseruauerint, laborantes fessasq; adiuuerint, exiguas tenuesq; auxerint atq; instruxerĩt opibus, dignitate, iustitia, pace, bonis legibus atq; institutis, ijs sua est certa merces, suum præmium non cum laudibus senatusconsulta, non in celebri loco statuæ. sed certus ac constitutus in hoc cœlo locus, in quo extra omnem sortis uicissitudinẽ beati non aliquot annis, sed æuum immortale agant cum summa & perpetua lætitia. Princeps enim ille mundi, qui unicus omnipotens est, parens primum reliquaru m mentium, et tanquam minorũ deorum, deinde cœlorum hominumq;, atque huius quem uidemus uniuersi mundi, uoluntate ac iussis illis suis æternis hanc mundanã ciuitatem temperat ac gubernat. Nec ulla res est tam exilis in hoc toto uniuerso, cuius non ipse curam agat. diuinæq; illi rationi, menti, legi, uoluntati, terræ, maria, uenti, cœli, mentes hominum, animantia cuncta, atque inanima, omnia denique obtemperant. eius uniuersum hoc est templum, & quidem natura & auspicijs. cernis enim quàm late pateat, & quàm multa aperte circũquaque cõtemplemur. tum auspicata sanctaq; sunt omnia ab illo sacrata, qui condidit, & præsentia sua decore ac maiestate sempiterna imbuit,

reddidq;

redditq́; augusta & uenerabilia. Quocirca sancte religioseq́; & sacerdotum ritu ac more uiuendum illis omnibus est, qui hoc templum ingrediuntur. in eo toto deus ipse est, id totum ipse complet, in eo toto adoratur & colitur. Nihilq́; illi gratius iucundiusq́; in terris est quàm quòd hominis ipsius progenies, parentis, quoad eius fieri possit, imitari uirtutem atque consilium, deriuata ad se parte aliqua illius æternæ legis & gubernandæ Reip. rationis ac prouidentiæ concilia sibi & conuentus instituant, coagmentent, ac uinculo illo iustitiæ copulent & astringant, quod omnē societatem tum bonam reddit, tum stabilem continet. Hæ enim congregationes ciuitates appellantur, quæ ad exemplum diuinæ huius ciuitatis, quam nos incolimus, formatæ & compositæ, mirum quàm principi nostro approbentur. Atque illæ demum sunt, quæ uel immortales, uel profecto diuturnæ admodum permanent. ij qui eas in tanta iustitia uel regunt uel conseruant, non ad inferos, ut poetarum dementia confinxit, populusq́; magnus erroris magister perhibet, sed huc reuolant, nempe ad domicilium suum, ueram germanamq́; iuris & ciuitatis patriam, ex qua ad terras fuerant uelut ad exilium quoddam deiecti. Est enim origo nostrorum animorum cœlestis, non ex terra. Quocirca æquius multo est, ut boni uiri ad suam originem, naturalemq́; locum ingenti cum gaudio tanquam ab exilio in patriam redeant, quàm ut in alienum, maximeq́; à suo remotum detrudantur, hoc est longius relegentur, sintq́; magis extorres, quod fieri nisi cum graui dolore cruciatuq́; non posset. Nam cum eo maiorem percipiant uoluptatem, quo propius ad hanc suam patriam accedūt: profecto mœror, quo longius abscesserint, esset grauior. quin etiam de beatitudine securi sua hic agent: quæ absoluta non esset, si quid metus aut sollicitudinis admisceretur: nec unquam in ærumnas amplius & miserandā istam uitam detrudentur. nā iustissimus ille & benignissimus mundi Princeps bona illis fide beatitudinē suā impartiuit. idq́; ipsi futurū si scirent, miserrimi uel ob hoc ipsum essent. sin nescirent, magnis de rebus essent à beatore illo suo celati, densisq́; in tenebris ac ignorantia uersarentur earum rerum, quæ tantopere ad ipsos pertinerent, & tristior miseriorq́; esset post tantam felicitatem casus. nec aliquid committi in posterum potest ab animis istis sanctis & perpurgatis, qui in clarissima luce ac cognitione agunt beatitudinis, fructumq́; illius accipiunt, cur ex hoc loco & statu gaudiorum omnium merito deturbari debeant, & ad pœnas atq; ergastulum redigi. Hæc cum dixisset, tametsi eram ipse commotus ac perturbatus, non mortis quidem metu, quā scitis me toties contempsisse, sed quòd tendi mihi insidias à meis indigne ferrem, doleremq́; illos tam scelestæ futuros mente: tum & exemplum in Remp. induci perniciosissimum exhorrebam. deniq; facinus impium, etiamsi nec à me, nec in me concipiendum esset, non poteram securus audire, quanto minus in me, & quod indignius est, à meis. Venit tamen in mentem mihi patris mei, qui me genuerat. rogauiq́; an ipse, an pater Paulus, cæteriq́; quos nos mortuos extinctosq́; dicimus, uiuerent. Quære, inquit, potius an uos uiuatis. Nam nos planè uiuimus, qui tenebris illis, carcere, ac penè continua corporis morte dono Dei exoluti sumus ac liberati. Vos uero non omnino quidem mortui, sed nec prorsus uiui potestis appellari, tantum medium quoddam inter mortuos & uiuentes genus. Parum enim putas de uera uita detrahi, sarcina ista corporis uestri? uos scire non potestis, quos illa ita premit, ut sensum aliarum rerum auferat. nos qui deposuimus, quibus sensus rerum omnium est acutior, liberior, certior, scimus. Quid tu, non uides uenientem ad te patrem tuum Aemilium Paulum? Dij uestram fidem. illum simulac conspexi, quàm sum uarios ob affectus lacrymatus. contemplabar uirum illum qui me genuerat, qui me tam unice dilexerat, tanta cum sanctitate & uirtute educarat. uirum, quo fortiorem & maiore excelsioreq́ue animo nunquam hæc Respub. habuit, qui mihi fuerat pater, nutritius, imperator, magister: qui me semper in oculis tulerat. Ille me, charissimum filium, quanto putatis cum gaudio complexus & osculatus, Quid fles, inquit, mi Publi? an quod sum mortuus? Atqui cernis me uiuentem. Compressi ut potui, singultus & ploratum, qui non uocem tantum, uerum & rationem mentemq́ue ita turbabant, ut nec loqui possem, nec quid loquerer scirem. tum ad patrem: Ego uero, inquam, pater mi sanctissime atque optime, tibi & uitam istam felicitatemq́ue gratulor, & tecum perpetuo esse cuperem. Desiderium nanque tui, diutius iam ferre non possum. uellem idcirco huc ad uos continuo uenire, tum ut tecum mi pater, & cū auo meo Scipione uersarer, nostrisq́; maioribus tum quod sicut de Scipione modo audiebam, ista uestra sola est uera, non adumbrata uita: facile mortem ipse inueniam, quæ est uia, ut puto, qua huc ad uos uenitur. Est quidē mors, inquit ipse, uia, sed non quæuis mors, non illa uiolenta & accersita, quam ipse tibi obtuleris: sed illa, qua dominans ipse & moderator mundi te ad se reuocarit. Si in uigilia, aut in speculatione, aut in acie Lucullus te tuus Imperator locasset, auderes nisi idem iubeat, inde abire? Non sic à te sum edoctus mi pater, inquam: hoc enim esset uiolare disciplinam militarem, prodere exercitum, Remq́; pub. Macte uirtute, inquit. Ita à Deo illo imperatore uniuersorum suæ sunt rebus singulis assignatæ stationes, duræ quidē illæ (etenim tota uita uestra grauis quædam & permolesta militia est) sed tamē necessariæ, & quas non citra periculum graue deseras. Sunt enim confecti & constituti homines ex duabus partibus diuersis, atq; adeo contrarijs, & inter se pugnantibus, animo corporeq́;. Quorum illum habemus cognatum naturæ ingenioq́; astrorum, quorū forma etsi interior ista, quam uos spectatis, quemadmodum & cœlestis caua est, exterior tamen est tumida & globosa, quæ figura speciesq́; est, qua cœlos ignesq́; istos æternos præditos esse cernis, easq́; ignes sidera uos et stellas appellatis, duobus nominibus: quorum illud amplius est hoc, atq; capacius. Sunt n. stellæ oēs sidera: signa uero cœlestia singula singulæ stellæ nō sunt sidera sunt. Quæ oīa ex purissima ætheris parte Deus ille mundi solertissimus effector procreant: quæ nihil aduentitium, neque alienum admistum habent, calidaq́; sunt & perlucida, ignesq́; uitales & salutares consortes mentis ac diuinitatis. Animum enim fabricator ille huius tanti operis de sua mente progenitum sparsit per cœlos omnes, sideribus communicauit, ut eorum singulis singuli essent animi, seu uerius mentes: nobis uero ex siderum ignibus mentes desumptæ sunt, ut est nobis traditum à Platone. Idcirco ut illa non cessant micare, agitariq́;, & perpetuo uiuere, neq; extinguuntur, uel intermoriuntur, ita nec animus noster interquiescit unquam, quin dies & noctes siue uigilante corpore, siue dormiente, ipse cōtinenter aliquid cogitet, meditetur, moliatur, agat. nec uicissitudines illas sentiat uel requirat laboris, requietisq́;. quādoquidem nec eget quiete, cuius actuosa uita est, alimentum & cibus opus, & motus. Mors autem esset ei cessare. sed nec cessabit unquam, neque extinguetur. & tam diu futurus est, quàm gens illa ex qua ipse est, astrorum ac siderum uiuet, uigebit, cursus orbesq́; suos celeritate illa sua conficiet, cuius operis nullus unquam erit finis. Altera hominis pars longe diuer-

si generis ac ingenij, grauis, molesta, pigra, tarda, de terra sumpta, & proinde terræ simillima, quæ toties intermoritur, toties reuiuiscit, toties illustratur, toties obscuratur, planè carcer quidam, & uincula animis uestris circundata: qui animi idcirco hinc ad terram delapsi sunt, definitoq; unicuiq; & certo temporis curriculo in ea morantur, ut imperante Domino illo atq; authore huius uniuersitatis excolant, tueantur terram ipsam, nec obsolescere, & situ squaloreq; contegi patiantur, & contabescere. Quæ terra in hac uniuersi orbis hominum deorumq; communi ciuitate, seu potius templo, nam omnia sunt sacra, media sita est. Itaque ignis ille animorum de cœlesti decisus, conseruat, alit, auget, sustentat uestra corpora, utaq; afficit, & sensu. Siue igitur missi sunt animi nostri in corpora, tanquam legati ad munus aliquod obeundum, siue tanquam milites ad custodiendum & præsidendum loco alicui, siue tanquam serui in uincula ergastuli coniecti & detrusi: manendum ibi est, nec uoluntario abeundum, nec fugiendum, neu perfringenda uincula, sed expectandum quoad uel reuoceris, uel à magistratu illo & legitima potestate emittaris exemptus. ne uel tanquam legatus qui demandatum munus contempserit, uel miles qui locum & stationem deseruerit, uel fugitiuus quispiam, quod omnium miserrimum est, ingentia supplicia luas: proq; loco illo quem turpiter siue dereliquisti, siue refugisti, siue deuitasti, in alium intrudaris, quod omen princeps auertat mundi, acerbiorem, in quo des æternas sceleris tui pœnas: & dum uitam per uoluntariam corporis mortem quæris, in aliam incidas mortem ipsius animi quamlibet immortalis. Sempiternus nanque apud Orcum cruciatus, non is tibi magna uidetur animi mors? Quæ cum ita sint, desine de uia illa cogitare mi Publi, quæ non huc ducit in deorum concilium, sed præcipitem agit ingredientem in tenebras, locumq; tetrum, calamitosum, horribilem. Persta in loco tibi à deo assignato, neu contumaciter quicquam seu segniter capessiueris, ac negligenter, sed quàm poteris optima fide atq; industria officium tibi demandatum exequerere. Ac interim dum uersaris istic, in copula & tanquam nodo humanæ societatis coniunctionisq; iustitia, qua eximia uirtute tota Respub. continetur, quæq; uiuendi disciplinam mortales edocuit, te exerce: & ex ea in illa præcipua eius seu parte, seu socia & comite pietate, quæ magna quidem est erga parentes atq; amicos, sed multo profecto erga patriam maxima. Patria enim & parentes ipsos, & amicos, & uniuersos ciues complectitur, comprehenditq;, nec solum eos qui in præsentia sunt, uerum & posteros quoq;, eaq; omnes omnium charitates, pietatesq; una in se continet. Ita ut de nostris sanctissimis ueteribus fuerint, qui filios suos pro patria occiderent: alij seipsos certis uerbis deuouerent. Illos tu igitur in diligenda patria in omni etiam iustitia imitare. quanquam nihil necesse habes pedem extra limen ponere, ut quos imiteris quæras, domesticis enim abundas exemplis Scis quanta continentia, quanta æquitate, quanta animi moderatione gesserit se semper auus hic tuus, ut maluerit sua sponte solum uertere, & Linterni uiuere, quàm patriæ libertatem quietemq; interturbare. Ego uero, fili, quid fecerim, tu ipse cōscius & testis es. Ex Macedonica gaza Perseo deuicto, cum ita urbem atq; ærarium replessem, ut ab eo tempore tributum solui desitum sit, quid inde in domum penatesq; nostros præter nomen gloriamq; deriuauimus? Ex auctione meorum omnium bonorum uix redactum est, unde dos matri tuæ redderetur. Duorum tuorum fratrū intra septem dies mortem, quòd pro patria inuidiæ fortunæ obiecti uidebantur, quanto animo tulerim, quid opus est dicere? cum ipse tu totusq; senatus et Po. noster tam probe recordemini. His auus tuus, his ego uirtutibus, his alij cum ex cæteris gentibus populisq; permulti, tum uero ex Romano quamplurimi, in hoc nostrum unde decesseramus domicilium rediuimus. Hæc una, non honores, non opes, non uani plausus, non superbia & fastus est huc uia, in has sedes eorum qui uita ysta uestra optime & innocentissime peracta, nunc uere & beatissime uiuunt, illumq; inhabitant circum, quem uides fulgentissimum inter astra illa, flammasq; cœlestes. qui quoniam est stellarum refertissimus, ideo tam insigni est præter cæteros splendore, nec mente solum cogitationeq; capitur & comprehenditur, ut illi paralleli, ut signifer, ut finitor qui Græcis ὁρίζων dicitur, sed oculorum sensu percipitur & notatur. Cuius latitudo ab eo profecta sidere, quam uos Cassiopeiam nuncupatis, ad caudam illius, quem Scorpium, pertingit, longitudine uero pleriq; à circulo eum boreali ad terminos tantum australes ambire rentur. Sed totum reuera circuit cingitq; cœlum, non satis tamen uobis conspicuus: quoniam procul à sedibus uestris abscedit, cum in australes illos borealesq; se tractus immergit. γαλαξίαν Græci, Latini lacteum appellant orbem, à fulgore tam denso, ut lactis præ se speciem ferat. Quin & more illius gentis, ne nihil non restet fabulis fœdatum, commentum tradunt, Iunonē Mercurio infanti inscia qua matre esset natus, mammam præbuisse: quem cum è Maia natum resciscet, subtraxissetq; mammam, subito effudisse inter astra multum de lacte ubertim defluente. idq; esse illius uestigium, quod uos serenis noctibus spectatis. Alij non Mercurio, sed Herculi attribuerunt fabulam. qui cum Iunonis nouercæ uber auidius sugeret non capiente infantili ore tantum lactis, in cœlum decidisse, quantum à uobis nunc cernitur. Sunt qui de Rhea & Ioue nescio quæ referant. Sed ea omnia otiosis, ut puto, sunt auribus atque animis cōficta. Quid mirum eiusmodi esse ab ijs inuenta, quorum totum erat studium uanitati & stultitiæ multitudinis seruire, cum Philosophi nonnulli etiam de grauissimis parum scite de eo ipso circulo diffinierint? Pythagorici nanq; uiam illam existimarunt esse, quam incēdit errore suo Phaeton Solis filius. Primum rem afferunt commentitiam, tantisq; philosophis indignam. Deinde ut in gratiam illorum totam illam Phaetontis fabulam ueram esse fingamus, si Solis currus usqueadeo partem illam inflammare potuit, qua aberrauit, orbita illa, qua sol perpetuo per duodecim signiferi commeat signa, quamobrem non multo est incensior, & candidior? Anaxagorici uero, & Democritici, ea quæ sol splendore suo collustrat, astra fulgentia micantiaq; esse perhibent: quæ secus, hæc uelut concretum obtinere lumen, & ceu lacteum quendam nitorem, qui est stellis omnibus proprius. idcirco quem cœli tractum obiectu terrenæ molis sol non contingit, eum ita lacteum per noctem à nobis conspici. Verum id quo fieri possit modo, non uideo. tum quod terræ umbra supra eum non extenditur, quem Mercurium dicitis: tum quod mutato Sole, circulum ipsum lacteum alio transferri necesse esset.
Non sunt ergo hæ, quas illi attulerunt, tam lactei splendoris causæ: sed ea cuius paulo ante memini, quod scilicet densissima sint eo loco minorum agmina stellarum. Hæc ille quidem dixit, ego uero ex eo loco cœpi & circumspectare, & despectare singula, faciesq; ipsa mundi tum demum pulcherrima mihi uisa est. & merito iudicaui κόσμον à Græcis dictum, quasi ornatum & elegantem: à nobis mundum, quasi lautum, purum, nitidum. Nihil erat obtutui meo, tanquam obex oppositus, non mons, non syluæ, & nemora, non nebula uel caligo, non terra ipsa, quæ exiguitate sua impedimento mihi neutiquam erat, quo minus ex illo excelso loco

aduersum

aduersum illum australem uerticem despectarem: omnia mihi erant exposita & patefacta. Iaque eas stellas uidi, & quæ in inferiore hemisphærio fixæ conspici à nobis è terra non possunt, & quas etiam in superiore illo hebes noster obtutus non cernit: cum sint ipsæ uel quæ à nobis existimantur minimæ, incredibili magnitudine & uastitate. Quis enim fuisset unquam suspicatus, minimam illarum omnium stellarum maiorem esse hac tota nostra, quam tot gẽtes populiq; incolunt terra? Atqui ita esse illic perspexi, risiq;, ut alijs plerisq; in rebus, ita & in ea ipsa Epicurum cui Solem stellasq; non multo quàm uideantur maiores esse placuit. & ipsa terra perexigua mihi perq; breuis uisa est. Adeo ut pœniteret, pigeretq; me maiores nostros, nosq; ipsos propter rei tam angustæ angustissimam tenuissimamq; partem tot bella suscepisse, tot tumultus, labores, ærumnas perpessos esse. Hæc mecum reputans contemplabar terram, conijciebam oculos in Italiam, in Siciliam, Hispaniam, Africam, minorem Asiam, Illyrium, Græciam, quas ego uix in terra discernere poteram, quæ exilia puncta tot nobis mala, tot clades peperissent, uidebamq; omnia non fuisse uel minimo bello, ex ijs quæ gessimus, digna. Tum Africanus, Mi Scipio, inquit, etiam nunc te illa humana despicatissima tenent, & ad se retrahunt? nec reputas tecum, quem in locum ueneris, in quæ tam ampla tamq; magnifica & augusta templa adductus sis, quæ nemo potest incolere, nisi sacris bonæ mentis & erectæ, illaq; uilia despicientis initiatus. Hic omnia sunt sacra, tu prophana illa adhuc spectas? ad illa serenis! An non consideras quibus ex rebus constent sancta hæc mundi domicilia, delubrumq; hoc ex uniuersitatis natura compactum? quod totum Deus ipse progenitor eius dominusq; implet, in quo toto sacra illi & ceremoniæ perpetuæ ac sempiternæ fiunt. En tibi omnia tanquam corpus unum ex nouem composita & connexa sunt orbibus, seu ut aptius dicam, ex nouem sphæris siue globis. Latine enim sic uocantur, qui formam hanc rotundam sortiti sunt, tanquam sibi cum primis decoram & congruentem siquidem ea sola omnes figuras continet, nihilq; habet asperitatis, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum. neque hanc æqualitatem motus, constantiamq; ordinum in alia forma facile seruare posset. Primus est ille supremus nidus, ut ita dicam, totius naturæ rerum, atque adeo natura ipsa, extra quem nihil omnino, intra quem sunt uniuersa, quæ ipse circumflexu & ambitu suo tegit, ac fouet, magnum & uenerandum numen tot stellis, hoc est animis, mentibusq; diuinis atque immortalibus ornatum & aptum. quod motu suo cæteros secum rapit, & circumagit globos, uicissitudines diei noctisq; nobis ostendit: sparsam orbe toto naturam cogit, moderatur, temperat uirtute illa sua immensa atque admirabili per uniuersitatem mundi diffusa, & singulis rerum pro suo cuiq; ea parte distributa. in eo & cum eo torquentur, uertunturq; sidera illa inerrantia, & fixa cursu æterno, nec quiescunt unquam. Quando ea est illorum ignium uis & natura, ut in uigore, motu, actione uiuant, extinguanturq; si torpeant, si cessent, si uel momentum temporis resistant. Ab hoc summo globo, quem & mundum & cœlum uocant, septem illi comprehensi sunt. qui quanquam illa insuperabili cœli ui quotidie rapiuntur, in occidentemq; ex oriente supra uos, sub uobis ex occidente in orientem contorquentur & conuoluuntur, suo tamen quisque incessu ac progressu longe diuersa atque adeo contraria itinera spatiaq; conficiunt. uidelicet supra uos ab occasu in ortum, sub uobis ab hoc in illum, errantesq; à nobis eæ dicuntur stellæ, quoniam è Græco uertitis planetas, cum nihil minus agant quàm errare. Certi sunt enim illorum siderum meatus, definiteq; lege & ratione comprehensi. Verum errant, id est uagantur. quod cum singula statis suis temporibus aliàs recedant, aliàs antecedant, aliàs abeant, aliàs subsequantur, aliàs celerius moueantur, aliàs tardius, quandoq; ne moueri quidem, sed ad quoddam tempus insistere uideantur: fit ut tum inter sese coeant, tum se oblique respectent, tum à se longis interuallis dissita & disiuncta sint, qui ipsorum mos et modus causam græcis nobisq; præbuit ut ea errantia uocaremus. quorum altissimum, eamq; ob causam minimum uidetur illud, cum sit ingenti mole etiam alijs collatum, quod Saturni esse uos mortales dicitis. Talia enim nomina nos hic in cœlo non noscimus. sed feriata Græcorum leuitas non contenta templa illa uestra marmorea eiusmodi impijs fœdasse & conspurcasse deliramentis, etiam hæc in nostra cœlestia uoluit penetrare. Neq; enim Saturnus ille rex Cretæ, neq; eius impius in patrem filius Iupiter, neque cruentus & crudelis Mars, neque turpe illud scortum Venus, neque Mercurius ille fur, nec quis alius ex cœtu illo facinorosorum & conscelerstorum hominum, non dico stellæ non sunt, neque enim possunt, cum hæ sempiternis fuerint seculis, illi paulo ante excidium Troiæ uixerint. Sed nec in has beatorum sedes conscendere, ad quæ nisi optimis & innocentissimis uiris aditus nulli patet. Quod si quis ueteres illos, et ut noster Ennius solebat appellare, cascos, tum nostros, tum Græcos aliquid nominibus illis uelasse ac texisse crediderit, quod uulgus imperitum ignoret, ut Panætius tuus reliquiq; Stoici arbitrantur, lubens eam priscis hominibus sapientiam in gratiam nostrorum maiorum tribui patiar. Ita ut sit stella illa Saturnus, quasi saturans se annis: uel quòd inter uaga sidera plurimos consumit annos, antequã cursus atq; orbes suos peragit, triginta uidelicet: uel quòd ipsum esse uoluerunt, qui rationes temporum contineret. Idcirco χρόνον esse dictum. quasi χρόνον. Ex se ergo natos annos norat, quia consumit ætas temporum spatia, annisq; præteritis insaturabiliter expletur. φαίνων quoq; à Græcis uocatur, hoc est apparens, quod mirabiliter se aperiat & occultet, modo antecedendo, modo retardando, modo uespertinis temporibus delitescendo, modo matutinis se rursus ostendendo, nec paucioribus per singulos annos diebus triginta nobis se subducat, nec pluribus quadraginta. Cuius candidus est fulgor liuore admisto, gelidæ ac rigentis naturæ, tratæ atque infestæ terris & corporibus humanis. Hunc sequitur Iouis, ut populus existimat, siue Saturno & Ope genitus Cretensis ille, siue Arcas patre Aethere, siue alius Arcas item patre Cœlo, qui Athenis regnauit populosq; illos simulacra Deis ponere docuit. Quorum nullius est stella illa, quam Iupitrem multi uocãt, quasi iuuantem patrem. Et utrunque enim est Iupiter & Iouis: hinc sui sunt utriq; casus. Est enim haud dubie sidus illud iuuans pater, claro illo splendore benignum, amicumq; generi humano, duodecim annis percurrit spatia, uiamq; ex æterna lege rectoris omnium præstitutam. φαέθων etiã à Græcis hæc stella, quasi lucens dicitur: adduntq; fabulatores illi, hunc fuisse pulcherrimum omnium eorum hominum, quos Prometheus de luto finxerit. idcirco immortalitate donatum esse. Solis fuisse filium tradunt alij, qui inscitia aurigationis de curru delapsus incenderit maria & terras. Post hunc sequitur rutilus ille atque igneus, uiolentusque Mauors, quasi magna uertens. Inde elisis aliquot literis Mars, & Marspiter uocatus, qui præsidere ui atque ardore suo, bello creditur. nec sine ratione Magna uertens nominatur. Quæ nanque res maiora uertit & commutat quàm bellum? Quid quod nullius sideris minus est obseruabilis

cursus quàm istius? Et bello est'ne aliquid magis uarium, anceps, lubricum, præceps? Herculis esse nonnulli hoc astrum dicunt, quòd ille bellis, uiolentijs, raptibus, direptionibus, latrocinijs, & alijs quæ bellum fieri gaudet, multum delectatus sit, multum orbem infestarit. Qui cum talis fuerit, quis nisi & ipse cum illo eodem Hercule insaniat, in hæc sanctissima domicilia & innoxiorũ hominum sedes peruenisse credat? Neq; enim per cruorem stragemq́; generis humani ascenditur in cœlum: cum humanitas, benignitas, mansuetudo sola penè sit in hunc locum uia. Quĩ nanq; fieri potest, ut officio illo suo hominum generi à Deo commisso, & mandato is rectè fungatur homo, cuius facta quàm longissime ab humanitate, hoc est à natura ipsa hominum recedant? Inducti sunt in mundum homines, ut alijs alij prosint, opemq́; & auxilium indigentibus ferant, omnesq́; se mutuo in commune iuuent. Quomodo igitur potest uel homo esse is, qui tã multos læditue non esse crudelis fera, cui est cum tanta humanæ gentis parte susceptum bellum, quiq́; illi permagnam attulit iacturã cladémq́;? Neq; uero ipse tam multa Carthaginensium millia occidi: sed cum patriam tueri ac seruare conor, cæci illi atque furentes in mortem irruerunt, ut nocerent. Nihil enim mihi magis erat in uotis, quàm illos omnes ad saniorem præsertim reductos mentem, conseruare: sed ipsi in mucronem gladij mei, quem pro patria tanquam murum opposueram, neq; enim alius proderat murus, ira atq; odio dementati se coniecerunt. Cæterum ad stellam redeo. πυρόεις hæc stella à Græcis nominatur, quòd exiguo corpore non dissimilis sit prunæ, ex cuius nimio ardore & Saturni frigore Iupiter ille eis interiectus temperatur, fitq́; usqueadeo mitis, mansuetus, beneficus deus. Situs est in medio stellarum errantium loco sanctus ipse Sol, cuius permagnam uoluit pater ille uniuersitatis in tota natura uim esse & potestatem. De quo sidere nunquam possent pro dignitate satis multa dici. Accendit enim Deus ille summus Solem tanquam facem, non mortalibus tantum, sed uniuerso etiam mundo, ipsisq́; adeo uniuersis sideribus. Omnia enim ab eo lumen mutuantur, etiam quæ ex sese lumine nõ carent. Ipseq́; Sol uelut ductare uidetur choræam hanc cœlestem, ac moderari & regere hæc diuina lumina. Etenim tanquam præfectus mundi, terras, elementa, cœlos, tempora gubernat ac tuetur. Ab eo uicissitudines illæ uestræ existunt dierum & noctium, hyemis, ueris, æstatis, caloris, teporis, frigoris, frondium, florum, fructuum, mensium, annorum. Hunc sapientissimi uiri merito mundi esse animum, seu uerius mentem affirmarunt, omnia exaudientem, omnia intuentem, prouidentem omnia, & lumine caloreq́; illo suo masculo & saluberrimo uniuersæ rerum naturæ consulentem. Ita ut nonnulli ex Græcis sapientiæ sectatoribus, non aliam ob causam inductos esse in mundum mortales censuerint, quàm ut Solem admirandum Dei opus intueantur, & contemplentur. Falso quidem illi, sed tamen sic opinati sunt ex admiratione tanti sideris. Sol dictus est à nobis, uel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, uel quia cum est ortus obscuratis omnibus solus extat & apparet. Græci multis uarijsq́; eum nominibus nuncupant. Est enim Delius, quod omnia δηλοῖ, hoc est aperta & manifesta suo lumine atq; splendore monstret. Et Phœbus, quòd omnia φοιβῇ, hoc est purget. & Nomius, quod uniuersa νεμῇ, hoc est uel pascat, uel suis certis temporibus distribuat. Et Vlios apud Milesios, quod omnia οὐλῇ, hoc est sanet. Hinc nostræ Vestales indigetant, Apollo medice. Sed Apollo, quod frequentius apud illos est, nominatur uarijs de causis. tum à iactu radiorum, quæ iacula illi confingunt esse, idcirco apud Homerum ἑκηβόλος, & ἑκατηβελέτης, & ἑκάεργος. pharetram ei appingit cum arcu & sagittis aureis, tum à pernicie. quam in peste affert animantibus. Ex tuis Stoicis sunt qui putent ἀπόλλωνα nominatum, quasi non plures ipse, uel alij similes sint, sed unus solũ modo: ex quo fonte perhibent nõnulli à nobis esse Solem dictum. Sub Sole Venus locum obtinet, non Cypria illa è spuma procreata, flagitiosum et probrosum scortum. Nec illa è Cœlo & Die nata, nec ex Ioue & Dione progenita, nec Syria Cyrrhoq́; concepta, quæ dicitur Astarte Adonidis coniunx. Ex quibus quæ fuerit pessima, deliberari non potest, omnes, ut puto, fuerunt nequitia & flagitio pares. Sed cœlestis illa hominum & diuum uoluptas, quæ diurno exortu genitalem illum spargit rorem, quo non terrarum modo conceptus implet, sed animantium quoque stimulat, ideoq́; etiam alma est ab alendo nuncupata. conspicua magnitudine et luce: ita ut ad serum Lunæ, ad matutinum Solis æmula sit. Sequitur enim occidentem Solem, & tunc Vesperus uocatur, ut dicit familiaris noster Ennius: ut Plautus, Vesperugo. Præuertit Solem orientem, tunc Lucifer à nobis, à Græcis φωσφόρος. Claritas in hoc est tanta, ut unius huius stellæ luce umbræ reddantur, quæ fulgori emergentis solis aliquandiu conspicua non cedat. Neq; is nitor eiusdem est & ad uesperum coloris, & ad mane. matutinus nanque est candens, & gratissimo refulgens albore. uespertinus est rutilus: talisq́; conspicatur, quoniam diurno solis feruore aer ille uester incensus est. Græci astrum hoc alij Isidij, alij Iunoni dederunt, alij Marti, plures Veneri. Sunt qui non Venerem uelint esse, cæterum quendam Auroræ & Cephali filium qui de forma cum Venere certauit. Sed satis erat à serijs negotijs Græculis illis otij, cum hæc comminiscerentur. Proximum Veneri est sidus, ut uos dicitis, Mercurij. Nos Mercurium illum ex Maiæ stupro genitum, palestræ institutorem, furtorum deum, nunquam hic uidimus. neque enim furtis fauent dij. Minus eum cui Cœlum fuit pater, Dies mater. quo quid dici potest obscœnius? Nec impostorem hominum Triphonium, Valentis & Pherondis filium. nec alterutrum Aegyptiorum Trismegistum. Græci stellam hanc Stilbontem nominant: bene illi quidem, si modo à lucendo uel splendendo dictam putant. Sin uero hunc è Dionysio & Proserpina productum uolunt, illum qui in Nysa recens à patre condita educatus sit, tale est hoc qualia reliqua, ineptum scilicet & puerile. Paruum est hoc astrum si cum Lucifero componatur, acuto & radiante fulgore, uersatili ingenio atq; natura. qualiscunq; enim fuerit cui se adiungit planeta, tale & ipsum continuo redditur. Ea res locum aperuit fingendi, nuncium esse Mercurium & ministrum deorum, quando eorum uiribus potestatiq́; obsequitur. Atque hæc quidem duo sidera Mercurij & Hesperi ita comitantur Solem, ut cum tria reliqua interdum quarta, interdum tertia signiferi circi parte, nonnunquam signis sex, hoc est dimidio signifero, partibus'ue centenis octogenis à Sole abscedant, Vesperus uero nunquam pluribus senis quadragenisq́; separatur, hoc est sesqui signo. Sunt qui plures huic cumulo partes addant, sed nulli duo signa excedunt, ne attingunt quidem integra. Mercurius modo septem & uiginti, ut cum occidentalis est in Leone: modo duodetriginta, ut orientalis in Capricorno, in quo ipsi altissima absis est, nunquam longius partibus triginta, id est signo uno sese abducit, tum anteuertens, tum subsequens. Tantaq́; hæc Solis uicinitas ab incursu turbinis terrenæ illius umbræ Mercurium tuetur. Itaque deficere nulla ratione potest. Siquidem Sol in aduersam sibi partem terræ umbram semper iacit, qua in parte nunquam Mercurius deprehenditur, comes perpetuus Solis, ac uelut assecla. Vltima ex sideribus est Luna, instabilitate & mutatione perpetua sua

penè

pene monstro similis, à lucendo appellata. Eadem enim est Lucina, & Diana quòd noctes quasi dies efficiat. Nam in remedium tenebrarum ab architecto mundi Deo inuenta est, quæ ex se nihil omnino lucis habet. Solida moles est, densaq; admodum, sed leuis tota, æquabilis, tersa. Quo fit, ut uibratum in se splendorem, quoniã asperitatis nihil habet, ubi hærere queat, totum refundat ac reuibret. quemadmodum in gladijs armisq; prænitentibus uidetis fieri. Accipit igitur, quicquid blandæ illius & fœmineæ lucis ad uos transmittit, à fratre suo Sole. Hauriunt quidem & reliqua omnia sidera lumen ab hoc luminis copioso, puro, perenni fonte. sed non id totum quod habent, Luna uero totum: nam ex se obscura est. quod nobis à terra sereno cœlo recentiq; Luna attentius spectantibus cognitu perdifficile non est. Cumq; impari celeritate Sol & Luna meent, cum Luna soli subijcitur, tum præuertens paulum ab eo seiungitur, tum aduersa illi opponitur, tum sequens ad coitum redit, qui cursus Lunam tam multiformem mortalibus ostendit. Nam cum coeunt, Lunaq; silet, ea ipsius facies, quæ nobis conspicua est, non illustratur. illa tota lucet, quam nos hic intuemur, ut quintodecimo hinc die cum è regione opposita aduersaq; omnino Soli est, signisq; ab eo sex distat, cœlestis facies obscura est, terrestris tota fulget. Interlunium porro maius nunquam est duobus diebus. Tertio die nouam formosamq; faciem ostendit terris, idq; ab occasu Solis. nec unquã illa nocte integram horam sese fruendam præbet. quæ tumq; tunc nobis illuxit, tantum in singulos dies sibi ad moram nobiscum addit, usquedum plena est. ita ut interim nascentis adiuuet Solis lucem ex pleno suo orbe. Contrarijs gradibus illis quibus uenerat, ad coniunctionem Solis remeat. unde fit ut cornua crescentis oriẽtem, occidentem decrescentis spectẽt, auersa uidelicet à Sole semper. Huius enim splendor in quam partem Lunæ incurrit, totam eam semicirculo maiorem ita collustrat, ut contingere se coni uideantur. Incidit enim lux ingentis globi in materiam multo minorem. In altera uero portio illustrata metas suas iacit, effigiemq; cornuum reddit: uulgoq; sic appellatis, intra quæ lux illa non penetrauit. quæ cornua, cũ nulla putatis esse, tunc nos uidemus. Neque enim ullum tempus est, ac ne horæ quidem momentum, quo Luna omnes eas facies, quas uobis intra quindecim dies profert, non retineat, simul & corniculata & æqua portione facta, & dimidio maior, & plena est: sed uarie uarijs in locis, nisi dum mucro terrestris umbræ in eam ingruit. quo tempore, ut Sulpitius Gallus commilito in Macedonia tuus, patre hoc tuo Imperatore, nos docuit, laborat, lumenq; amittit. Quo magis miror fuisse non qui hæsitarint modo, uerum & qui asseuerarint, Lunam terra maiorem esse, cum tota ipsa Luna terrestris umbræ inuerso turbine, etiam tam procul extenso, cum is quo longius abit, hoc arctior atq; acutior fiat, comprehendatur. Hoc est igitur sidus, quod cum sit remotissimum à cœlo, mortalibus caducisq; rebus proximum, minus de uirtute illa & præstantia diuinitatis sortitum est. Ideo nec lucem ex se ipsum habet ullam: & qua beneficio Solis ornatur, & instruitur, maleficio umbræ illius tenebrarumq; spoliatur orbaturq;. Infra Lunam omnia sunt fluxa, decidua, senio, morbis, uitijs, casibus, mortiq; exposita atq; obuia. Nec natura eorum, etiam si externa uis abesset, sineret illa esse admodum diuturna, nedum sempiterna. Sunt enim ea conditione ac lege progenita, ut suis statutis certisq; temporibus, uitam illam suam tanquam mutuum reponant, & ei quæ credidit naturæ reddant, atq; soluant. Soli humani animi, quoniam de mente illa cœlesti desumpti sunt, æternum etiam perdurant, & uiuant non minus quàm ignes hi cœlestes quorum gente & cognatione tenentur. Neque enim fas est, nec unquam erit, partem aliquam diuinæ mentis naturæq; interire. Essent enim hi omnes cœli, omnia hæc astra in luctu, si quis ex gente & familia sua extingueretur. At in hoc cœlesti templo non modo perire nihil, sed neque mœror, neq; planctus, neq; lacrymæ, nec ulla deniq; perturbatio excitari potest. Hæc in terris sunt multa, & uaria, & perpetua. huc nemo uenit nisi purgatus earum rerum non tantum uoluntate, uerum facultate etiam ac potestate. Ecce tibi sedes & templa nostra, in quibus geniti sumus, ad quæ uirtute duce reuolamus. Hæc cum molitor ille ac fabricator tanti operis coniungere connectereq; cum terrena soliditate uellet, nullum inuenire potuit aptius uinculum, quàm id quod proportione quadam ex se, atque ex ijs quæ copulat, unum efficit. Tunc enim demum perficitur, ut coniunctio ac constructura dissolui haud quaquam facile possit. Cumq; unicum medium inter tam diuersa extrema quæ coagmentari cohærereq; oportebat, nullam satis congruam proportionem obtinere posset, duo sunt media quæsita & interiecta, aer & aqua tam commode inter se apta & commista, ut si ex hoc loco in terram descendas, totum istud interuallum unum dicas esse corpus, quod sensim fit terra. Si enim ex terra huc ascendas, unũ putes esse corpus, quod sensim fit cœlum, usq; adeo nihil ex abrupto cum alterius dissidente natura compingitur, & aptatur. Suprema enim aeris pars raptu feruoreque cœlorum inflammata, cœlum adhuc uidetur esse, sed degenerans, & tanquam nothum. Media non omnino ignis existimabitur, sed neque nebula prorsus, caligoque. infima densitate sua aquæ simillima fit. Extima porro aquæ facies aer potius habeatur, quàm terra. Aquæ illa pars quæ terram attingit & lambit sic lutum est, ut citius terra iudicetur, quàm aqua. Hæc est mundanæ uniuersitatis artificiosa structura, sapientissima & ueneranda machina. Nouem sunt globi, cœlestes octo, terrenus est nonus: aqua & aer, & hic proximus cœlo ignis, qui spirabilis naturæ pars est, sed incensa & ardens, media, siue uincula sunt cœlorum ac terræ, quæ medium locum totius mundi occupauit & insedit, qui in rotunda forma infimus est, cum ambitus sit supremus. quæcunque enim ex parte terram spectes, humillima omnium est. Cœli semper sunt excelsi, sublimes summi. Idcirco undique ex omni mundi parte res leues euolant, assurguntq; in cœlum, pondera uero suapte pronitate præcipitantur ad terram, & utrunque lineis rectis, paribus angulis. Neque enim per latera terræ altrinsecus grauia deferuntur, alioqui uel ad cœlum usque peruenirent, uel pensilia aere hoc medio subsisterent, quod fieri nequit. At uero moles ipsa terræ in medio naturæ quasi librata, sempiterna quiete torpet. nam moueri eam uel ante uel pone, uel ad læuam uel ad dextram, uel ad id quod uobis uidetur, sursum uel deorsum, ingenium mundi non sinit: quia quoquo uersum moueretur, ascenderet. At in se torqueri & reuolui parum conuenit, quoniam uestigia tum hominum, tum cæterorum animantium consistere in illa continua uertigine firmarique non ualerent. Sic ille. Mihi uero illa omnia usque adeo magna mirabiliaque uisa sunt, ut stupens & attonitus mei obliuiscerer, dum ea contemplor. Cum ergo hæc dixisset Africanus, paulumque institisset, ego uelut eius excitatus silentio ac quiete, usu enim uenit, quibus ex tranquillitate & conticescentia obrepserit uel somnus, uel stupor, eos sonitu aliquo solere expergefieri: quibus ex strepitu ac murmure, eos expergisci, si is strepitus cõquieuerit. Cũ igitur ex altissima illa admiratione ad me redijssem, audissemq; concentũ, cũ quo nullus ex nostris istis mortalib. siue ma-

gnitudine, siue suauitate comparari ulla in parte potest, rogaui, quis nam esset is sonus? Hic est, inquit Africanus, qui ex motu confrictuq; cœlestium corporum excitatur. Rerum enim ipsa natura fert, ut omnia cum agitantur ac sese contingunt corpora, sonitum emittant, siue ea dura sint, densaq; & compacta, uelut ferrea, aurea, argentea, terrea, saxea, lignea siue mollia, raraq;, uelut aquea, aerea. Quod si illud uestri in prætenuibus, perq; exiguis cõsueuit mollibus contingere, quantum magis ex istis tantis magnitudinibus sonus incredibilis reddetur? Tanto profecto maior, quanto hæc & maiora sunt, & celerius quàm illa agitantur maioreq; sese atterunt ui. At soni isti, cum à diuinis oriantur corporibus, optimaq; diuina, atq; immortali naturæ parte, quæ nunquam temere agitatur, absurdos esse, horridos, tetros, incompositos, inconditos, inconcinnos, existimari fas nõ est: cum de crepitaculis, crotalis, cymbalis, fidibus uestris dulcissimi edantur concentus, & humanis auribus gratissimi: quòd si numerosa ars ad harmoniam requiritur, qui motus excogitari possunt æq; ordinati, uel ad numerorum congruentiam, sic apti descriptiq;, ut cœlorum? Nanq; maximus ille uniuersitatis huius author & ædificator, inferiora ista uestra abiectissima & despicatissima numeris quæq; suis cũ distinxerit, suaui q; consonantia et harmonia, uti Græci dicunt, instruxerit & decorauerit, pulcherrimas istas moles, immortalibusq; & diuinis mentibus animatas sine harmonia, sine concentu, sine compositione illa cum recta & undiq; secum consentiente numerorũ proportione reliquisse, quis possit credere? cũ ne corpora quidem uestra, quæ ex terra uinculisq; temere agitata, & caducis conflata & concreta sunt, concentu hoc carere possint. Admirabilis enim concinentia est in corde, pulmonib. cerebro, oculis, neruis, uenis, omnibus, denique membris corporis & partibus: quanquam consonantia hæc ab animo in corpus demanat. quod uel ex eo manifestum apertumq; est, quod in cadauere totus hic concentus & tam apta sibi numerorum iunctio, et constructura extincta apparet prorsus & dissoluta. Atqui animus ex hoc suo domicilio in terram corporaq; hominum deturbatus ac depressus, & musicos motus certa ratione numeroq;, quos hinc secum detulit, seruat, in corpusq; transfundit, et musicis cantibus ita exhilaratur atq; excitatur, ut memor domus ortusq; sui, ad eam se existimet redire. Quod uehementius manifestiusq; faciunt pueri, qui cũ recentes hinc discesserint, melodiam & concentum supra modum attenti auscultant, admiranturq;. Nam cum simile quiddam illis sonis percipiunt, quos hic soliti erant audire, tunc uelut admoniti & tacti recordatione harum rerum, stupefactiq;, comprehendere & dignoscere nequeunt, quem in locum tam suæ naturæ alienum atq; contrarium, tam insolitum & perturbatum demersi sunt. Eoq; magis animi nostri de hac sua patria cogitant, & memoria repetunt, quo & cantus illi cœlestibus istis similiores, & ipsi animi generosiores & subliniores sunt. Effert namq; concentus, nobiles præstanteisq; animos, abiectos uero & colluuioni sordibusq; corporis immersos, ad uoluptates magis spurcitiasq; propellit, ac deprimit. In cœlis porro omnis suauissimæ symphoniæ, quæ concludi & comprehendi inter acutissimum & grauissimum potest sonum, ratio inest ac modus.

Princeps enim ille totius naturæ stellifer orbis, incitatissimo cum rapiatur cursu, acutissimum sua conuersione sonitum elicit. Sic enim ingenijs rerum comparatum est, ut quicque uelocissime fertur, ita acutissime sonat. & contra, ut tardissime & maxime lente, ita grauissime atque hebetissime. Quo fit, ut Luna ipsa quæ omnium lentissima est, grauissimum sonitum emittat. Nam de terra, quam dixi dudum nonam esse, nihil attinet dicere. quippe quæ segnis omnino, muta surdaq; est, hærens medio mundi affixa loco, neque inde uel transuersum digitum abscedens. Ideo ad consonantiam hanc, mundiq; totius cantum conferre nihil potest, cum omnino nihil sonet, uel strepat, nempe immobilis. Ex istis autem cœlestibus globis, & si sunt octo, septem tamen duntaxat distinctæ rationes, differentesq; uocum sonorumq; moduli consurgunt, Sunt enim interualla hæc sonorum imparia. Nam si paria essent, una solum ex illis, & tanquam simplex, incompositaq; existeret uox, nec harmonia constaret ulla, quæ in uarietate sonorum modorumq; proportione deuinctorum sita est.

Quemadmodum ex Mercurio & Venere unicus modus tenorq; nascitur soni. Hi ergo globi inæquales illi quidem, æqualitatem tamen comparatione proportioneq; seruant inenarrabilem, ex qua dulcissimus ille & sempiternus concentus efficitur, septem distinctus uocibus, sonisq; commistus & temperatus. Nam in Mercurij Venerisq; orbibus, ut dicere incipiebam, eadem est soni uis, idem modus. Idcirco una est dicenda uox, tametsi geminata. Ambitus conuersionesq; eorum siderum non indicant. quorum Mercurius qui est inferior, nouem diebus ocyus quàm Venus peragrat, & conficit suum orbem. tum & illa duo circuitu suo non ambiunt totam terram, sed eius tantum latus quoppiam circumscribunt: contrariasq; habent reliquis sideribus absidas, nempe sub terras, hoc est domicilia uestra. Nam re uera supra terram semper decurrunt. Verum enimuero tantum de orbibus istorum ad austros uergit, quantum de alijs ad septentriones. Quo fit, ut cum reliquæ errantes stellæ. quando à terra maxime sublimes se efferunt, tunc demum pigerrimo agantur motu: hæ contra, tum demum incitatissimo. Illæ celerrimæ sunt in occasu uespertino, hæ nunquam aliàs tardiores & segniores. Cũq; illæ simul ac exortu matutino sunt defunctæ, reprimere motum festinationemq; incipiant, hæ tum primum addunt gradus, & effusius sese concitant & conuertunt. Quapropter una est ratio uocis sonitusq; in utraque. In alijs singulæ sunt singulis, quas Plato uester Sirenes appellauit. Neque enim uilis quibus uocibus has ipsas posset conferre, nisi illis quæ uulgo dicuntur esse omnium suauissimus, atque dulcissimæ, ita multum, ut nauigantes ab instituto queant cursu auertere, & amisso periculorum sensu in mille discrimina mortesq; harmonia cantus sui transuersos agere ac præcipitare. Hos uero cœli sonos, ex quibus simul omnibus unus exoritur consonans consentiensq; cantus, Pythagoras alijq; permulti, maximi & præstantissimi uiri, neruis fidibusq;, quantum à caducis firmissima & sempiterna referri poterant, expressere. lenitiq; dulcedine illa concentus ac demulcti, ita dum inter homines agerent, uixerunt, ut sibi uiam munirent, qua ingressi, recta in has sedes ueram germanamq; suam patriam reuerterentur. Sicut & sibi eiusmodi fecerunt uiam ij, qui clarissimis & optimis ingenijs in corpore inclusi cum essent non corporalibus se studijs exercitamentisq; dediderunt, non uoluptatibus, non uitijs ac sceleribus: sed ijs agendis, quæ ex his cœlestibus animis nata, in eisdem alta & exculta, uestros quoque istis gentiles decent animos, cuiusmodi sunt iustitia, continentia, prudentia, pietas, scientia, sapientia, quæ uere diuina studia nuncupantur.

Vides enim diuinas has mentes uirtutibus illis præditas ornatasq; esse, quod imitantur animi uestri, si modo nõ usqueadeo in corporis naturam stuporemq; ab hac sua pulcherrima degenerãt origine. Nã ut quisq; animus excelsissimus & generosissimus est, maximeq; diuinamẽte præstãs, cogitationiq; multæ ac crebræ loci huius ex quo profectus est, & à quo peregrinatur deditissimus, ita et plurimum uirtutibus illis dat operam, & citissime atq; facillime huc redit, nẽpe compendiariam in primis atq; expeditissimam uiam ingressus.

Verum

Verum sonitus hic quem admiraris, intelligi à nobis in terris non potest. Nam ut audiatur à nobis, præstantior tamen est, quàm qui à nostro stupidissimo crassissimóq; capi dignoscíq; auditu possit. Estis enim ad illum uelut asini ad lyram. Sed quod magis credo, non exauditur illa de causa, quòd facultas & uis auditus nostri exilis & perquàm angusta cum sit, nequit amplitudinem hanc sonorũ capere. Neque uero sensus nostri possunt alia percipere & sentire, nisi quæ latitudine suarum uirium concludere possunt, & comprehendere. Reliqua quæ & ipsa maiora sunt, complecti & sentire si uelint, neq; assequuntur, quod cupiunt: & cum nequicquam fuerint connisi, tanquaḿq; colluctati, succũbunt, ac tum uel magna ex parte debilitantur, uel interim etiam extinguuntur atq; intereunt. Velut si quis fulgẽtem in occasu sudo serenoq; æthere solem intueri cõtendat, id diutius si fecerit, usq; adeo oculorum eius acies caligine ex immodico illo fulgore effusa retundetur & languescet, ut aliquandiu postea nihil possit cernere. Quòd si pergat id crebro facere, totam sine dubio cernendi uim uirtutemq; amittet, peribit́q; sensus ipse. Id in oculis nostris, quorum tantus uigor est, cum eueniat, quid in auditu fieri credendum est, quo sensu nullus est in nobis nec obtusior, nec imbecillior, magiśq; obnoxius ac expositus offensioni atq; iniuriæ. Apertus enim est, & puluere, stipulis floccis, sordibusq; oppletus & obrutus. Tum uel uenti uel humoris leuis offensa illum ita lædit, ut sæpenumero hac sola de causa amittatur. Iam sonorum immanium uis atq; impetus intolerabilis ei sensui est, non secus quàm alijs etiam omnibus suorum sensilium exuperans & supra modum uehemens uigor magnitudóq;. Omnes enim sensus non uitiantur modo, & deteruntur, si ea quæ sentiunt captum excedant ipsorum, sed plerũq; tanquam uasta in eos cadente mole confringuntur & comminuuntur. De sonitu ut loquamur, quod ad rem nostram magis facit, cum alij permulti obsurduerunt uehementia intolerabili strepituum & fragorum, tum tota gens quæ ad Catadupa Aethiopiæ partem habitat, hac una de cã surda est. Nilus enim amnis nobilissimus, qui Africã ab Asia disiungit, postea q̃ Meroen Aethiopiæ, quam ipse diuisus insulã facit, prætergressus est, aquas oẽs suas in eundem alueum colligit. hinc rursum spacius insulis, his obicibus et quasi offensionibus irritatus fertur rapidissimo cursu: suiśq; iterũ cõiunctus aqs, incitatissimus decurrit usq; ad eã Aethiopiæ partẽ, quæ ex re Catadupa græco uerbo nominatur. Ruit enim Nilus ex illis scopulis atq; rupibus immenso ac terribili fragore. Gensq; eius loci accola iam semel olim urbem sedeśq; ad fugiendum tantum incommodum mutarat, sed alij bonitate agri cœlíq; inuitati in eam regionem immigrarunt, quæ nunc tota natio inaudita est. Hæc quidem ex Nili sonitu accidunt. Considera tu nunc quid ex hoc cœlesti sono, tanto quàm ille sit maiore, par est? Et considerabam ipse id quidem admirabundus, terraḿq; identidem despectabam, mecum ipse cogitans & reputans, quàm essent hæc nostra uilia, abiecta, sordida, indigna non solum quæ incoleremus, sed quæ uel uideremus, uel etiam calcaremus, cœlestibus illis composita & comparata. Africanus uero ratus me aliquo adhuc istarum rerum desiderio teneri: Video, inquit, te sedes illas humanas, terraḿq; adhuc spectare. Quæ si quantam ipsam esse cernis, tantam etiam tibi indicatur, ne sis oro te tam exiguo atque angusto animo, ut leuibus illis ac tenuibus rebus implearis. Erige animum menteḿq; ad hæc cœlestia, ea desiderato, ea concupito, quæ sola possunt te & capere et implere. reliqua ne pluris facito, quàm ipsa re uera sint. Quod ut ea natura summo et præstantissimo animo, facile te perfecturum non dubito. Vnum est quod uereor, ne nõ facile possis excutere & repudiare ambitionem illam & gloriæ cupiditatem quæ gloria quoniam nonnullam habet cum honestate similitudinem, formaḿq; illius induit & præ se ostẽtat, idcirco ab excellentib. quidem ingenijs, sed quibus tamen nondum extrema est à uirtutibus manus addita, nondum perfectis atq; absolutis magnopere exoptatur et quæritur. Ac plerúq; omnes, qui nec opibus, nec imperijs, nec potentia, nec delicijs & uoluptatibus tentantur, cupidine quadam gloriæ solent irretiri, molestéq; ferunt, cum pro laboribus periculisq;, pro meritis & benefactis aliam omnẽ mercedem contempserint, gloriam non reportare. Quin & interdum nonnulli parum admodum uirtutis & gloriæ intelligentes, dum nimia cupiditate rapiuntur ad gloriam, uitia & flagitia suscipiunt haud sanè parua. Qui & si sermonem celebritatemq; hominum, quam tantopere expetiuerunt, consecuti sunt, non protinus gloriã sunt adepti. Neq; enim gloria de uitijs unquam nascitur, neq; gloria est quod imperita multitudo, stulta et leuis plebes iudicat, uel non indicat potius. Quod enim iudicium esse potest, ubi nulla sanior est mens, sed qua parte plurimum ualet, loquitur? falsa est ea gloria, ficta, adumbrata, praua, ueræ gloriæ fraudulẽta imitatrix. Vera nanq; gloria uirtutem semper tanquam umbra corpus affectatur, sermonibusq; & uoce constat eorum qui optime de summis uirtutibus iudicant. Altera illa inconsiderata est & cæca, quæ ut temere sine ullo iudicio multitudinis aura & rumusculis excitatur, ita temere silentio eiusdem tabescit & extinguitur, neq; potest constans firmaq; esse. Quippe cum de nihilo exorta, nullis fundamentis innitatur ac sustineatur. nullis dixi: imo uero innititur, sed contrarijs sæpe, & ijs quæ nullam structuram breui non subuerterent, nempe prauis facinoribus. cum uerum maximéq; firmum gloriæ fundamentum sit uirtus. Quod cum ita sit, difficile est uiris excellenti præditis ingenio, postea quam in uirtutis ueluti campo sese exercuerunt, hanc gloriam, quæ ex uirtute proficiscitur, repudiare. Sed profecto illud est planè perfecti & consummati uiri, etiam ipsam gloriam cum cæteris humanis aut despicere, aut certe negligere. Estq; illius qui non solum suam ciuitatem, breuesq; illos suæ regionis patriæq; terminos secum reputat, & spectat, sed orbem ipsum non terrarum modo, uerum etiam cœli, totiusq; naturæ, qui quàm latissime patet. Namque is primum ex latibulis unius ciuitatulæ egressus effert sese, & tanquam de specula, uel editissimo aliquo loco, qualis hic est, in quo nos sumus, totam sibi subiectam terram contemplatur. Videt eos terræ tractus, qui huic boreali uertici, illíq; australi suppositi sunt, pari de causa æternis frigoribus immersos rigere, niuibus, pruinis, galacie perpetua infestari. quoniam & à cœlorum conuersione, motúq; celerrimo, & à solis orbita duobus tetius caloris fontibus maxime remoti & segregati sint. Qui duo fontes subiectam sibi regionem continuis uaporibus exurunt, ea que regio haud quaquã exigua est. Nam signifer ille circulus medio se cœlo porrigit obliquus, per quẽ ultro & citro Sol anfractibus suis ducibus que commeat, ascenditque nobis in solstitio usque ad cancrum, bruma in capricornum uobis depressus. quicquid duobus his signis Soliśque metis supra infráque contentum conclusuḿque est, & rapidissimo cœli ambitu & perpetuo Solis consinio torretur. Quo fit, ut nec extremæ illæ duæ oræ uerticibus cœli subnixæ, præ nimio gelu atq; algore cõtinue, excoli atq; inhabitari ab hominibus queant. Cum neq; mitescere unquam cœlum, neque frugem aliquam ager edere, qui caloribus nunquã mollitur & fœcundatur, possit. Nec media illa celebrari & frequentari hominum commeatibus cultibuśque concessum est. Quoniam

ut illæ præ nimio frigore sterilitatis damnatæ sunt, ita & hæc nimio æstu. Neq; mortales in tanto feruore respirare, & uitalia tepido spiritu refrigerare possent. Ergo cum æstuantes eos deficeret anhelitus, subito præfocarentur. Quæ mediæ porro inter torridum rigentesq; tractus sunt oræ interiectæ, duobus affectæ contrarijs calore & frigore, sensim intepescunt ac temperantur, sic ut quo magis ad extremos illarum limites accedas, hoc magis naturam uicini uel æstus, uel rigoris percipias: magnum uero sit in medio temperamentum, quod efficit ut ibi commodas sedes mortale genus cæteræq; animantes, stirpes etiam statuere possint, ac figere. Vbi tum uicissitudines sunt gratæ annorum & temporum, tum agri suis definitis statisq; temporibus concipiunt, fœtificant, interquiescunt, uires uigoremq; recipiunt, ad futurumq; reficiuntur laborem. Tum homines clementia cœli ualent, uigentq;, licet eis arare, serere, plantare, colligere, condere suis quæq; temporibus. Hæc omnia non sine admiratione spectat et contemplatur perfectus ille, ut dicebam, sapiẽs, uidetq; tria esse quæ in gloria expetere soleatis: ut quam latissime pateat, ut immortalis sit, ut apud quamplurimos uersetur, & eos quam optimos. Angustias in quibus se uestra gloria diffundere & extendere laborat, considerans contemnit. Aspicit enim primũ terram ipsam exiguum quiddam esse, puncti instar, quod in globo hoc mundi medium defixum est, ut centrum. Ex illo puncto quinq; in partes, quæ cingula dicuntur, secto, duas solummodo humanis usibus à parente mundi esse attributas, quas uitæ uictuiq; uestro commistio illa rigoris ardorisq; commodas & benignas præstat. In his duabus homines sibi conuenticula, concilia, cœtus instituisse, urbes, oppida, pagos condidisse raros atque in morem macularum dispersos. Et quoniam tota terra globus est, ideo homines inter se partim sunt transuersi quos Periœcos, hoc est circũcolas Græci nominant, qui idem inhabitant cingulum, sed cõtraria latera, alteri ortum spectantes, alteri occasum, subiecti hemisphærijs diuersis, seu aduersis potius, pariaq; agunt anni tempora, & pariter, uicibus tantum dierum noctiumq; distincti. Dies enim his est, quando illis nox, & è cõtrario, tametsi non in uniuersum. Neq;.n. quocũq; tempore dies alteris est, nox est alteris. Nam alioqui cum æstatem utriq; agerẽt, dies hi haberent breuissimos, longissimos illi: quod fieri nequit. Cæterum de medijs omnia intelligi cõuenit, ut media nox sit horum medijs, dum meridies est medijs illorum. Si quis extrema cum extremis conferre uoluerit, obseruata proportione, siue, ut Græci dicunt, analogia, facile quod quæsierit, assequetur. Partim etiam homines sunt aduersi, quos Antœcos uocant: qui in boreali australiq; cingulis quæ incoluntur, uitam degunt, nec magis alteri alteris ad ortum uel occasum uergunt. Sunt autem propiores Aquiloni, uel Noto hi, quàm illi. pariaq; agunt anni tempora, sed non pariter. Vices tamen lucis tenebrarumq; simul habent, nisi quòd æstate uestra borealibus dies est quàm australibus maior, contra in uestra hyeme. Sunt alij homines inter se obliqui, Antipodas Græci nuncupant, quòd aduersis inter sese stent uestigijs, interpositumq; inter eos est terræ medium punctum, quod centrum dicitur, & dimetiens terræ ab alteris ad alteros agitur. quibus omnia sunt penitus contraria, & plagæ cœli, & uices temporum dierumq;. hyems horum illis est æstas, nox horum illis est dies. Quæ omnia, tum conuersio diurna Solis, tum annuæ descriptiones, ascensusq; eius, ac descensus, tum rotunditas efficit terræ. Hæc cum sunt cognita atque perspecta ei, quem sapientia atque uirtus ad perfectionem magno gradu adducit, tum is intelligit totum illum habitabilem Austri tractum, quem Græci ἀντίχθονα nominant, ad suam gloriam nihil posse pertinere. Est enim exusta mundi parte, uastissimisq; solitudinibus, desertissimis & insuperabilibus arenis à uobis separatus et remotus, ut inhospitalis terra neminem peregrinum aut uiatorem admittat, qui à uobis ad australes illos aliquid de uestris præclaris rebus, gestisq; proferre possit. Recisa est igitur ex duabus quæ supererãt humano cultui partibus una, in quam peruenire & penetrare fama uestræ uirtutis nequit. Superest una, quæ, ut uos creditis, insula est mari illo cincta, quod in terris Atlanticum, uel de hoĩe illo Libyes filio, uel de monte Mauritaniæ: & Oceanum, rerum patrem, sicut Homerus ait, et Magnum nominatis. quod tamen indigneum amplitudine illa nominis esse cernis. Ex hac igitur terra, quis possit dicere, quàm pauca inhabitentur, quàm plura sint inculta, deserta, uasta, uel montibus, uel paludibus, uel arenis, & soli sterilitate. Age uero ea quæ frequentantur & celebrantur reputa. In illis quàm lente quæso rumor pulchre factorum serpit? Tot bella gessimus, tot reges, ciuitates, regna, prouincias deuicimus & subegimus. At fama & sermo istarum rerum, non potuit unquam uel altitudinem Caucasi huius remotioris in Asia montis superare & præterire: uel hunc qui ex eo monte decurrit quidem, sed uerus fons ignoratur, Indiæ fluuium Gangem tranatare: cum tamen arma nostra Aegyptijs, Syris, & illis ad orientem nationibus, Parthis etiam formidabilia iã sint. Indis igitur, Seribusq; ignoti omnino sumus. Quis enim apud tam feros populos, tam à nostris moribus, sermone, commercio alienos atq; abhorrentes, tam tota ratione uitæ differentes & contrarios, aliquid de nobis prædicabit? Quis pari ratione apud ultimos illos, qui uel occidentem solem uident, uel ursis illis trionibusq; operiuntur, uel ad meridiẽ mundiq; feruorem sunt expositi, ut meũ tuumue laudesq; audiet? Quis illuc perferet, quis narrabit, quis intelliget, quis magnifaciet, quis admirabitur? Quibus omnibus ex tam breui terræ globo circũcisis & amputatis, quæ uobis per optimum Deum area, qui campus relinquitur, in quo decurrere & diffundi gloria laborẽt uestra? quibus, dij immortales, in angustijs conflictatur? inter quàm arctos fines reuoluitur & sudatq; quàm de exigua possessione certat? Sempiternã uero gloriam (nam id erat secundum ex illis tribus) obtinere uos uel etiam diutinam, nec uoluntas hominum patitur, nec natura rerum. Aut enim nolunt hoĩes, quæ à maioribus de cuiusquã benefactis acceperunt, filijs ac nepotibus narrare, partim odio, partim inuidia: aut obliuiscuntur quæ audierunt, aut segnes torpentesq; illa negligunt, aut alijs intentis non uacat. Sed fac uelle, fac meminisse, fac uacare. Rerum certe ingenium & conditio populos, gentis, regna nunquam sinit sempiterna esse. Transeo bella, uastationes, populationes, quæ humanis iniurijs & furore inferuntur. Certis uero definitisq; temporibus coitiones aut separationes siderum, tum nimiam humoris uim terris immittunt, coguntq; Oceanum solitos suos limites perrumpere, & inculta habitatasq; à uobis inuadere: tum uel fulminibus iaculatis, uel ui & ardore suo, uel ex ui astrorum ignium scintilla, in fomitem suũ siccaq; excitante nutrimenta, incendia suscitant per magna. quale illud fuit unde orta fabula, quò Phaetontem ignotos currus inscie ferunt duxisse. Ergo uel alluuie inundationeq; merguntur urbes, regiones, hoĩes, & cætera quæ mortales chara habent, bona appellant. cum nihil sint minus: uel exuruntur ignibus, abeuntq; in cineres. non magis illa omnia, quæ dixi, quàm fama gloriaq; uniuscuiusq; nostrum. Extenuato uero humore, aut mitigato incendio, homines alij ad incolendas eas terras, rudes ignariq; earum rerum quæ sunt in illis actæ, deducuntur. Quo fit, ut memoria præteritarum rerũ non modo æterna esse nequeat, sed ne diu

turna

turna quidem. Quid dicam, expetere uos celebritatem nominis inter eos qui posthac erunt? cum ignoti fueritis illis, qui antea uixerunt: in qua etiam re magna pars de amplitudine uestræ gloriæ detrahitur. Nam illi nec pauciores quàm qui posthac nascentur, & meliores sine dubio fuerunt uiri, inter quos famam propagare id demum pulcherrimum omnium est. Magis enim multo gaudendum ab uno laudari (ut inquit apud Neuium Hector) laudato uiro, q̄ ab infinita uulgi multitudine, laude omni carētis atq; honore. Quid qd' breues istæ uestræ exiguæq; temporum mensuræ efficiunt, ut uobis quorundam hominum gloria aliquantũ uixisse ac durasse uideatur. Pudet dicere, quos ambitus circuitusq; temporum uobis describitis, quos à conuertendo ac reuoluendo annos, quasi annos, appellatis. Alij dies undetriginta, quem Lunæ annũ dicunt, & mensem, à Luna quæ ex græco uerbo μήνη. Nec desunt, qui ut annum uertentē, ita mensem quoq; uertentem nominent: sicut in Persa Plautus. Alij, uelut Aegyptij, duorum mensium annum, qui fuit antiquissimus, etsi antiquior sit menstruus. Piso eorum rex quadrimestrem annum fecit. Additi sunt longo post tempore tot dies, quot ad solis absolutũ cursum congruerent, Arcades tribus mēsibus suum annum claudũt, singulos annos singulis anni solaris partibus, uere, æstate, autũno, hyeme. sunt qui hoc numero duplicato, uelut Cares, & Acarnanes. Albanis, & primis illis nostris, Romulo rege, decimo quoq; mense redibat annus Calend. Martijs, quibus & Vestæ ignis, & laureæ curiarum flaminumq; recentantur. Eiusq; mensis Idib. uetere more atq; instituto, ut prospere annetis & perennetis, Annæ perennæ publice priuatimq; sacrificatis. Antiqui Græci duodecim mensibus lunarem annum terminant. dimidio mense addito fit solaris, hic à nobis Vertens dicitur. quod tunc omnia in orbē acta redeant, hyems, æstas, uer, autumnus: aratio, satio, maturitas, perceptio & cōditio fructuum: frigus, calor, tepor, glacies, niues, nubila, serena. Idcirco à renouando sunt qui annum de græcis uerbis ἀεὶ & νέῳ nuncupatum esse autument. Nisi quis ab ἔτος malit. ἐνιαυτὸς ab illis dicitur, eodem intellectu, quòd in sese conuertat, expliceto; nobis, quæ secum conuoluerat, rursus implicans euoluta. Tum sequuntur magni anni, quales sunt isti obsecro? Nam magnificum nomē nihil non promittit. Apud Græcos menses quinq; & uiginti, ut Lunæ ratio ad Solis cursum cōgrueret, qui sunt anni duo intercalati. In quorum fine Thebis trieterica sacrum celebratur Baccho. Sunt & alij eo tempore geminato, quas Olympiadas uocant, nostri lustra. In quorum termino ludi illi fiunt maximo totius Græciæ cōuentu atq; apparatu, & nos censum agimus, lustrum condimus. Aiuntq; illi cōmodiorem hunc magnum annum esse. Est & alius, ut ipsi uolũt, uere magnus, quantus tandem est? Olympiadis in se geminatæ, octo annorum. Qui quoniam uere magnus est, multas religiones summis ceremonijs peragendas secum reducit, & tum Pythia solēne Apollini sacrũ, ludiq; celebrantur. Nugæ omnia, quis nescit? Nec Chaldeis suus deest magnus annus. qui ex uestris solūmodo complectitur duodecim. Sunt & magni quos Lunares dicunt, qui conficiuntur mensibus ducentis duobus & triginta. Quanquam hi non omnino malo iure magni, Lunares dicti sunt, siquidem eo temporis spatio Luna Soli collata ad eandem notam remeat, unde exisse eam ponimus. Quod si sic & de alijs stellis sideribusq; existimaremus, ut cursus ambitusq; omnium attenderemus, illudq; metiremur interuallum, quoad Solis Lunæq;, & quinq; errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatijs est facta cōuersio, hoc uerum est tempus, is uere & potest & debet annus uertens appellari, in quo omnia non similia modo, ut in isto uestro, quāuis in eo plura sunt dissimilia, sed eadem penè uertuntur & redeunt. eiusq; anni hyems summa est proluuies, æstas summa terrarum inflammatio, in quo non dico quot ex istis uestris annis, sed quot ex uestris seculis capiantur & comprehendantur proferre uix audeo, ne fidē uobis oratio non uideatur admittere: quippe qui seculum quod centum ex uestris annis complectitur, magnam & longissimam diuturnitatem esse ducitis, quo spatio nulla est tam longa humana uita, quæ non finiatur. Quam ob causam ludis secularibus, qui centesimo quoq; exhibentur anno, præco ad ludos inuitat, ut hoc anno si Romæ fueris audies, ad ludos uti conueniant, quos nunquam antea spectauerint, nunquam post spectaturi sint. At in hoc anno mundano, & si non satis inter mathematicos inueterata ipsorum consuetudine, quot sint secula, cōuenit. Nam alij centum & octo, alij centum ferè & quadraginta alij trecenta & sexaginta, alij centũ & quinquaginta præscribunt sunt qui trecenta & sexagintasex. Quanquam hi non mala prorsum ducuntur ratione: singulis nanq; secu lis & globus totus Solis & stellifer ipse orbis uniuersus partem unam, quem dicitis gradum, promouet. Cum sint igitur toto in cœlo gradus trecentum sexaginta sex, totidem magno illo comprehendi, teneriq; secula uerisimile est. Cæterũ omniũ uerissimum est, esse centum & triginta plus minus, quæ à Sole uoluuntur, interea dum stellæ omnes & errantes & inerrantes orbibus suis, & ductibus sursum deorsumq; conuersæ, eisdem locis signisq; undecunq; uo'imus eas decessisse, se sistunt, & comparent: ut siquis ibi annum incipiat, cum conditoris nostræ urbis Romuli animus ui & ardore suo crassum illum caliginosum ac frigidum perrupit aerem, & ad hanc alteram meliorem & sanctiorem patriam magnis atq; diuinis in terra perfunctus operibus reuertit. Qui cum anno, ut uos cōputatis, à condita Roma septimo & tricesimo, ad exercitũ ad Capreæ paludem recensendũ nonis quintilibus, quæ de Casu Caprotinæ nominantur, concionem aduocasset, subito exorta tempestate cum tonitribus fulminibus, nimbisq; & densissima nubium caligine, Sol interuētu atq; obiectu Lunæ deficere mortalibus extīguiq; uisus est. Cum re uera ipse non deficeret, uos potius lumine deficeremini. Ipse uero rex inter hæc sublimis ablatus, sicuti Proculus retulit, in has sedes immigrauit, nec amplius in terris conspectus est. Cum igitur ad eadem quibus tunc erant loca, sideribus omnibus reductis Sol rursum eodem modo defecerit, tunc demum hic mundanus, & iure uertens erit expletus annus. Quo medio tempore sidera cursus omnes, coitiones, separationes, aspectus, respectus, antecessus, progressiones, regressiones, ascensus, discensus, & ante, & pone, & ad dexteram, & ad leuam, quas facere ulla ratione & natura sua possunt, peragent. Cuius anni nondum uicesima pars confecta est. annus enim hic est ex uestris solaribus à condita urbe sexcentesimus tertius, à Romuli excessu quingentesimus septuagesimus plus minus: in quo sunt secula penè sex, aliquanto quidem minus, sed ad rei totius summam non admodũ refert. In hoc uero nostro anno, cum secula sint centum triginta, uides quinq; uicesimam esse partem è centum, unum uero non esse è triginta uicesimam portionem. Hæc est illa ampla uestra & præclara scilicet gloria, quæ unius anni minimā portionem uix durat. An ea uel præferenda sine impio scelere, uel cōferenda sine maxima temeritate atq; stultitia, cum hac nostra uita est? In qua omnia quæ expeti à magnis & excellentib. uiris possunt, abunde suppetunt. De gloria loquebamur, agamus de eadem. Hoc loco, cuius minima pars latius cuncta uestra terra patet, tota sese gloria diffundit atq; extendit. quotquot enim hic uiuimus, noti inter nos omnes sumus. Nemo est, de cuius uirtute et pra

Præclareq; à sapientibus uiris dictum est, id totum quod uos uocatis hominem, hoc est mentem animumq; cum suo corpore paruum esse mundum ipsum uero mundum magnum esse hominem. Mortale enim est corpus tuum, mistum terræ, humoris, animæ, igni simile, ex quibus compactum & conflatum est, quibus quatuor corporum principijs & causis perpetuis uicibus semper aliquid decedit, semper accedit, mortesq; & uitas, si non in se totis semel atque in uniuersum, in suis certe admittunt partibus, easq; continuas. Animus porro tuus immortalis, & de diuina illa cælorum desumptus natura, ut cognatus, ita similis ac par est eis. Mẽs uero qui est planè deus, ea & mortale corpus & animum ipsum temperat ac moderatur: non secus atq; optimus ille et præpotens genitor naturæ, tum fragiles illas caducasq;, tum stabiles has æternasq; mũdi naturas & partes. Et que admodum architectator ille mundi, cuius numine regũtur cuncta, nec natus & immortalis est: ita et animus quoq; tuus initio caret, nec fine ullo terminabitur. Immortalis enim ea uis est, quæ semp mouetur, idest quæ semper intelligit, cogitat, sentit, uiget, uegetat. hæc siquidem omnia intelligi uolo, cum moueri dico. Etenim cum sint nonnulla, quæ ipsa alias quidem res mouent, sed ab alijs etiam mouentur, uelut in hoc magno mundo planetæ mouent ipsi quidem elementa, sed mouẽtur tamen à primo illo impulsu contorquentis omnia secumq; rapientis cœli: in paruo uero mundo calor & humidum illud atq; spirabile totum corpus salutari atq; uitali motu ciunt, cienturq; ab ipso animo uestro ac mente. Illa ergo que quod alijs impertiuntur, ab alijs accipiunt. si quã beneficium desinunt accipere, etiam desinunt conferre, & tunc denique marcescunt & pereunt. à quo periculo remotum & tutum est id quod à seipso agitur ac mouetur. Neq; enim metuendum est, ut ne ipsum à se deseratur. quod si semper se mouet, semper uegetat, semper uirtutem, uigorem, uitamq; affert, mori nunquã potest. Nã si quãdo moreretur, non semp sibi uitam ipse conferret atq; motũ. Quippe cũ ea non daret, que ipsum nunc exanime iacẽs atq; pstratum non hẽret. resolutũ enim abijsset iam nunc uel in nihilũ, uel in alias utiq; spẽs ac formas. Imperitum igitur & absurdũ est, affirmare aliquid perpetuo moueri, sed interire tñ nonnunquam: hoc est moueri semper, sed quiescere aliqñ. quod de animo dicunt minuti quidam & plebei philosophi, qui tam impia opinione reditum sibi in hæc loca præcluserunt. Neq; enim mundi dñs & gubernator admitti eos ea in loca sinet, ad quæ se uenturos desperarunt. desperarunt aũt, imo uero contempserunt atq; irriserunt, nullaq; putauerũt esse ijs qui bene ac sancte uixissent parata, nostrosq; animos tanquam capite dãnatos morte mulctarunt non aliã ob cãm, quàm q̃ qualis animus sit corpore uacans, intelligere, ac mente & cogitatione comprehendere nequiuerint. Cuius rei non animi nostri, sed ipsorũ hebetes cogitationes & intelligẽtie in culpa sunt. Quod si alia deerant omnia, illa profecto Platonis philosophorũ principis rõ facile eos ab errore atq; ignorantia reuocasset, si acumen aliqđ habuissent ingenij. Omnibus enim que mouentur, que uigent, uiuunt, sentiunt, intelligunt, meminerũt, motuum huiõi anima origo et principium est. Neque enim hæc ab inanimi aliquo manare fonte põt. Principio uero prius nihil est, à quo gigni potuerit, & procreari. Siquidem illud ipsum prius, non hoc quod generatur principiũ esset appellandum. Ea nãq; uis est principij, ea natura, ut cum à nullo generatum sit, ipsum ex se alia progignat. Quo fit, ut nec interire possit, quoniam ortum nunquam est. Quénam enim in æterno, quod posthac futurum est tempore, interitus eius causa poterit inueniri, quæ nulla fuerit in æterno tempore, quod peractum est! An nouæ posthac rerum naturæ procreabuntur, quales antea nullæ fuerint! Accedit huc, quod si occidit principium hoc, spes tota cæterorum præcisa est. Quandoquidẽ quod à principio consumpto atq; extincto fluere & proficisci queat, nihil erit amplius. Nec reperietur ulla res quæ id principium reparet ac reducat, qppe quod ingenerabile esse ostendimus. Est igitur motus uitæ, uirtutis, sensus, uigorisq; principium ac uera origo in eo, quod tum sibi hoc, tum alijs præstat atq; largitur, nec beneficio fruitur uel mutuato, uel præcario, illud nec nasci potest, quoniam principium est: nec mori, quoniam æternis nulla unquam accidet siue morbi, siue casus, siue infirmitatis, siue mortis causa. Alioqui fieret nonnunquã ut concideret cœlum ipsum cum uniuersa natura rerum, quiesceretq; & interiret. cessante ac quiescente mortua etiam mente illa excelsissimi cœli, cum ab eiusce mẽtis impulsu, quæ aut quiesceret, aut extincta esset. nec cœlum ipsum, nec reliqua natura motum, uim, uitam reciperet. Quòd si hoc de cœlis uel cogitare nefas est, quòd quieturi aliquando sint, atque adeo, si dijs placet, ruituri casurique, quoniam mentes illæ indissolubili uinculo & societate cum eis copulatæ atque coniunctæ nunquam moueri desinent, non minus profecto nefas est, de animis nostris idem arbitrari, cum sint ex illarum mentium natura & gentilitate, quæ etiam est ratio, quamobrem animi & ex se mouentur, & semper mouentur. neque enim torpent, aut feriantur, aut interquiescunt, aut insistunt ullo temporis momento, quin semper cogitent, intelligant, contemplentur, imaginentur, meditentur, moliantur aliquid, etiam corpore ipso somno oppresso & consopito. quo tempore ipse minime dormit animus, sed uigilans hæc ipsa agit quæ dixi. Quæ omnia tunc longe liberius facilius, dexterius, melius exercebit, cum corporis compagine ac pondere laxatus solutusq; erit. Quandiu enim in isto uestro detinetur carcere, in istis tenebris, in isto somno, quam uos uitam nominatis, sarcina corporis obrutus ac pressus, cibi atque alimoniæ nebulis caligineq; offuscatus, tum cupiditatibus, affectibusq; actus & incensus, non potest mentis & cogitationis uim ac uirtutem exercere. Hic uero cum nec corpore impedietur, quod non habebit nec cibum sumet, quo non indigebit, nec affectibus perturbabitur, quis omnibus excussus & purgatus erit, faciet id quod uos in uita uestra consueuistis, cum & integra estis ualetudine, cum cibo somnoq; non grauamini, & leuati curis, negotijsq; uacui estis, tum publicis, tum priuatis, nec percellimini & conflictamini uel æmulatione, uel cupiditate, uel ira, uel metu: totum uidelicet se perquirendis contemplandisq; rebus dedet. Hæc omnia Plato quidem scripsit, Socrates uero cum Phædro suo ad platanum illam nobilissimam disputauit, aliaq; eodem spectantia quamplurima cum amicis illo disseruit die, quo è uestra uita innoxius ille, et sanctus eius animus egrediens, huc ad deos lætus alacerq; remigrauit. Vt non disputasse eum, sed uaticinatum esse appareat: quemadmodum solẽt ij, qui morti sunt proximi. Quæ ego poteram quidem pressius & spinosius, more ac modo uestrorũ Stoicorum dicere, sed malui tamen fusius Platonicam imitari orationem. Ex his itaq; omnibus dilucide planum, ut arbitror, effectum est, animum neque ortum esse, nec finem habiturum. Quod si ita est, sicut reuera est, ne inquines obsecro immortalem ac diuinum, atque adeo deum, animum tuum, mortalibus sordidisq; curis atq; operibus: meditare semper & age aliquid non abiecto & mortali, sed Deo sempiterno dignum: nec te rerum futilium ulla unq; teneat solicitudo, quas omnes negligere te & aspernari oportet. De salute ac tutela patriæ curato: quod opus longe est ei qui uniuersitatem hanc fabricatus est principi ac præpotenti deo gratissimum, qui animos in hu-

m ina corpora sparsit atque consevit, ut essent qui terram illam vestram colerent ac tuerentur: creatiq; estis natura & ingenio ad civilem conciliationem apto, ad incolendas civitates, frequentandosq; conventus ficto & formato. Isq; cōtra naturam pugnare, armaq; adversus humanitatē sumpsisse videtur, qui suæ utilitatis gratia cōmunem utilitatem negligit ac violat, societatemq; humanam dissolvit: dignus, qui tanquam hostis ex illa pellatur, eaq; ipsi negetur humanitas, quam alijs ipse denegavit. Illeq; vere est magnus in primis vir, & omni laude dignissimus, qui commoda sua privata commodis totius patriæ postponit, mortemq; cū salute & emolumento patriæ, vitæ suæ cum aliquo illius damno præfert. Ideo vere tū in nostra civitate venerabilis est sanctaq; memoria L. Bruti, M. Curtij, duorum Deciorum, totidemq; Scipionum, patris & patrui mei, aliorumq; complurium, qui pro patria interempti sunt: tum in hoc templo & illi ipsi, quos modo dixi, & Codrus, & Leonidas, & Themistocles, & Meneochus, & Dion Syracusanus, & fratres illi Carthaginenses Phileni, ac reliqui permulti partim Græci, partim Barbari, qui mori pro patria non dubitarunt, gradum habent dignitatis honestissimum. Ille enim de patria curæ tam secundum naturā humanam sunt, ut ad naturalem hominum locum revehant: illaq; civitas atq; illæ vestræ humanæ leges ad harum cœlestium exemplū compositæ, seu hinc potius per sapientes & divinos viros in terram derivatæ, veros suos cultores & servatores ad fontem suum locūq; unde ipsæ defluxerunt reducant. Hæc igitur admirabiliter est compendiaria in cœlum via. quæ etiā facilior breviorq; fiet, si animus vester tantisper dum in mortali agit vita, de hac subinde cogitarit, ad hanc se composuerit, neq; se voluptatibus corporis, cupiditatibus, libidinibus immerserit ac operuerit: sed abducens frequenter se à sensuum affectuumq; consortio, primum corpus egredi videatur, & à mortuo non admodum differre. Etenim illa quæ à nobis vocatur mors, nihil aliud est quàm discessus ac dissociatio corporis & animi. Tum ita superior suo corpore efficietur, ut calcatis primum humanis rebus atq; despectis, quas omnes ad magnum excelsumq; virum nec pertingere, nec pertinere existimabit (etenim res quidem ita se habet) deinceps corpus suum ita suum faciet, ut totum in manum potestatemq; suam redigat, eoq; non tanq̄ charo socio, sed tanquam frugali mancipio utatur. Mox aderit eiusmodi sapienti pulchritudo illa interior, qualis nec commemorari, nec credi à malis, turpibus, tetris hominibus pōt, & concentus ille suavissimæ harmoniæ audietur in tam divino viro, cum interioribus pulcherrimis exteriora consonabunt. Quod Socrates à Deo universæ naturæ voto petebat. Quid iam superest homini tam expurgato & perpolito, tamq; agili faciendum: nisi ut sumptis alis animi duabus, cupiditate veritatis divinæ inveniendæ, cupiditate boni divini nācifcendi, quandóquidem in vestra vita omnia mendacio, tenebris ignorantiæ, tum labe flagitiorum, spurcitijs, sceleribus sunt septa & contecta, ac velut in profundo puteo, ut dicebat Democritus, demersa, ita sese leniter pennarum remigio sublimē attollat, ut cum hucusq; diviso illo crasso & caliginoso aere perruperit, & penetrarit, corpus qd' in terra reliquerit valere sinat, ipse consortij eius desiderio non tangatur, nec ad istā vestram vitā curet remeare. Nam si vel voluptatū, vel opum, vel libidinum, vel alicuius ex vitæ humanæ corruptelis, vitijs, sceleribus, dementijs, memor, id desiderat ac repetit, magno impetu ad terram deturbatus alas frangit. quod si vel ille hic ita iacens, & cœno volutatus ac inquinatus, vel alius quivis eodem hærens in luto, eadem contagione infectus, iubetur tunc ab Imperatore mundi è vita quāprimum excedere, non valet in hæc beatorū castissima domicilia corpore egrediens ascendere: tum quia nihil immundum & contaminatum huc potest ulla rōne pervenire, tum qa pondus illud terreni cœni absq; aliquo alarum adiumento non patitur animos sublimes ferri: deprimit enim nutu & gravitate sua, deijcitq; ad terram, circa quam multis seculis volvuntur, & iactantur, pœnasq; sui erroris et delictorum dant, alij quidē minores, alij vero maiores, ut sunt vitia cuiusq;, oēs tamē ingentes & peracerbas. At si quorū tam tetra sunt fœdaq; scelera & facinora impura, ut inexpiabilia sint nec elui ac purgari adeo cōcretæ & infixæ eorum sordes queant: quales sunt patriæ, parentum, deorumq; violationes, quas cum semel suscepissent, nunquā illarum eos postea pœnituit: hi tanquā complorati & conclamati in tartarū deijciuntur, unde ad superiora reditus nullis postea seculis patere pōt. Alij qui in minoribus peccatis se conturpaverunt, aut maioribus etiam, sed pœnitentia acti, vel ignoscentiā supplices petierunt, vel aliquo meliore opere damnū iniuriamq; quam ipsi fecere compensarunt & resarcierunt, ij purgationibus, emundationibus, excoctionibus adhibitis puri, puti, idoneiq; huc divorū concilio redduntur. Sed supplicia quæ interea subeunt tam dura & gravia, tam etiam diuturna sunt, ut malint quēvis in humana vita dolorem, quālibet sive longum sive asperum & acrem perferre, q̄ minimum ex illis cruciamentis, quæ post mortem coguntur tolerare. Quod non ignorans sapientissimus vir & iustissimus M. Attilius Regulus, ut fidē suam hostibus datā liberaret, retinentibus & supplicantibus filijs, cognatis, necessarijs, ut se ipsum servaret, cum sine iactura ulla dignitatis posset, quod superà erat senectutis, molliter & honorate & in ea Repu. traducere, de qua duobus consulatibus magnis bellis rebus'q; gestis erat quàm optime meritus, constanti & invicto animo nō dubitavit ad ingentes pœnas & cruciatus redire. Quippe qui probe sciret, maiores se post vitam daturum, si magnum fidei præsens'q; numen violasset, quæ fides socia, & individua est iustitiæ amica, seu verius soror. Quæ cum ita sint Publi, ne festinato è mortali vita exire, neu tibi ea longa nimis videatur, quæ tota citius evolabit q̄ credas. sed in ea tanq̄ in hospitio totū te huic tuæ domui, his penatibus ad quos tibi veniendū est, para & cōpone. Neu hoc tam exiguo tēpore de voluptatibus, de libidinibus, delicijs, opibus, honore atq; aura populari cogita, quæ ab instituta in has sedes domum'q; avertunt via. In ijs esto totus, quæ expeditissime & facillime huc reducunt, in iuvanda patria, in benefaciendo tuis primum civibus, deinde cunctis mortalibus, in colenda iustitia, pietate, fide: in te instruendo ac decorando, cū his ipsis, tū reliquis illis summis et divinis virtutibus, quæ cum à te intellectæ fuerint & cognitæ, ipsæ per se sine ullis gloriæ stimulis ad sese pertrahent. addita'q; tibi postrema ab illis manu omnia tua in te uno sita esse duces: nec opes alias requires, quàm virtutes, quæ in te erunt. nec sermonem de te quenquam, præter illum, quem recta tua loquetur conscientia. cuius unius laude atque elogio contentus, alia nequaquam expetes. Quæ si feceris, ut te facturum confido, neq; vitiorum fecibus squalore'q; pressus circum terram, ut mali & miseri homines: torqueberis atque affligeris. & purus expeditus'que eodem momento corpus tuum exanime in terris iacebit, animus vero tuus suæ origini ad immortalē beatissimamq; vitam restituetur. Hæc cum dixisset Scipio, hortati me ambo etiā atque etiam, ne dicta hæc mihi unquam exciderēt, discesserunt. Ego recolens admiransq; ea omnia quæ videram, quæq; audieram, statim somno solutus sum.

FINIS.

CAELII CALCAGNINI DISQVISITIONES XXV. IN libros De Officijs M. T. Ciceronis.

DISQVISITIO I.

PRIMO mihi titulus nõ planè satisfacit, De Officijs. Nam plenius atq; uberius De Officio existimassem, sicuti et Panætius inscripsit περὶ τοῦ καθήκοντος. Nec me fallit, Ciceronem lib. 16. Epist. ad Atticũ, ex professo hanc inscriptionem magis probasse, ceu pleniorem. Sed suæ sententiæ nullam rationem affert: quare nulla eum alia causa motum ad titulum immutandum arbitror, quàm ut à Panætio euariaret, cui palam reclamat: quo iure, qua'ue iniuria se illi offerat occasio. Quare cum in uniuersum de eo quod ad hominem pertinet, quodq; agi deceat in omni uitæ genere, his libris pertractet Cicero: non autem ad aliquarum personarum officia & functiones se obstringat: multo plenius est, multoq; latius propositum Ciceronis complectitur Officiũ, quàm Officia. Sicut de situ terræ, quàm terrarum, libentius Geographicos meos inscripserim, sic de imperatoris officio rectius liber inscribatur, quàm imperatorum, in quo in uniuersum præscribatur, quid imperator agere debeat, & qua ratione imperatoriam potestatem administret. Contra, uitas imperatorum, & de imperatoribus commentarios nuncupauerim, quibus non omnium, sed aliquorũ gesta comprehendam. Sunt enim nonnulla uerba, quæ in numero unitatis uberius quid significent, quàm in numero multitudinis. Ad hoc exemplum titulum quoq; De Finibus Bonorũ & Malorum immutauit, quem Zeno περὶ τέλους, mea quidẽ sentẽtia multo cõmodius inscripserat, ipso etiam Cicerone assertore, qui in. 3. de Finibus inquit: Cum enim hoc sit extremum, sentis enim credo, me iandiu quod τέλος Græci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licebit enim finem pro extremo aut ultimo dicere. Cum ergo hoc sit extremum, congruenter naturæ conuenienterq; uiuere, necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, obsolute, fortunate uiuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.

M. ANTONII MAIORAGII DECISIONES XXV.

Quibus M. Tullium Ciceronem ab omnibus Cælij Calcagnini criminationibus liberat.

SI TE Magnam dicendi facultatem studio & disciplina comparatam habere uiderem Calcagnine, ut eleganti uerborum splendore & sententiarum grauitate, locutionem exornare, & Ciceronianam dicendi maiestatem aliqua ex parte referre uidereris: omnino te ingrati animi, atq; ipsa malitia ieiuni, accusandum ac damnandum esse censerem, quòd eum eloquentiæ magistrum, & suauissimæ dictionis artificem, per quem egregie profecisses, tam perfidiose ac nefarie sine causa uituperandum atq; insimulandum ignorantiæ nomine suscepisses. Erumpet enim ex me uera uox, & dicam aperte quod sentio, ut uolet quisq; accipiat. Ego non aliunde iudico, quàm ab uno Cicerone, Latini sermonis candorem atq; elegantiam comparari posse. Sed cum à Romanæ dictionis proprietate, & castimonia, loquendi genus tuũ tam alienum esse uideam, ut alium potius quemuis authorem, quàm eum in quo totas uires suas experta est eloquentia, legisse uidearis: non iam te ingrati animi, sed temeritatis, & audaciæ potius condemnandum esse iudico. Nam quid magis audax, aut temerarium esse potest, quàm te hominem uulgaris, ut res ipsa declarat, eruditionis de Cicerone iudicium ferre uoluisse? cuius admirabilem eloquentiam, incredibilem scientiam, diuinam intelligentiam ne primoribus quidem, ut dici solet, labris degustaris? Poterat te sanè consensus omnium eruditorum uno ore Ciceronem approbantium ab improbitate tanta reuocare: poterat te reuocare de Ciceronis eminentissima scientia, singulari iudicio, admirabili rerum omnium cognitione, confirmata tot iam seculis opinio. Sed nimirum immoderata quædam atq; inanis aucupandæ gloriæ cupiditas, quæ sæpenumero sapientiores etiam homines facile transuersos rapit, tuum pectus titillauit. Credebas enim, ut opinor, futurum, ut per hanc improbandi tam egregij authoris occasionem, nomen tuum disseminaretur in orbis terræ memoriam sempiternam. Verũ ista tua tam effrenata gloriæ cupiditas te omnino frustrata est. Nam siquid apud eruditos homines, quæ semper plurimum potuit, hoc etiam tẽpore ueritas potest, efficiã profecto hodie, ut omnes intelligant, te nullũ penitus in ijs rebus, in quibus Ciceronem accusas, habuisse iudicium. At etiam, si Dijs placet, Albertum nescio quem, uirum credo bonum & eruditum, tibi patronum ac defensorem paras: perinde quasi possit aliquis diutius tueri falsitatem, ac nõ ipsa per se ueritas elucescat: aut si Albertus ille tuus aliqua polleat eruditione, non sit una mecum temeritatem tuam improbaturus. Nam quanto rectius à te factum esset, si quæ fortasse non intelligebas, aut de quibus aliquo modo dubitabas, ea cum Ciceronianæ Philosophiæ studiosis aliquibus cõmunicasses! Facile est damnare quæ non intelligimus: sed hæc imperitorum consuetudo. Turpe est autem homini literato tam facile contra iam omnium consensu probatos authores, & tam temere uerba facere. Nam è duobus alterum omnino necesse est, ut aut cæteros omnes, qui iampridem in manibus opera Ciceronis habuerunt, imperitiæ condemnes, quòd hos, ut tu appellas, errores non aduerterint. Te uero unum scilicet omnium ingeniosissimum, et perspicacissimum credas, qui tanquam lynceus quidam ea uideas, quæ cæteri nunquam uidere potuerunt: aut si cæteri nonnihil erroris subesse cognouerunt, neq; tamen improbarunt, te omnium audacissimum profitearis. Quod utrunq; sanè & uitiosissimum est, & intolerabilis arrogantiæ. Omnino uel huius, uel illius uitij culpam subire tibi necesse est. Vtrum mauis elige. Quamuis ego te & accusandum, & damnandum utroq; crimine statuo. Primo, quia tantã tibi sciẽtiæ persuasionẽ induxis, ut omnium iudicio tuum iudiciũ anteponas: quod summæ est arrogantiæ. Deinde, quia totius eloquẽtiæ parentẽ nefarie ac parricidiose, sine causa laceras: quod incredibilis est audaciæ. Sed iam ad Disquisitiones tuas ueniamus, & singulatim omnes diligentissimæ perpendamus, atq; examinemus, ut notũ fiat omnibus, quàm insulse atq; inuita Minerua Ciceronis propugnatrice ac patrona, diuinũ hoc opus de Officijs carpendo, Deũ oratorũ imperitiæ cõdemnare uolueris.

MAIORAGII DECISIO I.

PRimo tibi titulus, ut ais, non satisfacit. Magna uero causa, quæ te ad suscipiendum cum Cicerone certamen impulerit, quòd tibi

titulus non satisfaciat. At plurimum & ingeniosissimis & eruditissimis uiris, qui ante te fuerunt, satisfecit: quorum nemo fuit unquam, qui hanc inscriptionem improbaret: nisi forte Plinio te praeferendum existimas, qui in praefatione Naturalis historiae titulum hunc agnoscit, cum Ciceronem de Officijs Panaetium secutum fuisse scribit. Quae uolumina, inquit, eius ediscenda, non modo in manibus habenda quotidie nosti. Ecce quantopere Plinius hoc opus de Officijs commendat, quod tu quodam in loco, in istis disquisitionibus tuis, tanquam sterile, ieiunum, & mutilum uituperas. Sed fuerint sanè caeci tot summi uiri, qui & nostra & maiorum nostrorum memoria floruerunt: non aduerterint hunc Ciceronis, ut tu credis, errorem. Videamus quid tu, uidelicet uir ingeniosus, & Ciceronianorum operũ Aristarchus semper sentias. Profer in medium, quaeso, rationes istas, quibus hanc de Officijs inscriptionem uituperes. Plenius, inquis, atq; uberius de Officio, existimassem: sicuti & Panaetius inscripsit, περὶ τοῦ καθήκοντος. En causam quare à Calcagnino nescio quo parens eloquentiae Romanae Cicero reprehendatur. Reuocas igitur nos omnes Ciceronis studiosos ad sententiam tuam? & postulas, ut tibi tanquam Apollini cupiam Delphico credamus, plenius atq; uberius de Officio esse, quàm de Officijs? Sed de hoc paulo post: illud nunc à te peto, unde Panaetij libros ipse habueris, ex quibus intelligeres, eos de Officio, non de Officijs esse inscriptos? Equidem existimo, nullum hoc tempore Panaetij scriptum extare, sed legeris apud aliquem authorem titulum hunc: Sic enim ad Atticum scribit Cicero: Nos hic φιλοσοφοῦμεν. quid enim aliud? & τὰ περὶ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμέν que Ciceroni. qua de re enim potius pater filio? Inscripserit etiam ita Panaetius suum opus, (uide quid tibi largiar, quod si negem, probare non possis) num iccirco necesse fuit Ciceroni uerbum è uerbo reddere? cum praesertim fateatur ipsemet, se Stoicos in hoc opere potissimum sequi, non ut interpretem, sed ut solemus, inquit, è fontibus eorum iudicio arbitrioq; nostro, quantum quoq; modo uidebitur haurienus. Vult igitur uti iudicio, arbitrioq; suo Cicero, non Panaetium in omnibus sequi: neq; fuit ea causa mutandi tituli, quam tu frigide sanè, atque inepte obijcis, ut à Panaetio uariaret. Sed quoniam utriusq; linguae peritissimus fuit, & hanc inscriptionem, ut est, ita meliorem, ac magis propriam existimauit: quod ipse scribens ad Atticum in quadam epistola docet his uerbis: Quod de inscriptione quaeris, non dubito quin τὸ καθῆκον Officium sit. nisi quid tu aliter: sed inscriptio plenior, de Officijs. Nam quae fuisset Ciceronis amentia cum intelligeret, ut tu uis, melius esse, de Officio, quàm de Officijs, librum suum inscribere, si maluisset errare, quàm cum Panaetio bene sentire? Sed tu nimirum cum nugatoriam causam susceperis, mauis sine ratione garrire, quàm prudenter tacere. Non enim linguarum proprietates intelligere uideris: nã eleganter sanè Grece dicitur, περὶ τοῦ καθήκοντος quod siquis per maiorem numerum enuntiet hoc modo, περὶ τῶν καθηκόντων, priorem illam uenustatem amittat. Contra titulum istum tuum de Officio, uix Latinae aures patiuntur: nisi fortasse aliquid addatur aliud, quod ad propriã aliquã artẽ pertineat: ut, de Imperatoris Officio, de Officio Medici: qbus tu exẽplis, mẽtis nostrae aciẽ praestringere conaris perinde quasi sit idem, de Officio Imperatoris: &, de Officio, simpliciter. Quòd si Dialecticis imbutus esses, non ita certe teipsum atq; imperitos homines deciperes. Plurimum enim interest, ut in Elenchis docet Aristoteles, cum additione aliquid proferre, atq; illud idem sine additione. Sed haec relinquamus, quae tu fortasse non intelligis. Illud uideamus: quod ais, nonnulla esse uerba, quae in numero unius uberius quid significant, quàm in numero multitudinis: in quorum numero nos Officium non ponimus. Nam quàm ridicula est haec apud intelligentes argumentatio? Nonnulla sunt nomina, quae cum singulari numero proferuntur, plenius significatum habent, quàm si eadem illa per numerum communem enuncies: ergo Officium est huiusmodi Hoc enim quod concludis, te probare oportebat, quod non facis. Vbi quaeso reperisti, plus esse Officium, quàm Officia? Sed addis aliud nõ minus ineptum, nec minus ridiculum enthymema, quod ita conformari potest. Melius est inscribere Geographicos libros de situ terrae, quàm terrarum: ergo Cicero libros suos de Officio, non de Officijs appellare debuit. Nihil'ne te pudet hominem, ut audiui, peritum, & magni nominis, ita argumentari? Vbi est acumen tuum? Haec'ne tibi uidentur esse consectaria? non hercle magis, quàm siquis ita colligat, Mundus prouidentia regitur, ergo respirant sub aqua pisces. At tu tibi places ea, ut ita dicam, obratiocinatione, audesq; titulum etiam de Finibus bonorum & malorum reprehendere, quem Zeno περὶ τέλους commodius, ut tu existimas, apposuerat: arguisq; mutatum esse à Cicerone. Sed dic mihi, num in libris de Finibus bonorum & malorum, ita Zenonem imitatur Cicero, sicut de Officijs Panaetium? Qui potest, inquis, cum in eis omnium ferè Philosophorũ sententias de finibus perscrutetur? Cur igitur eum titulum ad hanc censuram reuocas, cum longe sit diuersa ratio? quasi uero de uno tantum fine locutus sit, ac non collegerit, quicquid ab antiquis Philosophis super ea re dictum fuerat. Inscripserit igitur bene Zeno, qui unicum beatae uitae finem, nempe honestatem statuebat: num ideo coges exemplo Zenonis Ciceronem de Fine boni & mali libros suos inscribere, in quibus Philosophorum penè omnium opiniones prosequitur? Sed ad priorem quaestionem reuertamur. Dico rectissime de Officijs, hoc opus inscriptum esse: pessime fieri, si de Officio, quemadmodum tu uis, inscribatur. Nam si de arte aliqua speciatim tractaret, aut de aliquo ordine, melius fortasse de Officio, quàm de Officijs inscripsisset: ut de Consulis Officio, de Praetoris Officio, atq; ita de reliquis. Sed cum omnem artem, omnem aetatem, omnem ordinem, omne deniq; genus hominum his libris comprehenderit, & officij sui singulos admonuerit, necesse fuit, ut si Latine loqui uolebat, de Officijs, non de Officio titulum apponeret. Nulla fuit ergo causa, cur inscriptionem hanc damnares: nisi quia sperasti, quemadmodum initio diximus, per hanc occasionem fieri posse, ut uulgo innotesceres, si de Ciceronis fama detraxisses. Non enim te fugiebat, ut arbitror, hos ferè libros, in quibus de moribus tractatur, apud bonos authores & Latinos, & Graecos numeri maioris inscriptionem habere. Sic Plato, cum libros suos, de Republica posset inscribere, περὶ πολιτείας: maluit tamen περὶ πολιτειῶν. Sic Aristoteles non ἠθικῆς sed ἠθικῶν, neq; πολιτικῆς, sed πολιτικῶν, neq; οἰκονομικῆς, sed οἰκονομικῶν inscripsit. Quae cum ita sint, nescio quae te tanta maledicendi cupiditas obcaecarit, ut haec tam aperta non uideres. Sed iam ad reliquas disquisitiones tuas ueniamus.

CALCAGNINI DISQVISITIO II.

IDem se definiturum officium pollicetur, quod à Panaetio praetermissum fuisse miratur. Nec tamen ego uideo eum praestitisse, quod pollicebatur. nam protinus officij diuisionem, non definitionem aggreditur: Omnis, inquit, de officio duplex est quaestio. Quo loco obseruandum est, Ciceronem ueritate coactum de Offi-

cio,

cio, non autem de Officijs quæstionem proposuisse, & mox rursus ita conscripsisse: Atque etiam alia diuisio est officij. Differre autem diuisionem à Definitione, nemo est tam ignarus Dialecticæ, qui nesciat, uel ipso Cicerone authore in Topicis. Nam iusta definitio è genere ac differentijs constat, nec ad finitionem accersenda est diuisio: nisi forte in æquiuocis, ne in Sophistarũ laqueos incidamus. Nec mihi argutator aliquis obijciat, diffinitionẽ & definitionẽ differre, prioremq; illam ad diuisionẽ magis i. διαιρεῖν, quàm τὸν ὁρισμὸν spectare. Nam hanc sibi Cicero defensionem ademit, cũ ex Platonis imitatione dixit, omnem quæ à ratione suscipitur aliqua de re institutio, debere à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputetur. Idemq; in Topicis: Finitio est, inquit, quæ id quod definitur explicat quid sit. cuius etiam inuestigandæ rationem docte enarrat. In definiendo enim ille ordo seruandus est, ut cum sumpserimus ea, quæ sunt rei quam definire uelimus cum alijs communia, usque eò persequendũ, dum proprium efficiatur, quod nullam aliam in rem transferri possit. Ob id ergo subijci debuit: Officium esse actionem in omni uita, cum uirtute ac ratione coniunctam. Actio, genus est: in omni uita, tam eam officij partem cõplectitur, quæ ad finem bonorum, id est felicitatem adipiscendam; quàm eam quæ præceptis constat cum uirtute differentia. quòd quicquid à uirtute abiunctum, ab officio longe absit & ratione. Altera differentia communem hanc uitam attingens, in qua decorum, id est τὸ πρέπον requiritur. nihil enim agendum est, cuius probabilis ratio afferri non possit. Totus autem hic locus à Cicerone erutus est ex Phædro Platonis, apud quem ita Socrates loquitur: περὶ παντὸς μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι, εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή. ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου ὡς οὖν εἰδότες, οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν. οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς, οὔτε ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. Hoc est: Iis qui recte atque ordine consulere uolunt, unum est omnium principium, cognoscere quid illud sit, quod in consultationem uenit: alias error accidat oportet. Nam plerique nesciunt, se rei cuiusque propositæ substantiam ignorare. sed quasi sciant, & perspectum habeant, in ipso disceptationis initio eam declarare non curant. In progressu igitur orationis, quod par est subsequitur, ut multa nec sibi nec alijs consentanea loquantur. De hoc loco nuncupatim meminit Cicero in secundo de Finibus. Omnis autem in quærendo, quæ uia quadam & ratione habetur oratio, præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur: ut inter quos disseritur, conueniat quid sit id de quo disseratur. Hoc positum in Phædro à Platone probauit Epicurus, sensitq; in omni disputatione id fieri oportere. Iureconsulti atque Oratores non temere se definitionibus obstringunt, existimantes eas plerunque subuerti solere, ex quo fiat, ut quicquid ijs fuerit superstructum, protinus concidat. de qua re ita Vlpianus libro quinquagesimo Digestorum: Omnis definitio in iure ciuili periculosa est. rarum est enim, ut non subuerti possit. Quintilianus libro septimo. Rarissima enim apud oratores reperietur illa ex consuetudine Philosophorum ducta seruitus. Est enim certe seruitus, ad certa se uerba obstringendi. idque faciendum in libris Ciceronis de Oratore uetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si uno uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur. optimaque est illa uia, qua utitur Cicero pro Cecinna: ut res proponatur, uerba periclitentur.

MAIORAGII DECISIO II.

Miratur à Panætio prætermissam esse officij definitionem Cicero, nec iniuria: neque enim aliter potest intelligi, quid sit id, de quo disputetur, nisi definitio statim adhibeatur. Sed ubi non uidetur id ipse præstitisse: atque, ut ex uerbis tuis colligi potest, putas Ciceronem aut nesciuisse, quid esset definitio, aut per negligentiam definitionem Officij prætermisisse. Nam protinus, inquis, Officij diuisionem, nõ definitionem aggreditur. Addis præterea multa, quæ nihil ad disquisitionem tuam faciunt: citas loca Platonis & Quintiliani extra propositum, ut aliquid sapere uidearis. Sed antequam doceo rectissime definitum à Cicerone fuisse Officium, te uero nihil aliud quàm imperitiam ostentare, refellam id, quod ad priorem etiã quæstionem pertinet. Verba Ciceronis sunt: Omnis de Officio duplex est quæstio. & paulo post: Atque alia diuisio est Officij. ubi tu obseruandum esse censes, Ciceronem ueritate coactum de Officio, non autem de Officijs quæstionem proposuisse, & Officium singulari numero, non autem plurali, ut grammatici uocant, usurpasse. Quo in loco Parthos imitari uideris, qui etiã fugientes spicula retrorsum torquent: ut cum te uicisse putes, tunc tibi maxime pugnandum sit. Sed heus tu bone uir, ubi unquam inuenisti uerbum aliquod per maiorem numerum definiri? nescis definitionem esse singularis numeri? ut si Geometræ de Lineis loquendum sit, & uti definitione uelit, non quæret, quid sint Lineæ sed ita proponet, quemadmodum Euclides γραμμὴ ἐστὶ μῆκος ἀπλατές. id est, Linea longitudo est sine latitudine. Eodem modo, si de literis, aut accentibus grammaticus aliquis uerba sit facturus, non quæret, quid sint Literæ, aut quid sint Accentus sed ita definiet, quemadmodum Priscianus, Litera est pars minima uocis compositæ. Accentus est certa lex, & regula, ad eleuandam & deprimendam syllabam uniuscuiusque particulæ orationis. Quid mirum igitur, si loquendi consuetudinem secutus Cicero, cum esset ei definiendum Officium, singularem numerum usurparit? Sic enim etiam ille præstantissimus Philosophorũ Aristoteles, cum opus suum de tuenda re familiari sic inscripsisset, περὶ τῶν οἰκονομικῶν, à singulari tamen numero incipiens, ita proponit: ἡ οἰκονομικὴ, καὶ πολιτικὴ διαφέρει. Quare uides te frustra spicula retorsisse. At obijcis, Officium à Cicerone non definiri. Iam igitur hoc agamus. Vtrum putas hoc à Cicerone per ignorantiam esse commissum, an per negligentiam? Atqui non erat ignarus in hoc genere, te iudice ac teste, Cicero, quippe qui definiendi rationẽ in Topicis doctissime tradiderit: quod opus si tu diligenter perlegisses, nunquam tam imperite Ciceronem accusasses. Hunc enim locum per ea quæ docet in Topicis facile potuisses intelligere. Superest, ut dicas eum negligentem fuisse. Verum unde ista Ciceroni negligentia? an quia sit oblitus definitionis? aut eum piguerit addere, aut noluerit? Si dixeris, oblitum fuisse: ridiculum te putabimus: cum ibidem paulo ante proponat, se uelle definire quid sit Officium, & præterea maximæ memoriæ Cicero fuisse dicatur. Si piguit addere, cur reliqua scripsit? cur non totum potius opus suppressit, quàm mutilum & mancum emitteret? At noluit definire. Imo uero uoluit, & rectissime definiuit. Sed tu definiendi rationem ac modos non didicisti. Disce igitur, si potes, hoc tempore quod hactenus ignorasti. Definire idem esse aliquando, quod distinguere, et diuidere: Diuisionemq; omnem recte appellari etiam definitionem. Siquidem definire nihil aliud est, quàm singula intra fines suos redigere, quod per diuisionem commodissime fieri solet: atq; ideo dicebat Antipater in primo de definitionibus, Definitio-

nem esse orationem, per resolutionem perfecte enunciatam: author Diogenes Laertius in uita Zenonis Cittiei. Quare cum Officium hoc loco resoluit, ac diuidit Cicero, ita ut unicuiq; parti, seu formæ, suum finem assignet: quis non intelligit, eum definire? hoc est, intra fines suos Officium redigere? Omnis, inquit, de Officio duplex est quæstio: unũ genus est, quod pertinet ad finem bonorum: Ecce una definitio, alterum, quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes usus uitæ confirmari possit: ecce altera. Atque ita sequitur diuidendo, ac definiendo, usq; ad eum locum, Triplex est igitur, ut Panætio uidetur, consilij capiendi deliberatio. Hoc enim uerbum definire, apud Latinos idem est quod terminare, & circumscribere, et quasi fines statuere, intra quos rei alicuius propriæ cõtineantur potestates: quod tunc maxime fit, cum omnes diuisionis partes comprehendimus, ut tertio de Oratore Crassus apud Ciceronem tradit, Omnem causam, uel controuersiam, tribus definiri, Lite, aut deliberatione, aut laudatione. Scimus autem hanc esse causarum diuisionem in iudicialem, deliberatiuam & demonstratiuam. Idem est igitur apud nos definiri, quod diuidi, quamuis alia quadam ratione. Eodem modo docet hoc loco Cicero, omne Officium duplici quæstione definiri. Atq; ita intelligendum est quod superius dixit: Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci: id est, à terminorum circumscriptione, & declaratione, quot modis id accipi possit, de quo disputetur. ut etiam primo de Oratore, Nullis ut terminis circumscribat, aut definiat ius suum: id est, declaret quot in rebus ius suum cõstitutum sit. Quod etiam obseruare Dialectici solent, ut nunquam propriã definitionem addant, nisi prius explicauerint omnes uocabuli significationes: ut si de genere tractandum sit, primo triplicem generis quæstionem proponunt: nam & multitudinem ab uno descendentem genus esse dicunt, & ipsius multitudinis principium, & id cui supponitur species. Deinde quoniam de hoc ultimo genere tractant Philosophi, id solum suis proprietatibus circumscribunt, ac definiunt. Erit igitur apud Latinos duplex definitio: altera communis, quæ distinctio etiam appellatur, & diuisio, & est ambiguæ significationis explanatio: altera propria, quæ genere constat ac differentijs, & rei naturam explicat, quid sit. Priore illa definitione utitur hoc loco Cicero, cum ita proponit, Omnis de Officio duplex est quæstio. Secunda paulo post, cũ ait: Medium Officium id esse, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi potest. Sed differt, inquis, à definitione diuisio. Sit ita sanè, modo sit ea tantum differentia, quæ inter genus & speciem esse solet. Definitio enim tanquam genus est, Diuisio tanquam species: ut paulo post ostendam. Nunc à te quæro, quo authore dicas illud. Nec ad definitionem accersenda est diuisio, nisi forte in æquiuocis, ne in Sophistarum laqueos incidamus. Ergo in nominibus unius significationis definiendis, te uidelicet præceptore, nihil proderit diuisio? Quorsum igitur attinuit, Dialecticos quandam ex partibus aut formis definitionem assignasse? quæ certe sine diuisione fieri nõ potest: ut siquis iuris ciuilis definitionẽ ex partibus sumat hoc mõ: Ius ciuile est, quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum authoritate, edictis magistratuum, more, æquitate cõsistit. Hæc est definitio partitionis, cum tamen Ius ciuile non sit ambiguæ significationis, uel, ut Logici dicunt, æquiuocum. Est etiam diuisionis definitio hoc modo: Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Sed ut hanc quæstionem expediam, dico ex Ciceronis sententia in Topicis, Diuisionem esse definitioni attributam, ut sit eius ueluti species quædam. Species autem, siue forma, quod idem est, à genere, quoad suum nomen retinet, nunquam seiungitur. Itaq; omnis diuisio recte potest appellari definitio: sicut omnis homo animal. Genus enim ut Aristoteles author est, de quolibet subiectis forma semper dicitur. Sed non contra: non enim forma de genere dici potest: ut siquis dicat, Animal est homo: absurdum id quidem esset. Ita rectè sine dicitur, Diuisio est definitio, non contra. Sunt enim multæ definitiones, quæ diuisiones nuncupari non possunt: ut quæ constant ex genere & differentijs, quas tu solas existimasti definitiones appellari posse: quæ te res in hanc sententiam induxit, ut Ciceronem errasse crederes. Sed si diligenter aduertisses, quid in Topicis scribat ipse Cicero, ubi de statu finitiuo uerba facit, non tam facile deceptus esses: sic enim scribit: Cum autem quid sit quæritur, notio explicanda est & proprietas, & diuisio, & partitio: hæc enim sunt definitioni attributa: additur etiam descriptio, quam Græci χαρακτῆρα uocant. Vides diuisionem esse definitioni attributam? Quare ponenda tibi posthac est censoria uirgula, cum intelligas non authorum uitio, sed imperitia tua fieri, ut quæ docte & præclare dicta sunt, ea tibi errata esse uideantur. Ais enim, hoc loco Ciceronem nõ præstitisse, quod pollicebatur: cum Officium diuidat, pollicitus se definiturum. Sed iam, ut opinor, agnoscis ignorantia tua factum, ut Ciceronem accusares, cum nescires diuisionem esse definitioni attributam, & tanquam speciem: & qui diuidat, eum definire rectissime dici posse. At tu, si dijs placet, Ciceronem docere uis, atq; illi præscribere, qua definitione sit utendum. Quot modis peccasset Cicero, si ita definisset, ut tu præscribis? Officium esse actionem in omni uita cum uirtute ac ratione cõiunctam. Nam primo, cũ Officium actionem appellas in omni uita: nihil est omnino uiuens quod excipias: ut cum omne animal dicimus, quicquid sentit ac mouetur, intelligimus: sed Pecudes etiam & Plantæ uitam habent, nutriuntur enim & crescunt, & in plantis ea est anima, quam Aristoteles θρεπτικὸν, quidam ex nostris, quamuis parum Latine, Vegetatiuam appellarunt: in pecudibus est ea, quã idem Aristoteles αἰσθητικὸν, nostri sensitiuam dixere. Nos, si Latine loqui uolumus, in plantis nutrientem animam, in pecudibus sentientem esse dicemus. Ideo dicuntur etiam pecudes & plantæ mori, quòd uitam habeant. Itaq; si Officium, ut tu tibi uideris ingeniose definire, est actio in omni uita: erit etiam in pecudibus & plantis Officium: quoniam in eis, ut ostendimus, uita est. Quæ sanè fuit inepta quorundam Stoicorum sententia, ut in plantis ac belluis Officium esse dicerent, quemadmodũ scribit Laertius Diogenes. Quare sequitur, ut etiam uirtus & ratio sit in plantis & pecudibus: quoniam Officium, ut tu uis, est cum ratione ac uirtute coniunctum: quo quid absurdius dici, aut excogitari potest? Non erit igitur Officium actio in omni uita, sed tantum in uita hominum. Sed deinde etiam reliqua pars definitionis tibi diligentius consideranda fuit: non enim omne Officium est cum uirtute coniunctum, tametsi cuiuslibet Officij ratio probabilis reddi possit. Differt enim à Virtute Ratio plurimũ: siquidem Ratio pars ea nobilior est animi, quæ nos à belluis maxime segregat, & qua sola homines censemur, quam Plato in capite, tanquam in arce posuit. Hæc est, ut ait Cicero, quæ efficit, ut homo consequẽtia cernat, causas rerum uideat, earumq; progressus, & quasi antecessiones non ignoret, similitudines comparet, rebusq; præsentibus adiungat, atq; annectat futuras, facile totius uitæ cursum uideat, ad eamq; degendam præparet res necessarias. Virtus autem animi habitus est, aut affectio cõstans conueniensq; laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa sua sponte separata etiam utilitate laudabilis. Sed quoniam ratio longe latius patet, quàm uirtus, multa cum ratione fieri possunt,

sint, ut uirtus non adiungatur. Architectus enim recta ratione do micilium ædificabit, & hoc modo suum officium exequetur, cum tamen in eo uirtutem nullam esse uideamus. Potest enim esse uir nequissimus, & bonus architectus. Eodem modo cæteri opifices summa ratione in artificijs suis utuntur, & dicuntur officium suum exequi, etiam si nulla uirtus in eis esse uideatur. Possunt enim facto rum suorum probabilem reddere rationem, quæ, Cicerone teste, uera est Officij medij definitio. Gloriantur Athenæ armamentario suo, ut ait Valerius Max. nec sine causa, est enim illud opus & im pensa & elegantia uisendum, cuius Architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suæ in Theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, quàm arti tribuerat. Quid cũ de utilitate sola, detracta honestate, tractandum est? ut duobus propositis utilibus, utrum sit utilius. Hic nulla est honestas, nulla uirtus: & tamen est officium. Non igitur erit semper officium cũ uirtute coniunctum. Quamobrẽ aperte uides, te nõ Officiũ satis acute definiuisse, quin potius non mediocriter peccasse. Nam eiusmodi debet esse definitio, ut neque plura, neq; pauciora quàm ipsum definitum complectatur, ut proprium quiddam efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit. Tu uero cũ in omni uita Officium esse definis, pecudes & plantas rationis participes efficis: cum autem nunquam sine uirtute uis Officiũ esse, artifices oẽs multasq; actiones, quæ sunt à uirtute remotæ, priuas Officio suo. Poteras igitur rectius Officiũ hoc modo definire: Officiũ est actio in omni uita hominum, cuius probabilis ratio reddi possit.

CALCAGNINI DISQVISITIO III.

Verba Ciceronis sunt: Hac diuisione, cum præterire aliquid maximum uitium in diuidendo sit, duo prætermissa sunt. nec enim solum, utrum honestum an turpe sit deliberari solet: sed etiam duobus propositis honestis, utrum honestius: itemq; duobus propositis utilibus, utrum utilius. At tu hæc Cicero, quod tua pace dictum sit, nimis cupide, ne dicam anxie, Panætio obijcis. An tu uir tanti ingenij, tantiq; dogmatis professor, non meministi, apud Stoicos eiuscemodi gradus esse sublatos? neq; dato utili, aliud utilius: neq; dato honesto, honestius aliud inueniri? Sed fac, ut aliquando in commune & uulgari uita hæc in dubium reuocari uideantur. Quid si non duo tantum, sed tria & quatuor, uel etiam plura dubitando accurrant puta, pater grauiter ex morbo laborat, tu ignarus eius remedij es, quod patri salutem restituat. Eodem tempore amicus de fortunis, de capite, de dignitate periclitatur: tu causarum patronus auxilio esse potes, eidemq; grati animi testimonium reddere, cum ille te aliquando fortunæ indignitate oppressum subleuauerit. Eodem tempore ignis uicinas ædes corripuit, uerendumq; tibi, ne tuæ ædes una cum familia protinus conflagrent. Eodem tempore hostis patriam aggreditur, & propemodum intra mœnia irrumpit: ut uno tempore te dubitare oporteat, non iam quid utilius, quid honestius; sed quid utilissimum, quid honestissimũ sit ex omnibus. Hinc patris salus te uocat, hinc amici, hinc uiciniæ tuarumq; ædium periculum: hinc præsens patriæ, tuorumq; ciuium direptio ac seruitus. Sanè si huic diuisioni semel fenestram aperueris, non est ubi sistas. Nam & quid utile, & quid utilius, & quid utilissimum: & si ulterius promouere licet, ex plurimis utilissimis quid præponderet, erit inquirendum. In quo nõ aliunde, quàm ab ipso Cicerone, testimonium mutuabor. Is enim in præfatione secundi libri de Officijs ait: nõ solum quid utile, quid inutile, sed ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile, quærendum esse. Quare ne ad hanc infinitatem descendere oporteat, Panætianæ obsecro diuisioni acquiescamus, præsertim cum Aristoteles libro quinto. Ethicorũ ita scribat: Boni namq; rationem subit minus malum, ad maius malum comparatum. Minus enim malum magis quàm maius est expetibile. At quod expetitur, bonum est; & quod magis, maius. Ex quibus planè colligimus, Diuisionẽ hanc à Cicerone allatam contra Panætium: honesti scilicet, & magis honesti; utilis, & magis utilis; esse superuacaneam. Siquidem minus utile, utile esse desinit, si magis utili conferatur. In assidgente sole, cætera lumina hebetantur, sic sub Dictatore cæteræ iurisditiones abolentur. Huius rei argumentũ inde quoq; elici potest: quòd si contingat eodem tẽpore opitulantem esse amico & parẽti, qui parentem grauiter laborantẽ destituerit, & amico fuerit opitulatus, improbè dicetur fecisse. quamuis certum sit, quod abdicata ⁂ cõparantur. Amico opitulari bonũ est, sed comparatio rei conditionem mutat: ceu qui in altera parte trutinæ pondusculum, in altera magnum pondus exposuerit. Pondusculũ enim magno ponderi collatum, nullius propè ponderis, nullius grauitatisq; existimabitur.

MAIORAGII DECISIO III.

Quanta porro uerborum grauitate, quo supercilio, quo tumultu Ciceronem aggrederis: quòd is Panætium reprehendat, in ea diuisione de consilio capiendo? quam tripartitam tantam Panætius esse uoluit, cum quinq; partes habere oporteat. nõ enim, inquit Cicero, solum honestum an turpe sit deliberari solet: sed etiam duobus propositis honestis, utrum honestius: itemq; duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita quam ille triplicem putauit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. Hæc tu scilicet, censor maxime, Ciceronis uerba laceras, mordes, uituperas, & tanquam imperitum, aut obliuiosum eum irrides, cum ita inquis! An tu tanti ingenij tantiq; dogmatis professor, non meministi, apud Stoicos eiusmodi gradus esse sublatos? neque dato utili, aliud utilius; neque dato honesto, honestius aliud inueniri? Quis ista tua uerba tam acria, tam ponderosa, tam grauia Calcagnine non perhorrescat? Sed quæso te, mitius aliquanto loquere: ne tam agas nobiscum Stoice ac seuere. Responde igitur, nisi molestum est, An'ne omnes qui de consilio capiendo deliberant, Stoici sunt? Quid, ais, hoc ad rem? Iam faxo ut intelligas: Cum Panætius triplicem ait consilij capiendi deliberationem esse, utrum apud omnes eam deliberationem esse uult, an apud Stoicos tantum? Si tantum apud Stoicos, cur mihi de Officijs præcepta dat, qui non sum Stoicus? aut cur solis Stoicis data est deliberandi facultas, si apud omnes est ea deliberatio? ut re uera est. Iam non omnes Stoicorum dogmata sequentur, aut approbant: sed plerique & in honestate, & in utilitate, hos comparationum gradus esse existimant, ut aliud alio sit honestius, eademq; ratione aliud alio utilius. Quare cum de Officijs præcepta traduntur, non quæritur, quæ sint Philosophorum decreta, aut quam Stoici positionem tueantur: sed ad communem opinionem accommodatur omnis oratio: quoniam non ad aliam rem, quàm ad institutionem uitæ communis officia spectare uidentur. Itaque culpam & crimen imprudentiæ non potest effugere Panætius, qui tantum tripartitam esse uoluerit consilij capiendi deliberationem: cum sæpenumero accidat apud eos qui deliberant, ut honestæ res atque utiles inter se comparentur, & quæratur, utrum hæc, an illa sit honestior, aut utilior. Sed hoc tu facile cõcedis, quod negari nullo modo potest. Verum aliud longe firmius argumentum

aggrederis, ut ostendas, etiam Ciceronis distributionem esse mancam, & mutilam. Quid si, inquis, non duo tantum, sed tria, & quatuor, uel etiam plura dubitando occurrant? Qua in re uideris tu quidem aliquid dicere: non enim solum de duobus, sed etiam de pluribus eodem tempore posse uidetur esse consultatio: quod idem etiam de utilibus intellectum uolo. Sed antequam Ciceronem defendo, libet mihi tuam imprudentiam aliquantulum irridere, qui quo crimine Ciceronem accusas, idem ipse committis: & quod magis etiam ridiculum est, dum nimis cupide Ciceronem insectaris, & exemplo declarare uis eius errorem, tale profers exemplum, quod Ciceronis sententiam corroboret, tuam infirmet. Quid ais, censor argutissime? dic aperte, quæso, Ciceronis erratum: fac ut omnes intelligant, esse te Cicerone longe ingeniosiorem, quem quo iure, quaq; iniuria damnare contendis. Non tantum, inquis, uno tempore, utrum honestius, aut utilius, sed etiam quid honestissimū, quid utilissimum deliberare contingit. Audio: sed hanc rem nobis exemplo declara. Puta, inquis, pater grauiter ex morbo laborat, tu ignarus eius remedij es, quod patri salutem restituat: eodem tempore amicus de fortunis, de capite, de dignitate periclitatur, tu causarum patronus auxilio esse potes, eidemq; grati animi testimonium reddere, cum ille te aliquando fortunæ indignitate oppressum subleuauerit: eodem tempore ignis uicinas ædes corripuit, uerendumq; tibi, ne tuæ ædes tua cum familia protinus conflagrent: eodem tempore hostis patriam aggreditur, & propémodum intra mœnia irrumpit. Hoc tuum est exemplum, in quo primum duo proponis honesta simpliciter, deinde duo utilia cum honestate coniuncta: nam & patri, & amico succurrere, honestum est, sed honestius patri: præterea ignem extinguere, utile est, sed utilius hostes à patris mœnibus propulsare. Itaque tuo exemplo Ciceronis sententia confirmatur, ut duobus propositis honestis, utrum honestius consideremus; & duobus propositis utilibus, utrum utilius. Sed fac accidere tempus, ut plura simul honesta nobis occurrant, de quibus deliberandum esse uideatur; nunquam tamen eodem tempore quisquam plura, quàm duo considerat quæ sequatur: dum enim hoc uidetur honestum, illud tanquam honestius animum attrahit: rursus si tertium aliquid succurrat quod grauius sit, relicto priore de postremis duobus deliberatur, & ut ait Comicus, dum in dubio est animus paulo momento huc uel illuc impellitur: nam quamuis plura uideantur honesta proposita; tamen duo, quæ sint præcipua, solet animus eligere, ut uel hoc, uel illud aggrediatur: ut, si eodem tempore pater grauiter ægrotet, amicus de capite & fortunis periclitetur, fratrem inimici persequantur, patriam hostes oppugnent: statim occurrit nobis pater & patria, de quibus deliberemus: atque ita non iam de amico, non de fratre, sed de patre aut patria conseruanda cogitamus: quoniam hæc illis longe præstant. Eadem est etiam de utilibus ratio: est enim inter ea tantum deliberatio, quæ non multum inter se distant: quòd siquid est eiusmodi, ut plurimum excellat, id ad se statim animum nostrum allicit, nec de alijs rebus sinit cogitare. Non est igitur quod in Ciceronem arguteris, qui omnino ingeniose uidit, etiam de solis honestis esse deliberationem, itemq; de solis utilibus: atque ideo Panætium rectissime reprehendit, quòd hæc duo diuisionis membra prætermiserit. At tu, dum contra Ciceronem Panætium defendere studes, Aristotelis uerba nihil ad hunc locum facientia, ex Ethicorum quinto recitas: Boni uidelicet rationem subire minus malum, si ad maius comparetur; minusq; malum magis, quàm maius esse expetendum. Sed quid hæc ad rem? non.n.uideo. Quoniam, inquis, minus utile, utile esse desinit, si magis utili conferatur. Nunc demum intelligo, quò torqueas Aristotelem. Sed dic mihi, notum'ne est omnibus, quid magis utile sit, & quid minus? aut quid minus honestum, & quid magis? Certe si ita sit, nulla erit de magis aut minus utili atque honesto deliberatio. Sed uide ne prudentes, ac rerum usu periti homines, tibi actionem iniuriarum intendant, quòd illa, quæ sunt eorum propria, imperitis etiam, ac rusticis impertias. Nam duobus propositis honestis aut utilibus, statuere quid sit honestius, aut utilius, uel maxime prudentis esse uidetur. Quòd si non omnes prudentes sunt, neque facile intelligunt, qui sint gradus honestatis, atque utilitatis: necesse est, ut aliquando, uel potius sæpe, de magis utili, & de magis honesto sit deliberandum. At quàm pulchre similibus ludis: quæ licet ad docendum sint accommodata, cum apte sumuntur: tamen ad probationem, teste Quintiliano, minimum ualent. In affulgente sole cætera lumina hebetantur, sic sub Dictatore cæteræ iurisdictiones abolentur. Perinde quasi sit unum aliquod honestum, aut utile summū, quod tanquam sol quidam iter cætera omnia honesta, aut utilia splendeat, & id solum in consultationem ueniat. Imo uero ut inter homines sæpenumero duo reperientur in eodem genere tam præstantes, ut nescias uter utri sit preferendus, quod etiam in equis, & in cæteris eiusmodi rebus accidit: ita in rebus honestis, & utilibus, duæ possunt eiusmodi contingere, ut nescias utram utri præferri oporteat. Neq; exemplum illud, de opitulando amico & parenti, conuenit huic loco, propterea quòd, ut iam docuimus, inter ea tantum est deliberatio, quæ non multū inter se distant. Hoc autem dico, quoties de duobus honestis, aut utilibus, est consultatio: ut si in utraq; parte trutinæ pondus ferè æquale exposueris: non statim erit planum, in quam partem sit inclinatura: sed paulatim, in eam partem in qua paulo grauius erit pondus, deprimetur.

CALCAGNINI DISQVISITIO IIII.

PHilosophi discendi studio impediti, quos tueri debebant, deserunt. itaque eos ad Rempublicam ne quidem decessuros putat Plato, nisi coactos. Aequius autem erat, id uoluntate fieri Nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si est uoluntarium. Tu recte quidem Cicero. Nam bonarū malarum'ue actionum modus ac mensura est, hominis uoluntas. Sed enim ne in Platonis sententiam argueteris. Nec enim Plato debere philosophos, aut posse cogi dixit, ad Republicæ gubernationem: sed eos sibi sua sponte hanc necessitatem impositruos, ut cum tempus postulauerit, id est, cum nullus idoneus publicæ administrationi præsidebit: uel magnum aliquod periculum imminebit ciuibus: tum ipsi se à rerum contemplatione ἀνοτες ἑκόντες, ut dicunt, auellent. Et sicut nauis Salaminia, ut aiebat Themistocles, non nisi ad necessaria tempora, necessariasq; functiones expetebatur: Ita ipsi non nisi rerum & temporum ratione impulsi, prodeant in medium, suorum ciuium commodis ac saluti consulturi. Certe Plato quinto libro τῆς πολιτείας tradit, non esse munus nautarum & gubernatorum, eos rogare, qui naui uehantur ut se uehi sinant: sed eorum potius qui uehuntur, orare, ut gubernatores & nautæ eorum curam suscipiant, atq; in portum peruehant. Pari ratione neq; philosophorum interesse, ut rogent ipsi se ad publicam administrationem admitti: sed ut rogentur potius, ut uelint ipsi Reipub. clauum capessere, & laborantem ciuitate sua prudētia sustinere. Alioqui multa accidere possunt, quæ philosophos deterreant, ne Reipu. curam suscipiant. quod & Cicero in quadā ad Lentulum epistola attigit: Id iubet, inquit ille, Plato, quē ego authorem

uehementer

uehementer sequor, tantum contendere in Repub. quantum probare tuis ciuibus possis, uim neq; parenti, neq; patriæ afferre oportere. Atq; hanc quidem ille causam sibi, ut non attingendæ Reipu. fuisse: quòd cum offendisset populu Atheniensem propè iam desipientem senectute, cum eum nec persuadẽdo nec cogendo regi posse uidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.

MAIORAGII DECISIO IIII.

PRoponit Tullius iniustitiæ duo genera: unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab ijs, quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam: damnatq; Philosophos in hac parte, qui dum alterum iustitiæ genus assequuntur, in ferenda necui noceant iniuria, in alterum incidunt: discendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Quis hanc Ciceronis sententiam non uidet esse sanctam, & religiosam? Nam quis iniustitiæ nomen effugere potest, si tantopere studijs suis deditus fuerit, ut amicos, parentes, patriam deserat? Non damnantur à Cicerone Philosophi, quòd discendi studio sint impediti, quippe qui Philosophiæ studium multis in locis diuinis propè laudibus efferat, & cum Platone sentiens, Deorum immortalium munus esse firmet. Sed ij maiorem in modum uituperandi sunt, qui studium suum humanæ societati præponunt, & discere potius uolunt, quàm ab ijs propulsare iniuriam, cum possunt, à quibus debent. Licet enim ueri cognitio maxime naturam attingat humanam, & quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæ'que ponitur, id iure laudatur: tamen eius studio à rebus gerendis abduci, contra officium est. Quid ergo? dabit quidem operam studijs suis uir sapiens: sed cum intelligat, nulla re propius homines ad Deos accedere, quàm salute hominibus danda, nunquam communem utilitatem contemnet, sed erit in perpetua quadam statione, ut simul atque uiderit opera sua patriam, aut amicos indigere, statim ad ferendum auxilium, non coactus, sed sponte sua ueniat. hoc est, quod merito reprehendit Cicero, si ad Rempublicam ne quidem decessuri sint Philosophi, ut putat Plato, nisi coacti. Aequius enim, inquit, erat, id uoluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iustum est, quod rectè fit, si est uoluntarium. Tu uero Ciceronem accusas, quòd, ut ipse loqueris, in Platonis sententiam arguatur: aisq; dictum esse à Platone, Nec debere Philosophos, nec posse cogi ad Reipublicæ gubernationem: sed eos sibi sua sponte hanc necessitatem impositueros, ut cum tempus postulauerit, Rempublicam capessant. Sed dic mihi, ubi, aut quando dixit hoc Plato? equidem uideo pluribus in locis hanc fuisse Platonis sententiam, Philosophum ad Rempublicam non esse accessurum, nisi multis precibus rogatus, ac penè coactus fuerit. Itaque de Republica libro septimo, dixit esse cogendos Philosophos, ut de Republica administrationem suscipiant: quod tu, uidelicet Platonis studiosus, negas unquam ab eo dictum fuisse. Sed quid illa comparatio, quam ex quinto de Republica Platonis libro nobis adducis, non'ne aperte contra sententiam tuam facit. Ut enim non est munus nautarum, & gubernatorum, eos rogare, qui naui uehantur, ut se uehi sinant: sed eorum potius, qui uehuntur, orare, ut gubernatores, & nautæ eorum curam suscipiant, atque in portum peruehant: pari ratione, neque Philosophorum interest, ut rogent ipsi se ad publicam administrationem: sed ut rogentur potius, ut uelint ipsi Reipublicæ clauum capessere, & laborantem ciuitatem sua prudentia sustinere. Itaque si expectant, ut rogentur, quo tempore laborat Respublica non sibi sua sponte hanc necessitatem imponunt, quam tu paulo ante Platonis sententiam esse falso dicebas. Sed dicat mihi Plato, uel tu potius Platonis defensor, utrum iustum sit, an iniustum, periclitantem Rempublicam subleuare? Si iniustum, nunquam ad eam accedere Philosophus debet, etiam si cogatur: sed uitam potius profundere, quàm aliquid iniuste committere. Si iustũ, cur iubet expectare Plato, donec rogentur, ac penè cogantur? cur non ultro se offerunt? cur non id, quod iustum & honestum est, libenti animo, ac uoluntario suscipiunt? cum præsertim doceant omnes Philosophorum scholæ, iustum maxime omnium esse expetendum. Expetant igitur, si boni sunt, hanc iustitiam, & obuijs, ut aiunt, ulnis amplectantur. Ergo si fuerit in periculo patria, uir iustus in studijs suis erit quietus? nihil commouebitur? non accurret? non se sponte offeret? non manum extollet, & cum Nasica illo clamabit, Qui Rempublicam saluam esse uult, me sequatur? sed expectabit in lectulo suo prostratus, ac libris undiq; septus, ut ciues sui ueniant supplicatum, ut sese ad eius genua prosternant, ut misere uociferentur, ut calamitates ac miserias suas exponant, ut deniq; illum humeris suis sublatum in forum deducant, & omnes una uoce cum lacrymis deprecentur, ut laboranti patriæ subueniat? Pro Dij immortales, hæccine uir iustus expectabit, qui nihil aliud quàm de communi salute cogitat, qui pro patria sanguinem ac uitam profundere paratus est, qui nihil intelligit esse laudabilius, nihil præstantius, quàm de Republica bene mereri? Crede mihi, quamuis multa præclare, multa diuinitus Plato dixerit, tamen in hac parte parum omnino, quid sapientem deceat, perspexisse uidetur: quòd eum putet, non nisi coactum ad Rempublicam accessurum: & à Cicerone merito reprehenditur: quòd nulla res iusta rectè appellari potest, nisi uoluntaria. Sed obijcis, multa accidere posse, quæ Philosophos deterreant, ne Reipublicæ curam suscipiant. Præclaros uero at nobiles Philosophos nobis inducis, qui terrore tanquam mulierculæ quatiantur. Sed detur hoc imperitiæ tuæ, qui non intelligas, terrorem in sapientem cadere non posse. Videamus exemplum quod à Cicerone sumis ad sententiam tuam probandam ex epistola quadam ad Lentulum. Id iubet, inquit ille, Plato, quem ego authorem uehementer sequor, tantum contendere in Republica quantum probare tuis ciuibus possis: uim neque parenti, neque patriæ afferri oportere. Quasi uero dicamus nos, uim afferendam esse parenti, ac patriæ. nam quemadmodum expectare sapiens non debet, ut à ciuibus ei supplicetur, quoties periclitantem patriam uiderit, sed sponte sua periculo caput obiectare: ita ciues inuitos, ac recusantes seruare non debet. Illud enim Horatianum habet aliquam ueri similitudinem:

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.

ut in hac re, sicut in reliquis omnibus, iuxta Peripateticorum sententiam, neque defectus, neque excessus, sed ipsa mediocritas, quam merito Flaccus auream appellat, laudabilis esse uideatur. Hanc tu si complecti didicisses, nunquam profectò le cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad tantam insaniam compulisset, ut ipsum omnis eloquentiæ, ac scientiæ fontem, tanquam aper quispiam immissus, perturbare auderes.

CALCAGNINI DISQVISITIO V.

SVnt autem priuata natura nulla: sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt: aut uictoria, ut qui bello potiti sunt: aut lege aut pactione, conditione, sorte. Quòd in diuisione præterire aliquid, maximum uitium in diuidendo sit,

ut paulo superius hoc libro, & in Topicis ipse testatur: quid de iis dicemus, quæ edicto prætorio nobis addicta sunt nam edictum prætoris à lege diuersum est. quid de iis, quæ contractu nobis & pretio ita comparauimus, ut nostri mancipij facta sint? quid de iis, quæ prædio nostro alluuione fluminis accreuerunt? quid de iis, quæ se nobis forte fortuna obtulerunt: ut thesauri inuentio, ut auium captura, quæ libero aere uagantur. Quod si quis omnia hæc ad legem referat, quæ, quid quaque in re obseruari oporteat, constituerit: tum uero in alterum diuisionis uitium non multo minus inciderit. Sicut enim in diuisione desiderari aliquid turpe est, ita aliquam diuisionis partem redundare turpissimum. Nam & qui in uacua uenerunt, & qui uictoria potiti sunt, qui pactione, conditione, sorte, usucapione aliquid tenent: ij omnes promiscue se lege defendunt. Apud M. Varronem, in emptionibus dominium legitimum sex ferè res perficiunt. si hæreditatem iustam adijt, si ut debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit: aut si in iure cessit, cui cedere potuit, & id ubi oportuit: aut si usu cepit: aut si è præda sub corona emit: tum item, cum in bonis sectione ue cuiusus publice uenit.

MAIORAGII DECISIO V.

Quid, quòd Ciceronem suis telis iugulare contendis? Quantæ demum hoc excellentiæ putandum est, siquidem à te præstari potest? O præclarum, & omnium literis, ac sermone prædicandum facinus, neminem extitisse post hominum memoriam Caleagninum, qui Ciceronem Romanæ linguæ principem aggressus, gladium ei de manibus, tanquam Herculi clauam, extorquere, atque illum transfodere conatus sit. Verũ libet mihi cum Aenea Virgiliano, tanquam ex alto loco proclamare,

Quò moriture ruis, maioraq; uiribus audes?

Sed tamen argumentationis tuæ uim, ac robur uideamus: ut omnes intelligant, te non aliter atque apri sesepsos, in opposita uenabula ruentes, infigere solent, dum nimis cupide uenatores inuadunt, tua sponte Ciceronianis armis esse confossum. Duobus in locis, inquis, affirmat Cicero, Præterire aliquid, maximum esse uitium in diuidendo: & in hoc primo de Officijs libro, & in Topicis. Sit ita: quid tum postea? At ipsemet Tullius in hoc, quod in Panætio summopere damnat, uitium incidit turpissime. Magnum Ciceronis dedecus, si ita est. Sed quibus tu id rationibus approbas? Vtitur, ais, hoc loco huiusmodi diuisione: Sunt autem priuata natura nulla, sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt; aut uictoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, aut pactione, conditione, sorte. Quid, inquis, de eis dicemus, quæ edicto prætorio nobis addicta sunt? nam edictum prætoris à lege diuersum est: quid de iis, quæ contractu nobis & pretio ita cõparauimus, ut nostri mancipij facta sint? quid de iis, quæ prædio nostro alluuione fluminis accreuerunt? quid de iis, quæ se nobis forte fortuna obtulerunt, ut thesauri inuentio, ut auium captura, quæ libero aere uagantur? Hæc tua est obiectio, quam mihi diligenter examinare ac perpendere certum est, antequam defendo Ciceronem: nam aperte paulo post ostendam, hanc neque diuisionem esse, quam adducit hoc loco Cicero, neque si esset diuisio, quicquam esse prætermissum. Nam si hæc omnia, quæ tu dicis à Cicerone esse prætermissa, sub illis ab eo prius positis generibus continentur, quis non arrogantiam tuam rideat, qui pedem, ut dici solet, in alienam messem ponas, & ea tractes, quæ nihil intelligis? qui Ciceronem ideo reprehendas, quòd uti uitiose diuisione nolueris? nescis & à Dialecticis, & à Rhetoribus doceri, uitiosam esse diuisionem, in qua posito prius genere, postea generis partes seu formæ subijciuntur? Quid igitur primo dicis esse prætermissum? Bona quæ edicto prætorio nobis addicta sunt. Quid ita? Quoniam, inquis, edictum prætoris à lege diuersum est. Ita ne obsecro ius ciuile didicisti? Vis ergo, ut tibi potius, quàm Imperatori Iustiniano credamus, qui scilicet in authores egregios censoriam uirgulam arripuisti. Sed fortasse ipsum etiam Iustinianum damnabis, propterea quòd ausus sit te inuito prætorium edictum legis scriptæ formam, seu partem esse, dicere. Ego uero istud os tuum uidere nimium uellem. Certe Iustinianus institutionum suarum libro primo, Legũ eandem esse diuisionem apud Latinos, quæ apud Græcos statuit. Constat, inquit, ius nostrum, quo utimur, aut scripto, aut sine scripto: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγραφοι. Scriptum autem ius est, Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, Responsa prudentium. Atq; hæ quidem sex iuris scripti formæ legis nomine continentur, quamuis per antonomasiam Lex ea proprie dicatur, quam Populus Romanus Senatorio magistratu interrogante, ueluti consule uel censore constituebat. Sicuti cum Poetam dicimus, apud Græcos Homerus, apud nos Virgilius intelligitur. Hoc etiam ex ipsius Iustiniani uerbis facile potest intelligi: qui quamuis primam iuris scripti formam legem esse statuisset, tamen non ita multo post ita scribit: Quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit, uel cognoscens decreuit, uel edicto præcepit, legem esse constat. Quòd nisi Lex aliquando generale uocabulum esset, aliquando speciale, non posset excusari Iustinianus, qum uel formas iuris confudisset, uel post genus speciem in diuisione collocasset: quod maxime constat esse uitiosum. Verum Lex interdum pro omni iure uel scripto, uel non scripto capitur, interdum pro scripto tantum iure, interdum uero solum pro constitutione populi Senatorio, ut diximus, magistratu interrogante. Quod ita esse multis exemplis manifestum fieri potest: nam legem omne ius continere, declarat his uerbis Cicero: Cum legem dico, nihil aliud intelligi uolo, quàm Imperium, sine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Quin etiam in Verrem Cicero prætorium edictum legem annuam dicit esse. Non est igitur, ut tu uis, Prætorium edictum à lege diuersum: cum præsertim, ut præclare docet Cicero, uere dici possit, Magistratum, legem esse loquentem; Legem autem, mutum esse magistratum. Quin potius, ut ait Iustinianus, prætorum quoq; edicta non modicam obtinent iuris authoritatem. Hoc etiam, inquit, Ius honorarium solemus appellare, quòd qui honores gerunt, id est, magistratus, authoritatem huic iuri dederunt. Itaque quæcunque edicto prætorio nobis addicta sunt, ea per legem priuata fiunt: quæ uero contractu, & pretio ita comparauimus, ut nostri mancipij sint, ea per pactionem nobis acquiruntur: quod uel puero perspicuum est. Præterea quæ prædio nostro fluminis alluuione sunt adiuncta, nostra non essent, nisi legibus ita statutum esset: quamobrem hæc etiam ad legem referuntur. Quæ se nobis forte fortuna obtulerint, ut thesauri inuentio, ut auium captura, quæ libero aere uagantur: quis non uidet hæc forte nobis euenire, uel conditione aliqua, ut si studio, & industria uenati fuerimus? Vides igitur sub generibus illis à Cicerone positis in hac, quam tu diuisionem appellas, omnia contineri, quæ tu obijcis esse præterita. Quæ cum ita sint, omnino necesse est, ut te uel imperitissimum, uel gloriosissimũ existimemus. Imperitissimũ, si hæc tam aperta et manifesta

non

non uides, quae uel caecis,ut dici solet, appareant. Gloriosissimum, si intelligis, & tamen contradicendi studio uis impugnare: ut innotescere possit omnibus, Calcagninum cum Cicerone, tanquam Scarabeum cum aquila certamen suscepisse. Nunc aggrediar id ostendere, quod initio pollicitus sum, hanc uidelicet non esse diuisionem, quam inducit hoc loco Cicero: sed quandam potius cum enumeratione partitionem, seu distributionem: atque ideo non esse uitiosum, etiam siquid in ea praeteritum esset. Nam diuisio, ut Boethius docet, quae uere ac proprie dicitur, ea est, qua uel genus propositum in formas deducitur, uel totum in membra discerpitur, uel uerbum ambiguum per suas significationes exprimitur. Hoc autem loco, neque genus ullum est propositum quod diuidatur, neque totum, neque uerbum ambiguum: nulla est igitur diuisio. Cum enim ita proponit Cicero, Sunt autem priuata natura nulla: declarat, omnia naturaliter esse communia. Itaque nullum statuit priuatorum genus quod diuidat: sed aliquos enumerat modos, quibus ea quae prius communia fuerant, postea priuata facta sunt: quo in genere nullum est uitium, aliqua praeterire: quod ipse Cicero sic in Topicis docet: partitione autem sic utendum, nullam ut partem relinquas: ut si partiri uelis Tutelas, inscienter facias, si ullam praetermittas: at si stipulationum aut iudiciorum formulas partiare, non est uitiosum in re infinita praetermittere aliquid: quod idem in diuisione uitiosum est. Formarum enim certus est numerus, quae cuique generi subijciantur: Partium distributio saepe est infinitior, tanquam riuorum a fonte deductio. Itaque in Oratorijs artibus quaestionis genere proposito, quot eius formae sint, subiungitur absolute. At cum de ornamentis uerborum sententiarumque praecipitur, quae uocantur σχήματα, non fit idem, res est infinitior: ut ex hoc quoque intelligatur, quid uelimus inter partitionem & diuisionem interesse. Haec Cicero: Quibus intelligi facile potest, plerumque contingere, ut in partiendo nonnulla praeterire non sit uitiosum: quod idem non fit in diuisione, in qua nihil unquam sine uitio praeteriri potest. Sed fac istam, quam reprehendis, esse diuisionem: quid tandem in ea praetermissum est? nam quae tu uis esse praeterita, declarauimus omnia sub illis generibus a Cicerone numeratis contineri: neque praeterea quid dici, aut excogitari posse, uideo: nihil est igitur praetermissum. Quare siue diuisio sit, ut tu existimas, siue non, ut ego affirmo, nihil est in hac parte uitiosum.

CALCAGNINI DISQVISITIO VI.

QVi autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae: tam est in uitio, quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. At hoc nimis Stoice dictum est, & quod inter Paradoxa referri oporteat. Quid si sontem defendam? si eum qui alium prius iniuria prouocarit? si eum denique, cuius causa & mihi & meis diuturnas offensas concitem? sane hac ab obrussam & rigorem illum Zenonis metiri, durum & plenum inclementiae existimauerim. Praesertim cum in medio hominum, neque inter perfectos uiuamus. Adde quod ut ipse paulo post monet, multa circumspicienda sunt in omni Officio: & consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores Officiorum esse possimus: & addendo deducendoque, uidere, quae reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligas. Quid praeterea, si peregrinus & ignotus in periculo sit? si itidem is, qui de te optime meritus sit? Quid si plures eodem tempore defendendi sint? Quid si constituto in periculo opitulari non possis, nisi alium, puta amicum uel necessarium laeseris? Profecto hae omnes circumspectiones sententiam Ciceronis infirmant. Quae uero, malum, haec comparatio? quam absona, quam ueritati refractaria! Ergo ignotum ac peregrinum, & forte nihili hominem destituisse, iuxta par scelus existimabis, ac si parentes, quibus uitam educationemque debeo: ac si amicos, quos eadem mihi uoluntas idemque studium coniunxit: ac si denique sanctissimam patriam, in qua omnia uera reposita sunt, prodidero. Vide obsecro, ne si positionem tueri uolueris: & pietatem erga parentes, & necessitudinem inter amicos, & charitatem in patriam uili nimis loco habuisse uideare: quam publico ac late nimis profuso humanae societatis uinculo adaequaueris.

MAIORAGII DECISIO VI.

ECce autem cum iniustitiae duo genera Cicero statuisset; unum eorum, qui iniuste impetū in quempiam faciunt, aut ira, aut alia perturbatione incitati; alterum eorū, qui nec defendunt, nec obsistunt iniuriae, si possunt; relictis hos, qui propulsare nolunt iniuriā, tam esse in uitio, quam si parentes, aut patriam deserant: insurgis ab altera parte tu uehemens accusator, damnasque Ciceronem nimiae seueritatis, ac pene inhumanitatis, quod hoc nimis Stoice dictum esse uideatur, & quod inter Paradoxa referri oporteat. Equidem nequeo satis mirari, quid hoc loco nimis Stoice dictum existimes: aut quid tibi uideatur esse Paradoxon. An fortasse, quia Stoici paria uolebant esse peccata, Ciceronem putas eorum opinionem secutum, hoc dixisse? Credo te ita cogitasse. Sed diligentius, quaeso, Ciceronis uerba considera. uidebis enim te longe tua opinione falli. Non enim ait Cicero, tanto esse in uitio, qui non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae, quanto si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Sed ait, tam esse in uitio: hoc est, tam contra Officium facere, & in uitium iniustitiae cadere. Nam cum de iniustitia uerba faciat, non tantum eos qui inferunt, sed eos etiam qui non propulsant iniuriam, iniustos esse ostendit: & quemadmodum qui parētes, aut amicos, aut patriam deserunt, iniusti sunt appellandi: ita, etiā qui non propulsant, si possunt, iniuriam. Vtri uero sint iniustiores, nihil ad hoc tēpus: satis est enim hoc loco demonstrasse, genus esse quoddam iniustitiae, non propulsare, cum possimus, iniuriam. Itaque in eo membro, Tam est in uitio, uerbum illud, Tam, non quantitatem, sed qualitatem potius, ac similitudinem significat: ut siquis ita dixerit, Qui seruum interficit, tam est in crimine caedis, quam si parentem interfecisset: uel sic, Qui clam denarium surripit, tam est in furto, quam si decies sestertium surripuisset. Haec quis non uidet esse uerissima, quamuis inter se plurimum peccata differant? Tam est furtum denarium clam surripere, quam decies sestertium: sed hoc longe maius. Eodem modo dicit Cicero, Tam est iniustitia, non propulsare, siquis potest, iniuriam: quam parentes, aut patriam deserere: sed nemo dubitat hanc esse maiorem. Itaque non est, quod haec inter Paradoxa referas, quae planissima sunt. Quam uero contorte, quam pene tragice contra Ciceronis uerba fulminas! Quid si sontem, inquis, defendam? si eum, qui alium prius iniuria prouocarit? si eum denique, cuius causa & mihi & meis diuturnas offensas concitem? durum & plenum inclementiae. Ah Calcagnine, ne quaeso tam acriter insurgas, cum praesertim nemo tibi has necessitates imponat. Quis te sontem iubet defendere? an non iniustitia sit, si hoc facias? Quis iubet, ut eum defendas, qui prius alium iniuria prouocarit? Obsecro te, perpende prius Ciceronis uerba diligenter, & mande, & concoque, deinde siquid tibi nauseam concitarit, tunc illud euomito. Iubet Cicero, ut resistamus iniuriae, nō ut sontes defenda-

mus, aut eos qui priores iniuriam intulerint. Non est iniuria, sontem punire: non est iniuria, uim ui repellere. Quare cessa bonis auibus in hac parte: neminem neque sontem, neque iniuriosum defende, non te accusabit Cicero. At dicis, Nolim mihi & meis inimicitias comparare. Esto igitur prudens, ut bonus ratiocinator Officiorum esse possis: nam si eiusmodi sunt inimicitiæ, ut eas non admodum pertimescas, tibi repellenda est iniuria, & subeundæ propter iustitiam inimicitiæ. Si uero tales futuræ sint, ut & tibi, & tuis detrimentum sint allaturæ, cessa: non enim potes iniuriæ resistere. Vult autem Cicero, te tantum solummodo contendere, quantum sustinere commode possis. Quid si plures eodem tempore defendendi sint? Accurre ad eum, qui tibi charior est, cui magis debes, si non potes omnibus eodem tempore subsidium ferre. Quid si constituto in periculo opitulari non possim, nisi amicum uel necessarium læsero? amicus ille tuus uel iustus, uel iniustus est: Si iustus, neminem per iniuriam offendet: sin iniustus, nihil eius amicitiam curare debes: sed innocentem, si potes, omni ratione subleuare. Crede mihi, nihil inuenies, quod Ciceronis sententiam infirmare possit, quam à natura ipsa, uel potius à recta ratione deduxit. Ecce autem iterum eloquio tonas. Quæ, malum inquis, hæc comparatio? quàm absona? quàm ueritati refractaria? Deinde monstra quedam uerborum, & portenta fingis: Destituere ignotum, ac peregrinum, ac nihili hominem, & prodere parentes, amicos, patriam, à Cicerone par scelus existimari. Vnde hoc, quæso, datum sumis? ubi est hæc Ciceronis sententia? ubi comparatio? ubi loquutur Cicero de proditione patriæ, parentum, aut amicorum? Quæ, malum, est ista peruersitas tua? ut fingas à Cicerone dici, quæ non dicuntur, quò facilius eum impugnes? Adcóne mortales omnes negligentes esse putas, ut eorum oculos tuis nugis præstringere, atque eis tenebras offundere possis? Dic, ubi pietatem in parentes, necessitudinem inter amicos, charitatem in patriam, publico, ac late nimis profuso, humanæ societatis uinculo Tullius adæquarit? ex hoc certe loco non potes hæc elicere: quoniam, ut initio docuimus, nulla est hic quantitatis comparatio, sed similitudo quedam: neque de magnitudine criminis, sed de genere uitij disputatur: ut ostendat Cicero, non propulsare iniuriam, tam esse sub iniustitia, quàm patriam deserere. Sicuti meretricia consuetudo, tam est sub luxuria uel libidine, quàm adulterium, quàm incestum: quamuis nemo sit, qui non intelligat, longe maius esse peccatum adulterium, aut incestum committere, quàm coire cum meretricula. Qui quidem gradus etiam in uirtute reperiuntur: ut amicum adiuuare, tam est sub iustitia, quàm patriam defendere: sed hæc tamen posterior uirtus, longe præclarior. Iaces igitur cum tuis argumentis, qui uinculum humanæ societatis à Cicerone, parentibus, & amicis, & patriæ putes adæquari.

CALCAGNINI DISQVISITIO VII.

Cicero liberalitatem cum iustitia confundit. Habent omnino aliquam inter se uicinitatem, præsertim ea parte, quæ in erogando constat. dat enim utraque pro dignitate bene meriti, sed iustitia multo latius euagatur. Sanè Aristoteles duplicem iustitiæ proportionem tribuit: geometricam alteram, alteram mathematicam. arithmeticam uersari in contractibus scribit: in quibus omnes homines pares esse decet. geometricam uero, unicuique suum dispensare, quantus est cuiusque captus & existimatio. Hæc imperia ac magistratus præclare natis ingenijs præbet, ceteris pro suo modulo munera & ministeria partitur. Proprium est liberalitatis pecuniam aspernari, eamq́ue ad publica hominum commoda impartiri: multos habere suo beneficio obstrictos, nemini quicquam imputare, à nemine uicem reposcere. Hanc Philosophi animi magnitudini ac despicientiæ rerum humanarum proximiorem, quàm iustitiæ, existimauerunt. Posset aliquis fortasse ea ratione tueri Ciceronem, quòd istæ uirtutes coniunctæ sint, ac ita proximæ, ut mutuo uinculo teneantur, quòd qui dixerit, incidet in Menedemi Eretriensis sententiam, qui omnes uirtutes unam esse uirtutem arbitrabatur, eamq́ue pro suis functionibus diuersis nominibus appellabat. auth. Plutar. in libro de Virtute morali.

MAIORAGII DECISIO VII.

Sed quæ hactenus à te sunt impugnata, fuerunt eiusmodi, ut in eis aliquid dicere uidereris: quod uero nunc addis, omnino falsum est: itaque tolerari nullo modo potest. Equidem non miror, si multa quotidie finguntur ab ijs, qui nullum sibi contradicturum sperant, aut qui tabellis obsignatis, secum agi non posse intelligunt: cum tu, quem uerisimile est credidisse, multos fore, qui contradicerent, ac Ciceronem defenderent: & qui præclare intelligis, opera Ciceronis à studiosis literarum in manibus continenter haberi: tamen audeas id fingere, quod nusquam Cicero dixit, ac ne somniauit quidem. Sic enim septimam disquisitionem tuam aggrederis: Cicero liberalitatem cum iustitia confundit. Vbi quæso hoc, aut quibus uerbis efficit Cicero? Porrige obsecro manum, & digito locum demonstra: non enim in Officijs Ciceronis, ubi hoc faciat inuenio: nisi forte tu nouum aliquod exemplar habes, ubi confusio illa liberalitatis ac iustitiæ lateat. In eis certe quæ mihi uidere contigit, nusquam hanc confusionem, inueni. Tuum igitur fuit, locum aperte declarare: non postulare, ut tibi tanquam Xenocrati cuipiam iniurato credamus. At ego contra uideo, diligenter à Cicerone uirtutes istas inter se distingui, separatimq́; alteram ab altera tractari: ut non possim non mediocriter admirari, te tam impudenter & aperte mentitum. Sed præstat ipsius Ciceronis uerba recitare, ne me quisquam fortasse putet, amore ductum, quo semper ab ineunte pueritia Ciceronem complexus sum, aliquid fingere, quæ sic habent: De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur, cuius partes duæ sunt: Iustitia, in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua uiri boni nominantur; & huic coniuncta beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet. Hic uides apertissime distinctam à liberalitate iustitiam: atque ita de Iustitia uerba facere incipit, separatim à liberalitate: Sed iustitiæ primum munus est, ut necui quis noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde, ut communibus utatur pro communibus, priuatis ut suis. Itáque progreditur, & iustitiæ munera pluribus uerbis explicat. Postea uero cum iam satis multa uerba de iustitia sibi fecisse uideretur, μετάβασιν, id est, transitionem addidit, ut à iustitia liberalitatem segregaret, quæ est eiusmodi: De Iustitia satis dictum est: deinceps, ut erat propositum, de Beneficentia ac Liberalitate dicatur, qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius. Hæc certe Ciceronis uerba sunt, quibus intelligi satis potest, uoluisse eum à iustitia disiunctam esse liberalitatem. Quæ cum ita sint, omnino te mentitum esse fateare necesse est. Quid ergo Ciceronem impugnas? an fortasse quia iustitiæ coniunctam esse liberalitatem dixerit? At hoc ipse tua sponte fateris,

cum dicis, has duas uirtutes habere aliquam inter se uicinitatem, præsertim in ea parte, quæ in erogando constat: dat enim utraq; pro dignitate bene meriti. Sed quemadmodum hæ uirtutes differant, optime declarat Aristoteles in libello de Virtutibus: iustitia, inquit, est uirtus animi διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν, id est, quæ distribuit quod pro dignitate cuiq; cõuenit. Liberalitas uero est uirtus animi εὐδάπανος εἰς τὰ καλὰ, hoc est, quæ in rebus honestis facile sumptũ facit. Propterea iustitiæ munus esse uult, patrios mores seruare, legibus obtemperare, promissa & conuenta efficere. Liberalitatis uero, facilem esse in erogando, quoties opus fuerit, & quoties honestas ipsa postulat: libenterq; auxilium egenti ferre, neque unde non licet aliquid accipere. Quæ siquis diligenter aduertat, intelliget profecto, magnopere cum ijs quæ de iustitia & liberalitate tradit Cicero, conuenire. Quæ uero tu citas ex Aristotele de duplici proportione, geometrica, & arithmetica, non uideo quid ad hunc locum faciant. Vtrum autem id uerum sit, quod tu asseris, liberalitatem esse fortitudini propinquiorem, quàm iustitiæ; uiderint alij: ego certe, nisi firmiores attuleris rationes, à Cicerone nostro non discedam: qui non fortitudini, sed iustitiæ coniunctam esse liberalitatem statuit: neque iniuria, cum utraq; ad hominum societatem, & uitæ quasi communitatem pertineat.

CALCAGNINI DISQVISITIO VIII.

ET quanquam omnis uirtus nos ad se allicit, facitq; ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse uideatur: tamen iustitia & liberalitas id maxime efficit. Cur hoc fiat, Cicero prætermittit ostendere. Ostendit id Aristoteles: quòd cæteræ scilicet uirtutes habenti decori sint, & emolumento: sola iustitia & liberalitas non habenti, sed cæteris potius mortalibus prosint, aliorumq; gratia & commodo exerceantur, ob id etiam eas ἀλλοτρίας ἀρετὰς, id est, alienas uirtutes, ueteres appellauere: quòd publicæ utilitatis gratia potius quàm priuatæ, inuentæ sint. omnis autem uirtus, quo se pluribus adiutricem præbet; hoc est apud omnes charior, maiorq; in admiratione habetur. Si igitur Cicero cum Officiorum librum scriberet, Aristotelem habuisse in manibus, potius quàm Panætium: nõ dubito, quin fœcundiora uberioraq; suis ciuibus præcepta tradidisset, eaq; locupletioribus argumentis & rationibus comprobasset.

MAIORAGII DECISIO VIII.

ATque hæc quidem, quæ de iustitia ac liberalitate dicta sunt à Cicerone, declarant id apertissime, quod ab eo tu dicis esse prætermissum: nempe quam ob causam fiat, ut quanquam omnis uirtus nos ad se alliciat, faciatq;, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse uideatur: tamen iustitia & liberalitas id maxime efficiat. Superius enim copiose declaratum est à Cicerone, duas has uirtutes latissime patere: in ijsq; societatem hominum inter ipsos, & uitæ communitatem contineri: atque in iustitia uirtutis splendorem esse maximum, ex qua uiri boni nominantur: quia nemini nocent, quia naturam ducem sequuntur, & communes utilitates in medium afferunt, & opera atque facultatibus deuinciunt hominum inter homines societatem: quia facile condonant iniurias, nullis dolis, nullis fraudibus utuntur: & cum nemini noceant omnibus prodesse student: præterea quia liberales homines plurimum eis tribuunt, à quibus plurimum diliguntur. Hæ'ne tibi paruæ uidentur esse causæ, quibus approbet Cicero iustitiam & liberalitatem nos ad se allicere, facereq; ut eos diligamus, in quibus ipsæ inesse uideantur? Equidem non uideo, quid ab Aristotele copiosius, aut melius dicatur. Quin potius idem dicere uidetur Cicero quod Aristoteles, & longe clarius atque ornatius. Non enim Cicero, quod tu fortasse somnias, ad ipsum qui habet has uirtutes, sed ad uitæ communitatem pertinere docet: quod idem etiam Aristoteles facit, cum iustitiam & liberalitatem scribit aliorum gratia & commodo exerceri: atque ideo ἀλλοτρίας ἀρετὰς, id est, alienas uirtutes à ueteribus appellatas, quòd publicæ utilitatis gratia potius, quàm priuatæ sint inuentæ. Quid aliud, quæso, tradit Cicero? non'ne hæc eadem longe politius, & elegantius? Sit enim grauissimus author, ut est, Aristoteles, tamen in eo quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornate dicere longissimo Ciceroni est interuallo proximus: neque uideo quid fœcundius, atque uberius hoc opere Ciceronis inueniri possit: quod scilicet ex Aristotelis lectione putas tu locupletius ac perfectius fieri potuisse. Quid si noluit Aristotelem imitari Cicero? Quid si longe melius de Officijs præcepta tradidit, quàm Aristoteles? tamen ne tam obstinate dabis operam, ut eum sine ulla causa, aut ratione uituperes? dicam enim, pace tanti Philosophi, Pluris hoc ego unum de Officijs opus facio, quàm uniuersa Aristotelis moralia. non quòd Aristotelis ingenium non maiorem in modum admirer, cuius assidua lectione soleo mirifice delectari: sed quòd hoc Ciceronis opus ad uitæ communis institutionem longe aptius esse iudico, quàm ea quæ de moribus tradit Aristoteles. Sit enim Aristoteles Philosophorum longe præstantissimus, sit naturæ diligentissimus indagator, fundat aureum flumen orationis, ut ait Cicero: sit in approbandis rationibus acutissimus: tamen cum eum à rerum naturalium contemplatione reuocaris, multis in rebus à cæteris authoribus superatur. Quare si primum omnium Philosophorum in naturalibus rebus inuestigandis, & memoriæ prodendis Aristotelem affirmes: facile id quidem tibi concessero. Quod si eandem in moribus, ac in reliquis disciplinis illi præstantiam attribuas: neminem, ut opinor, paulo doctiorem inuenies, qui tibi uelit assentiri. Non est igitur quod Ciceronem accuses, si cum de Officijs præcepta traderet, Aristotelem in manibus habere noluerit: cum uel fortasse Panætium pluris in hac parte fecerit, uel alter quàm Aristoteles, hæc quæ spectant ad mores, tractare uoluerit: cum præsertim initio Stoicos se uelle sequi proposuerit, & iudicio arbitrioq; suo, quantum quoque modo uideretur è fontibus illorum haurire.

CALCAGNINI DISQVISITIO IX.

ET Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuarit. An parum dixit Themistocles, parumq; iuuit Areopagum, cum oraculum interpretatus est? cum ostendit suis ciuibus, quæ forent lignea mœnia? cum persuasit, ut se nauibus tuerentur? cum Regi uafro consilio utile ostendit, in angustijs pugnare? sed quid opus dicto fuit? cum nouiter atque industrie agendo patriam seruauerit. Quod nisi fortiter pugnando, seq; maximis periculis exponendo, præpotentis Regis uires fregisset: certe Areopago locus non superfuisset, sed unà cum Areopagitis salus & gloria Atheniensium concidisset. Possem hic togæ belliq; consilia comparare, possem ciuiles castrensesq; labores conferre: eaq; expassis eloquentiæ uelis exaggerare, quæ in oratione pro L. Murena incredibili facundia Cicero prosecutus est. Sed in re plana, atq; omnibus exposita, non adeo oportet esse eloquentem.

MAIORAGII DECISIO IX.

COmparat Cicero res urbanas cum bellicis, multasq; res urbanas extitisse maiores clarioresq; quàm bellicas affirmat: atq; hoc approbare uolens, Solonis ac Themistoclis exemplum in medium profert Solon enim Athenis Areopagitarum sapientissimum concilium constituit: Themistocles uero clarissimam in Salamine pro patria pugnans contra Persas uictoriam reportauit. Non minus præclarum, inquit Cicero, Solonis factum, quàm Themistoclis iudicandum est: hoc enim semel profuit, illud semper proderit ciuitati, illo consilio leges Atheniensium & maiorum instituta seruantur. Et Themistocles quem quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit: at ille uere à se adiutum Themistoclem: est enim bellum gestum consilio Senatus eius, qui à Solone erat constitutus. Hic tu Ciceronem impugnas, atq; obijcis interpretatum à Themistocle oraculum, cum ostendit suis ciuibus, quæ forent lignea mœnia: cum persuasit, ut se nauibus tuerentur: perinde quasi forent hæc ciuitati profutura, nisi Areopagus ea suo iudicio comprobasset. Quòd uero Themistoclis consilium ac prudentiam in bello gerendo, fortitudinem & industriam in agendo uerbis amplificas: nihil aliud agere uideris, nisi ut credamus, magnum Imperatorem & egregium bellatorem fuisse Themistoclē: quam ei gloriam & laudem, etiam sine tuis uerbis, facile concedimus. Sed hoc tempore non id agitur, quàm magnus imperator Themistocles fuerit: sed uter magis Reipublicæ profuerit, ipse'ne, an Solon? Quòd si Leges, ut est Pindari sententia, Deorum hominumq; reginæ sunt: uel, ut docet Cicero, si Lex est uinculum ciuitatis, libertatis fundamentum, fons æquitatis; & quemadmodum corpora nostra sine mente, ita ciuitas, sine legibus nihil commode, nihil sapienter, nihil utiliter efficere potest: profecto qui leges optimas constituit, quibus administretur recte Respublica is omnium maxime ciuitati prodest. Quid enim sine legibus & consilio fortitudo prodest, aut bellica prudentia? Gessit bellum cum Xerxe Themistocles, & quidem nobilissimum, quo patriam à Persarum regio dominatu liberauit: sed nunquam id gessisset, nisi Areopagi consilio decretum esset, quem Senatum antea Solon constituerat. Tam igitur Reipublicæ profuit, qui author rei gerendæ fuit, quàm qui gessit: nisi enim ille statuisset, hic nunquam gessisset. Sed extollis eloquentiæ tuæ uires, & ais te posse togæ, bellíq; consilia comparare, ciuiles castrensesq; labores conferre, eaq; passis eloquentiæ uelis exaggerare. Sit ita sanè: esto disertus, & eloquens, id quod ego de te nunquā audiui: sed quid hoc loco tibi prodest eloquentia? num ut declamantium more res bellicas extollas, urbanas deprimas? Hæc quidem esset puerilis exercitatio, quo genere solent apud me nobilissimi pueri Mediolanenses ferè quotidie uti: posset hoc idem Marcus Pannianus discipulus meus, qui non ita pridem maxima cum hominum admiratione publice de loco superiore in maximo conuentu Græcarum literarum cognitionem improbauit: nec minori facundia paucis post diebus, eandem eruditionem diuinis propè laudibus exornauit, cum nondum duodecimum annum attigisset. Posset hoc idem T. Tonsus, Franciscus Bossius, Baptista Cusanus, nonnulliq; alij eximia spe, summæq; uirtutis adolescentes, quos ego summa cum uoluptate declamitare doceo. Sed hæc non eius sunt, qui Ciceronis impugnandi personam susceperit. Verum quis negare nemo potest, quin tantum Atheniensibus Solon, aut etiam fortasse magis quàm Themistocles profuerit: non hic diutius immorabor, ipsius Ciceronis uerba perpendenda sunt. Nam cum ait Cicero, nihil Themistoclem dixisse, in quo ipse Areopagum adiuuerit: non hoc dicit, nullam unquam utilem in Senatu dictam à Themistocle sententiam: hoc enim non esset uerisimile, cum uirum prudentem fuisse Themistoclem acceperimus: quippe qui oraculum interpretatus sit, quod iubebat, ut se ligneis mœnibus Athenienses tutarentur: Sed nullam legem, nullum institutum, nullum Senatusconsultum, nullum ordinem à Themistocle fuisse constitutum: nihil quod ad Reipublicæ administrationem, & ad res urbanas pertineret: nihil quo leges Atheniēsium, quo maiorum instituta seruarentur: nihil deniq; quo senatus melior, aut Areopagus excellentior fieret, ab eo dictum. Hæc sunt, quæ Cicero non minus egregia, quàm bellicas uirtutes esse censet: additq; præclaram eam sententiam, quæ certe est uerissima: Parua esse foris arma, nisi sit consilium domi. Proinde si uera fateri uoluerimus, dicemus, utranque uirtutem, & bellicam, & urbanam æque Reipublicæ conducere. Non enim uideo, quid rei militaris scientia prosit, cum nullis institutis, aut legibus, nulloq; sapientum hominum consilio ciuitas gubernatur. Nec rursus, urgentibus ex omni parte bellis, & hostibus, grauissima Senatus authoritas quicquam proderit, nisi rei militaris periti duces & strenuissimi Imperatores adfuerint:

—alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amice.

CALCAGNINI DISQVISITIO X.

PRudentia apud Aristotelem, inter uirtutes architectonicæ locum obtinet: utpote quæ cæteris imperet, & reliquas moderetur. ob id Socrates, omnes uirtutes prudentiæ nomine appellabat. quam sententiam Aristoteles in moralibus arguit. Non enim omnis uirtus prudentia est, sed nulla uirtutum est sine prudentia. Plato in Legibus prudentiam oculum, iustitiam pulchritudinem, temperantiam sanitatem, fortitudinem manum animi uirtute institui eleganter nuncupabat.

MAIORAGII DECISIO X.

AGe uero quid decimo loco uocas in disquisitionem? Ego quidem certe non uideo, quid sit illud, de quo dubites, cum nulla Ciceronis uerba proferas, nullum notes locum. Prudentia, inquis, apud Aristotelem inter uirtutes architectonicæ locum obtinet, utpote quæ cæteris imperet, & reliquas moderetur. Memini, locum esse apud Aristotelem magnorum moralium libro primo, circa finem, ubi docet, Virtutes omnes sub actionem cadere, quarum prudentia tanquam architectus quidam sit: quoniam ut ipsa præscripserit, ita uirtutes, & quæ sunt ex uirtutibus, agunt. Sed quid hæc ad propositum? an quia non idem Cicero dicit, iccirco putas esse condemnandum? Ergo tu, si Dijs placet, obijcies Ciceroni, quòd Aristotelis interpres esse noluerit? Quòd si hac parte dissentirent inter se hi authores, fortasse posses aliquid contra dicere, ut Aristotelis sententiam confirmares. Sed cum ita conueniant, ut penè eadem dicere uideantur, quid est cur contra Ciceronem hiscere audeas? Diuidit Aristoteles Ethicorum primo uirtutes in duas formas, & alias διανοητικὰς esse dicit, alias ἠθικὰς: uel si Latine loqui malumus, alias in agitatione mentis esse constitutas, alias in moribus. In agitatione mentis prudentiam statuit, in moribus liberalitatem, temperantiam, reliquasq; eiusmodi. Quid aliud efficit Cicero, cum ita proponit: Ordo autem & constantia, & moderatio, & ea quæ sunt his similia, uersantur in genere, ad quod adhibenda est actio

quædam.

quędam, non solum mentis agitatio. Hic sensus idem est, qui apud Aristotelem: quamuis uerba sint diuersa. Praeterea uult Aristoteles Ethicorum sexto, Prudentis hominis esse, posse recte consilium capere de rebus honestis & utilibus ad bene uiuendum: Prudentiam'que habitum esse, quo cum recta ratione uerum inuestigantes, in rebus humanis aliquid agimus. Quid Cicero cum de Prudentia loquitur? Omnis, inquit, cogitatio, motusq; animi, aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene beateq; uiuendum, aut in studijs scientiæ cognitionis'que uersabitur. Quid poterat similius dicere Cicero, si Aristotelis interpres esse uoluisset? Sed Socratem, inquis, Aristoteles reprehendit, quòd Prudentiæ nomine uirtutes omnes comprehenderit. Quid hoc autem ad Ciceronem? An fortasse tu ideo reprehendendum esse putas Ciceronem, quòd ipse Socratem, quemadmodum Aristoteles, non reprehenderit? Crede mihi, uerissimum illud esse, quod ait Cicero, Male institutam rationem exitum reperire non posse. Quid enim ais bone uir? cuius rei Ciceronem accusas hoc loco? dic aperte. At nihil est. Quid ergo uocas in disquisitionem? Nihil. Quid igitur? quid tibi uis? Nescio hercle, inquas, nisi ut multos locos contra Ciceronem annotasse uidear. Plato in legibus Prudentiam oculum, Iustitiam pulchritudinem, Temperantiam sanitatem, Fortitudinem manum, animi uirtute instituti eleganter nuncupabat. Euge uir doctissime, sapienter, docte, lepide, laute, nihil supra. Cur enim tibi hoc non gratificer, cum præsertim tanquam Thraso quidam, nihil aliud quàm gloriam ambire uidearis? Quorsum enim hoc loco citas & laudas eam Platonis sententiam, nisi ut te Platonis fuisse studiosum ostentes? Quid est quod te transuersum ab instituto trahit? Dic tandem Posthume de tribus capellis. Hoc age amabo: nō meministi te prouinciam impugnandi Ciceronis suscepisse? Quid ergo attinet Platonem laudare? Profer prius Ciceronis erratum: deinde nagare quantum libet. Quid nobis ad respondendum in ista disquisitione dedisti, bone accusator? Nihil, ais, cum nihil impugnem. Atqui mirabar quidem, cum nihil uiderem. Detur igitur hoc imprudentiæ tuæ, quòd sine causa, & imprudenter, ad prudentiæ reprehensionem ueneris, reliqua uideamus.

CALCAGNINI DISQVISITIO XI.

Dvplex omnino iocandi genus. unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. quo genere non modo Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam philosophorum Socratici libri referti sunt. De iocis Plautinis stat Horatius aduersus Ciceronem:

> At nostri proaui Plautinos & numeros, &
> Laudauere sales: nimium patienter utrunq;,
> Ne dicam stulte, mirati, si modo ego & uos
> Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Si detur tamen mihi liber iudicandi locus, in Ciceronis malim quàm Horatij sententiam descendere. Nam multum mihi & salis & felis, & facetiarum & scommatum habere uidetur Plautus, iocis'que & personis pulcherrime inseruire. ut mirari subeat Horatium, grauissimi alioqui iudicij scriptorem, tam inique super iocis Plautinis decidisse: quòd satis constet, eum imitatum esse Siculum Epicharmum, quem Cicero in quadam ad Atticum epistola uafrum appellat. Et sanè constat, Siculos homines ad ioca & dicta multum acuminis habuisse. Nec profecto uidetur Horatius hoc ignorasse, cum dixit:

> Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi

Dicitur. Mouet me quoque Varronis authoritas, qui in censura comœdiarum Plautinarum non alio ferè argumento usus est, cum eas à supposititijs secerneret, nisi quòd quæ iocis & lusibus redundarent, eas incunctanter omniq; abdicata dubitatione Plautinas pronunciabat. Adde quòd in hoc genere longe plus fidei Ciceroni quàm Horatio haberi par est: utpote cum Ciceronis iocos collegerit, & in aliquot uolumina digesserit Tyro libertus, si credimus Quintil.

MAIORAGII DECISIO XI.

Dvplex iocandi genus ait esse Cicero: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modo Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socratici libri referti sunt. Tu uero contra Ciceronem Horatij carmina de Plautinis iocis ac salibus obijcis: placet tibi tamen magis Ciceronis sententia. Hoc certe mihi uidetur monstri simile, ut in eo quod approbes, Ciceronem uituperes. Nam si tibi placet Ciceronis sententia, cur in disquisitionem hunc locum uocasti? cur inter Ciceronianos errores hunc commemoras? Omnino uerum est quod paulo ante diximus, te nihil aliud spectasse, nisi ut multos locos in Ciceronem annotasse uidearis. Mihi uero satis est, ut quantum facultas mea fert, diuinum Oratorem ab insulsis tuis criminationibus liberem. Itaque cum nihil hoc loco reprehendas, otioso & quieto animo tecum agam, ut uehementius insurgere postea possim, cum opus esse uidebitur. Age ergo bone uir, narra mihi obsecro causam, qua inductus hunc locum annotaris. Vt ostenderem, inquis, Horatium à Cicerone dissentire. Esto: sed utram tandem sententiam probas? Horatij'ne, an Ciceronis? Ego uero, inquis, longe meliorem Ciceronis sententiā esse iudico. Cur ergo hunc locum contra Ciceronem annotandū esse censes? Cur non potius aliud opus in Horatium conscribis? Accusandus est Horatius in hac parte, non Cicero: cum præsertim illustriū authorum testimonio summam in iocis ac facetijs laudem Plautus sit consecutus: quam ipsemet Poeta suis carminibus apud posteros testatam esse uoluit: nā, ut scribit A. Gellius, hoc epigramma Plauti à M. Varrone positum est in libro de Poetis primo:

> Postquam est morte captus Plautus,
> Comœdia luget, scena est deserta:
> Deinde risus, ludus, iocusq;, & numeri
> Innumeri simul omnes collacrymant.

Sed illud Varronis iudiciū, uiri acutissimi, & omniū Latinorū doctissimi, plurimi faciendum est, qui in censura Comœdiarū, quascunque iocis & facetijs refertas esse uidebat, etiam si alterius essent inscriptæ nomine, tamen eas Plauto adiudicabat. Nec prætermittendum illud Epij Stolonis elogium, quod à Quintiliano refertur: Musas ipsas, si Latine loqui uoluissent, Plautino sermone fuisse locuturas. Vt non dubium sit, quin Horatius aliqua maleuolentia uel inuidia ductus, de iocis Plautinis parum candide iudicarit.

CALCAGNINI DISQVISITIO XII.

Pvlchre Aristoteles in Ethicis, & Plutarchus in commentario de uirtute morali, ostendunt, inter continentem incontinentem, temperantem intemperantem'que quid differat. Con-

tinens cum affectibus colluctatur, & uincit: incontinens reluctatur quidem, sed uictus dolet. Contra temperans nullam habet luctam, sed pacatis affectibus utitur, Vt mare tranquillum, quod nulla impellitur unda. Intemperans uero, sine lucta manus dat affectibus, se'que obsequentem ad nutum omnium uoluptatum sponte profitetur.

MAIORAGII DECISIO XII.

Simile huic est etiam quod sequitur, uel multo etiam ineptius: nihil est enim in quo Ciceronem reprehendas, & tamen locorum numerum auges. Pulchre, inquis, Aristoteles in Ethicis, & Plutarchus in commentario de Virtute morali ostendunt, inter Continentem & Incontinentem, Temperantem Intemperante'mque quid differat. Deinde Aristotelis & Plutarchi sententiam exponis: Continens cum affectibus colluctatur, & uincit: Incontinens reluctatur quidem, sed uictus dolet. Contra Temperans nullam habet luctam, sed pacatis affectibus utitur: Intemperans uero sine lucta manus dat affectibus. Hæc sanè præclare dicuntur ab Aristotele, & Plutarcho: sed quid ad hunc Ciceronis locum? aut quid ad officiorum præcepta, quæ tradit Cicero? Me certe iandudum suppudet, his tam leuibus obiectionibus tuis diutius immorari. nec uideo quid respondeam tam ineptis accusationibus: hæc est enim, ut opinor, tua conclusio: Cicero non declarauit eo modo quo Aristoteles & Plutarchus, quid inter continentem & incontinentem interesset: & quid inter temperantem & intemperantem: ergo peccauit. Papæ, quàm acute conclusum, quàm argute, quàm ingeniose: omnino Chrysippeum hoc tuum est argumentum, aut siquid ualidius dici potest: hoc uero Zenonis Achillem superat: digna res, propter quam damnetur oratorum Deus, quòd noluerit idem dicere, quod Aristoteles: aut quòd non prouiderit, quid multis annis postea dicturus esset Plutarchus. Sed dic mihi, quid prodest ad officia conseruanda, scire istam differentiam? Vel si prosit etiam, cur censes damnandum Ciceronem, quòd noluerit eadem dicere, quæ antea dixerat Aristoteles? Quid si longe utiliora Cicero dicit in hac parte, quàm Aristoteles? Eadem ego ratione possem Aristotelem & Plutarchum damnare, quòd multa non dixerint, quæ diuinitus à Cicerone tractantur: ut si dicam, non esse usum Aristotelem ea pulcherrima distributione, qua Tullius utitur, cum de quarta honestatis parte uerba facit: In omni, inquit, actione suscipienda, tria sunt tenenda. Primum, ut appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius. Deinde, ut animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere uelimus: ut ne'ue maior, ne'ue minor cura & opera suscipiatur, quàm causa postulet. Tertium est, ut caueamus, ut ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem moderanda sint. Et paulo post Horum tamen trium præstantissimum est, Appetitum obtemperare rationi. Hæc sunt pulcherrima temperantiæ, seu moderationis præcepta, quæ nusquam apud Aristotelem inuenies hoc modo distributa: quæ longe præstantiora sunt, atque utiliora, quàm statuere, quid intemperans atque intemperans inter se differant. Quis est enim tam rudis, aut rerum ignarus, quin intelligat, Temperantiam & Continentiam uirtutes esse: Intemperantiam uero, & Incontinentiam uitiositates. Doce igitur me, qua ratione has fugiam, illas amplectar: & nihil ad officium conseruandum in hac parte mihi deerit. Quod cum efficiat Cicero, uides te aerem hoc loco uerberasse.

CALCAGNINI DISQVISITIO XIII.

Cicero trahit officium ab honesto, ab utili: tum quo modo pugnet honestum cum utili, quid honesto honestius, quid utili utilius explorandum proponit. At ego à iucundo quoque officium exquirendum puto. Tria enim sunt, ob quæ quispiam expetit: honestum, utile, iucundum. Tria rursus, ob quæ refugit: turpe, inutile, atque molestum. Et uirtutem facultatem esse, scribit in secundo Ethicorum Aristoteles, agendi res optimas circa uoluptatem. & Speusippus, uoluptatem congenitam nobis attestatur. ob id nobis etiam maxime elaborandum est, ut eam moderemur. Nam medicamenta ex contrariis constant. cæterum sicut ex populari opinione utile ab honesto separamus: ita & iucundum ab honesto atque utili iure separari potest. Quatenus ergo sequendum sit quod iucundum est, disquiri ex officio debet. Tum illud quoque dubitari poterit, utrum iucundius: an agriculturam exercere, an uxorem ducere, an cœlibem uitam uiuere. & ex tribus quid præstet: cultum'ne agri, an uillaticam pastionem, an mercaturam persequi. Incurrit in hanc iucundi mentionem Cicero, nolens, aut certe aliud agens, in fine tertij libri de Officijs: qua admonitum miror non attulisse in medium, multifariam hanc atque operosam diuisionem, honestum & turpe, utile & inutile, iucundum & non iucundum, honestum cum utili contendens, iucundum cum honesto decertans, iucundum cum utili depugnans, quæ sexcuplex erit diuisio. Quòd si honestum & honestius, & utile & utilius, iucundum & iucundius addamus: iam ad nouenarium usque numerum procedet diuisio.

MAIORAGII DECISIO XIII.

Quod uero subiungis, uidetur aliquam potius habere uerisimilitudinem, apud eos præsertim, qui rem non acute perpenderint: quòd à iucundo quoque officium exquiri debere contendis. Sed tamen hoc etiam tuum argumentum molli, quod aiunt, brachio refellemus: neque enim recte reprehenditur à te Cicero, quòd ab honesto atque utili Iucundum non separarit: propterea quòd nunquam accidit, ut de iucundo solo sit deliberatio: quod tibi homini plus satis audaci non uidetur: putas enim Iucundum ab honesto atque utili iure separari posse. Ita dum nimis cupide Ciceronem accusas, ipsum etiam Aristotelem, quem unum ad impugnandum Ciceronem uideris legisse, damnas. Docet enim Aristoteles Iucundum cum utili atque honesto ita coniunctum, ut separari non possit. Cuius uerba si diligenter aduertisses, nunquam tam temere Ciceronis distributionem improbasses. Cum enim Ethicorum secundo docuisset, Tria esse, quæ in electionem cadant Honestum, Vtile, Iucundum: rursus è contrario tria, quæ fugienda sint, Turpe, Inutile, Molestum: atque in his omnibus uirum probum recte se gerere, improbum uero perperam: subiunxit, Voluptatem ijs omnibus, quæ in electionem cadant, adiunctam esse: ut quicquid honestum sit, atque utile, id etiam iucundum esse uideatur. Quare cum ab honesto, atque utili trahitur officium, tunc etiam à iucundo trahi uidetur: eo quòd rebus omnibus expetendis, ut uult Aristoteles, iucunditas adiungatur. Sed

neque

nequis me putet fingere, ipsius Aristotelis uerba recitabo: τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φύρας, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικὸς ἐστὶν, ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικὸς. Μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν. κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ. καὶ γὰρ τὸ καλὸν, καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται. Hoc etiam tu per imprudentiam fateris: ut non mirum sit, te in reprehendendo Cicerone caecutire, cum ea quae tibi ante oculos proposita sunt, non uideas. Ais enim Aristotelem dicere, Virtutem esse facultatem agendi res optimas circa uoluptatem. quod quidem est uerissimum, nisi quòd tu uocabulo Voluptatis abuteris, quod apud Latinos in deteriorem partem ferè capi solet, ut inferius ostendemus. Sed quaeso te, declara mihi, nisi molestum est, quae sint Res optimae: Non'ne uel honestae, uel utiles? Nihil enim aliud expetendum esse uideo, nisi quod uel honestum, uel utile sit. Ergo uirtus agit res honestas & utiles cum uoluptate. quomodo igitur in exquirendo officio separatur ab honestate atque utilitate Iucunditas? Sed Speusippus ait, Voluptatem congenitam esse nobis, atque ob id maxime esse laborandum, ut eam moderemur. Sit ita sanè. Sed quid opus erat Speusippum in medium adducere? cum hoc idem dicat longe grauior author Aristoteles: cuius haec uerba sunt Ethicorum secundo, ubi de uoluptate loquitur: Ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθρεπται, διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. Neque parua difficultas est in rebus agendis, bene'ne, an male quis uel doleat, uel laetetur: & quemadmodum dicere solebat Heraclitus Longe difficilius est uoluptati, quàm iracundiae resistere. Sed quatenus sit expetenda uel fugienda uoluptas, honestate atque utilitate terminari debet: non enim quid fiat, sed quid fieri debeat, & quid officio conueniat, exquirimus. Nunquam igitur de Iucundo solo consultatio est, nisi forte quis in Aristippi uel Epicuri castra se coniecerit, qui summum bonum in uoluptate constituebant. Quamuis clamet Epicurus, Non posse iucunde uiui, nisi cum uirtute uiuatur. Huius opinionem de summo bono, in fine tertij libri de Officijs Cicero damnat: ubi tu ais, in hanc Iucundi mentionem eum nolentem, ut aliud agentem incidisse. Perinde quasi non in principio statim operis de iucunditate meminerit, & eam utilitati coniunxerit. Sed tu, quod pace tua dictum uelim, nimis negligenter atque oscitanter Ciceronis opera legis: atque ideo turpiter in mendacio deprehenderis, & putas ab eo praetermissum esse, quicquid tu non aduerteris. Quare cape libros de Officijs, atque diuisionem illam de capiendo consilio, diligentissime relege: uidebis apertissime de Iucunditate mentionem à Cicerone fieri, sic enim ait: Triplex igitur est, ut Panaetio uidetur, consilij capiendi deliberatio: nam honestum'ne factu sit, an turpe dubitant, id quod in deliberationem cadit: in quo considerando saepe animi in cõtrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut anquirunt, aut consultant ad uitae commoditatem iucunditatemq́; ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se possint iuuare, & suos: conducat id nec'ne, de quo deliberant: quae deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum pugnare uidetur cum honesto, id quod uidetur utile. Hic, ut opinor, iam aperte uides de commoditate uitae atque iucunditate Ciceronem meminisse, uoluisse que ab eo officium exquiri. Itaque exempla ea, quae tu in medium protulisti: Vtrum iucundius, an agriculturam exercere, an uxorem ducere, an coelibem uitam uiuere. Sic enim tu loqueris, ut obiter de tuis elegantijs aliquid dicam, cum Latini scriptores de duobus tantum, nunquam de pluribus Vtrum dicant. Sed utcunque tu loquaris, nihil curo. Deducuntur, inquam, haec exempla ad uitae commoditatem iucunditatem'que, quae deliberatio, ut ait Cicero in rationem utilitatis cadit. Insulse igitur admiraris diuisionis membra Ciceronem nõ amplexasse, cum nihil penitus ijs membris opus esse uideatur. Nullam enim omnino uir probus, aut officij sui memor, iucunditatem quaerit, nisi quae uel ad honestatem, uel ad utilitatem pertineat.

CALCAGNINI DISQVISITIO XIIII.

Vt enim uenustas & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine, sic hoc de quo loquimur decorum, illud totum quidem cum uirtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Generale quoddam decorum in omni honestate: aliud huic subiectum, quod ad singulas honestatis pertinet partes. Non negauerim esse quoddam decorum, in uniuersum per uirtutes perfusum: quoddam rursus particulare, ad singulos actus priuatos pertinens. Sed prius illud in natura absconditum est, & ratione magis quàm sensu dignosci potest: sicut omnia uniuersalia, quae sensu percipi non possunt. Priuatum autem hoc alterum, mihi uidetur locis, temporibus, personis, alijs'que delectibus circunscribendum esse: non quidem more poetarum, apud quos turpes sententiae laudantur, cum sunt turpibus personis attributae: sed ciuilis cuiusdam modestiae respectu. Nam hortari ad uirtutem intempestiuee. fortitudine uti cum parum oporteat, uel leuis causa urgeat: si in conuiuio aliquis seueritatem adhibeat: si puer de institia inter senes disputet: Haec omnia, & his similia, dedecent. contra, si loca, tempora, personae, caeteri'que respectus & delectus seruentur, mirum sanè quàm omnia deceant. Egregius mimus animaduertere debet quid suae personae consentaneum sit. nam si paruus Hectorem agat, tum illud Antiochenorum in eum quadrabit: Astyanactem uidemus, ubi reliquisti Hectorem? si quis amicum ad uenationem exiturum, ad fortitudinem & animi magnitudinem hortetur: uel is seipsum paret ita, ac si contra hostes conflicturus: tum omnes clament, paruo pedi magnum calceum induxisti. uel Colossi ornamenta pumilio imposuisti. Atque hoc est fortasse, quod inquit Cicero: Iustitiae non uiolat homines, uerecundia non offendit.

MAIORAGII DECISIO XIIII.

Duplicem, ait Cicero, descriptionem esse Decori. Nam & generale quoddam, inquit, decorum intelligimus, quod in omni honestate uersatur: & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Hoc neque tu negare potes, neque negas, esse quoddam decorum quod intelligitur in omni uirtute: rursus alterum, quod ad singulos actus priuatos pertineat. Sed prius illud ais in natura absconditum esse, & ratione magis quàm sensu dignosci. Atque haec eo multo dicis, quasi sint à sententia Ciceronis aliena. Quorsum, obsecro, trahit te maledicendi cupiditas? An non hoc idem Cicero fatetur? aut quid aliud agit, cum ita proponit? Qualis autem differentia sit Ho-

nesti, & Decori facilius intelligi, quàm explanari potest. Et paulo post: Est enim quiddam id quod intelligitur in omni uirtute, quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest, quàm re separari. Quid igitur hoc loco reprehendis? an fortasse quia Cicero Decorum illud uniuersalibus non comparauerit, quæ sensu percipi nõ possunt? quid opus est in hac parte collatione, cum ipsum Decorum uniuersale sit? Sed hoc tu uides esse leuissimum. Priuatum uero decorum tibi uidetur locis, temporibus, personis, alijsq; delectibus circunscribendum esse: non quidem, inquis, more Poetarum, apud quos turpes sententiæ laudantur, cum sunt turpibus personis attributæ. sed ciuilis cuiusdam modestiæ respectu. Atque equidem etiam in hac parte nihil à Cicerone te uideo discrepare: nisi quòd non more Poetarum, ut uidetur uelle Cicero, Decorum uis intelligi. Nam quod ais, Locis temporibus, personis, alijsq; delectibus hoc decorum esse circunscribendum: idem est, quod his uerbis ait Cicero: Hoc Decorum, quod elucet in uita, mouet approbationem eorum quibus cum uiuitur, ordine, & constantia, & moderatione dictorum omnium atque factorum. Nam qui dictorum omnium atque factorum ordinem & constantiam & moderationem seruat, is neque ad uirtutem hortabitur intempestiue, neque fortitudine utetur cum parum oportebit, uel leuis causa urgebit, neque in conuiuio seueritatem adhibebit, neque puer de iustitia inter senes disputabit, quæ tu forte putasti Ciceronis uerbis non esse comprehensa: quæ res omnino declarat, te uel non satis intelligere Ciceronem, uel eius opera negligentissime legere. Quod autem dicis, non more Poetarum decorum esse considerandum quemadmodum Cicero existimat: id uelim aliquibus argumentis à te probari. Neque enim tu is es, cui tantam authoritatem præbeat omnium eruditorum consessus, ut quemadmodum Pythagoræ discipuli solebant, illud dicere sufficiat, αὐτὸς ἔφη. Quis enim tu es? aut quod nobis tuæ maximæ sapientiæ specimen præbuisti: ut magis tibi, quàm Ciceroni credamus? quamuis tu Ciceronis sententiam nõ intelligis, ut sæpius ingenij tui tarditatem rideam, quàm ob audaciam, & prauitatem indigner. Non enim ait Cicero, More Poetarum nos decorum sequi debere: sed ex eo decoro, quod Poetæ sequuntur, nos decorum illud intelligere posse: quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Sed est differentia: quoniam Poetæ, quid quenque deceat, ex persona iudicant: nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstantiaque animantium reliquorum. Quocirca Poetæ in magna uarietate personarum etiam uitiosis quid conueniat, & quid deceat uident: nobis autem cum à natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, uerecundiæ partes datæ sint; cumque eadem natura doceat, non negligere quemadmodum nos aduersus homines geramus: efficitur, ut utrunque decori genus intelligamus. Neque enim Poetæ facile scire possunt, quid quenque deceat, nisi fuerint officiorum boni ratiocinatores, quod elegantissime docet Horatius, his uerbis:

> Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis:
> Quo sit amore parens, quo frater amandus, & hospes:
> Quod sit conscripti, quod iudicis officium: quæ
> Partes in bellum missi ducis ille profecto
> Reddere personæ scit conuenientia cuiq;.

Sed exemplum illud de Mimo, quod in medium tu protulisti, quid aliud explicat, nisi ut unusquisque diligenter uideat, quid personæ suæ consentaneum sit? ut hoc loco mihi tuam imprudentiam non mediocriter admirari ueniat in mentem, qui Ciceronem ideo reprehendas, quoniam ex eo decoro, quod Poetæ seruant, nos intelligere posse dixerit, quid nos deceat: & ipse paulo post Mimos nobis imitandos proponis. Neque tamen exemplum tuum reprehendo, quoniam declarandæ rei propositæ satis congruit, sed importunitatem tuam rideo, qui nullis inductus rationibus ea damnas, à quibus in exemplo proferendo non potes ipse recedere. Quid enim est aliud hoc, quod tu dicis: Egregius Mimus animaduertere debet, quid suæ personæ consentaneum sit: nam si paruus Hectorem agat, tum illud Antiochenorum in eum quadrabit: Astyanactem uidemus, ubi reliquisti Hectorem: nisi illud quod ait Cicero? Sed tum seruare illud Poetas quod deceat dicimus, cum id, quod quaque persona dignum est, & fit, et dicitur: ut quemadmodum ait Horatius, si Achillis persona fingatur, sit.

> Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
> Iura neget sibi data, nihil non arroget armis,
> Sit Medea ferox, inuictaq;, flebilis Ino,
> Perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.

Neque tantum in factis, sed etiam in dictis hoc decorum seruare Poetæ debent, ut unusquisque pro conditione sua uerba faciat: nam, ut ait idem:

> Intererit multum, Dauus'ne loquatur, an heros:
> Maturus'ne senex, an adhuc florente iuuenta
> Feruidus, an matrona potens, an sedula nutrix.
> Mercator'ne uagus, cultor'ne uirentis agelli,
> Colchus an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.

hoc est decorum illud, quod tu locis, temporibus, personis, alijsq; delectibus dicis esse circumscribendum: ad cuius similitudinem nobis Cicero præcepit, ut uideamus, quid nos deceat, atque illud diligentissime seruemus, ut ordinem, & moderationem sequamur: ut iustitiæ ac uerecundiæ partes amplectamur. in quo maxime perspicitur uis decori. Sed iam satis, ut opinor, planum ac manifestum est, nihil esse quod hoc loco uituperes: ad alia transeamus.

CALCAGNINI DISQVISITIO XV.

Cicero & hic & alibi multis locis dicit, nihil esse tam consentaneum naturæ, quàm uirtutem. credo ex ea ratione, quia natura semper bonum appetit: & quanto quodque bonum maius est, eo magis appetitur. Nihil autem uirtute melius: nihil ergo à natura magis appetitur, quàm uirtus. & hæc ratio quidem apud me plurimum pollet. Sed cõtra Aristoteles uirtutem in parte irrationali uersari scribit, & naturalibus affectibus, uoluptati præsertim obluctari. Eius rei argumentum est, quòd nemo natura uirtute præditus inuenitur, sed longa omnes exercitatione. In his enim, quæ à natura proficiscuntur, non opus est exercitatione, sed protinus natura duce ea amplexamur. sic ridemus, sic ambulamus natura sponte: nec ut his in rebus meditemur, opus est. At in his quæ ad uirtutem spectant longa assuetudine & crebris actibus opus est. Hinc scilicet emanauit uetus illa & digna memoratu sententia. ἕλου βίον τὸν ἄριστον, ἡ συνήθεια δὲ ἥδιστον ποιήσει: Elige optimum genus uiuendi, suauissimum id reddet assuetudo. Denique communis est philosophorum assertio, uirtutem non naturalem, sed nec præter naturam esse. Testimonium reddit huic opinioni Plato in Gorgia: ὡς τὰ πολλὰ γὰρ ταῦτα φασιν ἐναντία ἀλλήλοις ἐστὶν, ἥτε φύσις καὶ ὁ νόμος: Vt plurimum enim hæc, ut aiunt, contraria sunt inuicem, lex scilicet & natura. ob id & beatus

Paulus

Paulus testatus est se habere aliam legem dominantem membris suis, & menti suæ repugnantem.

MAIORAGII DECISIO XV.

Cicero multis in locis nihil esse tam consentaneum naturæ, quàm Virtutem affirmat. Aristoteles uero in ea animi parte, quæ ratione caret, uirtutem uersari scribit. Præterea communis est, ais, Philosophorum assertio, Virtutem non naturalem, sed nec præter naturam esse. Quid ergo? uidetur errasse Cicero, quòd nihil tam consentaneum esse naturæ quàm uirtutem dixerit. Hic certe locus subtiliter, & copiose tractari potest. Sed nos, ut omnes intelligere possint, ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον, ut dici solet, agemus. Satis enim habemus hoc tempore, si Ciceronem à criminationibus tuis liberemus: quãuis hoc loco te modestissime geras: credo, quòd uideas nihil esse non præclare dictum. Nam quos tumultus soles cõcitare, cum quid uerisimile contra Ciceronem nactus fueris? Itaque nullo modo tam modestus esse potuisses, si quid esset, quod à te uituperari probabiliter posset. Qua enim in re dissentit ab Aristotele Cicero? Affirmat, inquis, Aristoteles Virtutem non esse naturalem, propterea quòd ad eam acquirendam longa opus est exercitatione neq; quisquam ita formatus fuit unquam à natura, ut sine studio & industria uirtute præditus esset. Quin ea quæ naturalia sunt, immutari nullo modo possunt: ut ignis nunquam deorsum tendit, neque terra sursum. Sed homo ex improbo fit bonus; & contra, malus ex probo: quare uirtus non erit naturalis: Cicero autem quicquid est simplex sincerumq;, id esse naturæ hominis aptissimum scribit. Quamobrem uidetur ab Aristotele discrepare. Mihi autem inter eos nulla uidetur omnino discrepantia. Neq; enim ait Cicero naturalem esse uirtutem, quippe qui didicerat à Platone suo, quem libenter authorem sequebatur, in Protagora, Virtutem neq; natura, neq; sponte sua mortalibus innasci: sed doctrina, atq; exercitatione percipi. Verũ ait esse naturæ cõsentaneam: quod affirmat etiam Aristoteles, cum ostendit, Virtutem contra naturam non esse: sed nos ita formatos à natura fuisse, ut eam consequi possimus. Eius hæc uerba sunt Ethicorum secundo: οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους. Sed quoniam omnibus naturalis quædam cupiditas innata est, ut ad perfectionem tendant, & quæ bona sunt appetant, ut initio statim Ethicorum docet Aristoteles: nihil autem ex omnibus rebus neq; perfectius, neque melius Virtute reperiatur: consectarium est, ut nihil tam consentaneum naturæ sit, quàm uirtus. Præterea nemini dubium est, quin homo rationem à natura sortitus sit, qua sola differt à reliquis animantibus, & similis Deo censetur. Virtus autem, ut eam in Rhetoricis definit Cicero, est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. Quin etiam in Tusculanis nihil aliud uirtutẽ esse uult, quàm rectam rationem. Vt id uerissimum esse uideatur, quod Seneca Philosophus è Stoicorum schola præstantissimus scriptum reliquit: Omnibus hominibus naturam dedisse fundamenta, semenq; uirtutum. Quod multis argumentis in principio huius operis de Officijs Cicero demonstrat. Nam si nullum ad uirtutem homines haberent à natura præsidium, qua ratione possent eam adipisci? neque.n. si naturæ contraria uirtus esset ex aliqua parte, ut tu uideris uelle, ulla ratione possent eam homines consequi. Refugit enim natura, quæ contraria sunt, neq; ea potest unquam admittere. Nam eodem in loco duo contraria nullo modo possunt eodem tempore consistere. Quòd autem ad sententiam tuã confirmandam hæc uerba tanquam Platonis testimonium ex ipsius Gorgia citas: ὡς τὰ πολλὰ γὰρ ταῦτα, φασιν, ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν, ἥ τε φύσις καὶ ὁ νόμος: mihi uideris parum omnino, uel nihil potius ea quæ legis considerare. An illud te præterit, in Dialogis Platonis uarias esse personas, quæ colloquantur? atque interdum nonnullos introduci, qui res absurdas & inanes, aut uulgares affirment ut eas postea Socrates, aut aliquis alius refellat? hac ratione posses affirmare iustitiam à Platone reprobari. quoniam apud eum secundo de Repub. libro Glauco atque eius frater Adimantus contra iustitiam multa disputant. uidendum igitur cuius sint ea uerba, quæ tu pro testimonio citas ex Platone: sic enim facile apparebit, an ea sit Platonis sententia. Nam cum apud eum in Gorgia, sic enim Dialogus quidam eius inscribitur, multa præclare Socrates cum Gorgia Rhetore, atque eius discipulo Polo disputasset, ambosq; tandem dare manus, & se uictos fateri coegisset, aderat iuuenis quidam, eloquentiæ studijs deditus, Callides nomine, cui nullo modo quæ diuinitus à Socrate dicebantur, placere poterant: Itaque cœpit multis uerbis Socratem reprehendere, & Philosophiæ studium improbare: qua in oratione, cum multa absurda atq; inania dixit, tum id etiam quod tu, si Dijs placet, pro Platonis testimonio uobis adducis, q. s. Lex & natura sint inter se cõtraria. Quæ cum ita sint, quis non te merito rideat, & tanquam insani hominis commentationes tuas aspernetur, ac negligat, qui uirtutem naturæ contrariam esse censeas, idq; putes etiam à Platone censeri? Nam si præter naturam non est, ut tu paulo ante confessus es, quomodo naturæ potest esse contraria? Deinde quis nescit, à Philosophis doceri contrariorum eam esse naturam, ut aliud alterum expellat? Quòd si uirtus est naturæ contraria, sequitur ut cum homo uirtutem amplectitur, naturam amittat. qua re quid dici potest ineptius, aut absurdius? Præterea necesse est, ut docet Aristoteles, contraria sub eodem esse genere, et plurimum inter se differre. Virtus autem & natura neq; sub eodem genere sunt, neque plurimum differunt. nam uirtus est qualitas, Natura uero substantia. Deinde ratio, quæ naturam hominis informat, uirtutem semper appetit, et cum ea quasi connexa est, & quasi conglutinata. Non sunt igitur uirtus & natura contraria. Sed quid in hac parte diutius immoror, quæ clarissima est, & pluribus alijs argumentis intelligi põt? Nemo est enim tam tardi ingenij, tam mala mente, quin audito uirtutis nomine, non moueatur: & eos, in quibus maximam esse uirtutem intelligit, non admiretur. Petas ab improbissimo quouis, & profligatissimo homine, an uirtutẽ diligat, an eam habere uelit, an uelit omnium optimus, & sapientissimus esse? Non est dubium, quin eius rei se cupidissimum fateatur. Quin si quis improbum eum appellarit, maxime se læsum arbitrabitur, uoletq; digladiari, atq; armis probare, se uirum bonum esse. Tantus est innatus nobis, & à natura donatus uirtutis amor. Quod autem scribit Aristoteles in ea parte animi, quæ rationis expers est, uirtutem uersari: id non est contra Ciceronis sententiam: quin potius ita cõuenit, ut nihil similius esse possit. Cum enim duplex sit animorum uis, atque naturæ una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in rõne, quæ docet et explanat, quid faciendũ, fugiendumq;. Ita fit, ut rõ præsit, appetitus obtẽperet: uirtutis aũt laus in eo maxime perspicitur, cũ ita efficimus, ut appetitus rationi obediant, eamq; neque præcurrant propter temeritatẽ, nec propter pigritiam, aut ignauiã deserant, sintq; tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. Quo fit, ut recte di-

eat Aristoteles, Virtutem in ea parte animi uersari, quæ caret ratione: quoniam ea rationi quodammodo semper repugnare uideatur. Et hoc est quod Diuus Paulus testatur, se habere aliam legem dominantem membris suis, & menti suæ repugnantem: quam nos legem intelligimus Appetitum esse: qui cum uagatur longius, relinquit & abijcit obedientiam, nec rationi paret, cui subiectus est lege naturæ. Quare contrahendi sunt omnes appetitus, sedandiq;, nequid temere ac fortuitu inconsiderate, negligenterq; agamus. ex quo sine dubio uirtus omnis elucebit. Cum autem ex animantibus omnibus unus homo rationem habeat à natura datam qua contrahere possit appetitus, neque præstantius quicquam efficere possit: sequitur, ut naturæ hominis, ut ait hoc loco Cicero, nihil sit tam consentaneum, quàm uirtus. Natus est enim, ut ait Aristoteles, homo ad intelligendum, & agendum: nihil autem sine prudentia recte potest intelligi, nec agi, sine iustitia, fortitudine, & temperantia. Quare ita generatus est homo à natura, ut ad omnem uirtutem factus esse uideatur.

CALCAGNINI DISQVISITIO XVI.

ALteram officij diuisionem adscribit Cicero in perfectum seu commune, quod κατόρθωμα Græci appellant: & medium, cuius cur factum sit, ratio probabilis reddi potest. Ego perfectum illud quod uocat, si ad æquilibrium redigatur, longe imperfectissimum puto. Hoc enim illud est, quod flecti nescit: quod neque locorũ, neque temporum, neque personarum rationem habere potest: quod conniuentibus oculis, & obstinatis animis, medium illum rigorem tenet, à quo nulla ratione deduci potest. Hoc Diogenes tuebatur, hoc Timon ille μισάνθρωπος: hoc Stoici, qui alapam incutere, & parentem iugulare, par crimen putant. Hoc si quando in iudicijs uersatur, summum ius à nostris, à Græcis ἀκριβοδίκαιον uocatur. Quod nonnulli summam crucem, alij summam iniustitiam definiuere. Huius temperamentum æquitatem arbitramur, quæ locorum temporum, personarumq; delectum habet. hæc misereri solet, ac tum demum parcere: nisi ad maleficium peruersa uoluntas & dolus malus accesserit. sic perfectissimi huius officij acerbitatem ac duritiem medium alterum officium, quod solum officij nomine dignum est, moderatur. Quod ni faciat, transit ille animi rigor in mores. efficitq; homines inclementes, inexorabiles, & quales à Græcis ἀπαθεῖς appellantur.

MAIORAGII DECISIO XVI.

TAmen à malitia non discedis, reuerterisq; ad officij diuisionem, qua secundo loco Tullius utitur, atque eam reprehendere audes, nulla inductus ratione, nullo exemplo, nulla authoritate. Cum enim duplicem de officio quæstionem esse dixisset, unam quæ pertinet ad finem bonorum, alteram quæ posita est in præceptis, quibus in omnes partes uitæ usus confirmari possit, aliam etiam officij diuisionem esse dixit: nam & medium quoddam officium, inquit, esse & perfectum. Perfectum officium, Rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα: hoc autem Commune officium uocant, atque sic definiunt, ut Rectum quod sit, id perfectum esse definiant. Medium autem officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit: hæc Cicero. Sed tu, nescio quo supercilio, aut qua fronte, officium hoc, quod à Cicerone Perfectum dicitur, ais tibi longe imperfectissimum uideri: quippe qui longe aliter hunc locum interpreteris, quàm Cicero sentiat: quæ sola ferè tuæ temeritatis causa est. Nam quæcunq; tu non intelligis, in eis errorem esse putas. Quid enim, per Deum, in hac diuisione reprehendis? aut cur hoc officium, quod Perfectum appellat Cicero, tibi longe uidetur imperfectissimum? quoniam hoc illud est, inquis, quod flecti nequit, quod neque locorum, neq; temporum, neq; personarum rationem habere potest. Sed quis hoc tibi concesserit? aut quis perfectum officium ita definit? Hoc à Cicerone certe non habes, sicuti neq; ea quæ sequuntur. Sed hoc prius uideamus. Quid ais uir acutissime? quod officij genus nobis adducis, quod neq; locorum, neq; temporum, neq; personarum rationem habeat? quis unquam tale officium constituit? hoc'ne apud Philosophos reperisti? an, quod uerisimilius est, somniasti? Vnde, quæso, dictum est Officium? non'ne ab eo, quòd effici debeat? sicuti καθῆκον apud Græcos, ab eo quòd conueniat? Quis est autem tam hebes, aut rudis, qui existimet decere, aut conuenire in rebus agendis, neq; loca, neq; tempora, neq; personas considerare? Atqui omne officium in actu aliquo semper esse necesse est: nullus autem actus dici, aut excogitari potest, cui non sit locus, tempus, & persona aliqua coniuncta. Quare necesse est, ut hæc etiam adsint officio: quod quoniam semper agit cum ratione, fieri non potest, ut locum, tempus, & personam non consideret. Non erit igitur officiũ illud, quod neq; locorum, neq; temporum, neq; personarum rationem habebit. At tu tam insulsus es, ut id à Cicerone putes Perfectum officiũ appellari, quod officium esse nullo modo potest. Addis præterea rem absurdissimam: nempe, Perfectum hoc officium in obstinatis animis esse, qui à summo rigore nulla ratione deduci possint: ita ueluti araneus quispiam ex te fingis. quod nusquam apud authores inuenitur, neq; cuiquam erudito probari potest. Verum illud unum à te peto, utrum officium semper putes rationi consentaneum, nec'ne? Si non, erit aliquod officium sine ratione, uel rationi dissentaneum: quod fieri nullo modo potest. Vt enim sit aliquod officium sine uirtute, quod alibi docuimus: nullum tamen erit unquam alienum à ratione: uel te authore, rationis expertes animantes officiorum præcepta docendæ sunt. Si etiam: quomodo igitur aliquando rationi repugnabit officium? Hæc enim omnino sunt inter se repugnantia. rationi consentaneum esse officium & à nulla ratione deduci posse: quã tu detrahendi studio atque cupiditate cæcus, repugnantiam uidere non potuisti. Itaq; ueluti delirus quispiam senex progrederis in incepta nugatoria criminatione: Hoc, inquis, Diogenes utebatur, hoc Timon ille μισάνθρωπος: hoc Stoici qui alapam incutere, & parentem iugulare, par crimen putant. Credant hæc omnes eruditi sine teste Calcagnino, tanquam oracula quædam ex adyto: quoniam uir est tanta eruditione, atq; authoritate, ut quicquid dixerit, sanctum esse debeat. Ergo Diogenes, Timon, Stoici perfecto utebantur officio? Quis hoc affirmat, præter te? nam hercle, neq; ego, neq; quisquam ut arbitror, paulo doctior audebit affirmare. Vult enim Cicero perfectum officium esse, quod rectum est: hoc est, ut ego interpretor, quod honestum est, & laudabile. Illi uero quos tu perfecto officio dicis usos fuisse, quot modis à recta uia deflexerunt? Quis Diogenis impudentiam, atq; adeo Cynicorum omnium turpitudinem honestam, aut rectam fuisse dicet? quos nihil pudebat in foro coram multitudine, ueluti sues aut canes, cum mulieribus coire! Quis Timonis immanitatem atq; impietatem laudabilem existimet, qui omnes congressus hominum fugiebat, neq; ullam omnino partem humanitatis amplectebatur? Quis recte Stoicos sensisse putet, qui eadẽ pœna dignũ esse censebant, qui gallum gallinaceum, & qui parentem necasset? Non ergo isti perfecto sunt usi officio, quoniam plurima

non

non recte senserunt. Cicero autem Perfectum officium id esse uult, quod est rectum. Quòd uero Perfectum officium in iudicijs idem esse censes, quod Summum ius, à nostris, à Græcis ἀκριβοδίκαιον uocatur, non possum imperitiam tuam, & ingenij tarditatem nō accusare, qui neq; uerborum significationes intelligas, neq; authorum sententiam percipias. Summum enim ius appellant Latini scriptores, cum de uerbis iuris contenditur, neq; scriptoris uoluntas consideratur. uoces enim ac literæ legum quasi summa superficies est. Itaq; tunc ab æquitate maxime discedunt homines, cum scriptis uerbis pertinaciter hærent, neq; cogitant, quid æquum & bonum postulet. Hanc Cicero malitiosam iuris interpretationem appellat, & inter iniustitiæ genera cōnumerat. eius hæc sunt uerba: Existunt ēt sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione, ex quo illud, Summum ius summa iniuria, factū est iam tritum sermone prouerbium. hoc quidā iurisconsulti ius strictum appellant, ut scribit Budæus: Aristoteles ἀκριβοδίκαιον uocat, quasi ius exactum, duriusq;, & qui illud æquitati præferunt, ab eodem ἀκριβοδίκαιοι dicuntur, quasi præduri interpretes iuris, quasiq; deterioris iuris studiosi, atq; usurpatores. Hinc Latini Summo iure agere dicunt, pro eo quod est, non ex æquo & bono, sed tantū uerbis & literis: quod ita esse declarat his uerbis Cicero pro Cecina: Nam cæteri tum ad istam orationem decurrunt, cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant. Si contra uerbis & literis, & (ut dici solet) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatemq; opponere. Vides quàm imperite, & insulse tu Summum ius, & Perfectum officium, idem esse censueris: cum hoc loco Cicero Summum ius iniquitatem appellet. Nisi fortasse uis, iudicem tum maxime perfectū officium sequi, & quod rectum atq; honestum est iudicare, cum ab æquitate discedit, & uerba tantum legis considerat: quo quid absurdius dici potest! Quin etiam illud maxime ridiculum est, quod ais, ab hoc officio perfecto effici homines inclementes, inexorabiles, & quales à Græcis ἀπαθεῖς appellātur. Itaq; tua sententia quod rectum est, atq; honestum, immanes homines, atq; efferatos reddit. Hominem acutum, & ualentem Dialecticum, qui harum rerum repugnantiam non uideat. Iam te authore, uites toxica ferent, & ficus cicutam. Quid est enim tam recto contrarium, quàm implacabilitas & inclementia? quæ cum adfuerit, omne perturbat officium, nec ullum æquitati relinquit locum, aut pietati. Quo fit, ut clementia tantopere laudetur à Cicerone, ut dicat, nihil ea laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius: & in Cæsare laudando non dubitat præclarissimis eius rebus gestis, & uniuersis uirtutibus reliquis clementiam anteponere. Quid igitur est? Nihil aliud certe, nisi quod hæc officiorū genera distinguere non didicisti. Neq; enim Perfectum officium id esse dicitur, quod flecti nescit, aut quod neq; locorum, neq; temporum, neq; personarum rationem aut delectum habet: nullum enim officium est eiusmodi, ut docuimus, nedum sit perfectum. Verum id appellant Philosophi Perfectum officium, quo recte & perfecte omnia fiūt, quod ex omni parte honestatem attingit, quo in rebus omnibus id uidemus, quod rectum sit, & cum laude coniunctum idq; efficimus: differtq; à Medio officio: quoniā perfectum semper est cum uirtute atq; honestate coniunctum, atque eiusmodi, ut de eo dubitari nunquam possit, quin sit rectum, & laudabile. atque ideo commune etiam dicitur, quoniam ad omnem honestatem pertinet. Medium uero potius in singulis actionibus perspicitur, cum ea facimus, quæ ratio nobis dictare uidetur. quod quā uis aliquando non rectum appareat, tamen cur factum sit, rō probabilis reddi potest. Ita fit, ut Rectum officiū uel Perfectum in eis rebus sit, quæ per se tantum expetuntur, & ad finem bonorū pertinent: Medium autem ad institutionem uitæ communis accommodetur. Hoc etiam declarat ipsum Græcum uocabulum κατόρθωμα, dictum à uerbo κατορθόω, quod apud Aristotelem, & Platonem semper ita accipitur, ut significet cum uirtute aliquid, atq; excellenter efficere: apud Historicos prosperū successum habere. Hinc etiā dicta est κατόρθωσις, quam rectam effectionē interpretatur Cicero, sicuti κατόρθωμα rectum factum, quòd omnes numeros uirtutis contineat, ut apud ipsum Ciceronem tertio de Finibus attestatur Cato. Merito ergo perfectum dicitur, quod uirtutum omnium cumulum absoluerit. Quidam ex Græcis ita definiunt: κατόρθωμά ἐστι πρᾶξις ἀκόλουθος ὀρθῷ λόγῳ, ἢ νόμου πρόσταγμα. quæ definitio cum Ciceronis sententia pulcherrime conuenit: neq; enim aliud est Rectum officiū, hoc est perfectum, quàm actio quædam, quæ rectam rationem sequatur, & ea seruet, quæ legibus optime sunt instituta: quod propriū est sapientis hominis officium. Atq; ideo nonnunquam Aristoteles uirum bonum κατορθωτικὸν appellat: propterea quòd τὸ κατόρθωμα seruare didicerit. Nominatim autem Ethicorū secundo, cum tria dixisset esse, quæ expetantur, Honestum, Vtile, Iucundum: atq; item tria, quæ fugienda sint, Turpe, Inutile, Molestum: statim hæc uerba subiunxit: περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός. in his omnibus (inquit) uir bonus recte agit, malus autem peccat. Cum igitur planum ac manifestum sit, officium perfectum commune esse ad omnem honestam actionē, quid in mentem tibi uenit, ut illud in tantas angustias, & Stoicorum duritia compelleres? armaresq; non tantum seueritate, sed etiam rigore, atq; immanitate quadam à qua nulla ratione deduceretur? Equidem spero fore, ut siquando in manus hominum hæc mea defensio uenerit, omnes boni & eruditi uiri stultitiam tuam, atq; audaciam uehementer improbent: temerarij uero, ac tui similes, non ita facile probatos authores reprehendere audeant.

CALCAGNINI DISQVISITIO. XVII.

QVo loco Cicero de prudentia ac sapientia agendum proponit utranq; uidetur ita commiscere, ut non facile intelligas quid prudentia à sapientia differat, quod ne sit utriusq; munus. Ciceronis uerba sunt: In prima parte, in qua sapientiam ac prudentiam ponimus, inest indagatio atq; inuentio ueri. eiusq; uirtutis hoc munus est proprium. Vt enim quisq; maxime perspicit, quid in re quaq; uerissimum sit: quiq; & acutissime & celerrime potest & uidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. Hoc primum nego prudentiam & sapientiam eandem esse uirtutem. Nam prudentia est exacta rerum humanarum discretio: quæ in consilijs & omnibus ijs quæ in dubitationem ueniunt, dominatur. sapientia autem est rerum humanarum diuinarumq; cognitio. Hæc in ijs quæ semper eodem modo se habent, diuinis puta & æternis, uersatur. Prudentiæ munus, non tam uera & falsa, quàm bona & mala, utilia & inutilia, appetenda & refugienda internoscere. Super ijs consultamus, quæ aliter atq; aliter sese habere possunt, quæq; adiutrice indigent fortuna. nam reluctante fortuna, prudentia suum nunquam finem adsequatur. At sapientia tam sublimi & excelso loco posita est, ut rerum humanarū uicissitudines longe despiciat. fortunæq; ipsius imperium nihil ad se pertinere arbitretur. De prudentia uerba sunt Aristotelis, quem iure Plato philosophum ueritatis

appellabat. Videtur itaq; prudentis esse, bene consulere posse circa ea, quæ sibi sunt bona, ac prosunt: non aliqua ex parte, ut quænam ad sanitatem, uel uires, sed quæ ad bene uiuendum omnino conducant. Argumento est id ita esse, eos etiam qui circa aliquid uersantur, prudentes dicimus, cum bene ad finem studiosum aliquem excogitauerint ea, quorum nulla ars. Quare & omnino prudens is est, qui ad consultandum est aptus. Ex ijs facile intelligas, prudentiā non circa uera & falsa (hoc enim cōmune est humani animi, omniūq; uirtutum propositum:) sed circa utilia & inutilia uersari. Sed qd ego peregrinis aduocationibus utor? cum Cicero non multo posterius eodem libro aduersus se testimonium dicat, ut hic propè sui oblitus uideatur. Eius uerba non pigebit subscribere: Prudentia, quam Græci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia. Illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est diuinarum atq; humanarum scientia, in qua continetur, deorum & hominum communitas, & societas inter ipsos. In hac ergo quæstione non aliunde, aut alio libentius, q̃ à Cicerone ad Ciceronem appellauerim.

MAIORAGII DECISIO XVII.

NAm quòd sequenti capite Ciceronem accusas, quoniam ubi de Prudentia, ac Sapientia agendum proponit, utrāque uidetur ita commiscere, ut nō facile intelligas, quid Prudentia à Sapientia differat, quodue sit utriusq; munus: non dubito, quin oēs agnoscant, te Latinam linguam nunquam didicisse, qui nescias, apud Latinos scriptores Sapientiæ nomine Philosophandi rationem omnem contineri, uel quæ de uita & moribus traditur, uel de natura et rebus occultis, uel de disserendo, & quid uerum, & quid falsum, quid rectum in oratione prauumúe, quid consentiens, quid repugnet, iudicando. Quas qui adepti fuerint scientias, illi prudentes à Latinis appellari solent. ut in libro de Claris oratoribus Cicero tradit, oēs ferè Stoicos in disserendo prudentissimos esse. & in libro de Amicitia, L. Acilium prudentem in iure ciuili uocat. & tertio de Oratore scribit, Romanos, qui excellere sapientiæ gloria uellent, omnia quæ ciuitas nosset, solitos esse complecti. atq; ibidē paulo post, Scipionem prudentissimum hominem appellat, propterea q̃ excelleret sapientia. Hæc fuit, inquit, P. Crassi illius ueteris, hæc T. Coruncani, hæc proaui generis mei Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes Pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus diuinis atq; humanis rebus referretur. Itaq; si tam Latine loqui didicisses, quàm maledicere, non illud primum negares, Prudentiam, & Sapientiam eandē esse uirtutem. Placet igitur mihi primo declarare, quid apud Latinos Prudētiæ ac Sapientiæ uocabulum significet, deinde tuis argumentis respondere. Et quoniam nemo est tam iniquus iudex, qui Latini sermonis proprietatem, & principatum Ciceroni non facile concedat, utar eius ad hanc rem probandam authoritate. Primo igitur dico, Sapientiam tribus maxime rebus contineri: Nam & scientiam rerum diuinarum atque humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, significat. & hæc per antonomasiam proprie Sapientia dicitur, quam pauci tamen adipisci possunt: unde felix à Virgilio dicitur, qui potuit rerū cognoscere causas. Altera Sapientiæ significatio est, cū accipitur pro cognitione rerum multarum longo usu acquisita: quo in genere artes omnes, & scientiæ comprehenduntur. Tertia, cùm pro cōstantia, & moderatione rectè & honeste uiuendi capitur: atque hæc omnia prudentiæ nomine comprehenduntur, quamuis duobus in postremis plerunq; Prudentiæ uis appareat, eorum enim cognitio spectat ad actionem aliquam, omnium autem honestarū actionum Prudentiam esse moderatricem statuunt. Et quoniam in officiorum hoc loco præcepta tradit Cic. quæ quatuor partium oriuntur ex aliqua, primo tractat eam partem, quæ in perspicientia ueri, solertiaq; uersatur: hoc est, quæ ad scientias pertinet, & ad explicandam rationem rerum gerendarū, quæ rectissime & Sapientiæ & Prudentia potest appellari. Quòd autem Sapientiæ nomē sit commune ijs rebus, quas paulo ante diximus, maxime perspicuū est: & de prima quidem significatione nemini dubium esse existimo. quis est enim qui nesciat, Sapientiam multis in locis à Cicerone sic definiri, ut dicat, Sapientiam esse rerum diuinarum atq; humanarum scientiam, cognitionemq;, quæ causa cuiusq; rei sit. qua tamen definitione uidentur omnia comprehendi, quæ diximus. Ab hac doctrina septem illi apud Græcos uno tempore sapientes et habiti sunt, & uocati: quos tertio de Oratore docet Cicero fuisse prudentissimos, quippe qui omnes, præter Milesium Thalem, ciuitatibus suis præfuerunt. De secunda significatione plurima sunt exēpla, sed illud in primis apud Ciceronem libro de Amicitia, ubi Fannius Lælium alloquitur hoc modo: Vnum te sapientem & appellant, & existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, sed uterq; alio quodam modo: Acilius, quia prudens esse in iure ciuili putabatur, Cato, quia multarum rerum usum habebat: multa eius & in Senatu & in foro uel prouisa prudenter, uel acta cōstanter, uel responsa acute ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in Senectute sapientis. Ecce quemadmodum ad omnem cognitionem sapientia pertineat. Iam tandem errorem tuum agnosce, qui prudentiam neges esse sapientiam. Nam si L. Acilius idcirco sapiens est appellatus q̃ esset prudens in iure ciuili: sequitur, ut prudentia sit sapientia: & si Cato, quia multarum rerum usum habebat, quod sine controuersia prudentis est, ideo sapientis cognomen sortitus est, nulla erit apud Latinos inter prudentiā & sapientiam differentia. quod etiam illud ex oratione pro Cecinna declarat, Sapiens homo, & multarum rerum peritus. Et illud ex libro de Amicitia, Te non solū natura & moribus, uerumetiam studio & doctrina esse sapientem. De tertia significatione exemplorum plena sunt omnia, q̃ sapiens ille dicatur, qui bonis moribus sit imbutus, & recte uiuendi rōnem teneat, quod etiam Sosias ille Terentianus intellexit, qui cum eximios Pamphili mores audiuisset, ita respondit, Sapienter uitam instituit. & Cicero de lege Agraria cōtra Rullum, Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, uix facile sese regionibus officij, magnis in fortunis & copijs cōtinet. Hæc autem ea sapientia est quæ uirtutes omnes moderatur, quæ alijs et nominibus appellari solet: nam & Recta intelligentia, & Definita moderatio animi, & Perfecta ratio, & Prudentia dicitur. Hanc in procemio Rhetoricorum Cicero Rerum omnium moderatricē uocat: & in Oratore, Rerum omnium fundamentum: ut hoc loco non iniuria principem inter uirtutes locum illi dederit. Hāc in libris de Finibus Prudentiam appellat, quā omnibus artibus attributā esse uult: sed præstat eius uerba recitare: Omnibus, inquit, artibus uolumus attributam esse eam, quæ communis appellatur Prudentia: quam omnes, qui cuiq; artificio præsunt, habere debēt. Ex hoc certe loco perspicuum est, cōmunem quandam esse prudētiam, quæ ad omnes scientias pertineat, quæ communi uocabulo dicitur etiā Sapientia. Sed hoc etiam apertius in Oratorijs partitionibus annotauimus, eandem uidelicet esse prudentiam & sapientiam, sic enim ibi

uirtutes

uirtutes distinguit: Est igitur uis uirtutis duplex: aut enim scientia cernitur uirtus, aut actione. Nam quæ prudentia, quæ calliditas, quæq; grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc scientia pollet una: quæ uero moderandis cupiditatibus, regendisq; animi motibus laudatur, eius est munus in agendo, cui temperantiæ nomen est. Hic uides prudentiam & sapientiam eandem esse. Quare poteram hoc in loco finē facere, cum satis à me defensus sit Cicero, nisi uelim etiam tua quædam argumenta refellere, & te mendacij, uel imperitiæ potius, arguere. Nam ubi nimis inuerecunde, atq; impudenter Ciceronem sui oblitum putas, atq; ideo tanquam uictor lætitia gestiens, ac leuitatem animi quādam ostentans, à Cicerone ad Ciceronem appellas: ibi facile possumus intelligere, quod iam docuimus, nullam apud Latinos inter prudentiam & sapientiam, esse differentiā. Quorsum enim attinebat, ut Cicero Græca uerba usurparet, si Latina satis erant distincta? Videamus eius uerba, quo facilius criminationē tuam diluamus. Quid igitur ait Cicero? Nam cum omnis honestas manent à partibus quatuor, quarū una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligendo officio sæpe inter se comparentur necesse est. Et paulo post: Princeps omnium uirtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant: prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia. Illa autem sapientia, quā principem dixi, rerum est diuinarum atq; humanarū scientia, in qua cōtinetur Deorum & hominum communitas inter ipsos. hæc Cicero. Quibus tu putas aduersus se testimonium dicere: sed tu nimiū negligenter eius uerba consideras. Non enim docet hoc loco, quēadmodum tu existimas, quæ sit inter sapientiam & prudentiā differentia, quæ nulla est: sed quomodo Græci σοφίαν & φρόνησιν distinguant: nam cum dicit, illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant: ostēdit, aliam etiam esse sapientiam, quæ σοφία non uocetur: atque ideo subiungit. Eam prudentiam, quam Græci φρόνησιν uocant, aliam quandam esse sapientiam. itaq; duas statuit sapientias, uel prudētias: unam, quam Græci σοφίαν, alteram, quam φρόνησιν uocant. Apud Latinos tamen omnis sapientia, prudentia uocatur: quod apertissime non ita multo post his uerbis idem Cicero docet: ita illi ipsi doctrinæ studijs, & sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam prudentiam, intelligentiamq; potissimum conferūt. Tolle eam dictionem, Prudentiam, & loco eius statue Sapientiam, hoc modo: Ad hominum utilitatem suam sapientiam intelligentiāq; potissimum conferunt: atque idem esse penitus uidebis. Etenim si recte uirtus omnis à Latinis in quatuor partes est distributa, qđ secundo de Inuentione docet Cicero, in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam: illa sapientia princeps, aut uirtus nō erit, aut prudentiæ nomine continebitur. Virtutem non esse dicere sapientiam, dementis est, cum rectissime uirtutum omnium dicatur princeps Sapientia. Igitur sub Prudentia continetur. Quare tot argumentis uictus, fateare tandem necesse est, Prudentiam tanquam genus quoddam esse, quod omnem artem, omnem scientiam, omnē deniq; sapientiam cōplectatur. Illi uero tuæ opinioni, quia nihil ad hūc locum facit, non respondebo: in qua dicis, Reluctante fortuna prudentiam nunquam finem suum assequi: cum præsertim eam existimē à Christiana religione longe alienam, &, ut uulgo dicunt, hæreticam. Itaq; uiderint alij: mihi satis est Ciceronem defendere. Quod autem dicis, Sapientiam in ijs tantum uersari, quæ semper eodē modo se habent, ut in diuinis & æternis: omnino falsum est. Nam non minima sapiētiæ pars est, in sedandis animi cupiditatibus, & in efficiendo, ut appetitus rationi pareant. unde Socrates sapientissimus omnium fuit appellatus, non quòd diuina semper atque æterna tractaret: quippe qui putaret, Quæ supra nos, nihil ad nos attinere: relictaq; cura rerum naturalium, ac cœlestium, omne suum studium ad formandos mores transtulit: diligēterq; cogitare cœpit, qđ esset expetendum homini, & quid fugiendū: quod proprie prudentis officium est. Non ergo sapiens est appellatus, quòd eam esset adeptus, quam tu solam sapientiam esse censes: sed quòd hanc, quam Cicero prudentiam appellat, exerceret. Quòd uero prudentiam non circa uera & falsa uersari scribis, sed circa utilia, & inutilia, nescio quæ te agitet intemperies, ut Prudentiam esse uelis mercaturam quandam, quæ tantum de utili & non utili cogitet. Nullam ergo, te præceptore, prudentia partem honestatis attinget? non erit omnium uirtutum moderatrix? non erit rerum honestarum & turpium sciētia? nesciet inter uerū & falsum distinguere? Quæ, malum, est ista tua prauitas, aut animi cæcitas, ut solos nobis mercatores prudētes esse persuadere uelis: cum apud Latinos nulla maior laus esse possit, quàm si quis prudentissimus appelletur? eum enim demum omnibus uirtutibus exornatum intelligimus, quoniam uirtutes aliæ prudentiam, ueluti ducem, semper & ubique comitantur, neq; ab ea latum, ut dici solet, unguem discedunt unquam.

CALCAGNINI DISQVISITIO. XVIII.

Libro Officiorum tertio. Est etiam, inquit, ius bellicum, fidesq; iurisiurandi sæpe hosti seruanda. Quod enim ita iuratū est ut mēs conciperet fieri oportere, id obseruandum est. Quod aliter, id si nō feceris, nullum periurium est. ut si prædonibus pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est: ne si iuratus quidē id non feceris. Nā pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cum hoc non fides esse debet, non iusiurandum commune. non enim falsum iurare peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur, more nostro id nō facere, periurium est. Scite enim Euripides: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Regulus uero non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hostiles perturbare periurio. Cū iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius fœciale, & multa sunt iura. Hoc loco mihi uidetur Cicero parum constantiam suam seruasse, cum iurandum cuiquam arbitratur, quod mens concipiat fieri non oportere, præsertim cum in his libris, decretis Stoicorū nomen dederit: apud quos nullus est tam grauis metus, qui in constantem uirum cadere possit, qui non malit mori, quàm quicquam præter dignitatem aggredi. Nunc mitto, quòd neque prædoni fallēdam fidem, neque gladium furioso abiurandum putant. Quod si ex seueritate illa Stoica, & duritie summi & absoluti officij, alio loco à nobis improbati, aliquid recidendum putamus: sane tacito quodam hominum iudicio constitutum est, ut prædoni & sicario fides seruetur. Non quia sit ex perduellionū numero definitus, nec ut ex suo scelere aliquid commodi lucrifaciat: sed ne uiolato hoc iureiurando protinus materia detur ad maius nefas: & captiui, qui spe prædæ seruantur, ut aliquando incolumes emittantur, præcisa utilitatis expectatione, actutum iugulū præbeant carnifici. Illud quoque non uideo quomodo probari possit, falsum iurare non esse peierare, sed quod ex animi tui sententia iuraueris. Sicut enim oratio non dicentis, sed audientis gratia inuenta est: ita iusiurandum non eius qui se iuramento obstringit, sed eius cui obstringitur causa institutum est. Et profecto si iuras, ut fallas, ab ipso usq; principio periurium est.

Nam quid aliud peierare est, nisi perperam & in alterius fraudem iurare? quod in ipsis fit auspicijs, cum uerbis cōceptis te in iuramentum adigis: atque ita inducis animū, ut iam tuam fidem fallas, quocunq; id nomine aut titulo prætexas. Certè Plato I I. Legum libro id fieri uetat, nequid in deos pecces, quorum maiestas uiolari putatur, si parum religiosè iusiurandum seruaueris: cuius ipsi aut testes, aut uindices inuocati sunt. Ob id probè ac sanctè fecisse uidentur, qui nunquam subeundum iusiurandum monuerunt. Ea causa Socrates uel canem uel anserem, Zeno capparum adiurabat: non quod in ijs aliquid numinis esse suspicarentur, sed nequando temere deorum nomine abuterentur. Hoc præterea in disquisitionem uocandum puto, quódnam sit iusiurandum, quod inuitus aut ex animi tui sententia susceperis. Nihil enim à quoquam inuito fieri aut dici existimandum est, cuius principium in nobis ipsis situm sit ita ut id agere, aut prætermittere, integrum sit nobis. Nam quæ pendent ex animi nostri sententia, ea planè nostra fieri sponte, & in nostra esse potestate, uel Epicteto authore, iure dixerimus. E contra, quæ extra nos sunt, quæq; principium & impulsum habent aliunde, ita ut reluctantes repugnantesq; nos urgeát, hæc merito cogentia & uiolenta dixerimus. Cuius rei indicium est, quòd dum hæc aguntur, uel acta sunt, dolemus: in superioribus autem illis, nullum doloris testimonium accedit: ex quo facile agnoscas, non esse uiolenta, neq; præter animi uoluntatem. Qui enim captus est à prædonibus, qui in uinculis retinetur apud tyrannum si quid peieret sui commodi gratia, ut se in libertatem uendicet seq; ab ea necessitate eximat: sanè uolens & propria animi inductione hoc agit. Neq; aut dum peierat, neq; cum peierauit, angitur: sed lætatur potius, se ea fraude uel prædonibus uel tyranno imposuisse, suisq; rebus consuluisse. Quod planissime testimonium est, eum nihil coactum & præter animi sententiam fecisse. Atque hoc peritissimi in hac censura sentiunt. Quid uero dicam, quòd nonnulla sunt, quæ animum mordent, & permoleste habent, & tamen nostra sponte prouenisse arbitrantur? ut si quis cruciatibus actus patriam prodiderit, si ui tempestatis consternatus iacturam fecerit. Nec enim uerisimile est, quenquam aut patriam prodere, aut suarum rerum iacturam facere uelle. hæc tamen etsi molestiam afferant, etsi pœnitentia permoueant animos: quia ortū habent ab animi nostri sententia, idcirco uolūtaria censentur. Ex ijs in confesso est, quoties quis falsum iurat, quia uolens & sciens fallit, quia Deos suæ testes fraudis uocat, quia suo scelere non affligitur, sed potius gaudet, sibiq; gratulatur: eum periurio obstringi, nec ullo prætextu suo latebrā inueniri posse facinori. Quòd si quis hac in re argutator dixerit, huius periurij principiū non à libertate cōsilij nostri sed uel à timore, uel à spe, uel ab alio quopiā affectu proficisci: is se nihil dixisse demum intelliget, si obseruauerit, nullā esse actionem humanam, quæ ab aliquo humani animi motu non ortum capessat. Aut amor, aut libido, aut uoluptas, aut alius quispiā affectus mortalium animos percellit. Ita in functionibus humanis nihil erit, quod uoluntarium & ultroneum dici possit. Quod quàm sit absurdum, melius agnoscent, qui recta opem uoluntate metiuntur, & ijs præmia deberi contendunt: quàm à nobis possit oratione explicari.

MAIORAGII DECISIO XVIII.

AGe uero quàm temere, quàm insolenter, quàm contumeliose Ciceronem inconstantiæ damnas, ut omnem ei, si fieri potest, authoritatem adimas, & tibi magnam ingenij gloriam compares. Siquidem inconstantia labitur authoritas & damnandis aliorum erroribus solent homines plerunq; gloriam acquirere. Verum fallit te incautum frigida calliditas tua: Nam Ciceronis authoritas adeo firmis est nixa radicibus, ut nulla ui neq; conuelli, neq; labefactari possit. Te uero mala atq; nugatoria accusatio; non errores damnat Ciceronis, qui nulli sunt: sed imperitiam, atq; malitiam tuā ostentat. Quid enim reprehendis hoc loco tot ambagibus? Nihil aliud certe, nisi quòd ait Cicero. Iusiurandum aliquando nō esse seruandum: ut si prædonibus, inquit, pro capite pretium nō attuleris: nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. Nam pirata nō est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium: cum hoc non fides esse debet, non iusiurādum commune. Non enim falsum iurare, peierare: sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Scite enim Euripides,

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Regulus uero non debuit conditiones, pactionesq; bellicas, & hostiles perturbare periurio, cum iusto enim, & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totū ius feciale, & multa sunt iura. Hoc loco, inquis, mihi uidetur Cicero parum constantiam suam seruare, cum iurandum cuiquam arbitratur, quod mens concipiat, fieri non oportere. Et tibi uidetur quidem: sed quo tempore, aut qua diei parte? Non primo diluculo, ut opinor, sed à cœna fortasse, cum furor accessit capiti innumerisq; lucernis. Vbi enim est ista, quā accusas, Ciceronis inconstantia? nullam enim ego uideo. Quod iusiurandum, inquis, non semper seruandum existimat, præsertim cum in ijs libris decretis Stoicorum nomen dederit, apud quos nullus est tam grauis metus, qui in constantem uirum cadere possit, qui non malit mori, quàm quicquam præter dignitatem aggredi. Sed tu, quod pace tua dixerim, nimis inepte Stoicorum hoc loco mentionem facis. Nam quāuis initio dixerit Cicero, se Stoicos in hoc opere potissimum sequi, non tamen hæc officiorum præcepta ad solos Stoicos pertinent, sed ad omne genus hominum, quod his uerbis Cicero tertio de Officijs testatur: Hæc igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda quædam honesta esse dicunt, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. Itaque his omnes, in quibus est uirtutis indoles, commouentur. Quamobrem non quærendum est in hac parte, quam positionē Stoici tueantur, sed quid officio cōueniat aut repugnet, an liceat aliquādo quod iuraueris non seruare: an contra officium faciat, qui tyranno, aut prædoni fidem fallit. Non enim omnes qui ad iusiurandum coguntur, Stoici sunt, ut in eos nullus cadat timor, nulla perturbatio: quin potius nulli ferè, aut certe paucissimi reperiūtur, qui in magnis periculis atque calamitatibus non moueantur, aut animo cadant. Est enim naturale quiddam in animis nostris tenerū, atque molle, quod periculo & miseriis, quasi tempestate quatiatur. Veniat igitur iam illud solum in dubitationem, non quid Stoicum hominem deceat, sed an aliquando iusiurādum uiolari sine scelere possit. Quòd si, prætermissa Stoicorum seueritate, diligenter quid ratio postulet, considerare uoluerimus: profecto reperiemus, multa huiusmodi posse tēpora accidere, in quibus quod iuraueris non seruandum sit. Neque enim uerum est, quod ais, Tacito quodam hominum iudicio constitutum esse, ut prædoni & sicario fides seruetur. Quin potius, ut arbitror, uix ullus reperietur tam religiosus, qui si potuerit è sicariorum, aut piratarum manibus effugere, etiam si millies iuratus fuerit, se rediturum, reuertatur: neq; prædonum quenquam reperies, qui iureiurando contentus eum dimittat, quem captiuum fecerit, nisi

aut fideiussorem dederit, aut aliquem charum, puta filium, aut fratrem, aut parentem, aut deniq; necessarium aliquem pro uade reliquerit. Quæ res omnino declarat, nullam esse iurisiurãdi cum prædonibus religionẽ: quippe quibus cum nulla debet esse societas, nulla uitæ communitas, nulla conuentio, nullũ fœdus. Eodem enim animo debemus in prædones esse, quo sumus in tyrannos, quos Reipu. gratia quoquo modo de medio tollere semper gloriosissimum fuit, ut apud Græcos olim tyrannicidæ diuinos honores consequerẽtur. Nulla enim nobis, ut ait Cicero, cum tyrannis societas est, sed potius summa distractio est: neque est contra naturam, spoliare eum, si possis, quem honestum est necare: atq; hoc omne genus pestiferum atq; impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperint, & nocent reliquis partibus corporis, sic ista in figura hominis feritas, & immanitas belluæ, à cõmuni tanquam humanitate corporis segreganda est. Nõ est igitur contra officium, fidem tyrannis, ac prædonibus datam fallere, cum quibus nulla potest esse pax, aut societas. Neq; est id periculum, qđ tu frustra nobis intentas, ne uiolato hoc iureiurando, protinus materia detur ad maius nefas: perinde, quasi iam uiceris, hoc esse nefas: aut aperiat Cicero quasi fenestram ad maleficium. Nam qui intelligit maximam esse oportere iurisiurandi religionem apud omnes homines, quibuscum aliqua potest esse societas aut communitas: is, tametsi prædones fefellerit, qui ab omni humano iure sunt alieni, non tamen protinus in alijs rebus ad periurium promptus erit. Neq; enim hoc est consectarium, prædones aut tyrannũ fefellisti, ergo tibi alijs in rebus fidendum non est: sicut illud Terentij: Nam qui fallere cõsueuerit patrem, tanto magis audebit ceteros. Ergo sublata hac causa, nihil est, quare fides prædonibus seruãda esse uideatur. Sed illud à te peto, utrum putes semper esse seruandum iusiurandum, an aliquando uiolandum? Si semper seruandum est: sequitur, ut si tyrannus, aut aliquis impius magistratus iurare per uim quempiam coegerit, ut patriam prodat, aut utrunq; parentem interficiat, id omnino sit faciendum. Quod certe, nisi penitus ratione cares, non audebis affirmare. Licet igitur aliquando quod iuraueris non facere, quin potius flagitium sit, & maximũ scelus, si id facias. Quæ cum ita sint, uides te de illa sententia tua depulsum: neq; semper præstandum esse iusiurandum, cum hmõi tempora incidant, ut non facere quod iuraueris, nullum sit flagitium. Quòd si quando uiolare licet iusiurandum, tunc profecto uiolandum est, cum homines perditissimos, ac profligatissimos decipimus: quos perdere atque exterminare, si fieri posset, esset optimum. Quod uero tibi non probatur, Falsum iurare, nõ esse peierare: nimis quidem crassa, quod aiunt, Minerua periurium definis, si credis, omne falsum iusiurandum esse periurium: & peierare nihil aliud esse, quàm falsum iurare. Sæpe enim accidere potest, ut quis falsum iuret, neq; tamen sit periurus: ut si deceptus ab aduersario quispiam iuret: patet, inquit Aristoteles in Rhetoricis, id periurium non esse. Et si iuraueris, te daturum alicui pecunias, quas domi numeratas in arca te possidere putes: & domum reuersus, effractam arcam, & furto sublatas eas pecunias repereris, hic quidem nullum est periurium, cum tamen falsum sit iusiurandum. Et quemadmodum sæpenumero fit, ut ea dicendo affirmemus, quæ minime uera sint, quoniam esse arbitramur, neq; tamen ideo mendaces habemur: ita sæpe falsum iuramus, neq; tamen peieramus. Est enim peierare consulto, ac dedita opera, perperam, & contra leges, ac iustitiã, in alterius fraudem iurare. Non est igitur periurium, prædones fallere: non enim hoc est contra leges ac iustitiam. Nam si iuste possunt interfici, quanto iustius fallentur? & si leges permittũt, ut eos trucidemus, quanto magis, ut decipiamus? Licet igitur piratas & sicarios impune persequi, spoliare, uulnerare, & deniq; omni cruciatu necare: & qui hoc faciunt, præmia sæpenumero consequuntur: & eosdem per iusiurandum fallere, te authore, non licebit? Cur ergo Theologi nostri fidem obstinato hæretico non esse seruandã censent? nisi quia religioso homini nullam esse cum eorum prauitate communionem arbitrantur? Quòd si fides hæretico non seruatur, neq; prædoni, aut sicario seruari debet. At Plato nos uetat peierare. Vetãt etiam Christianæ leges, quæ longe maioris sunt ponderis, ac momenti, quàm Platonicæ. Sed nos contendimus prædones fallere nõ esse peierare. Periurium enim omne contra iustitiam est, & omnia iura diuina atq; humana subuertit: quod autem in prædonũ ac sicariorum perniciem aut fraudem committitur, id omne iustum ac legitimum esse nemini dubium est: quoniam hmõi pestis hominũ quoquo modo tollẽda est. Non est igitur, prædones fallere, periurium. At probe, & sancte fecisse uidentur, qui nunquã iurandum esse monuerunt. Quis negat? si quidem id fieri potest. Nam qui cupide iurare solent, ij facile periurium committunt. Non ergo iurare debet quisquam, nisi magna aliqua coactus necessitate. Atque hoc modo Diuus August. præceptum illud euangelicum interpretatur: Nolite iurare omnino. cuius uerba libet adscribere. Ita ergo præcepisse dominum intelligitur, ne iuraretur, ne quispiam sicut bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium delabatur per consuetudinem. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, refrenet se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitas cogat. Ridiculum uero quòd Socrates uel per canem, uel per anserem, Zeno per capparim iuraret. Est enim iusiurandũ affirmatio religiosa, ut ait Cicero, atq; ideo Diuus Hieronymus inquit, Qui iurat, aut ueneratur, aut diligit eum, per quẽ iurat. & Paulus ad Hebræos ait, Homines per maiorem se iurare debere, ut omnis controuersiæ finis sit iusiurandum. Neq; in scripturis sacris per Deum iurare prohibemur, sed per ea quæ sunt à deo condita. Vult enim hunc à nobis honorem Deus, ut per ipsum solũ iuremus, quasi eum cõscientiæ nostræ testem adducamus: ut uideat quid mens concipiat fieri oportere. Si enim coacti iurauimus nõ ex animi sententia, tum illud Euripidis iuste possumus usurpare,

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Non enim id facere te leges iubent, quod per uim coactus iuraueris: quod etiam Aristoteles primo Rhetoricorum libro declarat, quem locum si aut legisses, aut considerasses, in hanc certe Ciceronis sententiam non esses argutatus. Nam illam tuam disputationem de Voluntario, & Violento, quam ex tertio Ethicorum ad uerbum penè descripsisti, prætermittam: tantum dicam, te per negligẽtiam, ut opinor, non aduertisse, quæ ui aliqua coacti facimus ab Aristotele simpliciter ἀκούσια, hoc est, uiolenta uel inuoluntaria dici, ut iusiurandum, ad quod per uim uel prædonum, uel tyrannorum adigimur, recte uiolentum dici possit. Nam quãuis in potestate nostræ situm sit, ut id uel suscipiamus, uel repellamus: simpliciter tamen, id non sponte facimus, sed ui extrinsecus adueniente, quæ maioris periculi timore nos iurare cogit: ut interim sileam, te id in disquisitionem uocare, quod nusquam Cicero dixit. Vbi enim loquitur Cicero de iureiurando uiolento? aut ubi dicit aliquem inuitum, & præter uoluntatem iurare? Vt liquido constet, te hoc finxisse, quo facilius ostentare posses, te apud Aristotelem, cuius tamen supprimis nomen, quæ sit inter uoluntarium ac uiolentum differẽtia didicisse.

ticyras: cum enim te Dialecticum ostentasses, & de Qualitate uerba facturum esses pollicitus, ut nos Barones perterrefaceres, tandem pro leone murem ostendisti. At excurris in communem locum, & Mercaturam laudas, cuius ope factum sit, ut humano generi innumera commoda perueniant: & hoc, opinor, ut sciamus te Rhetorem etiam agere posse. Quid si ego, qui tam multa non profiteor, opponam tibi artes eas, quæ ministræ sunt uoluptatum? Cetarios, lanios, coquos, fartores, piscatores? à quibus humano generi non minora commoda, quàm à Mercatoribus proueniunt? idcirco'ne istas liberales, appellabis? aut in eis laudandis pandes eloquentiæ tuæ uela? Verum odiose Ciceronem cum Aristotele comparas, & ais Aristotelem rectius de Mercatura uerba fecisse. Sed profer, obsecro te, quæ melius ab Aristotele dicta sunt, ut diligentiam tuam in conferendis authoribus uideamus. Hæc fuit, inquis, Aristotelis sententia, ut Mercaturam, quæ distrahit ea quæ sibi profusius suppetunt, quæq; commodis hominum inseruit, eam recipiendam, approbandamq; existimaret. Contra, quæ uilius emit quædam, ut deinde carius uendat, eam prorsus exploderet, haud multo secus & quæ instrumenta luxuriæ suppeditat, esset è ciuitate iure exturbanda. Hæccine sunt, quæ dicas ab Aristotele melius, quàm à Cicerone præcepta fuisse? Primo, si tibi concedam, hoc uerum esse, nulla tamen erit culpa Ciceronis: non enim ideo damnandus est Cicero, quòd eo melius aliquid dixerit Aristoteles. Sed non sinam te ista frui uoluptate: nam nihil est de hac re dictum ab Aristotele, quod non idem longe politius, ac melius dixerit Cicero, cuius hæc tu uerba non considerasti. Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum: illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum, omniumque quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces authoramentum seruitutis. Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec uero quicquam est turpius uanitate. Opificesque omnes in sordida arte uersantur: nec enim quicquam ingenuum habere potest officina. Minimeque artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt uoluptatum, Cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius: adde huc, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut Medicina, ut Architectura, ut Doctrina rerum honestarum, hæ sunt ijs, quorum ordini conueniunt, honestæ. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna, & copiosa, multa undique apportans, multisque sine uanitate impertiens, non est admodum uituperanda: atque etiam si satiata quæstu, uel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit, uidetur iure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est Agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Hæc tu cum legis, nonne cognoscis in eis eadem esse, quamuis elegantius tractata, quæ tantopere laudas in Aristotele? & nonnulla etiam pulchre & prudenter addita? An ita cæcus es, ut hæc tam perspicua non uideas? Sed iam tempus est ab hac disquisitiõe tua recedere, in qua fortasse plus satis lusimus. Sed quid facerem? tu mihi fenestram aperuisti.

CALCAGNINI DISQVISITIO XXI.

ILlud non prætermittam, aliquos fortasse nostræ huic disquisitioni ita posse occurrere, ut officij definitionem non prætermissam contendant: cum post perfecti & medij officij diuisionem, utriusque definitionem subiunxerit. Sic enim inquit Cicero: Hoc autem commune officium uocant, atque sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum esse definiant. Medium autem officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Quorum opinioni recte ita responderi posse arbitror, multum scilicet interesse, an quis genus, an generis formas differentiasue definiat. Perfectum autem & medium officium non esse genus, sed duas generis differentias. Diuiditur enim officium in perfectum & medium, sicut animal in rationale & irrationale. Quòd si quis utrunque per se definierit, non is in commune animal definisse existimandus est: quando in definitione generis, puta animalis, differentiæ omnes ueluti rationalis & irrationalis includuntur. Tam enim rationale quàm irrationale animal est, si Platonicis credimus. At cum genus partimur, suæ cuique parti sua differentia tribuenda est. Quo fit, ut longe diuersa sit generis formarumque definitio. Genus omnes differentias complectitur: quæ deinde seorsum generi additæ, singulas formas pariunt. sic perfectum, sic medium officio adiunctum, duas separatas formas efficiunt: quarum unaquæque sua contenta est differentia, cum tamen omnes intra generis complexum delitescant. Quare ut ad institutum redeam, permulti interest, an quis in uniuersum genus, an generis formas definiat. Ex quo facile nobis constare potest, officium quatenus genus est, non esse definitum: cuius definitionis Cicero nobis expectationem concitauerat. Quòd si illud quoque exactius explorare lubeat, qualis scilicet hæc ipsa sit medij perfectique officij definitio: eam profecto parum idoneam, parumque accommodatam cognoscemus, ad officij naturam substantiamque declarandam: utpote cui genus, hoc est caput ipsum definitionis desit. Quid enim designat? Perfectum est id, quod rectum sit. aut, Medium id esse dicunt, quod cur factum sit ratio probabilis reddi possit. Sane hoc nihil est, mea quidem sententia, quàm in uitium illud incidere, quod Græci ταυτολογίαν dicere solent, cum idem se ipso exprimitur. Dic enim per Musas rogo, quid pronomen Id eo loco tibi significet. Quippe mihi officium repetit, ut ita interpretari sit necesse? Perfectum officium est id officium, quod rectum sit. & medium officium est id officium, quod cur factum sit probabilis ratio reddi possit? Quæ omnino absurda, & Cicerone ipso indigna est repetitio: tum quæ ad officij substantiam indicandam sit omnino superuacua. Quòd nisi hanc interpretationem approbemus, periculum est, ne protinus in paralogismum illum Sophistarum incidamus, cum dicunt: Officium perfectum ex definitione Ciceronis est, id quod rectum sit: sed perpendiculum est, id quod rectum est: Nihil ergo repugnat, quin perpendiculum sit officium. Huius argumenti maxima propositio in promptu est: Cuicunque competit definitio, eidem competit definitum. His adde, quòd perfecti officij definitio medio officio, & uicissim medij officij definitio perfecto bellissime accommodari potest. Nam & perfectum officium est id, quod cur factum sit probabilis ratio reddi possit. Neque enim quisquam puto tam contumax est, qui sine probabili ratione perfectum officium geri contendat: aut medium officium esse, id quod rectum non sit. Alioqui si rectum non est, peruersum ac præposterum id esse fateamur oportet.

MAIORAGII DECISIO XXI.

Rursus ad eandem quaestionem redis, quam secundo loco tractaueras, quòd scilicet à Cicerone non sit definitum Officium. Atque in hac parte satis uehemens uideris esse Dialecticus, qui non tantum Ciceronem impugnes, sed etiam ea quae contra dici possunt, refellere contendas. Poterat enim aliquis ostendere, definitionem officij non esse praetermissam, cum post perfecti, & medij officij diuisionem utriusque definitionem subiunxerit. Sed tu obijcis, multum interesse, an quis genus an generis formas, differentiasque definiat. Officium autem in Perfectum & Medium diuidi, quae sunt officij formae, uel differentiae, quas qui definiuerit, non continuo tamen in commune officium definiuisse existimandus est. Haec tua ratio uera est omnino, quis enim negare potest? Sed nos longe aliter Ciceronem defendimus, neque haec indagamus, quae tu refellere possis: uerum ea, quae uerissima sint, ac firmissima, ut nullis amplius argumentis labefactari aut infirmari possint: cum certum habeamus, nullum esse Ciceronis erratum in tot tuis disquisitionibus: nec dubito, quin omnes eruditi cum haec nostra legerint, statim iudicent, te non iustum reprehensorem, sed iniuriosum calumniatorem fuisse. Sed ad propositam quaestionem dico, Si quis ita definitionis uocabulum accipiat, ut nihil aliud significet, nisi quod tu existimas, declarationem rei per genus & differentias, aliquid posse dici contra Ciceronem, qui per genus & differentias officium non definiuerit. Sed cum iam superius docuerimus, apud Latinos definire saepissime idem esse quod distinguere, & omnes terminos ac fines alicuius rei complecti: quid est, quod iterum in Ciceronem insurgas? cum praesertim scias, in Topicis eum docere, Diuisionem esse definitioni attributam. Tunc enim ille recte diuisisse dicitur, qui recte definierit: hoc est, omnes formas, quae sub aliquo genere comprehenduntur, persecutus fuerit, & eas intra fines suos reduxerit, neque ullam praetermiserit. Vt siquis dicat, omnem uirtutem aut prudentia, aut iustitia, aut fortitudine, aut temperantia definiri: rectissima haec erit definitio, quoniam omnis uirtus sub eis formis complexa est. Quòd siquis dixerit, omnem quantitatem aut longitudine, aut latitudine, aut altitudine definiri, non rectam, aut integram rei definitionem afferet: non enim omnes quantitatis fines indagauit, cum tempus, locum, numerum, orationem praetermiserit: ut siquis uniuersum orbem definiret Occidente, Vertice aquilonari, Oriente, Circulo aequinoctiali, damnanda esset haec definitio: quoniam etiam ultra aequinoctialem circulum maxima pars orbis protenditur: pone quarto loco Polum australem, & erit definitio perfecta. nam orbis uniuersus bis quatuor regionibus definitur, Occidente, Vertice aquilonari, Oriente, Polo australi. Vt igitur ad propositum reuertamur, cum docet Cicero omnem officij quaestionem esse duplicem, uidendum est, an alia species officij sit aliqua, quae non hac definitione contineatur: quòd siqua est, ea proferatur, & accusetur Cicero: non enim ego repugnabo, si modo sit error manifestus: si uero nulla est alia species, quoniam omne officium aut est perfectum, aut est medium: quid est quod in tam egregium praeceptorem hiscere audeas, cum uideas officium rectissime definitum? Sed at ego non ita definitionem accipio. Quid igitur ego tibi faciam, si Latine non didicisti? nos quidem in hac significatione uerbum hoc à Latinis usurpari frequentissime uidemus, ut non mirum sit, Ciceronem hoc loco Romanam potius loquendi consuetudinem secutum, quàm morosas Dialecticorum in loquendo superstitiones. Quod autem Cicero uoluerit definitionem, tanquam genus quoddam esse, quod diuisionem etiam complectatur, cum in Topicis aperte declarauit, ubi diuisionem & partitionem definitioni attributam esse docet, tum etiam secundo de Finibus, quamuis non tam aperte, ubi haec uerba notauimus, Omnis autem in quaerendo, quae uia quadam & ratione habetur oratio, praescribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur, ut inter quos disseritur conueniat, quid sit id, de quo disseratur. Cum enim docet, ut quibusdam in formulis res agatur, non aliud certe docet, nisi ut in formas ac species distinguamus, ac definiamus id, de quo disputamus, quo facilius quid sit, possit intelligi. Huc pertinet id, quod etiam in secunda quaestione diximus. Crassus enim apud Ciceronem tertio de Oratore sic loquitur: Atque horum superius illud genus causam aut controuersiam appellant, eamque tribus Lite, aut Deliberatione, aut Laudatione definiunt. Illud uero, quod non ita multo post adiungit, Crassus omnem penitus dubitationem tollit, & à criminatione tua Ciceronem liberat: ut si nullam rationem aliam adduxissem, id per se satis sit ad omne firmamentum tuum obruendum, ac penitus diluendum: audi igitur quid dicat Crassus: Definitionis autem sunt disceptationes, ut cum quaeritur, quid in communi mente quasi impressum sit: ut si disseratur, id'ne sit ius, quod maximae parti sit utile: aut cum, quid cuiusque sit proprium, exquiritur: ut Ornate dicere, proprium'ne sit oratoris, an id etiam aliquis praeterea possit? aut cum res distribuitur in partes, ut si quaeratur, quot sint genera rerum expetendarum: ut, sint'ne tria, corporis, animi, externarumque rerum: aut cum quae forma & quasi naturalis tota cuiusque sit describitur, ut si quaeratur auari species, seditiosi, gloriosi. Haec Crassus. E quibus mihi satis est, ut intelligas, etiam hanc definitionis esse disceptationem, cum res in partes distribuitur, quo uideas clarissime, quàm inscienter dicas, Officium quatenus genus est, à Cicerone non esse definitum. Tu uero non contentus hac plaga, damnas etiam perfecti, ac Medij officij definitionem: utpote, cui genus, ut ais, hoc est caput ipsum definitionis desit: uel si subintelligatur Officium, necesse sit in uitium illud incidere, quod Graeci ταυτολογίαν dicere solent, cum idem se ipso exprimitur: interrogasque Ciceronem per Musas, ut tibi dicat, quid illud pronomen, Id, eo loco significet: cum ita ait, Medium officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi potest. Ego autem tibi pro Cicerone respondeo. illud pronomen, Id, iterum nomen officij repetere. neque tamen esse absurdum, ut tu censes, aut Cicerone indignam repetitionem: atque in hac parte non alijs rationibus, quàm tuis uti statui, ut tuo te gladio, quod aiunt, interimam. Ipse enim paulo ante dixisti, Perfectum & Medium officium non esse genera, sed duas unius generis differentias: diuiditur enim, inquis, officium in Perfectum & Medium, sicut animal in Rationale & Irrationale: hoc autem tibi facillime concedam, quod totum pro me facit. Sed aduerte, quaeso, quàm imprudenter loquaris: Negas recte dici, Perfectum officium est officium: aut, Medium officium est officium: quoniam idem seipso uidetur exprimi. Sed mihi per ignorantiae tuae tenebras, cui maxime uteris, respondeas uelim, possit'ne genus de suis differentijs praedicari? Quid ni, inquis: docet enim hoc Porphyrius, Genera omnia de sibi subiectis formis, & differentijs dici. Esto: est'ne genus officium? Iam hoc sponte tua confessus es. Sunt'ne differentiae Per-

fectum

fectum officium & Medium? Hoc tu conatus es docere. Quid igitur prohibet Officium, quod genus est, de perfecto & medio officio dici, quæ sunt officij differentiæ? Vides'ne, quàm incredibile sit in Dialecticis acumen tuum, quorum adhuc elementa penitus ignoras? Quis est enim eorum, qui tantum à limine, quod dici solet, Dialectica Salutarint, qui nesciat, de omnibus differentijs suis genera omnia rectissime dici? Deinde peto à te, quoniam argumentaris, officium ita diuidi in perfectum & medium, sicut animal in rationale & irrationale: an recte dicatur Animal de utraque hac differentia? ut si dicam, Rationale est animal: & siquis ita proponat, Animal rationale est id, quod rationis est particeps, irrationale, quod rationis expers est: an sint hæ propositiones uituperandæ propterea quòd illud pronomen, Id, iterum animal repetit? quid in hac interrogatione mihi respondebis? aut hæ tibi propositiones improbandæ sunt, aut concedendum, recte dixisse Ciceronem. Sed has improbare non potes, quoniam ipse dixisti, tam rationale, quàm irrationale animal esse. Ergo te authore, & iudice, recte dixit Cicero: tam enim perfectum officium, & medium, est officium, quàm rationale & irrationale est animal. Quapropter insulse sanè, & pueriliter facetus esse uoluisti, cum ais periculum esse, ne in paralogismum illum incidamus, Officium perfectum est id, quod rectum est: perpendiculum est rectum, ergo perpendiculum est officium. Quæ te, malum, intemperies senem importunum ac delirum exagitat? nequeo enim non uehementissime indignari, cum in authorem omnium præstantissimum, tam scurriliter unus è triuio literator, & tam lasciue debacchetur. Atqui fortasse tibi uideris mirabiliter conclusisse, aut aliquid ex Ciceronis grauitate detraxisse, tuo illo scurrili ac ridiculo paralogismo, quem nemo sanus, ut opinor, sine nausea legere potest: perinde quasi nesciant omnes, qui primoribus, ut aiunt, labris Dialectica degustarint, in secunda argumentationum formula, si duo fuerint aientia proloquia, nihil unquam recte concludi: Aut quasi nos tam stupidi simus, ut non intelligamus, alia ratione Perfectum officium, alia Perpendiculum rectum appellari: est enim Rectum ambiguæ significationis uocabulum, uel ut Logici uocant, æquiuocum. Illud uero quod addis, apertissime falsum est, et iccirco refelli facillime potest, quòd perfecti officij definitio medio officio, & uicissim medij officij definitio perfecto possit accommodari. Nam quamuis perfecti officij cur factum sit ratio probabilis reddi potest, non tamen ideo perfectum est, si tantum probabilis reddatur ratio: debet autem definitio esse eiusmodi, ut rei uim ac naturam explicet, & eam à communitate disiungat, & præterea retro agi, & conuerti cum definito uocabulo possit, ut neque plura, neque pauciora quàm ipsum definitum complectatur. Non sufficit autem ad perfectionem, ut ratio probabilis sit: sed oportet, ut etiam uera & recta sit. Quare medij officij definitio, non recte ad perfectum accommodabitur. Quòd uero medium officium ais esse rectum, hoc tam absurdum est, quàm si probare contenderes, umbilicum, aut genitalia te in capite habere, aut pulmones in cerebro: neque tamen illud sequitur, Si rectum non est, peruersum ac præposterum id esse fateamur oportet. Quod mihi sanè crassum ac pingue uidetur: possum enim uicissim ita respondere, Si medium est, neque rectum, neque peruersum esse necesse est: cur enim medium uocatur, nisi quia supra se rectum habet, infra uero quod prauum ac peruersum est? Sed ut facilius hæc explanari possint, triplicem rerum diuisionem, ut à Philosophis traditur, esse dicimus: Sunt enim quæ per se tantum expetuntur, non alterius rei gratia, ut uirtutes, & animi bona cum honestate coniuncta: atque hæc Recta dicuntur, in quibus perfectum est officium. Sunt etiam quæ expetuntur quidem, sed non per se: ut diuitiæ, honores, & cætera fortunæ bona, in his medium est officium, quòd hæc omnia ad honestatem dirigat, propter quam hæc expeti debent. Tertium genus est eorum, quæ fugienda sunt, in quibus nullum officium esse potest: quam enim rationem probabilem afferre quis potest, quòd uitia sequatur? Non est igitur in eis officium, quæ effici non debent. Ergo quamuis sit triplex rerum diuisio, tamen duo tantum sunt officij genera: quoniam in rebus turpibus nullum officium est: Perfectum autem officium ad ea tantum pertinet, quæ per se uidentur expetenda, atque ideo Rectum dicitur: quod nunquam à uirtutis atque honestatis scopo dimouetur: quo fit, ut Medium officium, quod ad institutionem uitæ communis spectat, ut eam ad honestatem ac finem bonorum dirigat, neque rectum, neque prauum esse possit. Quamuis enim hæc inter se contraria sint, Rectum & Prauum: non tamen eius generis sunt, ut alterum semper adesse necesse sit: quod in eis accidit, quæ nullum habent medium; ut sanum, ægrum: necesse est enim, ut omne animal aut sanum sit, aut ægrum: & horum contrariorum est ea natura, ut se mutuo semper consequantur. nam si non est sanum animal, necesse est, ut sit ægrum: & si non est ægrum, necesse est, ut sit sanum. Sunt alia quædam alterius generis contraria, quæ medium admittunt, neque necesse est, ut alterum semper adsit: ut album, nigrum, bonum, malum. Neque enim sequitur, Non est album, ergo est nigrum: potest enim esse rubrum, aut cæruleum. In horum numero ponimus Rectum & Prauum: sunt enim quæ per se neque recta sint, neque praua: sicuti quædam neque bona, neque mala: atque huius sententiæ authores habeo Platonem & Aristotelem, qui diuitias, literarum peritiam, honores, & cætera huiusmodi, neque in bonis, neque in malis habenda existimant, si per se considerentur. Sed siquis eis bene utatur, bona fiunt: si contra, mala. In his igitur medium officium laborat, & hominem instruit, ut ad honestatem, & rectam uiuendi rationem hæc omnia, quæ per se neque bona sunt, neque mala, traducat: hominique ita moderatur, ut nihil agat, cuius probabilis ratio reddi non possit. Et quoniam res à meliori parte semper appellationem habent, factum est, ut hæc quæ Philosophi censent, neque in bonis, neque in malis habenda, tamen bona uel fortunæ, uel corporis appellentur.

CALCAGNINI DISQVISITIO XXII.

Ciceronis uerba sunt: Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam uim'que diuisimus, primus ille, qui in ueri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem & errare, nescire & decipi, & malum & turpe ducimus. Soleo ego apud familiares meos, qui mecum incredibili amore atque admiratione Ciceronis tenentur, persæpe testari, non aliud uolumen mihi uideri negligentius à Cicerone conscriptum, quàm hoc de Officijs ut propé modum aliud agens hoc egisse uideatur. Quod ego inde profectum arbitror: quòd eo tempore Ciceronis animus, sublato C. Cæsare è rebus humanis, uarijs curarum fluctibus agitaretur: atque hinc Octauio, qui deinde Augustus appellatus est,

studeret: inde Antonium acerrime oppugnaret, neutri satis fideret. Quare mihi uideor animaduertere, hæc à Cicerone in summis animi auocationibus literis mandata. Nisi enim hoc foret, qui fieri potest, ut tam diuinum ingenium, tanta eloquentia illustre, tot disciplinarum præsidijs munitum, tam oscitanter multa effuderit? neque in his solum quæ ad morum cognitionem, sed & quæ ad dicendi facultatem pertinent. Id quod habeo persuasum, multis uisum iri admirabile: qui sententiarum dulcedine capti, quæ hoc libro continentur, quibusq; uita egregie institui potest, nullum aliud uolumen huic præferendum existimarunt. atque illud Plinianum frequenter in ore habent: Hæc uolumina non modo in manibus habenda, sed etiam ediscenda esse. Quod ego tamen non de his tantum uoluminibus de Officijs, sed de omnibus quæ felicissimo illo Ciceronis calamo conscripta sunt, à Plinio dictum arbitror. Quod uero ad dicendi rationem pertinet, si quando aliàs desipiendi otium dabitur, puto me id facile posse certis aliquot testimonijs obtinere. At nunc quod ostendendum suscepimus, id pro uiribus prosequamur. Illud primum uideor mihi dicturus, Ciceronem prudentiam scientiamq; non recte permiscuisse: cum hæc duo multum inter se dissideant. Prudentia siquidem in consultatione tota consistit, cum scilicet nobiscum ipsi quid sequendum, quid'ue fugiendum sit, perquirimus. quæ sanè dijudicatio in ijs solum posita est, quæ aliter atque aliter se habere possunt. Nam de certis ac exploratis, non est quod quisquam consultationem ineat. Quare neminem inueneris, qui de capessenda homini felicitate quicquam dubitet: quando felicitatem sibi omnes mortales pro fine statuunt. Sed quibus rebus felicitas statuenda sit, hoc est demum quod propè omnibus seculis atque in omnibus diatribis in disquisitionem uocatum est: alijs uoluptatem, alijs uirtutem, alijs alia comprobantibus. At scientia, utpote quæ in demonstratione posita est, ex ijs pendet, quæ eodem modo semper constant, quorum'que principia aliter se habere non possunt. Neque enim eorum haberi potest demonstratio, quorum principia euariant, atque inter se dissentiunt. Quod ut melius intelligi possit, sciendum est, duas esse animæ rationalis partes: quarum altera solemus ea contemplari, quorum principia in diuersum abire non possunt: altera ea intuemur, quæ desultorijs & alternantibus principijs prodeunt. In priore scientiam, in posteriore prudentiam statuimus. ob id recte dictum putamus, prudentiam circa contingentia & incerta, scientiam circa certa & necessaria uersari: prudentiam in parte opinabili intellectus, quam διανοητικὴν Græci uocant; scientiam in parte optimate sedem habere. illam de particularibus, hanc de uniuersalibus, illam de rebus humanis, hanc de rebus æternis decernere. Cum itaque uirtutes omnes, quæ ad mores pertinent, rerum agendarum officij'que delectum habeant: prudentia una est, quæ inter eas plurimum eminet, & apud omnes quasi architecti uice fungitur: uiam'que deliberandi aperit, & ad præscriptum quodammodo limitem perducit. Quare in prudentia uim subducendi, in scientia uim cognoscendi esse dixerunt: scientiam'que nullis fructibus agi, sed ablegato omni affectu suas implere functiones. Contra prudentiæ partes esse, uarias rationes inire, uarijs'que excursibus agi, donec quid agendum, quid fugiendum sit constituerit. His adde, quòd prudentia circa res gestas se minime exercet, sed futura tantum sibi proponit: at scientia uersatur in his, quæ neque desierunt, neque unquam desitura sunt. Sic Philosophos sapientes, multarum'que ac maximarum rerum capaces uocamus: prudentes nequaquam, utpote qui in re familiari, in Repu. in communi denique uita conniueant, sint'que omnibus his in rebus plus nimio negligentes. Hinc Thaletem ab ancillula delusum accepimus, quòd cœlestes ambitus explorans in foueam concidisset. unde illud uetus: Qui quæ sunt ante pedes non uidet, cœli scrutatur plagas. Quin & belluas nonnullas prudentiam habere dicimus, seu manis quandam prudentiæ imaginem. Nam & nidulos admirabili artificio futuræ proli architectantur, quam deinde alunt incredibili solertia: in futuras etiam tempestates prospiciunt ea, quæ uitæ necessaria augurantur. Contra nulli belluarum scientiam irrogamus, quòd uis excurrendi conficiendique syllogismi in nulla agnoscatur. Hoc est scilicet, quòd non facile inuenias, qui aberret in ijs quæ ad scientiam pertinent. Atqui in ratione subducenda, & delectu rerum faciendarum, prudens sæpe fallitur. Et licet diligens consilium adhibeat, id tamen non potest incertum non esse, cum in rebus fortuitis admoueatur. Consilio uero scientia minime indiget, utpote quam breui tempore boni opera præceptoris adsequi possumus. Mature autem consulendum est, ut iam in prouerbium abierit, Moram nulli rei esse præterquam consilio salutarem: illud'que uetus frequenter usurpamus, Romani sedendo uincunt. Ob id recte dictum est à maioribus, prudentiam fortunæ egere, ut summam aliquando non adsequatur: cum scientia sit longe supra fortunam posita, eiusq; præsidio minime egeat. quid quòd iuuenes scientiam sibi comparare possunt, puta Geometræ & Musici effici possunt: quando scientia uniuersalibus constat. sed iuuenem prudentia præditum non facile inueneris: quando hæc à particularibus pendet, quorum notioni præfecta est experientia. Atqui hanc iuuenes ob ætatem assequi non possunt. Hoc quoque inter prudentem scientemq; discrimen agnoscimus, quòd prudens nemo est, nisi bonus idem sit, si Aristoteli credimus: sciens malis peruersis'que moribus etiam uti potest. nam prudentiæ opposita est uersutia: scientiæ uel sola inscitia, uel nihil est oppositum. Voluptas ac dolor ex confesso nullum inuehunt scientiæ uitium. Nam qui uoluptate fruitur, aut dolore torquetur, nihilominus compertum habet, triangulo treis inesse angulos duobus rectis pares: at prudentiam dolor æque ac uoluptas interpellat. Prudens enim persæpe manus dat affectibus, & nunc odio, nunc amore huc uel illuc rapitur. Ex quo temperantia conseruatrix prudentiæ dicta est, & inde σωφροσύνη nomen nacta est apud Græcos. Denique non scientia, sed prudentia iter illud præmunit, quod ad rectum uirtutis propositum nos aliquando perducit. Scientia ad mores parum confert. nam si percunctetur quis, an bene moratus sit Pericles: non scientem, neque sapientem, sed uel prudentem, uel iustum, uel liberalem respondemus, uel alio quopiam uirtutis titulo eum exornamus. Prudentia præterea ad agendum pertinet, rerum'que agendarum delectum habet. nam omnis uirtutis laus in actione consistit. At scientia non in actione, sed in multarum optimarumq; rerum disciplinarumq; cognitione uersatur.

MAIORAGII DECISIO XXII.

SEquitur importuna quædam atque impia digressio tua, in qua perinde ac uictor exultans, impuro ore, ac nefario, negligentiæ Ciceronem insimulans: damnas'que hoc diuinum de Officijs uolumen, & ais id esse negligentissime conscriptum, & in eo

mea

multa oscitanter effusa: neque te pudor ullus, aut hominum existimatio, aut tacita conscientia, aut ipsa ueritas potest à tam scelestis maledictis abstrahere. Quid, quæso, impudentius, quàm te omnium iudicio tuum iudicium anteponere? Omnes enim qui de literis aliquid iudicare possunt, hoc opus mirificis laudibus in cœlum ferunt, semper habendum in manibus censent, ad uerbum ediscendum, plurimum & ad morum institutionem & ad orationem Latinam pleniorem efficiendam prodesse testantur. Ergo non in ipsum tantum Ciceronem iniuriosus es, uerum in omnes, qui ubique sunt ac fuerunt eruditi homines, quòd eos nihil uidisse, nihil recte iudicasse censeas. Eximia uidelicet quadam tu scientia præditus, acute perspicis, quæ nulli unquam aduerterunt, aut quæ Cicero ipse uidere non potuit. At ego multis iam argumentis aperte demonstraui, te omnis doctrinæ reconditioris penitus rudem, atque ignarum. Pro Deum atque hominum fidem, tantis'ne ignorantiæ tenebris inuolutus homo, perennem omnis eruditionis fontem conturbare audeat! O facinus indignum, ac minime ferendum: O intolerandam audaciam: O monstrum exterminandum. Ergo'ne tam patientes, uel tardi potius, ac desides sunt literati omnes, ut tam graue flagitium hactenus impunitum esse uoluerint? Quid agitis Ciceroniani nominis amatores? Cur tam estis negligentes? Cur cessatis? cur non hanc belluam tam efferatam stylo uestro configitis? Cur tandiu finitis hanc in Ciceronis nomine labem inueterare? Sentiat tandem Calcagninus, esse aliquos, qui pro tanto principe defendendo quiduis & facere, & pati parati sint: qui armati in arenam descendant: qui tam audacis hominis insaniam retundant: qui tam ingratum & rebellem uelitem extra Musarum fines exterminent. Non enim omnino dignus est, qui inter literarum cultores habeatur, qui temere, ac nulla ratione ductus, earum parentem insectatur. Cur hoc mihi, Dij immortales, non concessistis, ut unus ex istius Calcagnini familiaribus essem, quo tempore apud eos se solitum testari dicit, non aliud uolumen sibi uideri negligentius à Cicerone conscriptum, quàm hoc de Officijs? Profecto effecissem Calcagnine, ut te tantæ temeritatis tuæ perpetuo pœniteret. Sed postquam id coram tunc efficere non potui, certe nunc scribendo, quod hactenus feci, totis uiribus enitar ostendere, te non solum omni iudicio, sed etiam communi sensu penitus caruisse, neque unquam Latinas literas didicisse. Sed illud prius testatum apud omnes relinquam, Me, si uellem in hac parte diutius immorari, multis rationibus ostendere posse, nullum esse uolumen in hoc genere, neque apud Latinos, neque apud Græcos excellentius hoc Ciceronis opere de Officijs, quod tu mala mente, malo animo, tanquam negligenter scriptum criminaris: & quasi fuerit in scribendo Cicero negligentissimus, & nihil unquam accurate scripserit, ais nullum librum ab eo negligentius, quàm hunc esse conscriptum. Sed cum omnium ferè operum Ciceronis, quæ consensu doctorum omnium sunt exquisitissima diligentia scripta, paulo eruditiores omnes hoc esse utilissimum fateantur, quòd & uerborum splendore, & sententiarum grauitate mirifice sit ubique refertum: quid est quod ad eius præstantiam laudatione mea possit accedere? Satis sit igitur illud Plinianum testimonium, Hæc uolumina non modo in manibus habenda, sed etiam ad uerbum ediscenda. Quod imperite tu censes de alijs operibus esse dictum: cum ibi de hoc uolumine de Officijs tantum loquatur Plinius. Quòd si, quemadmodum spero, tuas omnes ineptas calumnias firmissimis rationibus eiicero, quid erit quod quisquam amplius de huius operis excellentia dubitare possit? quod omnino tale est, ut in arce poni queat, quasi Minerua illa Phidiæ. Sed iam quod nunc instat agamus, atque illud uideamus quale sit, quod ais, Ciceronem Prudentiam & Scientiam non recte permiscuisse: censes enim hæc duo multum inter se dissidere: quibus autem tu rationibus hoc probare niteris, eas quamuis ab Aristotele sumpseris, dico nihil huic quæstioni conuenire. Quoniam aliud est Græce loqui, quod fecit Aristoteles; aliud Latine, quod fecit Cicero. In ijs igitur, quæ ad Latinæ linguæ proprietatem spectant, nihil tibi rationes Aristotelicæ prodesse possunt. Fundas ergo tu tota nugarum plaustra, distinguas, argumenteris, insanias, ego una tantum ratione nugatorias illas distinctiones tuas omnes refutabo. Dico enim, & ita aperte dico, ut omnes literatos audire uelim, te penitus ignorare, quid apud Latinos Prudentia significet, atque hanc esse unam totius erroris tui causam. Quod quamuis in quæstione decimaseptima multis rationibus satis copiose docuerim, addam tamen etiam hoc loco nonnulla, quibus leuitatem tuam infringam. Sed antequam hoc aggredior, prius erroris tui causam aperiam. Legeras, ut opinor, apud Aristotelem Ethicorum sexto, in rebus quæ ad cognitionem spectant quatuor hæc inueniri nomina, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, καὶ νοῦς: quæ ita sunt ab interpretibus uersa, scientia, prudentia, sapientia, intellectus: unde tu totam eam de Scientia & Prudentia disputationem sumpsisti. Sed illud per imprudentiam, ac inscitiam tuam, aduertere tibi non licuit, non eandem apud Latinos esse differentiam, inter Scientiam & Prudentiam, quæ apud Aristotelem ponitur inter ἐπιστήμην, καὶ φρόνησιν. Nam ἐπιστήμην Aristoteles accipit pro ea tantum scientia, cuius habetur demonstratio, & quæ aliter habere non potest, quæ ducitur ex primis, ueris, medio carentibus, & causis conclusionis. Vnde primo Posteriorum ἐπίστασθαι docet esse, quando causam, per quam res aliqua sit, intelligimus. φρόνησιν uero idem author uult habitum esse quendam consultandi de ijs, quæ sibi bona sint, atque utilia: uel, ut paulo post addit, ἕξιν μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν, id est, habitum uerum in rebus humanis, faciendi quæ bona sunt. Hinc est, quòd tu Prudentiam ais in consultatione totam consistere, Scientiam uero tantum in rebus æternis, quæ eodem modo semper constant, quarum'que principia aliter se habere non possunt. Itaque omnis cognitio, atque omnis intelligentia, quæ uel in demonstratione, uel in consultatione non erit, te authore, neque scientiæ, neque prudentiæ nomine comprehendetur: quod quis non uidet maxime ridiculum, & absurdum esse? Nos uero, qui non sumus tam Aristotelici, & qui Latine didicimus, non tam ad unam scientiam resecamus, neque prudentiam. nam omnem cognitionem ita acquisitam, ut non facile possimus eam obliuisci, Scientiam uocamus: quamuis non semper eodem modo constet, aut huiusmodi principia habeat, quæ aliter esse non possint. Hinc est, quòd antiquitatis, atque historiarum cognitionem, & peritiam linguarum, & liberalium artium disciplinam, & artis alicuius etiam ignobilis intelligentiam, Scientiam dicimus. Admiratur apud Ciceronem, primo de natura Deorum, Cotta Pontifex in Velleio Epicureo, homine Romano, tantam esse scientiam, ut usque à Thale Milesio de Deorum natura Philosophorum sententias enumeraret. Hoc

certe loco scientia non pro certis, ac necessarijs capitur, cum longe diuersæ essent Philosophorum sententiæ. Hæc præterea sunt omnia Ciceronis uerba, Scientia rei militaris, scientia iuris ciuilis, legendi & scribendi scientia, omnes artes in aliqua scientia uersari: de quibus exempla non adduco, quoniam passim Ciceronis opera legentibus obuia sunt. Prudentiam uero, de qua est omnis hoc loco disputatio, nos ita accipimus, ut omnem cuiuscunque rei rectam intelligentiam significet, non autem ut in eas angustias compellatur, in quas eam tu conijcis, ut consultationi tantum ac fortunæ subiecta sit. Nam omnem scientiam, quæ in ueri inuestigatione consistit, prudentiæ partem quandam esse uolumus. Sunt etiam scientiæ quædam procul ab honestate remotæ, cum quibus prudentia non permiscetur: omnis enim prudentia, quæ proprie dicitur, semper laudabilis atque honesta est, & hoc est quod ait Cicero: Quibus uitijs declinatis, quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur. ut in Astrologia C. Sulpitium audiuimus, in Geometria Sex. Pompeium ipsi cognouimus, multos in Dialecticis, plures in Iure ciuili, quæ omnes artes in ueri inuestigatione uersantur. Sed, ut facilius intelligatur quod uolumus, paulo altius res repetenda est. Dico igitur, apud Latinos tria esse uocabula, quæ in rebus honestis idem pene significent: Prudentiam, Sapientiam, Scientiam. quibus tamen ordine quodam naturali Prudentia præponatur: quoniam Prudentia uis quædam est animi, qua & uerum quid sit intelligimus, & quæ sint expetenda, aut fugienda cognoscimus: unde sæpenumero pro consilio, atque ratione Prudentia poni solet. Cicero secundo de Natura Deorum: Illud autem quod uincit hæc omnia, rationem dico, & si placet pluribus uerbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi inuenimus? Rursus in eodem libro, Nec uero eæ stellæ, quæ inerrantes uocantur, non significant eandem mentem, atque prudentiam. Et inferius: Ex quo intelligitur, prudentiam quoque & mentem à Deis ad homines peruenisse. Ibidem: Cumque sint in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est Deos hæc ipsa habere maiora: nec habere solum, sed etiam ijs uti in maximis, & optimis rebus. Quid igitur est, quòd etiam Deis immortalibus Cicero prudentiam attribuit? nisi ut intelligamus, id omnino esse commentitium, quod tu nullo authore somnias, fortunæ subiectam esse prudentiam, & ad res tantum humanas, & futuras attinere? Nam non ita multo post hæc adiungit: Nihil autem nec maius, nec melius mundo: necesse est ergo eum Deorum consilio, & prouidentia administrari. Rursus inferius: Efficitur omnia regi diuina mente atque prudentia. Ergo Prudentia & pro ratione humana, & pro Deorum prouidentia, & pro diuina mente capi solet. Sed Deos relinquamus, & uideamus, quid in homine prudentia sit. Approbat Cicero secundo de Finibus sententiam Aristotelis, qui dixerat: Vt ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem; sic hominem ad duas res, intelligendum, & agendum esse natum, quasi mortalem Deum. hoc est, ut ego interpretor, ad prudentiam, & reliquas uirtutes. Prudentia enim in cognitione, reliquæ uirtutes in actione constitutæ sunt. Et quoniam intelligere prius oportet, deinde agere, icciirco prudentia principem locum apud Ciceronem est sortita. Atque hæc quidem uirtus in omnia tempora distribuitur. hinc est quòd secundo de Inuentione Cicero tres prudentiæ partes constituit, Memoriam, Intelligentiam, & Prouidentiam: ut Memoria de præteritis dicatur, Intelligentia de præsentibus, Prouidentia de futuris. Quo fit, ut prudentia, quæ omnia tempora complectitur, omnem etiam scientiam contineat. Itaque quæcunque tu scientiæ propria esse dicis, & à prudentia remota, ego longe melius unà cum Cicerone Prudentiæ noīe cōplector. Quid enim aliud est Prudentia, nisi, ut eam tertio de Natura Deorum definit Cicero, scientia rerum bonarum & malarum; & nec bonarum, nec malarum. Quæcunque autem dici, aut excogitari possunt, ea uel bona, uel mala: uel nec bona, nec mala sunt: ergo Prudentia rerum omnium est scientia. Quòd si tibi non placet hæc Ciceronis definitio, quære quid ab Aristotele dicatur in libello illo aureo de Virtutibus, ubi prudentiæ officia sic exequitur: Τῆς δὲ φρονήσεώς ἐστι τὸ βουλεύσασθαι, τὸ κρῖναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακὰ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἱρετὰ καὶ φευκτά. τὸ χρῆσθαι πᾶσι καλῶς τοῖς ὑπάρχουσι, ἀγαθοῖς, τὸ ὁμιλῆσαι ὀρθῶς, τὸ συνιδεῖν τοὺς καιρούς. τὸ ἀγχίνως χρήσασθαι. καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. τὸ τὴν ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων πάντων. Nemo enim poterit bona & mala discernere, quæ sint expetenda aut fugienda iudicare, recte præsentibus bonis uti, rerum opportunitates cernere, dictis & factis uti cum solertia, rerum omnium utilium usum & experientiam habere, nisi quæ harum rerum scientiam fuerit adeptus: sed his rebus omnia continentur: ergo prudentia scientiam omnium rerum complectitur. Sed iuuenes, inquis, scientiam sibi comparare possunt, prudentem iuuenem non facile reperies. Mirum ni cum hæc effutires, te Bacchus agitaret, quàm enim ridicula hæc ratio est? Nam si possunt sibi iuuenes scientiam comparare; quid prohibet, quin etiam sibi prudentiam comparent? Sed non facile prudentes iuuenes reperiuntur. Quis negat? cum neque scientes multi sint. Sed cum quis disciplinam aliquam ac scientiam adeptus est, omnino prudens in ea dici potest, etiam si in alijs rebus imprudens esse uideatur. Hinc iuris prudentes dicuntur, qui legum periti sunt, etiam si frequentissime sint in rebus multis imprudentissimi. Et Cicero scribit, Stoicos in disserendo prudentissimos esse, & Aelius ideo dictus est sapiens, quòd esset prudens in iure ciuili. Possunt igitur iuuenes cum Geometræ aut Musici facti sunt, Prudentes in ea scientia recte appellari. Sed prudens, ais, nemo est, nisi bonus: sciens malis peruersisque moribus uti potest. Quid? prudens ergo malis moribus uti non potest? Atque non ibis inficias, etiam prudentem habere liberam peccandi uoluntatem: unde Medæa prudentem se peccare ostendit, cum apud Ouidium ita loquitur: Video meliora probóque, Deteriora sequor. Quàm mira sit inconstantia tua, quam damnare si uelim satis copiose liceat. Hic enim ais, prudentem neminem, nisi bonum, esse non posse: paulo post ita dicis, Prudens enim persæpe manus dat affectibus, & nunc amore, nunc odio huc uel illuc rapitur. En qui Ciceronis impugnandi prouinciam sumat, qui eadem pagella non meminerit, quod paulo ante dixerat? Nam si nemo prudens, nisi bonus, ut ais: sequitur, ut quoniam prudens nunc odio, nunc amore huc uel illuc rapitur, & manus dat affectibus, etiam bonus uir idem patiatur. Sed qui odio atque amore trahitur, & manus dat affectibus, ille sine dubio improbus, ac nefarius est. Ergo te præceptore bonus est improbus, ac nefarius. Vides quæ te barbatum insania uerset, quia semel ueritatem impugnandam suscepisti?

Sed

Sed in eo quod quis peccat, neq; prudens, neq; sciens rectè dici potest. Hoc autem tertio Ethicorum probat Aristoteles, Neminem scientem, sed ignorantem peccare. & malitiæ atque improbitatis non aliam esse causam, quàm eam, quæ est in eligendo ignorantia. Præterea negas, prudentem esse scientē: at ego apud authores Latinos ita posita hæc nomina reperio, ut nihil penitus, aut parum admodum inter se differant. Terentius in Eunucho: Et prudens, sciens, uiuus, uidensq; pereo. Plin. lib. 8. de Castore uel Fibro, Ob ea se peti prudens. Cicero in epistolis: Sic ego prudens ac sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Idem pro Murena: prudens ac sciens ad interitum ruebam. atq; ita imprudens cōtrarium est scienti, ut Cicero pro Roscio Amerino: Hæc omnia imprudente L. Sylla facta sunt. Quo in loco si dixeris insciente, quis non uidet, idem futurum? ut in epistolis: Nihil in ea re per collegam meum me insciente esse factum. Sed quid exemplis opus est, quibus plena sunt omnia? quibus, inquam, & sciens pro prudente, & contra prudens pro sciente ponitur. Verū illud ego prætermissis exemplis à te peto, an prudentia sit scientia? Negas? At mihi libet aliquantulū nauem meam, Dialecticorum remis impellere. Formemus igitur syllogismum hoc modo: Nulla prudentia, ut tu censes, est scientia: sed omnis cognitio rerum bonarum, & malarum est prudentia: nulla igitur cognitio rerum bonarum, & malarū est scientia. Sumamus iterum hanc conclusionē, ut ostendamus nihil tam absurdè dici posse, quàm prudentiam non esse scientiam. Nulla cognitio rerum bonarum & malarum est scientia: quæcunq; uera sunt, aut falsa, sunt bona uel mala: ergo uerorum & falsorum cognitio non est sciētia. Philosophia uero dicitur ueri & falsi cognitio, quare sequitur, ut neq; philosophia sit scientia: est autem eadem philosophia, quæ grauissimo nomine Latino sapientia dicitur: ergo neque sapientia est scientia. At uero sapientia definitur, ut sit rerum diuinarum atq; humanarum scientia. Itaq; nisi cæcus es, eò te deduxi, ut iam tibi si constare uis, scientiam esse scientiam negare sit necesse: quo quid insanius haberi potest? Prudentia non est scientia? Dij boni, quāto gaudio cumularer, si tecum cōgredi possem. Sed ad rem, Si prudentia non est scientia, neq; prudens erit sciens: uerum prudens ea scit, quæ sunt expetenda aut fugienda, ergo non sciens ea scit, quæ sunt expetenda aut fugienda. Rursus ita ex tuis uerbis: Prudens non est sciens, sed prudens inter alios plurimum eminet, & apud omnes quasi architecti uice fungitur: ergo nesciens inter alios plurimum eminet. Quid ad istas ineptias abis? inquies, quasi uero non possim plurimis exemplis à Cicerone sumptis probare, quod uolumus: sed iocari paulisper libuit. Cicero primo de Natura Deorum Epicurum ignorantiæ damnat, scribitq; illum nihil dicere, quod non modo philosophia dignum sit, sed mediocri prudentia. quo in loco prudentiam, pro scientia capi certum est. Quid quòd etiam opportunitatem temporum & ordinem rerum Cicero scientiā appellat? quæ certe prudentia est. Idem ad Herennium libro tertio, si modo Ciceronis illud opus est: Latini certe hominis est, & antiqui, ita inquit: Dicitur etiam prudentia, scientia cuiusdam artificij. Item appellatur prudentia, multarum rerum memoria, & usus complurium negotiorum. Idem paulo post: Prudentiæ partibus utemur, si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiā poterimus habere. Quibus ex uerbis facile potest intelligi, scientias omnes ac disciplinas, quæ liberales appellantur, ad prudentiam pertinere. Vnde rectissime philosophi, qui has scientias profitentur, prudentes dici possunt: quod nescio qua ratione tu negare audeas: cum sæpenumero per scientiam naturalem ea uideant, quæ futura sunt: de quibus ita loquitur primo de Diuinatione Cicero: Nam & natura futura præsentiunt, ut aquarum fluxiones, & deflagrationem futuram aliquando cæli atque terrarum: alij autem in Repub. exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt, quos prudentes possumus dicere, idest prouidentes: diuinos nullo modo possumus: non plus, quàm Milesiū Thalem, qui ut obiurgatores suos conuinceret, ostenderetq; etiam philosophum si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam antequam florere cœpisset in agro Milesio coemisse dicitur: animaduerterat fortasse quadam sciētia, olearum ubertatem fore. In eodem opere Physicorum prudentiā, pro scientia dixit: ut non dubium sit, quin ita senserit ubiq; Cicero, quòd hoc loco docet, scientiam omnium rerum pulcherrimarum prudentia cōtineri. Non igitur in hoc opere fuit minus diligens, quàm in reliquis, cum ubiq; sui similis esse uideatur.

CALCAGNINI DISQVISITIO XXIIII.

Fundamentum autem iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumq; constantia & ueritas. Mallem dixisset, fidei fundamentum esse iustitiam. Fides enim ad iustitiam refertur, nō iustitia ad fidem. Tolle fidem, erit tamen adhuc locus iustitiæ, magnaq; eius portio superstes manebit. Quod si quis clementius cum Cicerone agere uelit, dicet fidem siquid fides ad iustitiam fulciendā pertinet, uix unius particulæ fundamentum esse posse. Cum enim iustitiam duobus fastigijs metiamur, uniuersali altero, quo iustitiam interpretamur publicam naturæ legem, ab ipsis primum natalibus mortalium animis insitam, qua bonum malumq; secernimus: uidemus quid appeti, quid refugi oporteat, cuius denq; complexu omnis uirtus clauditur, ex quo carmen illud apud Græcos effluxit, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι. & tritum illud: Neq; hesperum, neq; luciferum æque esse admirabilem. Alterum est iustitiæ fastigium, minus illud quidem uniuersale: utpote quod iustitiam unam, non reliquas etiam uirtutes complectatur. sed & hoc quoq; biceps est. Altera distributiua iustitia, quæ à Græcis διανεμητικὴ dicitur, continetur: ad quam, Geometricam proportionem referimus. Hæc ea est scilicet, quæ imperia, honores, magistratus, cuiq; pro dignitate dispensat. Altero ea iustitiæ pars includitur, quæ ἀλλακτικὴ uocatur à philosophis, & ad contractus conuentionesq; hominum refertur. in qua Arithmetica uersatur proportio, cum scilicet omnibus ex æquo, quod suum est impenditur, Ad hanc sponsionū æqualitas, ad hanc spectat iurisiurandi sanctitas. in hac una fides, id est, dictorum conuentorumq; cōstantia dominatur. nam in cæteris quas diximus partibus, nō uideo cui usui esse possit. certe in eis aut nullum, aut omnino perangustum, mea quidem sententia, locum habere potest.

MAIORAGII DECISIO XXIIII.

Nam illud etiam nimis imperite reprehēdis, quòd iustitiæ fundamentum Cicero fidem esse dixerit: mallesq; eum dixisse, Fidei fundamentum esse iustitiam: quoniam fides, ut tu uis, ad iustitiam refertur, non iustitia ad fidem. Cum enim triplicem iustitiam statuant: primam, quam interpretantur naturæ legem, cuius complexu uirtus omnis clauditur: unde illud,

Iustitia in sese uirtutes continet omnes.

Alteram, quæ cuique pro dignitate tribuit iuxta Geometricā pro-

portionem: Tertiam quæ ad contractus cōuentionesq; hominum refertur, quæ omnibus ex æquo, quod suum est, impendit, iuxta proportionem Arithmeticam, in hac tantum ultima tu fidem cēses esse collocandam: Itaque si fides tollatur, credis tamen iustitiæ locum fore; quod si ita esset, omnino male Cicero iustitiæ fundamentum fidem esse dixisset. Verum ego non contentus ista tua tam rotunda diuisione, diligentius hanc rem tractare constitui, ut ex uerbis suis, si fieri potest, ueritatem eliciam. Nam si docuero, nullo modo fieri posse, ut sublata fide sit iustitia; uerum sublata iustitia, sæpenumero fidem remanere: non erit dubium, quin iustitiæ fundamentū sit fides. Primam igitur eam iustitiam uniuersalem, quam publicam naturæ legem appellamus, cuius uno nomine, ut Diuus ait Hieronymus, omnes uirtutum species continentur, quam tu procul à fide remotam existimas, dico ego sine fide esse nullo modo posse: ut non tantum iustitiæ, sed omnium uirtutum fides fundamentum sit. Nam quæ uirtus in homine perfido ac fœdifrago potest inueniri? illud enim omnino consequens est, ut in quo nō est fides, in eo sit perfidia. Nam qui sine fide est, nullam seruare societatem, nullam amicitiā, nullam uitæ communitatem potest, in qua uirtutis splendor est maximus, & ex qua boni uiri nominantur. Quo fit, ut necessario Malus esse iudicetur: cum uero malum hominem dicimus, qui ab omni uirtute sit alienus. Itaque qui fide caret, eum omni uirtute carere necesse est. Dicitur enim in eo fides non esse, qui nullam conuentionem, nullum fœdus ratum habet, nullum sacramentum, aut iusiurandum seruat, sed quacunq; ratione potest iustitiam uiolat, fraudat, decipit, spoliat: uel si hæc non exequitur, animū tamen habet eiusmodi, ut oblata occasione, statim flagitium aliquod aggrediatur. Quicunque autem ita affectus est, etiam si nemini noceat, eum tamen nemo iustum, sed impium potius, ac perfidum omnes existimāt. Duobus autem modis dicitur homo fide carere: idest, actu, & habitu: atque utroque modo, si mala mens accesserit, perfidus appellatur. Nam & qui fidem uiolat, & qui per diutinam consuetudinem ita affectus est, ut sine religione fidem uiolare paratus sit, is nullam omnino iustitiæ partem habere potest. Qui uero iustitiam sequi solet, is neque fidem frangit unquam, neque ita est affectus, ut quenquam decipere concupiscat: ergo nulla est in eo perfidia, sed ei fides ubique comitatur. Falsum est igitur, quod tu conaris ostendere, in una tantum iustitiæ particula fidem esse, cum sine fide nulla uirtus esse posit, & qui consulto fidem fallit, ac negligit, is repente fiat iniustus, & impius: ut merito Publianus dixisse uideatur, Fidē qui perdit, quò se seruet in reliquum? Sed longe melius, & uerius poeta quidam Hetruscus omnium uirtutum fundamētum esse fidem pronunciauit: cuius uerba quouis poetico melle suauiora, nisi quorundam imperitorum uoculas pertimescerem, libenter recitarem: Scio enim, si cum Latina locutione uulgarem sermonem permiscuero, non defuturos, qui uehementer rideant, & tanquam rem absurdam atque ineptam uituperent. Ego uero nō uideo, quare tantopere sit hoc improbādum, cum præsertim duos habeamus Hetruscos poetas, tam elegantes & eruditos, ut neque Græcis ullis, neq; Latinis cedere uideantur. Quòd si pulchrum putamus, interdum Latinis Græca permiscere, cur non idem etiam in alijs linguis, si cōmode fiat, laudemus? Sed rideat qui uolet, ego certe carmen unum, quod ad hanc quæstionem mirifice cōuenit, è Dantis Hetrusci poetæ paradiso decerpam, quo te facilius refellam: sic igitur ille.

Sopra la fede ogni uirtu si funda.

Vidit acutus & ingeniosus homo, perfidiosum hominē nulla uirtute præditum esse posse. Quo magis irridenda est inscitia tua, qui sine fide uirtutem omnem acquiri posse existimes: nam enim iustitiam, quæ omnem uirtutem amplectitur, procul à fide remotam arbitraris. Itaque tuo iudicio, perfidus homo sanctissimus, atque optimus est: quod quàm absurdum sit, etiam puero perspicuum est. Nos autem fidem latissime patere contendimus, ut nulla perfecta uirtus esse sine fide posit: & tamen sine uirtute fides inuenitur: nam inter sicarios etiam & latrones sæpenumero fides est, cum in eis nulla sit uirtus, nisi fortasse aliqua iustitiæ particula, ut docet Cicero, quæ fides adhæret. Omnis enim iustitiæ pars fide stabilitur. Vnde laudatur illud Agesilai dictum, qui cum interrogatus fuisset, Vtra maior esset uirtus, Iustitia'ne, an Fortitudo? Respondit:

Οὐδὲν ὄφελος ἀνδρείας εἶναι μὴ παρούσης δικαιοσύνης. εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο μηδὲν ἀνδρείας δεηθήσεσθαι.

Nullam fortitudinis utilitatem fore, si iustitia adfuerit: nam si iusti fierent omnes, fortitudine nihil opus esset. Sed nemo iustus esse potest, nisi fidem in rebus honestis omnibus diligentissime seruauerit. ergo ad acquirendam iustitiam, quæ uirtutum omnium regina est ac domina, fide maxima opus est. Quòd si nulla fides sit, neque hominum societas erit inter ipsos, neque uitæ communitas, nemo communes utilitates in medium afferet. mutatione officiorum dando & accipiendo, in nullis hominibus erit constantia & ueritas. Itaque peribit omnis humana iustitia. præclare uero describit Horatius in Odis uirum iustum, & maxima fide præditum his uerbis:

Iustum & tenacem propositi uirum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non uultus instantis tyranni
Mente quatit solida. & quæ sequuntur.

Hac de causa credo poetas finxisse iustitiam uirginem esse, quòd sit constans, fidelis, uera, atque integra: quæ neque metu ullo, neque cupiditate corrumpatur, de qua sic Hesiodus:

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαῦα·
Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ ὄλυμπον ἔχουσι.

Ex hoc autem facillime cognosci potest uerissimum esse quod ait Cicero, iustitiæ fundamentum esse fidem: quod quemadmodum sine ædificio fundamentum sæpe reperitur, ita etiam fides sine iustitia. Potest enim uir sceleſtus & improbus, ut Lactantius docet, fidem in omnibus seruare quæ dixerit, aut promiserit: at contra, quemadmodum nullum potest ædificium sine fundamento stare, ita sine fide iustitia non reperitur. nam qui fidem facile uiolat & frangit, is quomodo iustus esse potest? Huc accedit, quòd ijs, qui sunt improbi, non credimus, etiam si fidem nunquam fallant, quoniam ubi domicilium non uidemus, ibi neque fundamentum ullum esse suspicamur. Iustis autem & fidis hominibus, idest, uiris bonis, ita fides habetur, ut nulla in his fraudis sit, iniuriæq; suspicio. Fides autem ut habeatur, inquit Cicero, duabus rebus effici potest, si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. Neque enim iusti, atque intelligentes quenquam decipiunt, hinc illud tritum iam uetustate prouerbium, Dignus qui cum in tenebris mices. Etenim omnes uiri boni ipsam æquitatem, & ius ipsum amant: nec est uiri boni tale quicquam animo concipere, quod in alterius fraudem committatur, cum præsertim intelligat, ab eo sibi fidem haberi. quòd si consulto fides frangatur, & is, qui nihil tale timeat, decipiatur, corruat statim omnis iustitia

tia

tia necesse est. Inuitat igitur uera ratio bene sanos, ad iustitiam, æquitatem, & fidem: docetq́; sine fide nullam æquitatem, aut iustitiam esse posse: quod cum ita sit, omnis æquitatis ac iustitiæ fundamentum erit fides.

CALCAGNINI DISQVISITIO XXIIII.

ILlud quoque uidetur in disquisitionem uocari posse, cur Cicero prudentiam loco principe inter uirtutes statuerit; quam in quartam demum classem, & post ipsam iustitiam Aristoteles collocauerit, cum in fronte & inter antesignanos fortitudo ordinem ducat. Vterq; sanè uidetur iustis rationibus suam tueri posse sententiam. Quando Cicero uidit prudentiam unam esse, quæ se cæteris ducem uirtutibus præbeat, meritoq́; apud Platonem uice oculi fungi, nam planè ablegata prudētia exoculatæ sunt omnes, suumq́; munus implere non possunt. Iure itaq; prudentiæ princeps locus debetur. Atqui diuersa ratio Aristoteli persuasit, ut in quartū locum eam reijceret. Tres enim priores uirtutes, fortitudinem puta, temperantiam, & iustitiam, parti animæ ratione carenti tribuit, easq́; tantum moralibus adnumerat. Tum demum aliam diuisionem init eius animæ partis, quæ rationis est compos: cum eius partem alteram contemplationi earum rerum, quæ semper eodem modo se habent, præficit, quo loco scientia & sapientia imprimis præpollet. Pars uero altera præsidet consultationi earum rerum, quæ neque æternæ sunt, neque eodem modo semper se habent. Hic autem prudentiæ primæ partes cedūt, quæ quoniam certo quodam modo inter morales intellectualesq́; uirtutes ambigit, ex eo in limite utrarumq; consulto ab Aristotele constituta est, & in quartum deniq; ordinem transcripta. Cæterum quòd fortitudinem ante ipsa principia coordinarit, ideo factum uidetur, quoniam neque temperātia, neque iustitia, sine fortitudine esse potest. nam etsi mutuo quodam inter se nexu uirtutes omnes morales continentur, fortitudo tamen una omnium maxime ad continentiam temperantiamq́;, & rursus continentia & temperantia ad iustitiam pertinet. Quid enim aliud est temperantia, nisi aduersūs corporis uoluptates lucta? de quibus uoluptatibus iam euictis atque expugnatis, temperantia propè modum trophæum statuit. Iustitia uero quomodo suū unicuiq; tribuat, aut suas alias functiones persequatur, nisi temperantiam in comitatum adsciuerit? ob hæc iure optimo princeps locus fortitudini fuit tribuendus.

MAIORAGII DECISIO XXIIII.

CVr autem Cicero primum inter uirtutes prudentiæ locū dederit, quam Aristoteles in quarta classe collocarit, facilima est ratio: nam multo melius fecisse uidetur Cicero, quàm Aristoteles. Nihil enim omnino neque iuste, neque fortiter, neque moderate fieri potest, nisi prius intelligamus, qua ratione id faciendum sit. Sic enim ordine quodam naturali constitutū est, ut prius oporteat intelligere, quàm agere: atque ideo magnis in rebus solent omnes, antequam ad eas aggrediantur, diligentissime consultare, qui modus in gerendo, & quæ ratio seruanda sit. Hinc illa Thucydidis sententia, quam ita Latine Salustius reddidit: Priusquam incipias, consulto; ubi consulueris, mature facto opus est. Prudētia igitur inter uirtutes merito principem locū obtinet, ut non iniuria Socrates prudentiæ nomine uirtutes omnes appellaret, & in legibus Plato prudentiam oculum uocat, Aristoteles uero quasi architectum quendam uirtutum omnium uult esse prudentiam: ut mihi ueniat in mentem mirari, quare non eam primo loco posuerit, sicuti Cicero. Menander hanc uirtutem maximum bonum nuncupauit eo carmine:

ἄγαθον μέγιστον ἡ φρόνησις ἔστ' αἰεί.

et Iuuenalis omnia cū prudētia docet optime fieri posse, cū sic ait:

Nullum numen abest, si sit prudentia.

Quinetiā Xenophō nullius uirtutis usum absq; prudētia dixit eē. Quòd si uerū id qđ Aristo. docet, quatuor modis aliqđ primū dici posse, natura, tēpore, ordine, & honore: profecto his omnibus modis reliquarum uirtutum prima est prudentia. Nemini enim dubium est, quin natura si ita comparatum, ut cognitio uoluntatem præcedat: nam, ut Diuus ait Augustinus, cognita diligere possumus, incognita nequaquā. Nullus enim ea desiderat, de quibus nunquam quicquam cogitauit: sed prius humana mens rerū ipsarum notiones percipit, atque intelligit: deinde uel eas expetit, uel refugit: quo fit, ut naturaliter intellectus prior sit, quàm uoluntas. At uero prudentia, ut Aristoteles author est, in intellectu sedem habet, reliquæ uirtutes in uoluntate: tota enim prudentiæ uis in cognitiōe, atque intelligentia posita est, reliquarum uirtutum in actionis desiderio. Quare prudentia uirtutum omnium iuxta naturam prima est. Iam uero nemo est, qui negare possit, tempus & ordinē rerum ita postulare, ut omnibus rebus gerendis adhibeatur consultatio, & præparatio diligens, nequid temere aut inconstanter geratur: uetatq́; nobis ratio, ut ea tractemus, quæ penitus ignoramus: sed præcipit, ut ad considerandas res adhibeamus & tempus, & diligentiam, seruemusq́; præceptum illud Isocratis, βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Omnis autem recta consultatio, quæ rem gerendam antecedit, ut omnes philosophi docent, prudentia est: ergo sequitur, ut & tempore, & ordine cæterarum uirtutū prima sit prudentia. Præterea si recte probauimus in superioribus quæstionibus, omnem scientiam & sapientiam prudentiæ nomine contineri, non est quòd quisquam dubitet, omnium uirtutum præstantissimam esse prudentiam: siquidem sapientes ac scientes soli maximum honorem, & gloriam consequuntur: neque quisquam uir excellens habetur, nisi qui rei alicuius peritiam ac scientiam maximam adeptus fuerit: & qui ita se gerit in rebus omnibus, ut nunquam eum factorū suorum pœniteat: quod prudentis hominis maxime proprium est. Planum igitur est, ac manifestum, omnibus modis prudentiam uirtutum esse primā. Nam & ea prima dicuntur, quæ cum adempta fuerint, reliqua secum in perniciem trahunt, sed non eodem modo cum reliquis auferuntur. Tolle prudentiam omnem, nulla erit uirtus, quæ recte munus suum obire possit. At si reliquæ uirtutes adimantur, maxima tamen prudentiæ pars remanebit. Omnes enim artes liberales, ipsa naturalis philosophia, & dicendi ac disserendi ratio, quæ sub prudentia cōprehenduntur, etiam si nulla sit alia uirtus, in homine possunt esse. Quare longe melius Cicero fecisse uideri potest, qui primo loco prudentiam statuit: quàm Aristoteles, qui in quarta demum classe collocauit.

CALCAGNINI DISQVISITIO XXV.

CIcero & hic & multis alijs locis extollit exemplū illud Reguli, quasi singulare quoddam fidei testimonium: quod puto pulchre & commode in examen disquisitionemq́; posse pertrahi. sed prius ad uerbum sententiā Ciceronis transcribamus. M. Atti-

lius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidijs captus esset, duce Xantippo Lacedemonio, Imperatore autem patre Annibalis Amilcare, iuratus missus est ad Senatum: ut nisi essent redditi pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam uenisset, utilitatis speciem uidebat: sed eam, ut res declarat, falsam iudicauit, quæ erat talis: Manere in patria, esse domi cum uxore, cum liberis: quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ iudicantem, tenere consularis gradum: quis hæc neget utilia? quæ censes? magnitudo animi & fortitudo negat. An locupletiores quæris authores? Harum enim est uirtutum proprium, nihil extimescere, omnia humana despicere: nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Itaque quid fecit? In Senatum uenit, mandata exposuit: sententiã ne diceret, recusauit, quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse senatorem. Atque illud etiam, ô stultum hominem, dixerit quispiam, & repugnantem utilitati suæ: Reddi captiuos negauit esse utile. Illos enim adolescentes & bonos duces esse, se iam confectum senectute. Cuius cum ualuisset authoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginem rediit, neque eum charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque uero tamen ignorabat, se ad crudelissimum hostem & ad exquisita supplicia proficisci. Sed iusiurandum conseruandum putabat. Itaque tamen cum uigilando necabatur, erat in meliori causa, quàm si domi senex, captiuus, periurus, & consularis remansisset. Vidit Cicero, quàm parum sapienter hoc factum sit à Regulo, occurritq; aliquot quæstionibus, quæ intendi potuissent. Maluit tamen positionum Stoicorum tueri, quàm ex sententia decedere. Ita etiam Ciceronis & scriptorum plerunque mos est, inseruire tempori, & quo iure quaq; iniuria proposito patrocinari. Illud uero mihi primum petendum duco, quid Regulo persuaserit, ut legationem susciperet ad Senatum, ut se hostibus iureiurando obstringeret; nisi impetrasset, ut captiui redderentur, se reuersurum. Nam si hoc iam secum ipse præcogitarat, captiuos reddi non debere: cur frustra homo senex tantum itineris, suamq; operam aggreditur? cur hosti illudit? qui non alia causa eum mittendũ iudicauit, nisi ut operam daret adnitereturq; ut captiui redderentur. At Regulus non modo eã parte hostẽ fallit, quòd de reddendis captiuis nihil agit: neque liberum iudicium, ut par erat, senatui relinquit: sed ipse contra fidem ac iusiurandum, contra morem patriæ, neque enim erat facultas ei sententiam dicendi in Senatu: neque ciuis, neque Senator erat: sed maxima capitis diminutione percussus. atque interim dum erat hosti obstrictus, nulla erat spes consequendi postliminij. Ille inquam contra datæ fidei sacramentum, non modo non suadet faciendum quod suadendum susceperat, sed quantum potest hortatur ne id fiat, cuius causa legatus aduenerat. Quid est obsecro præuaricari? si hic non præuaricatur. quid fidem frangere? si hic fidem non frangit. At patriæ utilitatem, dicat aliquis, fide hostibus data multo antiquiorem habuit. Verum hostes nõ utilitatis patriæ gratia, neque ut suorum beneficio inseruiret, ei legationem ad Senatum demandarunt: sed ut rem Carthaginensium procuraret, easq; partes obiret, quæ ad fidẽ tanti uiri pertinere uidebantur. quid quòd neque suum, neque suorum commodum uidetur satis intellexisse, cum patriam tanto ciue, amplissimum ordinem tam eximio Senatore, totam denique Remp. tam forti imperatore orbauit. Atqui captiui illi, adolescentes, & boni duces; ipse senex, & propè inutilis Reipub. Quomodo inutilis, qui tanta adhuc prudentia, tanta pollebat animi constantia? qui tantã patriam charitatẽ complectebatur? An tu hunc inutilem, dum uixit, existimare audes? An inutilis Appius, qui & senio confectus, & captus oculis, Pyrrhum non admittendum intra urbem censuit, præclara illa oratione, de qua Ennius: Quò uobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementi sese flexere ruina? An Cato? qui suprema propè ætate, dum securitati posteritatis consulit, arrepta recentis fici occasione Carthaginem delendam persuasit. nam protinus tertium bellum Punicum decretum est, quo deinde Carthago interijt. quo tempore Cato iam è uita emigrarat. Quos uero tu mihi adolescentes narras? quos duces obijcis? Ceu uero nesciamus præclaram illam Africani sententiam, qui unum se malle ciuem seruare, quàm multos hostes occidere profitebatur. At tu mihi sæpius fidem, iusiurandum, promissorum constantiam ingeris, quasi uero ego aduersus hæc non possim uxoris & liberorũ, & totius familiæ amicorumq; beneuolentiam, tum etiam patriæ charitatem, & cætera necessitudinum pignora regerere. Adde amoris uinculum, quo quisq; sibi naturæ instinctu deuincitur. Est id sanè tenacissimum, atque arctè nobis impressum. Quod cum omnibus insitum esse debet, tum ijs maxime, qui de societate hominum, qui de rebus mortalium possunt bene mereri, ut eo quisq; impensiorem curam sibi ac saluti suæ impendat, quo potest melius ac prolixius communi hominum consortio accõmodare. Turpe enim est, & propè impium, eum non se tanti facere, quanti uirtutes & splendor animi & rerum à se gestarum gloria postulat. Quare ego pace tanti uiri, non adeo Regulum laudauerim, qui uolens ac sciens in eum se locum conijcit, qui sibi atrocissima supplicia & exitium cum summa suorum ciuium iactura excitauit. Quid uero dicam, quòd sæuissimorum etiam hostium causam meliorem fecit? qui cum illum acerbissime torquerent, eum meritas suæ perfidiæ, ac τῆς παραπρεσβείας, id est uiolatæ legationis pœnas luere causabantur.

MAIORAGII DECISIO XXV.

De facto Reguli, quod ultimo loco uocas in disquisitionem, non est quod tibi multis uerbis respondeam: cum præsertim parum hoc ad Ciceronem, qui non Reguli sapientiam hoc loco, quamuis maxime fuisse uideatur, sed fidem laudat: neque disputat, quàm sapienter eam legationem susceperit, sed quàm religiose iusiurandum seruauerit. Tu uero locum hunc quasi dubium & cõtrouersum arripis, & declamatorio quodam dicendi genere factum illud improbas, quod sanè in utranque partem copiose tractari potest. Sed desine, quæso, declamatorijs exercitationibus, quoniam domi nobis ista nascuntur, relinquamus hoc exercitationis genus adolescentibus & pueris, quibus utilissimum est hos locos tractare, atque in utranque partem disputare, ut aliquam sibi dicendi facultatem parent, & Latinam locutionem exerceant. Nos uero non oratorijs flosculis, sed rationibus pugnemus: non illas dicendi ueneres, non lasciuientem tropis & schematibus elocutionem, in hoc præsertim disputandi genere, sequamur. Sed rem ipsam, quam præ manibus habemus, diligenter enucleando ueritatem indagemus. Quàm enim copiose putas me posse causam hanc tractare, si pandere uelim orationis uela? Sed non faciam: ne idipsum, quod in te uitupero, committere uidear. Ipsam tantum rem breuissime proponam, & ostendam, à te sine causa factum hoc improbari. Quid ais igitur? damnandum est illud quod tam egregium omnes existimant Reguli factum, qui maluerit ad

crudelissimum

uoluptate careant, docet primo de Legibus his uerbis Cicero: Animis omnes tenduntur insidiæ ab ea, quæ penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium: cuius blanditijs corrupta quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac, & scabie carent, non cernuntur satis. Sed neque apud Latinos inuenies, qui dicant, Honestatem esse uoluptatis effectricem. Pulchram, decoram, expetendam, laudabilem, honestatem appellamus: uoluptificam uero, ut tu uis, non dicimus. Præterea beatos, & felices, qui omni sunt honestate præditi, uocare solemus: uoluptarios uero nequaquam. Quòdsi uoluptas, ut imperite tu contendis, ab honestate non separatur, uoluptarius homo nihil differet ab honesto: qua ratione fiet, ut omnes adulteri, helluones, asoti, sardanapali, te magistro, quia uoluptatem amplectuntur, sint honesti? Rursus eodem reuolueris, & ueram uoluptatem ais te, non libidines existimare, sed eam, quæ ab honestate nunquam abiungi potest. Non igitur errauit Cicero, sed tu, qui Latine non didicisti: cum nescias, quid uocabulo uoluptatis apud eos, qui proprie loqui uolunt, intelligatur. Sed Eudoxus summum esse bonum uoluptatem dixit: Aristoteles summum bonum sine uoluptate non constare uoluit. Esto: modo intelligas, eos abusos fuisse uocabulo uoluptatis: cum pro ea delectatione, quæ ab honestate percipitur, nunquam proprie uoluptas dici possit. Vnde merito reprehenditur à Cicerone multis in locis Calipho, qui ad honestatem adiunxerit uoluptatem. Quid enim necesse est, inquit, tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere? reprehenditur etiam Epicurus, qui aliquam stabilem uoluerit esse uoluptatem: cum uoluptas tantum ea sit, qua sensus dulciter ac iucunde mouetur: quam etiam pecudes, inquit Cicero, si loqui possent, appellarent uoluptatem. Quin & Xerses Persarum Rex, cum præmium et proponeret, qui nouam uoluptatem inuenisset: non honestatem certe quærebat, sed eam, quæ sensum aliquem moueret, iucunditatem. & Plato cum escam malorum uoluptatem appellaret, quòd ea homines capiuntur, ut hamo pisces, omnino nihil ei cum honestate commune iudicauit. Et hoc est, quod ait Cicero: Maximas uirtutes iacere omnes necesse est, uoluptate dominante. & alibi: Voluptates blandissimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. Sed quid exemplis immoror, cum apud Latinos contendam, uoluptatem quæ proprie dicitur, semper esse uitiosam, nec ullam unquam honestatis partem attingere posse? nisi fortasse quis Epicuri sententiam sequi uoluerit, & cum Epicureo poeta Lucretio furore correptus, clamet hoc modo:

Aeneadum genitrix, hominum, diuumq; uoluptas
Alma Venus,

Hoc enim Philosophorum genus Deos idcirco beatos & æternos putabat, quòd in perpetuis essent, ac summis uoluptatibus. Itaque merito uidetur à sapientibus uiris.

CALCAGNINI DISQVISITIO XX.

IDem ait: Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna, & copiosa, multa undique apportans, multisq; sine uanitate impartiens, non est admodum uituperanda. Atque etiam si satiata quæstu, uel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesq; contulerit: uidetur iure optimo posse laudari. Hanc ego sententiam non uideo quomodo rationi consentaneam putem. de mercatura enim in uniuersum quærimus, probanda an improbanda sit. si probanda est, profecto tam probari institorem oportet qui cymbam onustam pipere, quàm qui in gentem onerariam nauem ultimis ex regionibus adduxerit. Non enim hic quæstio est de rei quantitate, sed de qualitate. Quærimus enim, uitium an uirtus in re sit: quæ qualitatem, non quantitatem spectant. Si uirtus inest, planè tota laudanda est: sin uitium, tota reijcienda. ueteratoriam artem, & impostricem, totam reprobamus; siue in re exigua, siue magna impostura facta deprehendatur: tota enim mala est. Statuarium laude prosequimur, siue in colossis, siue in chamæteris formandis industriam ostendat. etiam ille Pyrrhicus, qui Rhyparographus uocatus est, ex tonstrinarum & asellorum pictura suam commendationem tulit. Potest ergo mercatura, quæ in rerum magnarum magnisq; sumptus conuectionibus agitur, illustrior fortasse, non melior uideri; quàm quæ in rebus perexiguis uires intendit, quando quibus modulis quisque suam metiatur industriam, non ab arte pendet, sed à cuiusque facultate. Penetrent alij Euxinum, & ad ultimos nauigent Garamantas, quibus magnas opes fortuna indulsit: atque inde raras & exquisitas merces conuehant. Huic, qui rerum & fortunarum difficultate premitur, sat erit, ex Sicilia medimnas aliquot frumenti, aut ex Chio amphoras uini non adeo multas ferre, in subsidium laborantis annonæ. Par industria, par uoluntas utriusque: pari mihi quoque laude uidentur prouehenda. Atque hic forte angustæ fortunæ institor, maiorem uideatur aliquibus gratiam emereri; quòd minore quæstu proposito, paria tamen maris cœliq; sæuientis pericula non reformidarit. Cato enim quodam sciscitante, quid sibi de mercatura uideretur, non mercaturam damnauit; sed magnitudinem periculorum, quæ à mercatoribus persæpe adiri solent, exhorruit. Quis enim iure mercaturam qualisqualis & quantulacunque est, improbauerit? Cuius ope factum est, ut humano generi innumera commoda proueniant; & totus propè orbis in communionem ueniat. Rectius Aristoteles: qui non in quantulis rebus, sed in quibus exigilaret mercatura, obseruauit. Nam quæ distrahit ea quæ sibi profusius suppetunt, quæq; commodis hominum inseruit, hanc recipiendam approbandamq; existimauit. Contra, quæ uilius emit quædam, ut deinde carius uendat, &, quod in monopolijs maxime fieri solet, publicam flagellat annonam, cui etiam uoce Græca καπηλικὴν nomen fecit, hanc prorsus explosit. Haud multo secus, & quæ instrumenta luxuriæ suppeditat, est ciuitate iure exturbanda. sic Lycurgus eos, qui delicias & scitamenta gulæ apparabant, exilio multauit. Sic Romani eos urbe eiecerunt, qui uicto Antiocho, & Asia in potestatem redacta; exotica unguenta nundinabantur.

MAIORAGII DECISIO XX.

VArie me afficiunt istæ tuæ disquisitiones. Nam aliquando mihi necesse est indignari, cum te tam arroganter insurgere uideo, tamq; petulanter in grauissimum, & eloquen-

tissimum omnium authorem inuehi: nonnunquam uix possum risum continere, cum diligentius rationes & uerba tua perpendo, quæ nihil à puerilibus fabulis, & delirantium somnijs differre uidentur: est etiam, cum aliquid mihi primo aspectu uideris dicere: sed tandem ubique deprehendo, nihil tuis nugis inanius. Hoc autem in loco mihi potius ridendum, quàm indignandum puto: cum te satis egregie uideam insanire, neque quid aut tu dicas, aut Cicero sentiat, cogitare. Cum enim de Artificijs, & Quæstibus hoc loco Cicero tractet, qui liberales habendi, & qui sordidi sint, Mercaturam dicit, si tenuis est, sordidam putandam: sin magna, & copiosa, multa undique apportans, multis'que sine uanitate impertiens, non admodum esse uituperandam. Tu uero non putas hanc sententiam rationi consentaneam: quòd dicas, de Mercatura in uniuersum quæri oportere, probanda, an improbanda sit. Si probanda est, inquis, profecto tam probari institorem oportet, qui cymbam onustam ripere, quàm qui ingentem onerariam nauem ultimis ex regionibus adduxerit. Maxime uero pertimui illa tua uerba ex intimo artificio deprompta, & ab Aristotelis Myrothecijs recens educta. Non enim hic, inquis, quæstio est de rei quantitate, sed de qualitate. Nam quis est, obsecro, mercator ille tam confidens, qui non maiorem in modum pertimescat, si audierit mercaturam suam ad Dialecticorum scopulos & syrtes, hoc est, ad quantitatem aut qualitatem trahi? Pro bone Iupiter, quid faciam in ista Quantitate aut Qualitate tua? Ergo tu logica didicisti? Vide, nunquam quiui ego istuc intelligere. Certe si crederem te maiores progressus in Dialecticis facturum, abiecto clypeo statim aufugerem. Sed uereor ne si ordinem deseruero, Ciceroniani nominis amatores mihi λιποταξίου δίκην intendant, cum semel hoc onus à consortio Musarum impositum susceperim, ut in arenam pro Cicerone descenderem. Incipiam ergo ensem dextra leua'que rotare. Primum, dico te Ciceronis sensum non intelligere: neque hic de ea qualitate, quam tu putas, esse quæstionem. Non enim quæritur, Vtrum honesta, an turpis sit mercatura: hoc est, utrum in ea uirtus, an uitium sit, ut tu existimas: sed utrum liberalis, an illiberalis haberi debeat: hoc est, utrum ingenui homines, atque excelso loco nati, debeant eam exercere: atque in uniuersum ostendit, mercaturam aliquid habere, quod à nobilitate, atque ingenuitate sit alienum. Non enim satis conuenire uidetur, ut homo nobilissimus, & sui municipij princeps, mercaturam exerceat. Sed tamen non est admodum ille uituperandus, qui magnam & copiosam exercet mercaturam, ita ut multa undique apportet, & multis sine uanitate impertiat. Omnis uero tenuis mercatura, quia uidetur hominem ignobiliorem, ac uiliorem reddere, illiberalis, & sordida putanda est: cum præsertim in ea nihil, aut parum proficiant homines, nisi admodum mentiantur: nihil autem est turpius uanitate. Hæc fuit Ciceronis sententia, quæ pulcherrima est, & rationi consentanea, & consensu ferè gentium omnium approbata: plurimis enim in locis Mercatores inter nobiles non habentur: in Italia quamuis suam dignitatem obtineant, non tamen habentur nobiles, nisi qui magna, atque ampla negotia gerunt. Quis enim institorem eum, qui lintea, telam cannabeam, funes, uittulas uendat, liberalem existimet? At contra liberales habentur multis in locis, qui maximum lanæ, uestis stragulæ, gemmarum, aromatum, & rerum huiusmodi numerum aduexerint: ut facile possimus agnoscere, ueram hanc esse Ciceronis sententiam, quam omnino tu non intellexisti. Cum enim ait Cicero, tenuem mercaturam sordidam esse, non ita putare debemus, quasi uitiosam eam dicat, & tanquam flagitium aliquod fugiendam: sed eiusmodi, ut homini claro atque ingenuo non conueniat. Quod si ita esset, ut tu somnias; hoc est, si omnes artes illiberales, ac sordidæ, turpes essent, atque inhonestæ: sequeretur, ut omnes mercenarij, atque opifices, nihil aliud quàm scelera, & flagitia committerent, quoniam omnes in sordida arte uersantur. At tu tam crassus & pinguis es, ut putes hoc loco Ciceronem quærere, utrum uitium, an uirtus in mercatura sit: & quia sordidam appellat mercaturam tenuem, tu contra ita argumentaris: Si uirtus inest, planè tota laudanda est; sin uitium, tota reijcienda. Quid hoc dilemmate tuo ualidius, aut firmius inueniri potest? planè Ciceronem hoc uno ictu prostraueras, si nemo tibi contradiceret. Sed dic mihi, quæso, bone Dialectice, quoniam de qualitate putas agendum, non de quantitate: potest'ne esse uitium aut uirtus in mercatura? Atqui nos alij, qui non tam acute uidemus, & uitia & uirtutes in animo esse arbitramur, non in mercatura: eas'que esse qualitates eius generis, ut difficile possint ab animo diuelli, cum per diutinam consuetudinem adhæserint. Mercaturam uero quodam in genere medio ponimus, ut in ea neque uirtutem esse, neque uitium ullum dicamus, sed in homine qui illam exercet. Nam qui mentitur, fraudat, decipit, spoliat, in eo uitium est: qui uero sine ulla uanitate, iuste & ingenue nundinatur & uendit, ille certe nullum committit uitium, sed magna potius laude dignus est. Vides igitur, te nihil illo tuo dilemmate penitus conclusisse: cùm in homine, non in re, uitium aut uirtus sit: et, ut ait Cornelius Gallus,

Non res in uitium, sed malefacta cadunt.

Potest enim aliquis in sordido, atque illiberali artificio uersari, & tamen erit probus, ac uirtute præditus: sicuti contra, scelestus homo nonnunquam liberalem artem exercet: nisi forte putas Dionysium Tyrannum, & Neronem Cæsarem quia liberalibus disciplinis, ut accepimus, erant dediti, iccirco probos atque honestos haberi debere. Contra si Socrates ea qua fertur fuisse sapientia, patris sui artem exercuisset, ideo futurum fuisse flagitiosum, & improbum. Non igitur in artificijs, siue illa liberalia sint, siue sordida, uirtus aut uitium inest: quoniam neque meliorem, neque peiorem uirum efficiunt. Sed utcunque sit, illud mihi satis est, quòd tu uel ipsa ueritate coactus, uel, quod magis credo, per imprudentiam fateris; Mercaturam eam, quæ in rerum magnarum, magnique sumptus conuectionibus agitur, illustriorem esse, non meliorem. Neque enim Cicero bonas aut malas artes quærit hoc loco: sed aut liberales, aut sordidas. Non est autem dubium, quin liberales longe sint illustriores, quàm sordidæ: quanto'que minus sordidæ sint, tanto fiunt illustriores. Itaque cum tu Mercaturam magnam & copiosam illustriorem esse confiteris, tam tardus es atque hebes, ut non intelligas, te nobis id concedere, de quo solo quæstio est. Quid igitur opus est, ut argumenta quæram? cum tu in causa propria præuaricator sis, atque illam prodas? En hominem acutum, quem timeant omnes Cicerones, & Platones si reuixerint. omnino si Carneadi congrediendum fuisset tecum, ut cum Chrysippo solebat, ei necesse fuisset exorbere totas Anticyras;

crudelisfimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci, quàm iusiurandum uiolare? Sed qua de causa damnandum censes? an q. iurisiurandi religionẽ maximam esse censuit? Hoc uero nemo est, quin intelligat, honestissimum esse. An quòd reuersus est ad supplicia, cum posset in patria secure uiuere? At si hoc fecisset, periurio uitam suam contaminasset. Non igitur uideo, quid possis reprehendere. Verum illud ostendere conaris, frustra legationem suscepisse Regulum, si ipse praecogitauerat captiuos reddi nõ debere: fecisseq́; contra datae fidei sacramentum, quòd adhortatus sit, ne id fieret, cuius causa legatus aduenerat. Haec, ut opinor, summa est accusationis tuae. Quòd si nos docuerimus, neque frustra legationem eum suscepisse, neque contra fidem datam quicquam fecisse; non erit dubium, quin à Cicerone meritissimo Regulus laudetur: propterea quòd etiam captiuus maximum in patriam suam amorem ostenderit, & tamen iurisiurandi religionem obseruarit. Quid igitur est? Cum primo bello punico Carthaginiensium res uehementer essent afflictae, neque Romanorum robori, ac fortitudini diutius resistere possent, necesse fuit illis ad Lacedaemonios confugere, & ab illis auxilium petere, quo impetrato Xanthippus Lacedaemoniorum ductor Carthaginẽ profectus, non ita multo post Romanorum exercitum, cui consul Attilius Regulus praeerat, debellauit, ipsum Consulem cepit, & Carthaginem deduxit. Postea uero Carthaginienses hac accepta tam insigni uictoria, de pace cum Romanis facienda cogitare coeperunt: sperabant enim Romanos ob acceptam belli nuper offensionem, facile id concessuros: & quò magis populum Romanum ad pacem allicerent, eorum consulem Regulum, quem captiuum habebant, cum legatis suis Romã miserunt. Sed prius eum iureiurando adegerunt, ut si Romani neque pacem facerent, neque captiuos redderent, ipse cum legatis iterum Carthaginem reuerteretur. Regulus uero qui uerebatur, ne Romani pacem acciperent, aut captiuos permutarent, quod utrunque uidebat Romanae Reipub. perniciosissimum fore, legationem non recusauit, neque aliud Carthaginiensibus promisit, nisi se reuersurum, si nihil à Romanis esset impetratum. Non autem pollicitus est, ut tu fortasse existimas, se daturum operam, ut pax fieret, aut captiui redderentur; quod neque hostes ab eo petiuisse dicuntur: quippe qui crederent illum obnixe omnia facturum quo persuaderet captiuos esse mutandos, ut domi, atque in patria sua, cum coniuge ac liberis esse posset. Hic à te peto, quid esset facturus uir patriae amantissimus? an recusaret legationem? At fortasse Romani nescientes quo in statu res Carthaginiensium essent, cupide pacem fecissent, & captiuos reddidissent: quod si esset factum, speciosissimum triumphum de Carthaginiensibus Quinto Luctatio Consule atque Imperatore populus Romanus non reportasset. Sed interim Carthaginiensium uires auctae maius postea Romanis detrimentum attulissent. Quod cũ homo prudentissimus Regulus quasi è specula quadam longè futura prospiceret, uoluit ciuibus suis ac Romanis ea praedicere: quod nullo modo facere poterat, nisi Romam profectus esset. Non igitur frustra legationem suscepit, sed ut patriae consuleret, ut Romanis aperiret quod ignorabant, ut Poenorum debilitatas iam & fractas uires esse Senatus intelligeret. At non licebat illi sententiam dicere, cum esset capite diminutus. Hoc certe leuissimum est, ac nugatorium. Quid enim si Senatus illi fecit liberam dicendi potestatem, an nõ poterant eum Romani legibus soluere? At fecit contra fidem datam. Quid ita quaeso? Quoniam hortatus est, ne id fieret, cuius causa legatus aduenerat. Sed dic mihi, nunquid iuratus est, se Romanis suasurum, ut pacem facerent, aut captiuos permutarent? Atqui nusquam hoc reperitur: non fecit igitur contra iusiurandum. Nam Poeni tanquam exploratum haberent, illum cupide tractaturũ de permutandis captiuis, de ea re nihil cum eo diligentius egerant. Quis enim non putasset, hominem Consularem, maximis in Repub. rebus gestis, exoptatum à ciuibus suis, coniugem & liberos domi habentem, non libenter in patria remansurum, & de permutandis captiuis non cupidissime tractaturum? At Regulus qui magis patriam, quàm se, quàm coniugem & liberos amabat, maluit eam dicere sententiam, quae longissimo tempore esset Reipu. profutura, quàm quae se senem & captiuum parui temporis usura condonaret. At potuisset Reipub. uiuens prodesse, quoniam multi senes, ut Appius Caecus, Cato Censorius, nonnulli alij sententijs suis, quamuis ad bellum non amplius essent apti, tamen Romano populo plurimum profuerunt. Sit ita. Sed quid, si uidebat Regulus, ut erat homo prudens, nunquam futurum ut tantum Reipub. prodesse posset, quantum nocuisset eo tempore, si aliter sententiam dixisset? Crede mihi, quamuis ingeniose multas rationes excogitaris: nullã tamen esse, quae tam egregij facinoris gloriam obscurare possit. Est.n. eiusmodi, ut ab omnibus merito laudetur. Neque uero fecit hostium cãm meliorem, quae pessima fuit. cũ enim potius uirtutẽ eius admirari deberent, et iuuenes suos ad eius imitationem hortari, ut patriã ante omnia diligerent, eum multis supplicijs affecerunt: & quãuis illi uiolatam legationẽ obiectarẽt, non tamen id iusto iudicio probare potuissent, cum praesertim ille quicquid eis erat pollicitus et iuratus sanctissime conseruasset.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

Duernio.

*

Terniones.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF

Quaternio.

GG

Venetijs apud Hieronymum *Scotum.*

M D XLV.